31
1 G
6



Digitized by Google

AVBERTI MIRÆI

RERVM BELGICARVM CHRONICON

AB

IVLII CÆSARIS IN GALLIAM ADVENTV VSQVE AD VULGAREM CHRISTI ANNVM M. DC. XXXVI.

IN QVO

Belgarum res Eccleſiaſticæ & Politicæ, per mille ſeptingentos ferè annos cum exterorum Hiſtoria compoſitæ, ad exactam Temporum rationem reuocantur, reiectiſque fabulis, ex fide claſſicorum cuiuſque ſæculi Scriptorum ac veterum Diplomatum, ſolidè adſtruuntur, & variè illuſtrantur.

AD

FERDINANDVM AVSTRIACVM HISP. INFANTEM BELGICÆ PROREGEM.



ANTVERPIÆ,
Apud Guilielmum Leſtænium.
M. DC. XXXVI.

Cum gratia & priuilegio.

31-1-G-6

SERENISSIMO PRINCIPI
FERDINANDO
AVSTRIACO
HISPANIARVM INFANTI
S. R. E. CARDINALI
BELGARVM ET BVRGVNDIONVM GVBERNATORI SVPREMO &c.

QVis rerum ſtatus, ante C. Ivlii Cæ- Anno V.C. 696
ſaris ætatem, apud Belgas fuerit,
certò non conſtat. Cæſar porrò arma
Romana in Belgicam primus intulit,
eamque à ſe ſubiugatam primus ſuis
Commentariis illuſtrauit. Iuliæ ſo-
roris eius nepos Avgvstvs, ductu priuigni ſui Drvsi,
Friſios, Chaucos, Vſipetes, Cheruſcos, Chattos,
aliosque populos ſubegit. Idem Druſus *Foſſam* noui &
immenſi operis ad octo millia paſſuum effecit, Rhe- 742
numque in Iſalam ac lacus Friſiorum deduxit; magno
claſſium in Oceanum Germanicum tranſmittendarum
commodo. Idem per Moſam, per Albim, per Viſurgim,
per Rheni quidem ripam quinquaginta ampliùs ca-
ſtella direxit. Druſo fratri Tiberivs (qui poſteà Im-
perator fuit) in belli Germanici procuratione ab Au- 746
guſto ſuffectus, cùm Rhenum traieciſſet, multa Germa-
norum dedititiorum millia in Gallicam Rheni ripam
tranſtulit. Druſi filium Germanicvm Cæsarem 764
idem Auguſtus iam ſenex octo apud Rhenum legio-
nibus impoſuit. Auguſto defuncto, idem Germanicus
Belgas in verba Tiberij adegit, & mille nauium claſſe
fabricatâ, atque in portuoſa Batauorum inſula con-
venire iuſſâ, *Foſſam Druſianam* ingreſſus, lacus inde &

Chriſti an. 16. Oceanum vſque ad Amiſiam fl. peruectus, *Arminium*
Cheruſcorum ducem, trans Viſurgim, prælio ingenti
vicit. Germanici fratre *Claudio* imperante, *Domitius Cor-*
48 *bulo* inter Moſam Rhenumq́; trium & viginti millium
ſpatio *Foſſam* perduxit, quâ incerta Oceani vitarentur.
AGRIPPINA Claudij vxor, Neronis Imp. mater, in opidū
50 Vbiorum ad Rhenum, in quo genita erat, veteranos &
coloniam deduxit. Nerone, Germanici ex filia nepote,
imperium obtinente, *Paullinus Pompeius*, Germaniæ in-
ferioris Proprætor, molem prope Batauodurum, nunc
58 Duroſtadium, in læua Rheni ripa, ante annos LXIII.
à Druſo incohatam abſoluit. Veſpaſiani Imp. auſpiciis,
PETILIVS CEREALIS Treueros, Tungros, Batauos (qui pri-
69 mi, ductore *Claudio Ciuili*, à Romanis defecerant) Cani-
nefates aliósq; populos compeſcuit, & ad arma depo-
nenda compulit. Salonino, Gallieni Imp. filio, apud
Coloniam Agrippinam cæſo, Belgicæ ac reliquæ Gal-
267 liç imperium POSTVMVS annis ſeptem tenuit; Belgi-
camque à Francis & aliis Germaniæ populis fortiſſimè
297 vindicauit. CONSTANTIVS Cęſar, Conſtantini Magni pa-
rens, Bataniam à Francis occupatam recuperauit, mul-
taſque Batauorum familias in agrum Ambianenſem,
Bellouacenſem, Tricaſſinum & Lingonenſem, ad eum-
312 dem excolendum deduxit. CONSTANTINVS ipſe apud
Treneros cæleſti Crucis oſtento contra Maxentium
animatus, pòſt Alpes cum exercitu tranſgreſſus, eum-
dem ad pontem Milquium prælio ſuperauit; tyranno-
que in tranſitu è naui in Tiberim prolapſo & gurgiti-
bus hauſto, triumphans Vrbem intrauit. Conſtantio,
Conſtantini Magni fratre, genitus IVLIANVS, pulſis
358 Francis, Caſtellum Menapiorum ad Moſam, Caſtra
359 Herculis, Quadriburgum, Coloniam Traianam, No-
ueſium, Bonnam aliaque ad Rhenum ac Moſam opi-
da de hoſtibus recepit. Exinde MAXIMVS, ex Bri-
383 tannia in Galliam per oſtia Rheni irrumpens, Gratiano
Cæſare fugato, ſedem Imperij Treueris collocauit.
Breuiter, annis ampliùs quadringentis quinquaginta
BELGICAM noſtram (etſi à Francis, Hunnis, Alanis,
Gothis aliiſque barbaris ſæpenumerò tentatam aut in-
uaſam) Romani tenuerunt.

Horum Imperio, vt Regna ſuas etiam ætates habent,

Horum

ad ſenium vergente, *Bructeri, Chamaui, Chauci, Cheruſci, Friſij Salij*, aliique populi (qui inter Rhenum, Iſalam, Amiſiam, Viſurgim & Albim, vaſtos Germaniæ agros vſque ad Oceanum incolebant, & vno ſeſe nomine *Francos*, à libertatis ſtudio, indigetabant) Rheno ac Moſâ traiectis, ad Belgicæ noſtrę interiora penetrarunt. Sub annum Chriſti CCCC.XLV. *Clodius* Francorum Rex, pulſo milite Romano, Turnacenſes, Atrebates, 445
Camaracenſes inuaſit, & vſque ad Somonam fl. omnia ſubegit; Aëtio & Maioriano ducibus Romanis fruſtrà obſiſtentibus. Exinde regnū latè per Gallias propagatum ipſi Franci in *Auſtraſiam* & *VVeſtraſiam* diuiſerunt. Auſtraſia ab extremis Burgundionum finibus vſque ad mare Friſium inter Rhenum, Moſam & Scaldim porrigebatur. Primus nobiliſſimi huius tractus Rex fuit THEODERICVS, Clodouei Magni filius: cui deinde alij longo ordine ſucceſſerunt. Auſtraſiæ porrò, ſecundùm 511
Reges, ampliſſimâ poteſtate Duces præfuerunt; qui & rem militarem adminiſtrabant. Ex ijs Pręfectos palatio, quos *Maiores domus* vocabant, legi mos erat. Tales fuerunt PIPINI, CAROLVS MARTELLVS, & alij noſtris in Annalibus celebres.

Auſtraſiæ vocabulo exinde ſuppreſſo, ea ipſa prouincia à *Lothario*, Lotharij I. Imp. filio, LOTHARINGIÆ nomen accepit: quam primò *Reges*, poſteà *Duces* guber- 855
narunt. Sectâ denique Lotharingiâ in *Moſellanam* ſeu ſuperiorem, & *Ripuariam* ſeu inferiorem, Moſellanis à 959
Brunone Colonienſi Antiſtite, Othonis I. Imp. fratre ac Vicario, Dux primus FREDERICVS datus fuit. Lotharingię verò noſtræ inferioris Ducem primum Otho II. Imp. CAROLVM, Ludouici IV. Tranſmarini Francorum Regis filiū ſecundò genitum, renuntiauit. 977
Ludouico V. Rege, Tranſmarini nepote, ex Caroli Magni ſtirpe poſtremo, ſine liberis defuncto, regnum Gallię Duci noſtro Carolo iure hereditario debebatur; ſed armis validior illud *Hugo Capetus* occupauit. Carolus porrò filium *Othonem* (ſed breuis ęui) itemq́ue filias 987
duas *Ermengardem* & *Gerbergam* poſt ſe reliquit. Harum prior *Alberto* I. Namurcenſi, altera *Lamberto* Loua- 991
nienſi Comiti nupſit. Ab iſtis nobiliſſimis coniugibus Brabantię Duces, itemq́ue Namurci Comites maio-

 res

res Tui, SERENISSIME PRINCEPS, Carolinum ſanguinem atque animos verè Auguſtos traxerunt, ſuoſque ad poſteros, hoc eſt, ad familiam veſtram AVSTRIACAM, velut fato quodam ad Regna atque Imperia natam, continuatâ ſerie tranſmiſerunt. Atque illa quidem & id genus alia paulò fuſiùs in CHRONICO iſto BELGICO, quod venerans nunc offero, commemorare viſum fuit; quòd ipſe ſoleas abs Te exigere, quidquid maiores Tui cum laude ac gloria præſtiterunt. Et poſt Carolum quidem re & nomine Magnum,
1096 occurret illud belli ſacri fulmen GOD. BVLLONIVS, Lotharingiæ noſtræ inferioris Dux & S.R. Imperij ad Scaldim Marchio, eiuſque frater BALDVINVS, Hieroſolymorum ex ordine Reges. Hos ſequentur BAL-
1204 DVINVS Flandriæ Hannoniçque Comes, & eius germanus HENRICVS, Conſtantinopolitanus vterque
1273 Imperator. Offeret ſe deinde RVDOLPHVS I. Cæſar, qui Habſburgicam gentem primus Auguſtam fecit, & Auſtriæ vicinarumque prouinciarum principatibus
1478 auxit. Prodibit & MAXIMILIANVS I. animi magnitudine ac benignitate Princeps inclytus, qui *Mariæ Burgundæ*, Caroli Audacis filiæ, matrimonio iunctus, potentiam ac magnitudinem omnibus ſuſpiciendam in
1519 familiam veſtram intulit. Sed & CAROLVS V. belli gloriâ Maximus, proauus tuus, PHILIPPVS II. Prudens, auus, ALBERTVS PIVS, auunculus maior, eiuſque coniux ISABELLA CLARA EVGENIA, ſanctiſſima Heroïna, Belgarum ex ordine Principes, ſeſe ante oculos ſiſtent. Scio equidem magnis Principibus, Tui ſimilibus, vix ſupereſſe tempus, quod libris legendis aut audiendis impendant: vtpote qui in eo potiùs toti ſint, vt litterarum monumentis ipſi digna gerant, quàm vt ab aliis memoriç tradita cognoſcant. Si quid tamen à tractandis Reipublicæ negotiis otij detur, quam in partem libentiùs aut vtiliùs conferant, quàm vt maiorum ſuorum res prçclarè geſtas legant; quas quidem dum in libris velut in ſpeculo intuentur, continuò imitari & aſſequi ſtudeant? Et verò proauum Tuum CAROLVM V. ſeriò æmulatus (cuius res geſtas magna cum voluptate non ſemel legiſti) anno ſuperiore ad
1634 *Nortlingam* in Sueuia, Proteſtantes Germaniç Princi-
pes

pes & Suecos, eiſdem confœderatos, memorabili in
omne æunm prælio ſuperaſti, orthodoxam in Germa-
nia Religionem aſſeruiſti, & libertatem publicam
ſtrenuè vindicaſti.

Hoc anno ineunte, Francos & Batauos, cum 1635
quinquaginta ampliùs millibus in Brabantiæ noſtrę
viſcera irrumpentes, cunctando & cedendo, vt alter
Fabivs Maximvs, fregiſti ac viciſti; animo nimi-
rum prouidens, tantis copiis annonam non diu ſuffe-
cturam, adeóque nec concordiam proceſſuram. Cúm-
que non deeſſent qui ad pugnam incitarent, nullos ru-
mores, eiuſdem Fabii exemplo, ante ſalutem poſuiſti;
adeóque feram ac ſecuram, quàm dubiam cruentamq́;
ex hoſtibus victoriam prudenter maluiſti. Vt de Augu-
ſta Treuerorũ Francis erepta, deq́; veteri Romanorum
Genebo (nunc *Geneppia*) ad Moſæ & Nirſæ confluentes
à Te munito nihil dicam; quis neſcit *caſtellum Schenc-
kianum*, ad Rhenum bicornem in principio agri Batauí
ſitum (quod Clavem Hollandiæ ipſi nuncupant) Tuis
nuper auſpiciis feliciſſimè occupatũ? Quis ignorat, hac
ipſa ęſtate, Tuo iuſſu, validã è *portu Dunkercano* claſſem
non ſemel ſoluiſſe, eiuſque virtute multis hoſtium na-
uibus partim depreſſis, partim captis aut fugatis, quæ-
ſtuoſam illam in Oceano Septemtrionali piſcationem,
quam ſuam Bataui *Indiam* vocant, diſſipatam fuiſſe?
Quibus quidẽ præclaris facinoribus hoſtium animos,
ſuperiorum annorum victoriis plùs ęquo elatos, mirum
in modum depreſſiſti, & illos Neptuni filios non ſolùm
terrâ, ſed & mari vinci poſſe, oſtendiſti.

Et verò non defuerunt nobis hactenus inclyti ac for-
tes militiæ Duces: ſed quibus hanc in primis curã fuiſſe
videri poſſit, vt audaces Batauorum ſociorumque pro-
greſſus ſiſterent, aut vnum alterúmve iis opidum eripe-
rent. Tu verò belli molẽ in medium hoſticũ validiſſimè
infers, & poſt *Rhenum*, *Vahalim*, *Iſalam* cum *Foſſa Druſiana*,
Moſam, *Nirſam* aliáque flumina partim ſubacta, partim
compedibus vincta, non de vrbe vna alteráve, ſed vt al-
ter Germanicvs Cæsar, illud orbis delitium, de
prouinciis integris, de *Batauis*, inquam, *Caninefatibus*,
Sicambris, *Gelris*, *Limburgiis*, *Gugernis*, *Friſiis* aliiſque
populis ad obſequium fratri Tuo, Regi optimo ac
maximo

maximo, debitum compellendis dies noctesque feriò agitas. Det vtinam Deus, vt quos ad rebellandū violatę Religionis error à Rege abduxit, Religioni ac Regi, eiuratâ rebellione, breui reſtituas! Hoc enim ob fortunatiſſima Tua auſpicia, PRINCEPS SERENISSIME, ſpondere ſibi audet noſtra BELGICA: vt quę ſciſſa in partes, ſeptuaginta ferè annis, ſua in membra ſęuiit, pulſo Marte & profligatâ, quâ carere ſolet, hæreſi, Te agente ac gubernante, iterum ſe videat prorſus pacatam, & ſub Rege Catholico omni ex parte Catholicam. Ita opto & voueo. Antuerpiæ III. Idus Nouembreis, M. DC. XXXV.

REGIÆ VESTRÆ CELSITVDINI

deuotus cliens

AVBERTVS MIRÆVS *Bruxellenſis,*
Decanus Antuerpienſis.

RERVM

Anni ante æram Chriſti vulgarem. | Anni Vrbis conditæ Varroniani.

RERVM BELGICARVM CHRONICON.

ANNO Vrbis conditæ Varroniano ſexcenteſimo nonage- 696 58
ſimoſexto, hoc eſt, anno ante vulgarem Chriſti æram quinquageſimo octauo, Romæ Kalendis Ianuarijs Conſules creati ſunt

L. Calpurnius Piſo, Lucij filius,
Aulus Gabinius, L. F.

His Conſulibus, C. Iulius Cæſar (qui anno ſuperiore Conſul fuerat) Galliam prouinciam obtinuit. Itaque verno tempore Roma in Galliam tranſijt, Heluetios ad Ararim, exinde Arioniſtum Germanorum ducem vicit, & Veſontionem vrbem (hodie in meditullio Comitatus Burgundiæ ad Dubim fl. ſitam) occupauit: vt ipſe lib. 1. de bello Gallico, Dio lib. 38. & Plutarchus commemorant. Cæſar porrò Galliam annis nouem rexit, vt Suetonius tradit. Quo temporis ſpatio, Galliam omnem comatam (nam togata & braccata iam antea in prouincias erant redactæ) hoc eſt, *Belgicam*, *Celticam* & *Aquitanicam* ſubegit, & in prouinciæ formam redegit. Primus item Romanorum Ducum, ponte ſtrato, Germanos tranſrhenanos eſt aggreſſus, primuſque in Britanniam penetrauit.

Conſules { P. Cornelius Lentulus Spinther, Publij filius, 697 57
Q. Cæcilius Metellus Nepos, Quinti F.

Sueſſiones, Bellouacos, Ambianos, Neruios (nunc Hannonienſes) Aduaticos (nunc Tungrenſes) & alios Galliæ Belgicæ populos I. Cæſar ſubigit. *Cæſar lib.* 2. *Dio* 39.

Conſules { Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus P. F. 698 56
L. Martius Philippus L. F.

I. Cæſar Venetos Galliæ Aremoricæ populos, nauali prælio ſuperat. Titurius Sabinus Cæſaris Legatus Vnellos, P. Craſſus Marci F. Sontiates in Aquitania vincit. Exinde Cæſar Lucam in Italiam ad hiberna ſe transfert. Eò Pompeius & Craſſus ad ipſum veniunt, atque ita pacti ſunt, vt Cæſari prouincia Gallia prorogaretur, Pompeius Hiſpaniam, & Craſſus Syriam obtineret, cum bello Parthico. *Cæſar lib.* 3. *Dio lib.* 39. *& Plutarchus.* M. Tullius Cicero (qui anno ſuperiore à Clodio Pulchro Tribuno plebis in exilium miſſus fuerat) Pompeij & Lentuli Conſulis opera reuocatur.

Cn. Pompeius Magnus II. C.F. 699 55
M. Licinius Craſſus II. P.F.

I. Cæſar Tenchteros & Vſipetes Germaniæ populos, qui tranſito Rheno in fines Treuerorũ venerant, delet: Rhenũ ponte ſternit, & in Germaniam primus Romanorũ ducum tranſit. Exinde ex Morinis in Britanniam tranſmittit, eamque in deditionem accipit. *Cæſar lib.* 4.

An. ante æra. Chriſti vulgar. | An. Urb. cond. Uarroniani.

Dio 39. Plutar. Theatrum Pompeius dedicat, & in eodem ſpectacula varia exhibet. Iſtud non à Pompeio, ſed à Demetrio eius liberto & milite conditum Dio l. 39. tradit.

54 | 700 *Conſules* { L. Domitius Ahenobarbus Cn. F.
Appius Claudius Pulcher App. F.

Cæſar in Britanniam iterum traijcit. Cotta & Titurius, Cæſaris Legati, ab Ambiorige Eburonum duce circumuenti, cum exercitu prope Atuacutum (Tungrorum hodie opidum) delentur.

Q. Ciceronis caſtra hiberna in Neruijs ad flumen (prope Montes Hannoniæ) ab ijſdem acerrimè oppugnantur; ſed à periculo liberantur, Cæſare cum legionibus accurrente. Treueri alijque Belgæ domantur. *Cæſar lib. 5. Dio 40. Plutarch* Lucretius poëta celebris, annos 44. natus, hoc tempore ſibi necem conſciuit; teſte Hieronymo.

53 | 701 Cn. Domitius Caluinus M. F.
M. Valerius Meſſalla.

M. Licinius Craſſus in bello contra Parthos perijt. Menapij, datis obſidibus, in fidem à Romanis accipiuntur: Ambiorix fugatur, Ciceronis caſtra ad Atuacutum Sicambri, Eburonum finibus propinqui, dubio euentu aggrediuntur, Eburones vaſtantur; Labienus Treueros vincit, Rhenum ponte ſtratum Cæſar denuo tranſit. *Cæſar lib. 6.* in quo Germanorum mores accuratè deſcribit.

52 | 702 *Conſul* { Cn. Pompeius Magnus III. Cn. F. ſine collega.

Galli iugum Romanum excutere conantur. Cæſar ad eos in ordinem redigendos celerrimè accurrit; Genabum opidum ad Ligerim ſitum, & Nouiodunum Biturigum capit, Auaricum, Gergouiam & Alexiam expugnat. Vercingentorigem Aruernorum Regem in poteſtatem ſuam redigit. *Cæſar lib. 7. Dio 40. Plutar.* Milo Clodium interficit, & in exilium abit.

51 | 703 Seruius Sulpicius Rufus Q. F.
Marcus Claudius Marcellus M. F.

Corbeus Bellouacos, Comius Rex Atrebates ſuos armat contra Romanos. Corbeus prælio à Cæſare victus cadit, Comius ad Germanos, à quibus ad id bellum auxilia mutuatus fuerat, confugit. Omni Galliâ ſubactâ, Cæſar exercitum per Legatos in hiberna deduxit: quattuor legiones in Belgio collocauit, cum Q. Tullio Cicerone, Marci fratre, & alijs tribus Legatis. Ipſe Cæſar Nemetocennę in Atrebatibus (hodie *Arras*) hibernauit. *Hirtius l. 8. de bel. Gal.*

50 | 704 L. Æmilius Paulus M. F.
C. Claudius Marcellus M. F.

Hic annus, L. Paulo & C. Marcello Conſulibus, nullas habuit magnopere in Gallia res geſtas: vt Hirtius libro cit. in fine loquitur.

49 | 705 *Conſules* { L. Cornelius Lentulus P. F.
C. Claudius Marcellus M. F.

Bellum ciuile inter Pompeium & Cęſarem ex Gallia in Italiam reducem hoc anno incohatur. Senatus decreuerat, vt ante certum diem Cęſar exercitum dimitteret. Antonius & Caſſius, Tribuni plebis, ad Cęſarem cum C. Curione profugiunt. Cęſar Ariminũ occupat: Pompeius à Cęſare ſibi timens, cum Senatu Roma fugit. Cæſar in Hiſpaniam contendit: ibi Pompeianos exercitus in deditionem accipit. Pompeius, cum C. Claudio Marcello & L. Cornelio Lentulo Conſulibus, in Gręciam deinde nauigauit. Cęſar ex Hiſpania rediens Maſſi-

liam

liam expugnat. In eius obſidione cognoſcit, ſe Dictatorē à M. Lepido, Vrbi Prefecto nominatum eſſe. Romam itaque veniens Dictaturam primam inijt, qua ſe poſt dies XI. abdicauit, cùm comitia priùs habuiſſet, quibus ipſe cum P. Seruilio Conſul factus eſt. *Cæſar lib. 1. de bello ciuili. Diod.* 41.

C. Iulius Cæſar II. C. F. 706 48

P. Seruilius Vatia Iſauricus P. F.

Cæſar in Macedoniam traiicit: ibi Pompeium in Pharſalicis campis vincit ac fugat. Quo tempore Cicero Dyrrachij agebat. Pompeius in Ægyptum fugiens à Ptolemæo Rege Kalendis Octobris interficitur, 59. ætatis anno. Cæſar in Ægyptum veniens, allato ſibi Pompeij capite, illacrymatur, & Alexandriæ menſes nouem moratur. Cato in Africam fugit. *Cæſar lib. 3. Ciuil. Dio* 41. Epiſtolarum familiarium libri 4. 5. 6. à Cicerone ſcribuntur.

Imperij I. Cæſaris annum hunc primum Onuphrius Panuinius conſtituit.

Coſſ. { Q. Fuſius Calenus Q. F. 707 47
P. Vatinius P. F. }

C. Iulius Cæſar Dictator II.

Magiſter equitum M. Antonius M. F.

Hanc Dictaturam Alexandriæ Cæſar iniit, & hoc anno Alexandrinos bello ſubegit. Quo quidem bello famoſiſſima illa Ptolemæi Philadelphi, Ægyptiorum Regis, Bibliotheca conflagrauit. Cleopatra fratri ſuo nupſit, & regnum Ægypti obtinuit; Pharnace Boſphori Rege victo. Cæſar ſub anni exitum Romam venit, & Conſules ſuffecit Q. Fuſium Calenum & P. Vatinium. *Hirtius lib de bello Alexandrino. Dio* 42. Sex. Cæſar legionibus Syriæ præficitur, vt Hirtius lib. cit. narrat. Idem Sex. Cæſar Herodem, Antipatri Idumæi filium, Cœleſyriæ hoc anno præpoſuit. Cicero Brunduſij reditum Cæſaris exſpectat, *lib.* 11. *Epiſt. ad Atticum.*

C. Iulius Cæſar Conſul III. & Dictator. 708 46

M. Æmilius Lepidus Conſul & Magiſter equitum.

Cæſar in Africa bellum contra Scipionem, Catonem & Iubam Numidiæ Regem feliciter gerit. Cato apud Vticam ſeipſum interficit; Scipio item & Petreius. Cæſar Romam redux quatuor diebus triumphauit de Gallia, Ægypto, Pharnace & Iuba Regibus. *Dio l.* 43. *Appian Plutarc. Suet.* I. Cæſar Romanum annum iampridem vitiatum emendat, menſibus aliquot intercalatis. Cenſorinum lib. de die natali Vrbis conſule. Oratio pro M. Marcello à Cicerone habetur. Tullia Ciceronis filia moritur. Hoc tempore Cicero Brutum ſiue De claris Oratoribus & Oratorem, itemque Hortenſium ſiue Cohortationem ad Philoſophiam ſcripſit, & libros Academicos adiunxit. Huc etiam ſpectat Epiſt. famil. liber 9. & libri 12. 13. ad Atticum.

I. Cæſar Dictator & Conſul IV. 709 45

C. Fabius Max. *moritur in hoc Conſulatu.*

M. Æmilius Lepidus Magiſter equitum.

Cæſar bellum in Hiſpania cum Pompeij liberis geſſit, quos ad Mundam die 17. Martij vicit. Bellis omnibus ciuilibus confectis, Romam rediens triumphauit. Exinde Imperatoris titulus ei à Senatu datus; Conſulatus in annos decē, & Dictatura perpetua eidē decreta. Septēbri menſe exeunte Conſulatu ſe abdicans, ſuffecit ſibi Q. Fabiū

Maximum & C.Trebonium. Hic cùm extremo anni die obiiſſet, ſuffectus eſt ad pauculas horas Caninins Rebilus. *Sueton. Dio* 44. *Plutar. Appian.* Hic eſt primus ANNVS IVLIANVS. Libri de Finibus & Tuſculanæ Quæſtiones à Cicerone ſcribuntur.

Stemma C. Iulij Cæſaris.

- Sex. Iulius Cæſar Coſ. A.V. 597.
  - Sex. Iulius Prætor 631.
  - L. Iulius Cæſar.
    - L. Iulius Cæſar Coſ. 664. à Marianis cæſus.
      - L. Iulius Cæſar Coſ. 690.
        - L. Cæſar tẽpore belli ciuilis legatus pro pace.
    - C. Iulius Cæſar Strabo, Orator.
  - C. Iulius Cæſar.
    - C. Cæſar Prętor dux. Aureliam, obiit Piſis 670.
      - C. Iulius Dictator natus 655. ob. 710.
        - Iulia vx. Cn. Põpeij Magni ob. 701.
      - Octauia al. Iulia vx. Æmilij Lepidi.
        - Q. Pedius Coſ. 711.
      - Iulia vx. M. Attij Balbi.
        - Atia vx. C. Octauij.
          - Octauia minor.
          - C. Octauianus Aug. ob. 767.
            - Iulia.
    - Iulia vx. C. Marij.
    - Sex. Cæſar Coſ. 663.
      - Sex. Cæſar.
        - Sex. Iulius Cæſar à I. Cæſare Dictatore prępoſitus legioni Syriacæ 707.

44 | 710 | *Coſſ.* { C. Iulius Cæſar Dictator & Conſul V. / M. Antonius.

M. Æmilius Lepidns Magiſter equitum.

I. Cęſar Idibus Martiis, anno ętatis quinquageſimo ſexto, Bruti, Caſſij aliorumque conſpiratione in Senatn ipſo confoditur. Coniurati in Capitolium ſe recipiunt.

Antonius qui primùm fugerat, Senatu connocato, ſeditioſa oratione populum concitat, & Dictaturam tollit. Octauius Cæſar, Attia ſororis Iulij filia genitus, & teſtamento eiuſdem Iulij Cæſaris adoptatus, annos 18 tunc natus, Romam venit, & ab Antonio ſpretus, militem colligit. Senatus Antonio Macedoniam, Dolabellę Syriam decernit. Antonius Galliam à populo per vim impetrat. Decimus Brutus Mutinæ exiſtens, illum Gallię aditu prohibet: ideoque obſidetur ibidem ab Antonio. *Dio l.* 45. Topica & libri de Officiis à Cicerone ſcribuntur.

43 | 711 | *Coſſ.* { C. Vibins Panſa Caproniauns. / Aulus Hirtius C.F.

Quibus ad Mutinam cæſis ſuffecti, C. Octanius Cæſar, & Q. Pedius. Conſules & C. Octauius Cæſar, Cicerone claſſicum canente, ex decreto Senatus, aduerſus Antonium proficiſcuntur. Antonius cùm Panſam viciſſet, ab Hirtio vincitur: Antonius cum Lepido coninngitur. Cæſar 22. Sept. Conſulatum init: exinde cnm M. Æmilio Lepido & M. Antonio conſpirat; adeoque Romanum imperium inter ſe partinntur, die 27. Nouembris Triumuiri Reipublicę conſtituendę facti. Romę varię proſcriptiones ac procerum cædes fiunt. P. Ouidius Naſo poëta naſcitur hoc anno, cùm cedidit fato Conſul vterque pari. Lngdnnnm in Gallia ad Rhodanum à L. Planco colonia deducitur. *Dio* 46. & 47. *Appian.* Hunc annum Monarchiæ Romanæ

manæ ſeu Imperij Auguſtæi primum Petauius & alij conſtituunt.

M. Æmilius Lepidus II.
L. Munatius Plancus L.F. — 712 | 42

Initio huius anni Cicero, annos 64. natus, à Popilio, iuſſu M. Antonij interficitur. Octauius Cæſar & M. Antonius bellum contra Caſſium & Brutum, C. Iulij Cæſaris percuſſores, gerunt. Hi victi necem ſibi inferunt. *Dio* 47. *Velleius.*

P. Seruilius Iſauricus II. — 713 | 41
L. Antonius, Marci Triumuiri frater

Conſulum nomen hoc anno, Conſulatum autem hic & Fuluia geſſerunt. Hæc Cæſaris ſocrus ac M. Antonij vxor, Lepido propter ignauiam contempto, Rempublicam adminiſtrauit: *vt Dio lib.* 48. tradit.

Cn. Domitius Caluinus II. M.F. — 714 | 40
C. Aſinius Pollio, C.F.

L. Antonius Marci frater, Peruſiæ obſeſſus, Octauio Cæſari ſe dedit: Fuluia cum liberis ad Antonium fugit. Sed & ex Campania Tiberius Claudius Nero, cum vxore Liuia & filio Tiberio, fugit. Octauius Cæſar Scriboniam, Scribonij Libonis (qui erat ſocer Sex. Pompeij) ſororem ducit, vt Sextum ſibi deuinciret. M. Antonius in Italiam redux, in gratiam cum Cæſare redit, & defuncta Fuluia, Octauiam Cæſaris ex Ancharia ſororem ducit. Hoc fœdus Brundiſinum à loco, Tacitus I. Annali nuncupat. Herodes Magnus Romam ad Cæſarem & Antonium ſub finem huius anni venit: quibus agentibus regnum Iudææ, ex Senatuſconſulto eodem anno obtinuit: *Dio* 48. *Ioſeph. lib.* 14. *cap.* 14. *& ſeqq.*

L. Martius Cenſorinus. — 715 | 39
C. Caluiſius Sabinus.

Pax inter Pompeium, Antonium ac Cæſarem initur. Herodes Magnus in Iudæam reuerſus cum Antigono Ariſtobuli filio per biennium & ampliùs certauit. Soſio demum Antonij duce adiutante, Hieroſolymam, quam Antigonus tenebat, obſedit, & menſe tertio cepit, Agrippa & Gallo Conſulibus. *Ioſeph. l.* 14. *cap. vlt.* Antigoni ſtemma, & alias huius temporis res Iudaicas, ſcitu neceſſarias, ex adiuncto ſchemate Lector diſcet.

Stemma Pontificum Iudæorum, qui ſimul & Duces, ac demum Reges Iudæorum fuerunt.

- Matathias.
  - Iudas Machabæus, ex Haſamonæis I. Pontifex anno V.C. 590.
  - Ionathas.
  - Ioannes.
  - Simon Machabæus.
    - Ioannes Hyrcanus, libri 1. Machabæorum ſcriptor.
      - Ariſtobulus, Ioſepho Iudas, Pontifex & Rex I. ex Haſamonæis ob. A.V.C. 651. ſine lib.
      - Antigonus.
      - Alexander Iannæus Pont. & Rex duxit Alexandram al. Salomen, Ariſtobuli viduam, ob. V.C. 676.
        - Hyrcanus Pontifex V.C. 714. capitur à Parthis.
          - Alexandra vxor Alexandri II.
        - Ariſtobulus II. Rex à Pompeio captus & Romam miſſus V.C. 691. periit veneno.
          - Alexander II. Pont. & Rex dux. Alexandram F. Hyrcani.
            - Ariſtobulus III. Pont.
            - Mariamne vx. Herodis Magni Regis Iudææ: cuius ſtemma vide infrà an. Chriſti 44.
          - Antigonus Pontifex & Rex V.C. 717. ab Herode opprimitur, per Soſium.

 Ap. Clau-

38 716 Ap.Claudius Pulcher C.F.
C. Norbanus Flaccus C.F.

Octauius Cæſar, repudiata Scribonia, Liuiam Druſillam, Tib. Claudio Neroni nuptam, & poſt pauculos menſes Tiberij Neronis Imp. matrem futuram, ducit prægnantem. Æra Hiſpanica ab hoc anno incipit.

37 717 M.Vipſanius Agrippa L.F.
L.Caninius Gallus L.F.

Hieroſolyma à C.Soſio & Herode Rege capitur, pulſo Antigono. *Ioſeph.* 14.*cap.vlt.* Mariammen Alexandri II. Iudææ Regis filiam hoc ipſo anno duxit Herodes Magnus. Vbios, Germaniæ populum, Rhenum ſuo iuſſu tranſgreſſos M.Agrippa in fidem accipit. *Tac.* 11. *Annal. Dio* 48.

36 718 L. Gellius Poplicola.
M. Cocceius Nerua.

Sex.Pompeius Cnei F. nauali prælio ab Octauio Cæſare vincitur. Lepidus, qui ex Africa in Siciliam traiecerat, exutus imperio, priuatus viuere permittitur ab eodem.

35 719 Sex.Pompeius S.F.
L. Cornificius L.F.

Sex.Pompeius ad Antonium ſe recipiens, iuſſu eius interficitur, annos 40. natus. *Dio* 49. Salluſtius diem obiit, quadriennio ante bellum Actiacum. *Euſeb. Chron.*

34 720 Coſſ. { M. Antonius M.F. II. *cui ſuffectus eodem die L. Sempronius Atratinus.*
L.Scribonius Libo L.F. *Octauiani Aug. & Sex. Pompeij ſocer.*

M. Antonius Artauaſdem Armeniæ Regem capit, Armeniam ſubigit, & regnum inter Cleopatræ filios partitur.

33 721 C.Cæſar Octauianus II.
L.Volcatius Tullus L.F.

Dalmatis victis, è manubiis porticus ab Auguſto, & Octauianæ Bibliothecæ ſunt conſtructæ. Tiberius Nero, prior Liuiæ maritus, moritur.

32 722 Cn. Domitius Ahenobarbus.
C. Soſius.

Bellum contra Antonium & Cleopatram decernitur. *Dio* 50.

31 723 C. Cæſar Octauianus III.
M.Meſſalla Coruinus M.F.

Bellum Actiacum hoc anno geſtum eſt. Antonius & Cleopatra ad Actium promontoriũ 2. aut 3. Septembris ab Auguſto victi in Ægyptum fugiunt. *Dio lib.* 50. Poſt Actiacam victoriã primùm Cæſar ſolus rerum potitus eſt, imperiique eius recenſio præcisè ab ea ſumitur; auctore Dione *lib.* 51. Pomponius Atticus anno ætatis 77. moritur.

30 724 C.Cæſar Octauianus IV.
M.Licinius Craſſus M.F.

Cæſar Ægyptũ ingreſſus Peluſium (vulgò Damiatam) & Alexandriam occupat. Ægyptus in prouinciæ formam redigitur. Antonius & Cleopatra ſibi mortem conſciſcunt. *Dio* 50. 51. Actiaci anni hinc exordium ſumunt: vt Cenſorinus lib. de die natali Vrbis cap. 21. tradit.

29 725 C.Cæſar Octauianus V.
Sextus Apuleius Sexti F.

Iani

Anni Vrbis conditæ Varroniani. | Anni ante æram Christi vulgarem.

Iani templum clauditur. Octauianus Cæſar vocari cœpit Imperator. *Dio l.* 52. Idem tres egit triumphos, Dalmaticum, Actiacum & Ægyptiacum, eodem menſe Sextili. Quibus actis, de imperio deponendo (ſeriò an ſimulatè) cum M. Agrippa & Mœcenate deliberauit. Illo ſuadente, hoc autem deterrente, ad Senatum de imperio abdicando retulit. Qua quidem arte obtinuit, vt à S. P. Q. Romano ſibi imperium firmaretur, anno proximè ſequenti. *Dio lib.* 55.

Coſſ. { C. Cęſar Octauianus VI. / Marcus Vipſanius Agrippa II. L. F. — 726 | 28

Herodes Magnus. Rex Iudææ (qui Antonij partes contra Oct. Cæſarem ſecutus fuerat, & eo victo Rhodum ad Cęſarem iuerat, regnumque ex illius auctoritate confirmatum acceperat) vbi Hieroſolymam rediit, Mariamnen coniugem eiuſque matrem Alexandram hoc anno è viuis ſuſtulit. *Ioſeph. l.* 14. *c.* 11.

C. Cæſar, Auguſtus VII. / M. Vipſanius Agrippa III. — 727 | 27

Octauianus cum Senatu prouincias partitur. Munatij Planci ſententia, Octauiano Cęſari nomen Auguſti tribuitur XVI. Kalend. Februarias. Atque hinc anni Auguſtorum Romani incipiunt. *Cenſorinus* 21. *Dio* 53.

C. Cęſar Auguſtus VIII. / T. Statilius Taurus II. — 728 | 26

Cornelius Gallus, Ægypto præfectus; ob inſolentiam damnatus exilio, ſe ipſum interficit. *Dio* 53.

C. Cęſar Auguſtus IX. / M. Iunius Silanus. — 729 | 25

Cum Cantabris & Afturibus Auguſtus per duces ſuos bellum geſſit ab anno 729. vſque ad 735. quo ab Agrippa perdomiti ſunt. Auguſta Emerita conditur in Luſitania. Pantheum & alia opera publica ſtructa à M. Vipſanio Agrippa, dedicantur. *Dio* 53.

Coſſ. { Imp. Cæſar Auguſtus X. / C. Norbanus Flaccus C. F. — 730 | 24

Cantabri & Aſtures, poſt Auguſti diſceſſum, à L. Æmilio ſunt domiti. Quibus ſubactis, Iani templum ſecundò clauditur.

Cęſar Auguſtus XI. / Cn. Calpurnius Piſo Cn. F. — 731 | 23

Marcus Marcellus (qui primò Pompeiam, poſteà Iuliam Auguſti F. habuit vxorem) moritur ſine liberis. Huius epicedion exſtat apud Vigilium ſub finem lib. 6. Æneidos.

M. Claudius Marcellus Æſerninus M. F. / L. Arruntius Nepos, L. F. — 732 | 22

Hic eſt Arruntius ille, quem Plinius in Indice lib. 3. & 5. inter Scriptores illuſtres recenſet; ſcripſitq; Geographica, vt putat Lipſius in Notis ad 1. Ann. Taciti. Cenſores hoc anno fuerunt P. Æmilius Lepidus, & L. Munatius Plancus: nec vlli homines priuati poſt eos hoc munus geſſerunt.

Q. Æmilius Lepidus. / M. Lollius. — 733 | 21

Auguſtus M. Vipſanio Agrippæ Iuliam filiam, ex Scribonia ſuſceptam, dat vxorem, & in Samo inſula hiemat. *Dio* 55.

M. Apuleius Nepos Sex. F. *Lipſio Sextus Apuleius.* / P. Silius Nerua P. F. — 734 | 20

Caius

Caius Cæſar ex M. Vipſanio Agrippa & Iulia Auguſti filia naſcitur.

19 | 735 Q. Sentius Saturninus C.F.
Q. Lucretius Viſpillo, *al.* Viſpalio Q.F.

Virgilius poëtarum princeps Brundnſij moritur: oſſa eius Neapolim delata. *Hieron. in chron.*

18 | 736 P. Cornelius Lentulus Marcellinus P.F.
Cn. Cornelius Lentulus L.F.

Herodes Magnus Indææ Rex templum Hieroſolymis inſtaurare incipit, anno 18. ſui regni. *Ioſeph.* 15. *c.* 14.

17 | 737 C. Furnius C. F.
C. Iunius Silanus C.F.

Ludi ſæculares ab Auguſto fiunt, Cenſorino & Dione teſtibus. Lucius Cæſar, Caij frater, naſcitur Marco Agrippæ filius. *Dio* 54. Germani M. Lollium Romanorum ducem in Weſtfalia trucidant. Druſo bellum Germanicum committitur. *Velleius l.* 2.

16 | 738 L. Domitius Ahenobarbus Cn.F.Cn.N.
P. Cornelius Scipio P. F. P. N.

M. Agrippa in Syriam miſſus ab Herode honorificè excipitur. *Ioſeph.* 16. *c.* 3.

15 | 739 M. Liuius Druſus, *al.* M. Druſus Libo.
L. Calpurnius Piſo L.F.

Rhæti & Vindelici à Druſo & Tiberio ſubiguntur. *Dio* 54. Hanc victoriam Horatius lib. 4. Oda 4. & 14. celebrat.

14 | 740 M. Licinius Craſſus M. F.
Cn. Cornelius Lentulus Cn. F.

Pauli porticus & Veſtæ templum ſuccenduntur.

13 | 741 Tiberius Claudius Nero Tib. F.
P. Quintilius Varus, Sex. F.

Agrippæ Romam redeunti Herodes Agrippam filium commendat. *Ioſeph.*

12 | 742 M. Valerius Meſſalla Barbatus.
P. Sulpitius Quirinus, *Lucæ* 2. *Cyrinus* P.F.

M. Vipſanius Agrippa moritur; cui defuncto filius poſtumus Agrippa natus fuit. *Dio* 54. Druſus, cùm trans Rhenum FOSSAM noui & immenſi operis effeciſſet, quę DRVSIANA vocatur, ſecundo Rheno in Oceanum deuectus Friſios hoc anno ſubegit, ac per lacum (nunc *Suyder Zee*) in Chaucorum fines profectus in periculo fuit; vt Suetonius in Claudio, & Dio lib. 54. loquuntur. Foſſa porrò Druſiana ad octo millia paſſuum extenditur, inter vicum *Iſelort* & opidum *Duysburg*.

11 | 743 Paulus Fabius Maximus Q. F.
Q. Ælius Tubero Qu. F.

Druſus trans Rhenum Vſipetes domat, & in Cheruſcorum regionem, ad Viſurgim vſque, ducit exercitum. *Dio* 54. Horatius, poëtarum Lyricorum princeps, anno ætatis L. Romæ moritur. *Hieron. chron.* Iulia Auguſti filia nubit Tiberio, & Octauia Auguſti ſoror moritur. *Dio* 54.

10 | 744 Iulius Antonius Africanus M. F.
Q. Fabius Maximus Africanus Q. F.

Claudius Imp. naſcitur Lugduni Kal. Auguſti. patre Druſo Germanico, matre Antonia minore, M. Antonij Triumuiri filia. *Sueton.*

Seba-

A. ante æræ Chriſti vulg. | Anni V. C. Varroniani.

Sebaſten in honorem Auguſti decimo tandem anno exædificauit Herodes XXVIII. regni ſui anno. *Ioſeph.16.c.9.*

Cl.Druſus Nero Tib.F.
L.Quintius Criſpinus T.F. 745 9

Druſus Germanicus, Tiberij Imp. frater, contra Chattos & Cheruſcos bellum gerit; Viſurgim tranſgreſſus, populando vſque ad Albim (qui Senonum Hermundorumque fines præterfluit, teſte Velleio lib.2.) perrexit. In receſſu, priuſquam Rhenum attingeret, anno ætatis 30. morbo deceſſit. *Dio 55.* Liberos reliquit Germanicum Cæſarem, Liuillam & Claudium Imperatorem. Druſi epicedion Ouidius ad Liuiam Druſillam ſcripſit: *Maximus ille armis, maximus ille toga &c.*

Stemma Tiberij Imp. & Druſi Germanici, à quo Foſſa Druſiana.

- Tiberius Claudius Nero duxit Liuiam Druſillam, poſt Augusto Imp. nuptam, quam Tacitus 5. Ann. Iuliam Auguſtam vocat, & quæ an. Chriſti 29. obiit. Tiberius autem obiit A. V.C.712.
  - Tiberius Nero Imp. duxit Vipſaniam Agrippinam, filiam M. Vipſanij Agrippæ, ex Pomponia Attici filia, 2. Iuliam F. Auguſti. Ob. anno Chriſti 37.
    - Ex 1. Druſus dux. Liuillam ſororem Germanici Cæſaris: periit veneno anno 23. fraude Seiani.
      - Tiberius gemellus, à Caio ſublatus. *Suet. c. 14.*
      - Gemellus alter anonymus, obiit quadrimus.
      - Iulia vx. Rubellij Blandi.
        - Rubellius Plautus d. Pollutiam, à Nerone ſublatus.
    - Ex 2. N. infans obiit.
  - Druſus Nero Germanicus dux. Antoniam, obiit anno V. C.745.
    - Germanicus Cæſar duxit Agrippinam.
      - Nero d. Iuliam Druſi F.
      - Druſus d. Æmiliam Lepidam, ob. an. 33.
      - C. Caligula Imp. ob. an. Chriſti 41.
      - Agrippina vx. Cn. Domitij, 2. Criſpi Paſſieni, 3. Claudij Imp. ob. an. 59.
      - Druſilla bis nupta.
      - Liuilla vx. M. Vinicij, ob. Chriſti 35.
    - Liuilla vxor Druſi.
    - Claudius Imp. d Plautiam Vrgulanillam, 2. Æliam Petinam, 3. Meſſallinam. ob. 14.
      - Ex 1. Druſus, cui deſponſa Seiani filia. Claudia à patre abiecta.
      - Ex 2. Antonia vx. Pompeij Magni, à Claudio interfecti, 2. Fauſti Sullæ.
      - Ex 3. Octauia vx. Neronis Imp.
      - Claudius Britannicus à Nerone ſublatus.

C.Marcius Cenſorinus.
C.Aſinius Gallus C.F. 746 8

Kalendarium Pontificum culpa deprauatum Auguſtus emendat, & XII. annos ſine biſſexto tranſigi iubet. Menſis Sextilis appellari incipit Auguſtus. *Cenſorinus 20. Dio 55.* Mæcenas litteratorum fautor eximius moritur. *Dio 55.* Auguſtus in Galliam proficiſcitur. Tiberius Druſo in belli Germanici procuratione ſuffectus, traiecto Rheno, Germanos vincit: quorum dediticiorum multa millia in Gallicam Rheni ripam poſteà tranſtulit. *Velleius l.2. Dio 55.*

Tib. Claudius Nero Tiberij F. II.
Cn.Calpurnius Piſo Cn.F.II. 747 7

Tiberius de Germanis triumphat. *Velleius l.2. Dio 55.*

D.Lælius Balbus D. F. 748 6
C.Antiſtius Vetus C. F.

Ad Caij & Lucij Cæſarum audaciam reprimendam, Auguſtus Tiberio Tribunitiam poteſtatem in quinquennium dedit, eique mandauit Armeniam. *Dio.55.*

5 | 749 | Auguſtus Cæſar XII.
L.Cornelius Sulla *ſeu* Sylla.

Tiberius in Orientem profectus in inſula Rhodo conſedit annis ſeptem, priuignorum offenſionem veritus; vt Suetonius, Dio & Velleius narrant. Præcipua ſecedendi cauſa fuit Iuliæ vxoris odium, quæ variis ſe flagitiis inquinabat. CHRISTVM his Conſulibus, die 25. Decembris natum eſſe, contendunt Ioannes Deckerius in Theſibus, Laurentij Suſligæ Poloni nomine, publicatis, Dionyſius Petauius lib. de Doctrina temporum, Ægidius Bucherius, Soc. Ieſu Theologi, & alij neoterici.

4 | 750 | *Coſſ.* { C.Caluiſius Sabinus II.
L.Paſſienus Rufus.

3 | 751 | Cn.Cornelius Lentulus L.F.
M Valerius Meſſallinus, *al.* Meſſalla M.F.

Herodem Magnum anno 43. Iuliano obiiſſe, ex Ioſepho lib. 17. cap. 8. & 9. colligi datur. Defuncti regnum Auguſtus diuiſit. His Conſulibus Chriſtum natum fuiſſe ſentiunt Clemens Alexandrinus, Caſſiodorus, Marianus Scottus, Ioannes Zonaras, Genebrardus, Baronius, Serarius, Samerius, Sethus Caluiſius, & Ioſephus Scaliger in editione 2. librorum de Emendatione temporum.

2 | 752 | Auguſtus Cæſar XIII.
M.Plautius Siluanus. *Suffectus*, C.Caninius.

Auguſtus naumachiam edit, vt Sueton. cap. 43. narrat; Iuliam filiam de adulteriis conuictam relegat. *Velleius l.* 2. Hic annus Chriſto natalis adſcribitur ab Epiphanio, Paulo Oroſio, Euſebio, Nicephoro, Hermanno Contracto, Chriſtiano Maſſæo, Nicolao Copernico, Onuphrio Panvinio, Gerardo Mercatore, Tichone Brahæo, Scaligero in editione prima, Carolo Sigonio, Mariana, Saliano, Franciſco Haræo, & aliis. Hactenus igitur vno anno vel biennio anticipandum eſſe Chriſti ortum, plerique Annalium & Chronicorũ ſcriptores cenſuerunt. Verùm ſub initium huius ſæculi, noua quædam ſententia eſt exorta, quæ quatuor ſolidis annis præuertendam eſſe Chriſti natiuitatem adſtruit: cuius auctor fuit *Ioannes Deckerius* Belga, Societatis Ieſu Theologus, in Hiſtoriis verſatiſſimus, quem nos olim Lonanij ſacras litteras explicantem audinimus. Is anno Iuliano 41. (Auguſto XII. & L. Cornelio Sulla Conſulibus) natum eſſe Chriſtum docuit, hoc eſt, quatuor annis ante eum, qui vulgò ſtatuitur. Ioannes Kepplerus, Matthiæ II. Imp. Mathematicus, ad Deckerianos annos vnum inſuper adiecit, natumque Chriſtum anno Iuliano 40. (Lælio Balbo & Antiſtio Vetere Conſulibus) docuit. Marcus Antonius Cappellus Franciſcanus biennio Deckerium ſupergreſſus, ſex annis vulgarem Chriſti epocham anticipauit. Sed horum & aliorum rationibus exploſis, *Dionyſius Petauius* in ſuis de Doctrina temporum libris, meo quidem iudicio, Deckerianam ſententiam maximè probabilem rectè docuit, ſi Ioſephi ac Dionis auctoritatem ſequimur. Eligat autem Lector quamcumq; voluerit ſententiam: neque enim vlli certæ ſententiæ adſtringimur. Hoc vnum tamen moneo, vulgarem annorum Chriſti calculum, quem Dionyſianum vocant (à Dionyſio Exiguo, Abbate Romano, circa annum 525. inuentum) ab omnibus eſſe adhibendum, vtpote à mille ampliùs annis vni-

Anni Vrbis condi-tæ Varroniani. | Anni vulgares Christi.

vniuerſi orbis Chriſtiani iudicio comprobatum. Sufficit enim Summam annorum Chriſti ex fixo & immobili capite pendere, hoc eſt, anno certo Iuliano. Vnde & Baronius, licet toto biennio calculum Dionyſij, quoad diem Chriſti natalem, præuertat; ne tamen perpetuò in contextu Annalium ſuorum à Dionyſio diſſideret, in progreſſu eorumdem, duo paria Conſulum, videlicet Fuluium Æmilianum & Pomponium Baſſum II. ad annum Chriſti 259. itemque Cornelium Sæcularem, & Iunium Donatum ad annum 260. omiſit: quos tamen Conſules alij Scriptores cùm veteres tum neoterici in Faſtis collocant. Simili modo Onuphrius Panuinius & Gerardus Mercator, quò citiùs in eamdem Dionyſij æram deuoluantur, M Aurelium Probum Auguſtum, & Anicium Paulinum Conſules ad annum Chriſti 277. & alij alios ex Faſtis eradunt. Nos integram & continuam Conſulum ſeriem ex variis veterum recentiorumque Faſtis dabimus; & Lectorem monemus, primum à Chriſto nato annum integrum Dionyſianum cum 46. anno Iuliano ex æquo concurrere, idque à Chronologis & Mathematicis omnibus pro indubitato haberi.

Coſſus Cornelius Lentulus Cn.F. 753 1
L. Calpurnius Piſo Cn.F.

His Conſulibus die 25. Dec. natus eſſe Chriſtus vulgò creditur. Atque hic eſt annus 46. Iulianus: de quo vide ſuprà ad annum Vrbis conditæ 708. & 709.

ÆRA CHRISTI VVLGARIS.

C. Cæſar Auguſtus XIV. 754 1
L. Æmilius Paulus L. F.

Hic eſt annus Chriſti I. integer vulgaris ſeu Dionyſianus, initio anni à Kalendis Ianuariis deducto: vt & nos deinceps deducemus. Hac æra ſeu calculo vtitur Romana Eccleſia in ſuis Martyrologiis & Breuiariis. Eandem ſententiam ſequuntur Dionyſius Exiguus, Beda, Petrus Aliacus, Paulus Middelburgius Epiſcopus Foro-Sempronienſis, Bellarminus, Azorius, Alexander Sculterus & alij.

P. Vinicius Nepos M. F. 755 2
P. Alfenius Varus P.F.

Huius Vari Conſulis & Iureconſulti fit mentio in Digeſtis, & apud Horatium Serm. 1.

L. Ælius Lamia L.F. 756 3
M. Seruilius Geminus M.F.

Tiberius, poſt ſeptennij ſeceſſum, è Rhodo inſula Romam redit. Lucius Cæſar in Hiſpaniā ab Auguſto miſſus Maſſiliæ moritur. *Suet.*

Sex. Ælius Catus, *al.* Catuus Q. F. 757 4
C. Sentius Saturninus C. F.

Ab his Lex Ælia Sentia de Manumiſſionibus, nomen habet Caius Cæſar in Lycia moritur. Tiberius ab Auguſto adoptatur. Tribunitiam poteſtatem iterum obtinet, & bello Germanico præficitur. *Sueton. Velleius 2.*

L. Valerius Meſſalla Valeſus, Potiti F. 758 5
Cn. Cornelius Cinna Magnus.

Cinna patrem habuit Lucium, matrē Pompeiam Pompeij Magni filiam. *Dio 55.* quo libro Legiones omnes Romanas, Auguſtæi & ſui æui, enumerat. Additque Batauos noſtros fuiſſe Stipatores corporis Im-

Anni vulgares Christi. | Anni V. C. Varroniani.

Imperatoris. Tiberius victis Caninefatibus, Attuariis, Bructeris & Cheruſcis, tranſitoque Viſurge ad Albim vſque excurrit. *Velleius l.2.*

M.Æmilius Lepidus L.F.
6 759 C.Aruntius Nepos L.F.

Archelaus (Herodes Palæſtinus Dioni) à fratribus ſuis accuſatus, Romam vocatur, & trans Alpes relegatur. Iudææ pars, quæ illi parebat, in formam prouinciæ redigitur. P. Sulpicius Quirinus ad cenſus deſcriptionem & Archelai bona in fiſcum redigenda, cum Coponio Procuratore, venit in Syriam; vbi abrogato Pontificatu Ioazaro, Ananum filium Sethi (is eſt Aunas, Cayphæ ſocer) in illius locum ſubſtituit. *Dio 55. Ioſeph.* 18. *c.* 3. 15. Sed idem Ioſephus lib. 2. de Exc. cap. 11. videtur hæc referre ad annum 9. Archelai.

7 760 Q.Cæcilius Metellus Creticus.
L. Licinius Nerua Silanus.

Germanicus contra Pannonios & Dalmatas proſperè pugnat. Auguſtus nepotem ſuum Agrippam in Planaſiam inſulam relegat. *Dio 54.*

8 761 Martus Furius Camillus M.F.
Sex. Nonius Quinctilianus C.F.

9 762 P.Sulpitius Camerinus Q.F.
C.Poppæus Sabinus Q.F.

Quinctilius Varus cum tribus legionibus, totidem alis, & ſex cohortibus ſociorũ, ab Arminio Germanorũ duce, annos 26. tunc nato, inter Amiſiam & Luppiam amnes, haud procul à Teutoburgienſi ſaltu in Weſtfalia oppreſſus, ipſe ſibi mortem conſciuit. *Tacitus lib.* 1. *Annalium, Dio lib.* 56. *Velleius* 2. Quâ clade factum, vt Imperium quod in littore Oceani non ſteterat, in ripa Rheni fluminis ſtatet: vt Florus lib. 4. cap. 12 loquitur. Teutoburgienſis porrò ſaltus, *Teuteberg*, nomen etiamnum retinet, vt & campus victoriæ nomine inſignis, *VVinfeldt*, ad Hornam Weſtfaliæ opidulum.

10 763 P.Cornelius Dolabella P.F.
C.Iulius Silanus.

11 764 M.Æmilius Lepidus Q.F.
T.Statilius Taurus T.F.

Tiberius & Germanicus, Proconſules in Germaniam profecti, cuncta longè lateque populantur. *Dio 56. Sueton. Velleius* 2. Germanicum octo apud Rhenum legionibus ab Auguſto impoſitum fuiſſe, Tacitus lib. 1. Annalium teſtatur.

12 765 Tib.Germanicus Cæſar, *Druſi Germanici F.*
C.Fonteius Capito C.F.

Caius Caligula menſis Auguſti die vltimo naſcitur Antij, patre Germanico Cæſare, matre Agrippina. *Sueton.*

13 766 C.Silius Nepos, *al.* Cæcina C.F.
L.Munatius Plancus M.F.

Auguſtus Reipublicæ adminiſtrationem in decennium accipit iam quintùm.

14 767 Sextus Pompeius Sex.F.
Sextus Apuleius Sex.F.

Hi ſunt primi Conſules à Cornelio Tacito memorati. Auguſtus Nolæ in Campania moritur die 19. menſis Auguſti, cùm vixiſſet annos

paulò

Anni vulgares Chriſti | Anni V. C Varroniani.

paulò plus ſex & ſeptuaginta. Succedit Claudius TIBERIVS, Auguſti priuignus, annum tunc 55. agens: qui annos viginti duos, menſes ſex, dies XXVI. imperauit. Germanicus Sequanos & Belgas in verba Tiberij adigit, & ſeditiones militares ad Rhenum componit. Marſos, Tubantes, Bructeros & Vſipetes vaſtat. *Tac. lib. 1. Annalium.* Obiit item Iulia Auguſti filia. *Tac. 1. Annal. Dio 56.* Annius Rufus eſt Iudææ Procurator. *Ioſeph 18. c. 3.*

Stemma Auguſti Imp.

- C. Octauius C. F. prætuit Macedoniæ, duxit 1. Ancharia, 2. Attiam.
  - Ex 1. Octauia maior, vxor C. Marcelli, poſt M. Antonij Triumuiri.
    - M. Marcellus ob. ſine lib.
    - Marcella maior.
    - Marcella minor.
    - Ex 2. Antonia maior, vx. L. Domitij Ahenobarbi.
      - Domitia vx. C. Paſſieni.
      - Domitia Lepida vx. M. Val. Meſſallæ 2. Ap. Iunij Meſſallæ.
        - Ex 1. Meſſallina vx. Claudij Imp.
        - Ex 2. L. Silanus.
        - M. Silanus.
        - Iunia Caluina, Vitellij nurus.
      - Cn. Domitius dux. Agrippinam, Germanici & Agrippinæ F.
        - Nero Imp.
          - Poppæa ob. infans an. 63.
    - Antonia minor, vx. Druſi Germanici.
      - Germanicus Cæſar d. Agrippinam M. Agrippæ F.
        - Nero dux. Iuliam.
        - Druſus ob. 33.
        - C. Caligula Imp.
        - Agrippina vx. Cn. Domitij, 2. C. Paſſieni, 3. Claudij Imp.
        - Druſilla nupſit L. Caſſio an. Chriſti 33.
        - Liuia, ſeu Liuilla, Tacito Iulia, nupſit M. Vinicio 33.
      - Liuilla al. Liuia.
      - Claudius Imp.
  - Ex 2. Octauia minor ob. anno V. C. 743.
  - C. Octauianus Cæſar Auguſtus duxit Scriboniam, 2. Liuiam matrem Tiberij, ob an. Chriſti 14.
    - Ex 1. Iulia vxor M. Marcelli 2. M. Agrippæ, 3. Tiberij Imp. ob libidines relegata in inſulam cum Iulia F. obiit an. Chriſti 14.
      - Ex 2. Caius Cæſar dux. Liuillam Druſi Germ. F.
      - Lucius Cæſar.
      - Agrippa poſtumus.
      - Iulia vxor L. Æmilij Pauli, relegata cum matre ob. an. Chriſti 28.
      - Agrippa vxor Germanici Cæſaris.

Claudius Druſus Cæſar, *Tiberij Imp. F.* 768 15
C. Norbanus Flaccus L. F.

Germanicus Cæſar iterum Rhenum tranſmittit, in Chattos ducit, Mattium gentis caput (hodie Marburgũ Haſſiæ) incendit, Arminij vxorẽ capit, Bructeros & Friſios vaſtat, Varianæ cladis reliquias colligit, ac ſepulturæ tradit, poſt ſextum cladis annum. *Tac. 1. Ann.*

T. Statilius Siſenna Taurus T. F. 769 16
L. Scribonius Libo L. F.

Mille nauium claſſe fabricata, Germanicus eas in portuoſa Batauorum inſula conuenire iubet. Poſſam Druſianam ingreſſus, lacus inde & Oceanum, vſque ad Amiſiam flumen peruehitur, Cheruſcos & Arminium Germanorum ducem ingenti prælio trans Viſurgim vincit in campo cui Idiſtauiſo nomen. Hunc ipſum campum Lipſius cenſet eſſe, qui infra Bremam, verſus mare, inter Viſurgim & colles ſaltuſque interiectos latè ſe pandit. Diſtat à Brema duobus circiter Germanicis milliaribus circa vicum *Vegeſack.* Victo fugatoque Arminio,

Anni vulgares Chriſti. | Anni Vrbis conditæ Varroniani.

minio, Germanicus mox bellum in Angriuarios, qui defecerant, Stertinio mandat: qui deditione facta veniam omnium acceperunt. Sed æſtate iam adulta, legionum aliæ itinere terreſtri in hiberna remiſſæ: plures Germanicus claſſi impoſitas per Amiſiam fl. Oceano inuexit. Sed vi tempeſtatis & imperitia illius maris, in regreſſu nauium hominumque maximam partem in Oceano amiſit: ſola Germanici ipſius triremis in Chaucorum terram appulit. Exinde C. Silio cum exercitu in Chattos miſſo, ipſe in Marſos erupit. *Tac. 2. Ann.* In fine anni, arcus propter ædem Saturni, ob recepta ſigna cum Varo amiſſa, ductu Germanici, dicatur. *Tac. ibidem.*

17 707 *Coſſ.* { C. Cælius Rufus:
L. Pomponius (*al.* Pompeius) Flaccus.

Germanicus ex Germania Romam redux, VII. Kalend. Iunias de Cheruſcis, Chattis & Angriuariis triumphat. Terræ motu in Aſia XII. vrbes collabuntur. *Tac. 2. Dio* 57. Ouidius poëta exul Moritur, & iuxta opidum Tomos ſepelitur. *Euſeb.* Arminius Cheruſcorum dux, annos 35. natus, Maroboduum Regem Marcomannorum prælio vincit.

18 771 C. Tiberius Nero Cæſar III.
Germanicus Cæſar II.

Gemanicus Nicopoli in Achaia Conſulatum iuit, & Græciæ opida luſtrat. *Tac. 2.*

19 772 Marcus Iulius Silanus, *ſocer Caligulæ Imp.*
L. Norbanus Balbus *vel* Flaccus.

Druſus Germanos ad diſcordias illicit. Maroboduus à Catualda regno pulſus, in Italiam tranſit, conſentiente Tiberio; & Rauennæ 18. annis egit. Idem Catualdæ mox caſus; qui Forum Iulij eſt miſſus. Germanicus, luſtrata Ægypto, in Syriam tranſit: vbi non ſine ſuſpicione veneni à Cn. Piſone Syriæ Præſide dati moritur. Liuia Druſi vxor geminos parit. Arminius Germanorũ dux anno ætatis 37. potentiæ 12. à ſuis interficitur. *Tac. 2. Ann.* Ioſephus Caiaphas à Valerio Grato Iudææ Procuratore Pontificatum obtinet, quem annis 17. aut 18. tenuit. Quattuor millia Iudæorum Roma in Sardiniam vehuntur. *Tac. 2. Ann. & Ioſeph. l. 18. c. 7.*

20 773 M. Valerius Meſſalla, *Val. Meſſallini pater.*
M. Aurelius Cotta.

Germanici corpus Romam delatum magno omnium luctu excipitur. Piſo iudicio poſtulatus, manus ſibi adfert. *Tac. 3. Annal.*

21 774 Tiberius Cæſar Auguſtus IV.
Druſus Cæſar, *eiuſdem Tiberij filius*, II.

Huius anni principio Tiberius, quaſi firmàndæ valetudini, in Campaniã conceſſit. Iulio Flòro Treuero, & Iulio Sacrouiro Æduo, ducibus, Galli deficiunt; ſed mox domantur. Quirinus, à quo cenſus in Syria inſtitutus erat, moritur. *Tac. 3.*

22 775 *Coſſ.* { C. Sulpitius Galba.
D. Haterius Agrippa.

Tiberius, matre ſua Iulia Auguſta grauiter ægrotante, Romam reuertitur. *Tac. 3.*

23 776 C. Aſinius Pollio, *Aſinij Galli F. Pollionis N.*
C. Antiſtius Vetus.

Ælius Seianus, Tiberio gratiſſimus, viam ad imperiũ ſibi ſtruens, Druſum Tiberij filium, corrupta eius vxore Liuia, veneno tollit;

Anni V.C. Varroniani. | Anni vulgares Christi.

lit; Agrippinam Germanici viduam Tiberio ſuſpectam reddit. *Tac.*4. *Annal.*

Sex.Cornelius Cethegus. 777 24
L.Vitellius Varro, *Tacito* Viſellius.

Cn. Lentulus Iſauricus, *Tacito* Coſſus Cornelius. 778 25
M.Aſinius Agrippa, *Aſinij Galli F.Pollionis N.*

Cremutius Cordus, nobilis Hiſtoricus, inedia vitam finire cogitur; eò quòd Caſſium Romanorum vltimum nuncupaſſet, & Brutum laudaſſet. *Tac.* 4. Cremutij filiam Martiam conſolatur Seneca.

Cn.Cornelius Lentulus Gætulicus, Gætulici F. 779 26
C.Caluiſius Sabinus, *qui Thraces domuit.*

Tiberius in Campaniam proficiſcitur, Romam non ampliùs reuerſurus. *Tac.*4. Cocceius Nerua Iureconſultus Tiberium comitatur.

M.Licinius Craſſus, *al.* Licinius. 780 27
L.Calpurnius Piſo.

Pilatus Iudææ Procurator datur. Tiberius in inſulam Capreas concedit. *Tac.* 4.

Coſſ. { Ap. Iunius Silanus, *conſocer Claudij Imp.* 781 28
P.Silius Nerua.

Iulia Auguſti neptis, Iuliæ F. Æmilio Paulo nupta, in inſula Trimerum à 20. annis exulans, moritur. Friſij, accolæ Fleui, deficiunt, & Romanos clade afficiunt. Agrippina, Germanici Cæſaris & Agrippinæ filia (quæ Neronis Imp. poſteà mater fuit) nubit Cn. Domitio, L. Domitij Ahenobarbi & Antoniæ maioris filio. *Tac.*4.

C.Rubellius Geminus. 782 29
C.Fuſius Geminus.

Liuia, Tacito Iulia Auguſta, Tiberij mater, anno ætatis 82. aut 86. moritur. Ita Tacitus 5. Ann. & Dio. Vide ſuprà ad annum V. C. 745. Reliqua acta huius anni, vt & duorum proximè ſequentium, deſunt apud Tacitum, & noſtro malo perierunt.

M.Vinicius Quartinus, *progener Tiberij Imp.* 783 30
C.Caſſius Longinus.

Velleius Paterculus hiſtoriam ſuam vſque ad hunc primum M. Vinicij Conſulatū deduxit: ſed maior hiſtoriæ illius pars intercidit.

Tiberius Nero Auguſtus V. 784 31
L. Ælius Seianus.
Suffecti, C.Memmius Regulus, Fulcinius Trio.

Hic eſt ille Seianus, qui cùm ad ſummam potentiam Tiberij fauore perueniſſet, illius ad Senatum litteris accuſatus, hoc ipſo anno miſerrimè, cum tota ſua ſtirpe, carnificis manu periit: vt Dio *l.* 58. fusè narrat. Taciti verò Annales hîc ſunt mutili. Inter alios Seiani amicos hoc anno periiſſe creditur Velleius Paterculus, Hiſtoricus. CHRISTVS Dominus his Conſulibus in crucem pro humani generis ſalute die 23. Martij ſublatus, reſurrexit die 25. eiuſdem menſis. Stephanus à Iudæis occiditur, vt Lucas in Actis Apoſtolorum narrat.

Coſſ. { Cn.Domitius Ahenobarbus, *Neronis Imp. auus.* 785 32
A.Vitellius Nepos.
Suffectus, M.Furius Camillus Scribonianus.

L.Piſo Præfectus Vrbis moritur, vt Tacitus lib. 6. Ann. (contra Ioſephum & Zonaram) tradit: vbi & de origine ac progreſſu huius

muneris

Anni vulgaris Christi. | Anni V.C. Varroniani.

muneris agit. De Sibyllarum libris recipiendis Romæ conſultatur. *Tac. ibid.*

33 786 Seruius Sulpitius Galba, *poſt Imp.*
L. Cornelius Sulla.

Tiberius Germanici filiabus, Druſillæ Lucium Caſſium, & Liuiæ ſeu Liuillæ (quæ eadem eſt Iulia Tacito & Dioni) M. Vinicium, maritos deſtinat. Druſus Germanici filius & Agrippina mater eius inedia vitam finiunt. *Tac. 6. Dio.* 58. C. Cæſar, Tiberio auo Capreas abeunti comes, Claudiam M. Silani F. ducit. Aſinius Gallus Pollionis F. fame moritur. *Tac. 6.* Saulus acceptis à Pontifice litteris, cùm Damaſcum tenderet, equo deiectus, ad Chriſtum conuertitur. *Actorum 9.*

34 787 Paulus Fabius Perſicus, *al.* Priſcus.
L. Vitellius Nepos.

Hos Conſules, poſt celebrata decennalia Tiberij, pœna adfectos notat Dio. Phœnix auis in Ægypto viſa. *Tacitus 6. Ann.* qui veterum ſuper ea narrationes ac iudicia narrat.

35 788 C. Ceſtius Gallus Camerinus.
M. Seruilius Rufus.

Philippus Herodis Magni filius, Tetrarcha Traconitidis, moritur, cùm annos 38. regnaſſet. *Ioſeph. l.* 18. *c.* 6.

36 789 Q. Plautius Plautiuianus, *al.* Lælianus.
Sex. Papinius Gallienus.

Vitellius Syriæ Præſes Marcellum Iudææ Procuratorem mittit: qui Pilatum à Iudæis accuſatum in Italiam ad Tiberium nauigare iuſſit, & Caiphæ in ordinem redacto Ionatham Anani filium ſubſtituit. *Ioſeph* 18. *cap. 5 & 6.* Paulus Hieroſolymam adiit, vt videret Petrum: inde poſt dies vndecim Cæſaream, & poſteà Tarſum abiit. *Actorum 9.*

37 790 *Coſſ.* { Cn. Acerronius Proculus.
C. Pontius Nigrinus.

Tiberius Imp. 16. Martij moritur. Succedit Caius Caligula, Germanici Cæſaris & Agrippinæ filius, annum 25. ætatis ingreſſus. *Tacitus 6. Annal.* Ab hoc anno vſque ad annum Chriſti 47. ſcripta Taciti perierunt. Caligula porrò ſimul atque nactus eſt imperium, Herodem Agrippam ſeniorem, Ariſtobuli filium, Herodis Magni nepotem, vinculis ſolutum in honore habuit, eidemque Philippi & Lyſaniæ tetrarchias, cum Regis titulo, donauit: quem titulum Claudius Imp. anno Chriſti 41. eidem confirmauit. *Ioſeph.* 18. *Act.* 8. Proculo & Nigrino Conſulatum dimittere iuſſis, Caligula cum Claudio patruo Conſul factus, Tiberium gemellum, Druſi filium, Tiberij Imp. nepotem occidi iuſſit. *Dio* 59. *Sueton.* 14. Flauius Ioſephus, Iudæorum Hiſtoricus, patre Matathia naſcitur, vt ipſe in vita ſua narrat. Petrus varias prouincias peragrat, Lyddæ Æneam paralyticum ſanat, Ioppe Tabitham à mortuis reuocat, & Cornelium baptizat. *Actor.* 8. 9. 10. Eodem anno & Antiochiam adiit, ibique ſedem ſui Epiſcopatus conſtituit: & annis ſex integris ibidem ſedit.

38 791 M. Aquillius Iulianus.
N. Nonius Aſprenas.

Caligula Macronem, cuius ope imperium adeptus fuerat, è medio tollit. *Dio* 5.

C. Ca-

C. Cæſar Caligula Aug. II. 792 39

L. Apronius Cæſianus.

Baiarum medium interuallum & Puteolanas moles trium millium & ſexcentorum paſſuum mole Caligula coniungit. *Suet. Dio* 59.

C. Cæſar Caligula III. *Suffectus*, L. Gellius Poplicola. 793 40

M. Coccejus Nerua.

Caligula ad Oceanum Belgicum cùm veniſſet, ridiculam expeditionem in Britanniam ſuſcepit. Nam quaſi bellum perpetraturus, directa acie in Oceani littore, & baliſtis machiniſque diſpoſitis, nemine gnaro aut opinante quidnam cœpturus eſſet, repentè vt conchas legerent, galeaſque & ſinus replerent, imperauit, ſpolia Oceani vocans, Capitolio Palatioque debita. *Dio* 69 *Sueton.* Turris Caligulæ à Suetonio memorata, hodieque prope Bononiam ad mare Gallicum viſitur, vulgò *la Tour d'Ordre.* Herodes Antipas, Herodis Magni filius, Galilææ Tetrarcha, Herodiadis coniugis ſuæ impulſu, & æmulatione Herodis Agrippæ ſenioris, Romam ad regnum impetrandum veniens; à Caligula, Agrippæ litteris contra ipſum incitato, in exilium mittitur, eiuſque Tetrarchia Agrippæ attribuitur. *Ioſeph.* 18. *cap.* 9. Flacco Auilio Alexandriæ in Ægypto Iudæos affligente, Philo Iudæus ad Caium Caligulam legatus ab iis mittitur, ſed à Caio non auditur: vt ipſe Philo in ſua ad Caium Legatione, & Ioſeph. 18. cap. 10. narrant. Barnabas Antiochiam ab Apoſtolis mittitur: inde Tarſum ad quærendum Paulum profectus, Antiochiæ cum eo commoratus eſt anno integro. Atque ab hoc tempore noſtræ religionis homines nominari cœperunt Chriſtiani. *Actor.* 11. Pontius Pilatus ſibi ipſi necem infert. *Euſeb. in Chron.*

C. Cæſar Caligula IV. *Suffectus*, Q. Pomponius Secundus. 794 41

Cn. Sentius Saturninus. *Suffectus*, Venuſtus.

C. Caligula Imp. die 24. Ianuarij, à Chærea Caſſio, Tribuno cohortis Prætoriæ, & aliis coniuratis occiditur: cui Claudius patruus, Druſi Germanici filius, Kalendis Februarij eſt ſuffectus. *Dio* 59. *Suet.* Vide ſuprà ad an. V. C. 745. Claudius Herodi Agrippæ ſeniori regnum auxit, addita Iudæa & Samaria. Sic regnum aui ſui Herodis Magni, poſt eius mortem in partes diuiſum, primus hic Agrippa ex aſſe poſſedit. *Ioſeph.* 19. *cap.* 4. Idem Herodes Agrippa, Hieroſolymam eodem anno veniens, ad Iudæos ſibi obſtringendos, S. Iacobum Apoſtolum occidit, & Petrum in carcerem coniecit: vnde ab Angelo eſt ereptus. *Act.* 9. Paulus Antiochia ſecundò Hieroſolymam proficiſcitur cum Barnaba. *Actor.* 11. Titus Veſpaſiani filius naſcitur III. Kalend. Ianuarij. *Sueton.*

Tib. Claudius Auguſtus II. 795 42

C. Cæcina Largus. *Caſsiodoro* Gallius.

Claudius Imp. ad oſtia Tiberis ingenti ſumptu portum exſtruit. *Suet. Dio* 60. Paulus & Barnabas Hieroſolymis Antiochiam redeunt: inde Seleuciam & in Cyprum proficiſcuntur. Ibi Sergius Paulus Proconſul ad Chriſtum conuertitur. Petrus Antiochia Romam proficiſcitur contra Simonem Magum; vt Euſebius, Seuerus Sulpitius, Oroſius, & alij narrant.

43 796 Tib. Claudins Imp. III.
L. Vitellius II.

Claudius Imp. in Britanniam profectus, in eaque diebus XVI. verſatus, inſulam vniuerſam domuit; vt Dio lib. 65. tradit.

44 797 C. Vibins Priſcus II.
T. Statilius Tanrus.

Hoc anno ineunte Herodes Agrippa ſenior, vniuerſæ Palæſtinæ Rex, moritur, ſcatentium è corpore vermium tabe confectus, cùm annis ſeptem regnaſſet, tribus verò Iudæam tenuiſſet. Iudææ Procurator datus eſt Cuſpius Fadus; vt Ioſephus in fine lib. 19. narrat.

Stemma Herodum Regum Iudææ.

- Antipater Idumæus Procurator Iudææ à I. Cæſare conſtitutus.
  - Herodes Magnus Rex Iudææ anno V. C. 714. creatus, ob. an. 751.
    - Alexander is duxit Glaphyram.
    - Ariſtobulus.
      - Herodes Agrippa ſenior Rex Iudææ obiit an. Chriſti 44.
        - Herodes Agrippa iunior Rex iuuit Titum in obſidione Hieroſol. teſte Tacito.
    - Antipater.
    - Archelaus Tetrarcha Iudææ ob. exul Viennæ in Gallia.
    - Herodes Antipas, Tetrarcha Galilææ, fratri ſuo Philippo abſtulit Herodiadem.
    - Olympia vxor Ioſephi.
    - Herodes.
    - Philippus Tetrarcha Traconitidis duxit Herodiadem.
    - Phaſaelus.
    - Roxana.
    - Salome.
  - Phaſellus.
  - Pherora.

45 798 M. Vinicius Quartinns II.
M. Statilius Corninus. *Caſsiodoro* Cornelius.

46 799 C. Valerins Aſiaticns II.
M. Iunius Silanus, *al.* M. Valerins Barbatus Meſſalla.

Conſul hic Meſſallæ ex Domitia Lepida, L. Domitij Ahenobarbi & Antoniæ maioris filia, genuit Valeriam Meſſallinam, Clandij Imp. coniugem, adulteriis famoſam feminam: de qua infrà an. 48.

47 800 *Coſſ.* { Tib. Claudius Imp. IV.
L. Vitellius III. }

Huius anni res geſtæ apud Tacitum lib. XI. Annalium leguntur: ſuntque horum Conſulum nomina dicto XI. libro præfigenda, non Conſulum ſuperioris anni: quod notet Lector Taciti. Procurator Iudææ datur Cnmanns poſt Alexandrum. *Ioſeph.* 20. *cap.* 3. Samariæ procnrationem gerit frater Pallantis. *Tac.* 12. Cheruſcis petenribus à Tiberio Rex Roma mittitur nomine Italus, qui patrem habuit Flauium, Arminij fratrem; matrem verò ex Catumero Chattorum principe natam *Tac.* 11. Valerins Aſiaticus II. Conſul Meſſallinæ dolo damnatur & interficitur. Ipſa verò in omnem proiecta libidinem C. Silio equiti ſe dedit. *Tac.* 11. *Dio* 60. Chanci, duce Gannaſco, qui natione Caninefas erat, Germaniam inferiorem incnrſant: quos Corbulo reprimit. Idem Friſios componit, & Gannaſcum transfugam dolo interficiendum curat. *Tacitus libr.* 11. Curtius Rufus, rerum Alexandri Magni ſcriptor, floret. *Tacitus ibidem.*

Veſpa-

Veſpaſianum in Britannia ab hoſtibus circumuentum Titus filius eripuit, pulſis ac victis hoſtibus. Anno octingenteſimo poſt Romam conditam, his Conſulibus, Ludi ſæculares Romæ ſunt celebrati. Claudius Imp. nouas litteras format. Italus, ex Flauio Arminij fratre natus, Cheruſcis à Claudio Rex datur. Corbulo inter Moſam & Rhenum, trium & viginti millium ſpatio, foſſam producit. *Tac.* 11.

A. Vitellius *poſtea Imperator.* 801 48
L. Vipſanius Poplicola.

Meſſallina palàm C. Silio Equiti nubit. Quod vbi Claudius reſciuit, Meſſallinam cum adultero interfici iuſſit. Cenſa ſunt hoc anno ciuium capita ſexagies nouies centena & quadraginta quatuor millia. *Tac.* 11. *Ann.*

Q. Pompeius Longinus Gallus. 802 49
Q. Verannius Lætus.

Claudius Iudæos Roma pellit. *Tac.* 12. *Suet.* Ideo Petrus in Iudæam rediit, Aquila verò & Priſcilla Corinthum migrant. *Actor.* 18. Iuliam Agrippinam, Germanici fratris ſui filiam, Neronis Imp. ex Domitio Ahenobarbo matrem, ducit Claudius. Illa Senecam ab exilio reuocat, ipſumque Neroni dat præceptorem. Octauia denique, Claudij filia ex Meſſallina, Neroni deſpondetur. L. Silanus, Claudij Imp. gener, mortem ſibi conſciſcit: cuius ſtemma Lipſius ad Taciti lib. 13. Ann. explicat. Iudæam Syriæ prouinciæ his Conſulibus additam, defuncto Agrippa ſeniore Rege, lib. 12. Ann. Tacitus tradit. Agrippa tamen iunior etiam Rex fuit, patre defuncto. De mutatione poſt Agrippæ ſenioris obitum ſecuta, Ioſephum lib. 20. conſule. Claudius pomœrium Vrbis auget. *Tac.* 12.

C. Antiſtius Vetus. 803 50
M. Suillius Rufus Neruilianus.

Vannius Sueuis Rex à Druſo Cæſare impoſitus pellitur regno. Auctores fuere Iubillius Hermundurorum Rex; & Vangio ac Sido, Vannij ſorore geniti. *Tac.* 12. Iulia Agrippina, Claudij Imp. vxor, Neronis Imp. mater, in opidum Vbiorum ad Rhenum, in quo genita erat, veteranos & coloniam deduci imperat; quod vulgò Colonia Agrippina dicitur; rectiùs Agrippinenſis. Vbios autem auus eius M. Agrippa anno V. C. 717. primus Rhenum traduxerat, & in fidem acceperat. *Tac. lib.* 12. *& lib. de Germ.* Vide ſuprà ad an. Chriſti 14.

Claudius Imp. V. 804 51
Ser. Cornelius Scipio Orfitus.

Nero virili toga donatur, & Princeps iuuentutis nuncupatur. *Tac.* 12. *Annal.*

P. Cornelius Sylla Fauſtus. 805 52
L. Saluius Otho Titianus.

Paulus Corintho Epheſum, inde Cæſaream, Antiochiam & Ieroſolymam quartò proficiſcitur. Poſteà in Galatiam & Phrygiam abit, ac demum reuertitur Epheſum: qua in vrbe vſque ad tertium annum perſtitit. *Act.* 18. 19. 20. 21. & 22.

L. Iunius Silanus, *Ap. Iunij Conſulis F.* 806 53
Q. Haterius Antoninus.

Hunc Silanum Agrippina an. 55. veneno ſuſtulit, teſte Tacito lib. 13. Annalium: vbi Lipſius illuſtres omnes Silanos recitat. Nero annos XVI. natus ducit Octauiam Cæſaris filiam. *Tac.* 12.

M. *al.* Q. Aſinius Marcellus. 807 54
Manius Acilius Auiola.

Anni vulgares Christi | Anni V. C. Varroniani.

Claudius Imp. 13. Octobris ætatis anno 64. moritur: ſuccedit vitrico ſuo Domitius Nero, annos XVII. natus. Hîc deſinit LX. Dionis liber, eſtque poſtremus inter integros qui exſtant. Reliquorum librorum Excerpta debemus partim Ioanni Xiphilino Patriarchæ Conſtantinopolitano, partim Theodoſio cuidam. Claudij porrò & Neronis ſtemmata, ſi placet, vide ſuprà ad annum V. C. 745. & ad annum Chriſti 14.

55 808 Domitius Nero Claudius Imp. Aug.
L. Antiſtius Vetus.

Nero Acten libertam perditè amat, Agrippina matre frendente: & per Acten materna potentia paulatim infringitur. Nero Britannicum veneno tollit, quòd illum Agrippina ſe ad Imperium euecturam minaretur: matrem deinde ſatellitio exutam in ordinem redigit, ac demum occidit. *Tac.* 13. Paulus ex Macedonia Hieroſolymam veniens à Iudæis capitur, & primùm Felici, deinde Porcio Feſto Præſidi traditur. *Actorum* 20. 24.

56 809 Q. Voluſius Saturninus.
P. Cornelius Scipio.

Paulus Romam vinctus perducitur. *Act.* 38. Is ab Nerone coràm auditus & abſolutus eſt.

57 810 *Coſſ.* { Nero Claudius Imp. II.
L. Calpurnius Piſo.

Paulus ad Timotheum ſecundam ſcribit Epiſtolam. Eodem tempore & ad Epheſios ſcripſit.

58 811 Nero Claudius Imp. III.
M. Valerius Meſſalla.

Meſſallæ proauus fuit Coruinus Orator, Auguſto in Conſulatu collega. Nero Poppæam Sabinam deperit, & Othonem eius maritum Luſitaniæ præficit. *Tac.* 13. Paullinus Pompeius, Germaniæ inferioris ſub Nerone Proprætor, molem ſiue aggerem prope Duroſtadium in læua Rheni ripa, ante 63. annos à Druſo incohatum, coërcendo Rheno, abſoluit. L. Vetus Moſellam & Ararim, facta inter vtrumque foſſâ, connectere parat; ſed ſtatuit tantū. Friſij res nouas in Germania mouent: eorum legati duo Romam miſſi, ciuitate Romana à Nerone donantur. *Tac.* 13. Anſibarij cæduntur. Iuhonum ciuitas igne è terra enato affligitur. *Tac. ibidem.*

59 812 C. Vipſanius Apronianus.
C. Fonteius Capito.

Agrippina, honore priùs omni ſpoliata ac palatio pulſa, à Nerone filio interficitur. Poſt hæc inducta Poppæa, quam ab Othone marito abſtraxerat, Octauiam relegatam è medio demum ſuſtulit. *Tac.* 14.

60 813 Nero Claudius Imp. IV.
Coſſus Cornelius Lentulus.

Feſto Iudææ Procuratori ſuccedit Albinus. *Ioſeph.* 20. *cap.* 8. Corbulo vir ſtrenuus, Parthis victis, Armeniam recuperat. *Tac.* 14. Nero quinquennale ludricum ſeu luſtrale certamen Romæ inſtituit, ad morem Græci certaminis. Cæterùm Cn. Pompeius anno Vrbis 689. theatrum perpetuum condidit primus: vt Lipſius ad 14. Taciti docet.

61 814 C. Cæſonius Pætus, *Tacito* Cæſennius.
C. Petronius Turpilianus, *Tacito* Sabinus.

Paullinus Suetonius Monam inſulam maris Britannici occupat. *Tac.* 14. Iacobus frater Domini, primus Hieroſolymorum Epiſcopus,

pus, à Iudæis obruitur lapidibus: cuius in locum ſuffectus eſt Simeon. *Euſeb. Chron.*

P. Marius Celſus.
L. Aſinius Gallus, *Pollionis F.* 815 62
Suffecti, Annæus Seneca philoſophus & Trebellius.

Seneca & Trebellio Coſſ. Senatuſcõſultum Trebellianum de actionibus à Fideicommiſſariis in heredes transferendis conditur. Perſius poëta Satyricus, annos 29. natus, VIII. Kal. Dec. moritur: vt in vetuſta eius vita à Scholiaſte edita legitur. Octauiam Nero dimittit, & Poppææ iungitur. Octauia demum in Pandataria inſula interficitur. *Tac.* 14.

L. Memmius Regulus. 816 63
Paulus Virginius Rufus.

Cintius fit Syriæ Præſes: Corbulo cum Parthis bellum gerit, & Tyridatem ipſorum Regem ſubigit. *Tac.* 15.

C. Lecanius Baſſus. 817 64
M. Lucinius Craſſus Frugi.

Nero libidinibus omnia inceſtat; adeò vt Pythagoræ exoleto nupſerit; Vrbem incendit, vt ardentis Troiæ ſimilitudinem exprimeret. Cuius facti inuidiam in Chriſtianos deriuanit, qui variis & horrendis ſuppliciis ſunt affecti, eius iuſſu. *Tac.* 15. *Suet. Dio.* 63.

PRIMA IN CHRISTIANOS PERSECVTIO

hæc fuit; prima, inquam, ſanguinis crudelitas in Chriſtianos Romæ à Nerone fuit exercita: vt Tertullianus in Apologetico & Lactantius notarunt. Nam Claudius Imp. ipſos anteà tantùm Vrbe expulerat: vt Suetonius cap. 25. notat.

P. Silius Nerua. 818 65
C. Iulius Atticus Veſtinus. *Suff.* Anicius Cerealis.

C. Piſonis, Plautij Laterani Conſulis deſignati, & aliorum coniuratio in Neronem detegitur, qui omnes occiduntur; in his & Seneca philoſophus, & Lucanus poëta. *Tac.* 15. *Dio* 62. Hieroſolymis portenta quædam, futuræ calamitatis prænuntia, contigerunt, quæ Ioſephus lib. 6. Excidii memorat.

C. Suetonius Paulinus. 819 66
L. Pontius Teleſinus.

Pontium vt philoſophum Philoſtratus lib. 4. & 7. laudat, & ſub Nerone exulaſſe ſcribit. Suetonium Tacitus Annal. 14 & 2. Hiſtor. & Plinius lib. 5. laudant. Ceſtio Gallo Syriæ Præſidi Ieroſolymam, inſtante Azymorum feſto, ſubeunti trecentas Iudæorum myriades, ſeu tres hominum milliones occurriſſe, Ioſephus lib. 2. Excidij cap. 13. tradit. Nero Baream Soranum, à Boëtio de Conſol. lib. 1. proſa 3. memoratum, Domitium Corbulonem ex Oriente reuocatum, & Thraſeam Pætum è medio tollit. Hic deſinunt Corn. Taciti Annales: ſubſequentium annorum res geſtæ vſque ad Galbæ principatum, hoc eſt, vſque ad annum Chriſti 69. vulgarè perierunt: Nero in Achaia Iudæorum audita defectione, Veſpaſianum illi bello præficit: qui Titum filium Alexandriam in Ægyptum mittit, vt inde legiones deduceret hiemali tempore. *Ioſeph.* 3. *de Excid. cap.* 1. & 5.

Coſſ. { L. Fonteius Capito. 820 67
C. Iulius Rufus. }

Veſpaſianus in Galilæa contra Ioſephum (cuius Hiſtoriæ extant) aliosque Iudæorum duces fortiter rem gerit; Iapham & Iotapatam

 expu-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Anni vulgares Christi. | Anni V. C. Varroniani.

expugnat. Ioſephus ipſe capitur: quem lib. 3. Excid. cap. 17. & Suetonium in Veſpaſiano conſule. Simon Magus præſtigiis ſuis Neroni ac Romanis illudens, à Petro Apoſtolorum principe coërcetur, & paulò pòſt in aërem ſubuolans, eius oratione deiicitur. *Petrus* & *Paulus* III. Kalendas Iulij à Nerone interficiuntur. Petro in pontificatu ſucceſſit *Linus*, qui hactenus Chorepiſcopus fuiſſe putatur. *Euſeb. l. 2. cap. 25. lib. 3. cap. 2.*

68 821 C. Silius Italicus, *poëta celebris.*

M. Galerius Trachalus Turpilianus.

Nero ab omnibus deſtitutus & Roma fugiens, cùm ad ſupplicium quæreretur, ſeipſum 10. Iunij interimit. Succedit *Sergius Galba*, Hiſpanias tunc adminiſtrans: qui menſibus ferè ſeptem principatum tenuit. *Dio 63. 64. & Tacitus lib. 1. Hiſtoriarum*, qui hîc incipit. Tacitus namque in ſuis Hiſtoriarum libris Principes ſex, Galbam, Othonem, Vitellium, Veſpaſianum, Titum & Domitianum deſcripſit, annorum circiter XXI. materiem complexus; ſed ex tredecim Hiſtoriarum libris vix quinque ſuperſunt.

69 822 Seruius Sulpitius Galba Imp. III.

Titus Vinius Rufinus, *al.* Criſpinianus.

Germanicæ legiones à Galba deficiunt. Is ideò Piſonem Lucinianum, Lucinij Craſſi, Conſulis anno 64. ſuprà memorati & Scriboniæ filium, Cæſarem adoptat; Othone, qui illud ambiebat, prætermiſſo M. Siluius *Otho* (Galba, Piſone & Vinio ſub anni initium occiſis) imperium occupat, & menſibus tribus tenet. *Tac. hiſt. 1. & Suet.* Occiſus eſt autem Galba die 16. Ianuarij aut circiter. Aulus *Vitellius* interim (quem Germaniæ inferiori Galba præfecerat) illius primùm æmulus, poſtea hoſtis, imperium aſſumit. A cuius exercitu apud Bebriacum victus Otho, ſuapte manu concidit die 20. Aprilis aut circiter. Vitellius poſt necem Othonis imperauit octo menſibus. *Tac. hiſt. 2.* Flauius *Veſpaſianus* (qui ad cõprimendos Iudæos à Nerone miſſus fuerat) interea ad imperium euehitur, & Tiberius Alexander, Ægypto præfectus, in eius verba legiones adigit Kalendis Iuliis: à quo die principatus eius initium deducitur, Tacito teſte. Veſpaſianum ſimiliter promouit Mucianus Syriæ Præſes. At Veſpaſianus poſtea in Italiam progreſſus, Mucianum & Antonium contra Vitellianos præmiſit, qui ipſos ad Cremonam exeunte menſe Octobri oppreſſerunt. Vitellius carnificis manu lentis ictibus anno exeunte confoditur. Germani, Chatti, Bataui & alij populi, hos inter tumultus, à Romanis deficiunt. Bataui ex his primi, duce Claudio Ciuili, & poſt eos Caninefates, præſidia & caſtella Romana eiiciunt aut exſcindunt. Caſtra vetera à Ciuili obſidentur, & Gelduba ab eodem capitur. *Tac. 4. Hiſt.*

70 823 Fl. Veſpaſianus Imp. II.

Titus Veſpaſianus Cæſar, Veſpaſiani filius.

Treueri & Lingones à Romanis deficiunt. Treueri à Petilio Ceriali vincuntur. *Tac. 4. Hiſt.* Ante obſidionem Hieroſolymæ, Chriſtiani Pellam trans Iordanem migrant. *Euſeb. lib. 3. cap. 4.* Veſpaſianus Tito filio bellum Iudaicum mandat. Titus Hieroſolymam per Azymorum dies obſidere incipit, ac tandem expugnat. Templum Salomonis die 5. Auguſti ſuccenditur: vrbs verò tota Kalendis Septembris capitur. Vrbe demũ euerſa ſoloq; æquata, Iudaico bello finis imponitur. *Ioſeph. lib. 6. Exc. Tacitus 5. Hiſt.* Poſt prælia aliquot inter Claudium Ciuilem Batauorum, & Cerealem Romanorum ducem decer-

	Anni V. C. Varroniani	Anni vulgares Christi.

decertata, Ciuilis colloquium de pace cum Cereali habuit, ad flumen Nabaliam, fortè Vahalim. Hiſtoriarum Corn. Taciti liber V. hîc definit: reliqui libri (qui vſque ad mortem Domitiani Imp. pertingebant) magna rerum noſtratium iactura perierunt.

Fl. Veſpaſianus Imp. III. 824 71
M. Cocceius Nerua, *poſt Imperator.*

Veſpaſianus cum Tito filio de Iudæis triumphat, & clauſo Iani templo, Pacis templum condere aggreditur. Iudææ caſtella reliqua expugnantur. Cæſarea maritima fit totius Iudææ metropolis. Iudæis Alexandriæ in Ægypto tumultuantibus, iuſſu Veſpaſiani, Lupus Præfectus templum ipſorum *Onion* nuncupatum (quod ab Onia Pontifice conſtructum fuerat) deſtruxit. *Ioſeph. lib. 7. Excid.*

Fl. Veſpaſianus Imp. IV. 825 72
Titus Cæſar Veſpaſianus II. Veſpaſiani F.

Ebion hæreticus his ferè temporibus impia ſua dogmata publicare cœpit; vt Epiphanius hæreſi I. narrat.

Flauius Domitianus II. 826 73
M. Valerius Meſſallinus.

Heluidius Priſcus, Thraſeæ gener, ſecta Stoicus, eiuſque exemplo Stoici & Cynici plures, cùm Veſpaſiano Imp. obtrectarent, Veſpaſianus Philoſophos omnes (præter vnum Muſonium) Vrbe excedere iuſſit: Hoſtilium verò & Demetrium Cynicum in inſulas relegauit: ex quibus ille in exilium abiit, iſte parere noluit. *Dio lib. 66.*

Flauius Veſpaſianus Imp. V. 827 74
Titus Cæſar Veſpaſianus F. III.

Veſpaſianus & Titus eius filius hoc anno Cenſores fuerunt; vt Cenſorinus cap. 18. & Plinius lib. 7. cap. 49. narrant. 828 75

Flauius Veſpaſianus Auguſtus VI.
Titus Cæſar Veſpaſianus IV. *Suffectus,* Domitianus IV.

Templum Pacis à Veſpaſiano dedicatur, & Hieroſolymitani tẽpli ſpolia in eo collocantur; vt Ioſephus 7. Excid. c. 24. & Dio l. 66. narrant.

Fl. Veſpaſianus Auguſtus VII. 829 76
Titus Cæſar Veſpaſianus V. *Suffectus,* Domitianus V.

His Conſulibus Hadrianum Imp. natum tradit Spartianus.

Flauius Veſpaſianus Aug. VIII. 830 77
Titus Cæſar Veſpaſianus VI. *Suffectus,* Domitianus VI.

L. Ceionius Commodus Verus. 831 78
C. Cornelius Priſcus.

S. Linus Papa Romæ martyrio afficitur: ſuccedit Cletus, quem Irenæus Anacletum vocat.

Fl. Veſpaſianus Aug. IX. 832 79
Titus Cæſar Veſpaſianus VII.

Veſpaſianus Imp. moritur VIII. Kalend. Iulij, annos nouem & ſexaginta natus: ſuccedit filius eius *Titus.* Cn. Iulius Agricola (cuius ſoceri ſui vitam Corn. Tacitus ſcripſit) Britannos domat.

Titus Veſpaſianus Imp. VIII. 833 80
Flauius Domitianus VII.

C. Plinius ſenior, cùm ad Veſuuij montis incendium ſcrutandum propiùs acceſſiſſet, ibidem extinguitur; vt Plinius iunior, illius ſorore natus, lib. 6. epiſt. 16. narrat. Tito ad cladem Campaniæ viſendam profecto, Romæ tẽpla Serapidis, Iſidis, Neptuni & Pantheon conflagrarũt. Titus Amphitheatrũ & Thermas ſuo nomine dedicat. *Dio 66.*

M. Plau-

81 834 M. Plautius Siluanus.
M. Annius Verus Pollio.

Titus Imp. (delitiæ generis humani) altero & quadrageſimo ætatis ſuæ anno, moritur Idibus Septembris, veneno, vt fama ferebat, à fratre ac ſucceſſore ſuo *Domitiano* ſublatus. Domitianus ſæuitia, luxuria aliiſque vitiis Neronis æmulus fuit. In ſpectaculis effuſus, quinquennale certamen inter alia inſtituit.

82 835 Imp. Flauius Domitianus VIII.
Tit. Flauius Sabinus.

83 836 Imp. Flauius Domitianus IX.
T. Virginius Rufus II.

Domitianus Philoſophos Vrbe & Italia expellit; Veſtales virgines tres ob ſtuprum viuas defodit. *Sueton. Dio.*

84 837 Imp. Flauius Domitianus X.
Appius Iunius Sabinus.

85 838 Imp. Flauius Domitianus XI.
T. Aurelius Fuluius *al.* Fuluus.

86 839 Imp. Flauius Domitianus XII.
Seruius Cornelius Dolabella.

His Conſulibus Antoninum Pium Imp. natum tradit Capitolinus. Primus Agon Capitolinus quinquennalis à Domitiano inſtituitur & celebratur, vt Suetonius & Cenſorinus cap. 18. tradunt.

87 820 Imp. Flauius Domitianus XIII.
M. Voluſius Saturninus.

Domitianus Deum ac Dominum ſe appellari iubet, vt Suetonius & Euſebius in chron. narrant.

88 841 Imp. Flauius Domitianus XIV.
L. Minutius Rufus.

Domitianus à Marcomanis victus & fugatus, cum Decebalo Dacorum Rege pacem init. *Dio* 67. His Conſulibus ſeptimos Ludos ſæculares à Domitiano celebratos eſſe Cenſorinus cap. 17. refert: Adduut nummi ſuperſtites, fuiſſe editos *Idibus Septembris, ipſo Natali Imperatoris, anno Tribunitiæ poteſtatis eius VIII. Conſulatu XIV.* vt Bucherius cap. 13. ad Victorij Canonem Paſchalem notauit.

89 842 T. Aurelius Fuluius II.
A. Sempronius Atratinus.

Domitianus Romam reuerſus, ridiculum de Dacis & Chattis triumphum agit, & ciues multos interficit. Cocceius Nerua (qui poſteà Imperator fuit) in exilium mittitur: ſed hoc ipſo anno reuocatur, & ſequenti Conſul deſignatur. *Dio.* Apollonius Tyaneus, Romam accerſitus, cauſſa coram Domitiano Imp. perorata, repentè ex oculis euaneſcit; vt Philoſtratus lib. 7. & 8. de eius vita commemorat.

90 843 Imp. Flauius Domitianus XV.
M. Cocceius Nerua II. *poſt Imperator.*

91 844 M. Vlpius Traianus, *poſt Imperator.*
M. Acilius Glabrio.

Cletus Papa die 26. Aprilis martyrio coronatur: ſuccedit Clemens.

92 845 Imp. Flauius Domitianus XVI.
M. Voluſius Saturninus II.

Cor-

Corneliam Maximillam, Veſtalium maximam, ſtupri damnatam, & à Domitiano viuam hoc anno defoſſam, Plinius iunior lib. 4. epiſt. 11. & Euſeb. in Chron. tradunt.

Sex. Pompeius Collega. 846 93
Cornelius Priſcus.

SECVNDA PERSECVTIO.

Domitianus Imp. ſecundam in Chriſtianos perſecutionem mouet: in qua S. Ioannes Apoſtolus in dolium feruentis olei plenum immiſſus, inde illæſus euaſit, pòſt in Patmon inſulam relegatus; vt Tertullianus, Euſeb. in Chron. & Hieronymus lib. de Scriptoribus eccleſiaſticis teſtantur. In eadem perſecutione S. Ignatius Epiſcopus Antiochenus vexatum ſe fuiſſe commemorat, epiſtola 1. Iulius Agricola ætatis anno 56. moritur, cuius vitam Corn. Tacitus ſcripſit.

L. Nonius Aſprenas Torquatus. 847 94
M. Arricinius Clemens.

Ioſephus annos 56. natus hoc ferè tempore libros Antiquitatum Iudaicarum abſoluit. Eius æqualis & æmulus fuit Iuſtus Tiberiadenſis; de quo Photius in Bibliotheca.

Imp. Domitianus XVII. 848 95
Titus Flauius Clemens.

Hic Conſul Flauius Clemens, Domitiani Imp. conſobrinus, hoc ipſo anno propter Chriſtianam religionem, Domitiani iuſſu, necatus eſt. Flauia verò Domitilla eius vxor, Domitiani eiuſdem cognata, in Pandateriam inſulam eſt relegata: quibus & Iudaiſmi crimen impactum fuiſſe, Dio lib. 67. ſcribit. Hieronymum in Chron. & Baronium in Faſtis Martyrologij Rom. 7. Maij conſule. M. Acilius Glabrio, quem ſuprà anno Chriſti 91. Conſulem fuiſſe diximus, ob religionem Chriſtianam (vt & alij quamplures) necatur. *Dio & Euſeb. Chron.* Domitianus eos qui de ſtirpe Dauidis erant conquiri & occidi iubet. *Euſeb. 2. hiſt. cap. 19.* Ioannem Euangeliſtam hoc tempore Apocalypſin ſcripſiſſe, Irenæus lib. 5. & Hieronymus de Scriptotibus eccleſ. tradunt.

C. Fuluius Valens. 849 96
C. Antiſtius Vetus.

Domitianus cùm in omnes crudeliſſimè graſſaretur, à Stephano Domitillæ procuratore & coniuratis aliis, XIV. Kal. Octob. anno ætatis XLV. occiditur: ſuccedit M. Cocceius *Nerua*, oppido Narnienſi genitus, grandi iam ætate. Domitiani actis à Nerua ob crudelitatem reſciſſis, Ioannes Apoſtolus ab exilio in Aſiam reuertitur. *Euſeb. 2. cap. 21.*

Imp. Cocceius Nerua III. 850 97
T. Virginius Rufus III.
Suffectus, C. Cornelius Tacitus, Hiſtoricorum princeps.

Hic eſt ille Rufus, qui Vindicem Neroni rebellantem ſuſtulit. *Xiphilin.* Calpurnius Craſſus contra Neruam conſpirat. Vlpium Traianum, natione Hiſpanum, qui Germaniæ Ciſrhenanæ tunc præerat, abſentem Nerua adoptat. *Dio 68.* S. Ioannes Euangelium hoc ferè tempore conſcripſit, anno ætatis

Anni vulgares Christi | Anni V. C. Varroniani

nonageſimo; vt Irænęus l. 3. c. 1. & Epiphanius hæreſi 51. narrant. Iuſtus Tiberiadenſis Hiſtoricus, Fl. Ioſephi æmulus, clarus habetur. *Euſeb. Chron.* Apollonium Tyaneum hoc tempore obiiſſe, Philoſtratus lib. vlt. c. 11. refert.

98 | 851 Imp. Nerua Auguſtus IV.
Vlpius Traianus Cæſar II.

Nerua Imp. moritur VI. Kalend. Februarij. Poſt illum Vlpius Traianus, Italicæ in Hiſpania natus, ætatis 42. anno, Coloniæ Agrippinæ exiſtens, imperium ſuſcipit, vtpote à Nerua in filium trimeſtri anteà adoptatus. Is perſecutionem nouam in Chriſtianos non quidem tunc iuſſit, ſed collegia ſeu ſodalitia vetuit; vt Plinius lib. 10. epiſt. 97. narrat. Tacitus libellum De ſitu, moribus & populis Germaniæ ſcribit. Clemens Papa in Cherroneſum Ponticam relegatur.

99 | 852 C. Soſius Senecio II.
A. Cornelius Palma.

Ad Soſium Senecionē Plutarchus Vitas Illuſtrium virorum ſcripſit. Traianum his Conſulibus in Vrbem aduenıſſe, Plinius in ſuo ad ipſum Panegyrico tradit. S. Ioannes Euangeliſta moritur.

100 | 853 Vlpius Traianus Imp. III.
M. Cornelius Fronto III. *Suffectus*, Plinius Iunior.

101 | 854 Vlpius Traianus Imp. IV.
Sex. Articuleius Pætus.

Clementi Papæ in Cherroneſo Pontica, anno ſuperiore, XI. Kal. Decembris defuncto, Anacletus natione Græcus ſufficitur.

102 | 855 C. Soſius Senecio III.
L. Licinius Sura II.

C. Plinius Proconſul in Bithyniam profectus, habita de Chriſtianis quæſtione, cùm eos de falſis criminibus paſſim accuſari deprehendiſſet, ad Traianum ſcripſit, ab eoque reſcriptum ac mandatum accepit, ne in Chriſtianos inquireret, ſed vt delatos tantùm obſtinatoſque puniret; vt ipſe Plinius lib. 10. epiſt. 98. narrat. Traianus Decebalum Dacorum Regem vincit, pontem maximi operis Danubio imponit & Daciam Romanis prouinciis anno ſequenti addit. *Dio* 68.

103 | 856 Vlpius Traianus Imp. V.
L. Appius Maximus.

104 | 857 Suranus II.
P. Neratius Marcellus.

Traianum in Vrbem reuerſum Legati Indorum & aliarum barbararum gentiū ſalutant. Ipſe Bibliothecas exſtruit, & ingentem Columnam excitat: quæ etiamnum Romæ viſitur, alta pedes CXXVIII. præter baſim, quæ cum Columna efficit pedes CXL. *Dio* 66.

105 | 858 T. Iulius Candidus II.
A. Iulius Quadratus II.

106 | 859 L. Ceionius Commodus Verus.
L. Tutius Cerealis.

107 | 860 C. Soſius Senecio IV.
L. Licinius Sura III.

TERTIA PERSECVTIO.

Hanc aduerſus Chriſtianos Traianus, cùm in Oriente eſſet, inſtituit.

In

In ea Simeon Cleophæ F. Hieroſolymorum Epiſcopus, annos CXX. natus, cruci affigitur.

Ap. Annius Trebonius Gallus. 861 108
M. Atilius Metilius Bradua.

S. Ignatius Epiſcopus Antiochenus Romæ leonum dentibus in amphitheatro laniatur.

A. Cornelius Palma II. 862 109
C. Caluiſius Tullus II.

Oneſimus Epheſi Epiſcopus, S. Pauli diſcipulus, lapidibus obruitur.

Clodius Criſpinus. 863 110
Solenus Orfitus.

Anacletus Papa III. Idus Iulij martyrium facit: Euariſtus natione Græcus poſt dies 9. ſuccedit.

C. Calpurnius Piſo. 864 111
M. Vettius Ruſticus Bolanus.

Imp. Vlpius Traianus VI. 865 112
C. Iulius Africanus II.

L. Publius Celſus II. 866 113
C. Claudius Criſpinus.

Q. Ninnius Haſta. 867 114
P. Manilius Vopiſcus.

M. Valerius Meſſalla. 868 115
C. Popilius Carus Pedo.

Pedo Conſul, cum aliis plurimis, Antiochiæ in hieme terræ motu opprimitur. Traianus Imp. per feneſtram eductus, vix euaſit. Idem vere ineunte in Parthos mouit; Adiabenos, Babylonem, Cteſiphontem aliaque opida cepit, Parthicus inde dictus.

Æmilius Ælianus. 869 116
L. Antiſtius Vetus.

Traianus Parthis Regem dat Parthamaſpaten.

Quinctius Niger. 870 117
T. Vipſanius Apronianus.

Traianus morbo correptus, & Selinuntem Ciliciæ delatus, ibi deceſſit è vita, IV. Idus Augusti: quæ vrbs Traianopolis deinceps eſt appellata. Ælius Hadrianus, Traiani conſobrinus ac popularis ſucceſſit, fauore & opera Plotinæ, Traiani viduæ.

Imp. Ælius Hadrianus II. 871 118
T. Claudius Fuſcus Saliuator.

Hadrianus Imp. perſecutionem in Chriſtianos quartam (vt Sulpitius Seuerus lib. 2. numerat) indicit, ſeu potiùs cœptam à Traiano proſequitur.

Ælius Hadrianus Imp. III. 872 119
Q. Iunius Ruſticus.

Plutarchus Chæronenſis, Sextus, Agathobulus & Oenomaus, Philoſophi inſignes florent. *Euſ. Chron.*

L. Catilius Seuerus. 873 120
T. Aurelius Fuluus, *qui poſteà Antoninus Pius Imp.*

Hadrianus Imp. rebus in Vrbe compoſitis, Galliam & Germaniam luſtrat, deinde in Britanniam pergit. *Spartianus.* In obeundis prouinciis

Anni vulgares Christi. | Anni V. C. Varroniani.

ciis fuit aſſiduus: adeò vt tantum terrarum nemo Imperatorum peragrauerit.

121 874 M. Annius Verus II.
L. Augur.

Hadrianus in Britannia murum per LXXX. millia paſſuum ducit, qui Romanos à barbaris (hoc eſt, à Pictis ſeu Scotis) diuideret. *Spart.*

122 875 Manius Acilius Auiola.
C. Corellius Panſa.

Hadrianus è Britannia in Galliam reuerſus, Nemauſi in honorem Plotinæ, Traiani vxoris, baſilicam exſtruit. Pòſt in Hiſpaniam profectus, Tarracone hiemauit.

123 876 Q. Arrius Pætinus.
C. Veranius Apronianus.

124 877 Manius Acilius Glabrio.
C. Bellicius Torquatus.

Hadrianus tranſacta Athenis hieme, Romam redit, teſte Spartiano. Quadratus Apoſtolorum diſcipulus, & Ariſtides Athenienſis Philoſophus libros, pro Chriſtiana religione à ſe compoſitos, Hadriano obtulerunt. Serenus item Granius litteras ad Imperatorem pro Chriſtianis miſit. His motus Hadrianus Minucio Fundano, Aſiæ Proconſuli, ſcripſit, Chriſtianos non ſine obiectu criminum eſſe condemnandos. *Euſeb. lib. 4. hiſt. & Chron. & Iuſtinus in Apologetico.*

125 878 P. Cornelius Scipio Aſiaticus II.
Q. Vettius Aquilinus.

Hadrianus Roma in Africam proficiſcitur.

126 879 Veſpronius Candidus Verus II
Ambiguus Bibulus.

Hadrianus Athenis ædem Iouis Olympij, & aram ſibi dedicat, & Dionyſia celebrat.

127 880 Gallicanus.
Coelius Titianus.

Hadrianus, hieme Athenis tranſacta, in Aſiam tranſit.

128 881 L. Nonius Aſprenas Torquatus.
M. Annius Libo.

Aquila Ponticus genere, ſeu Sinopenſis (cuius Hieronymus ſæpè meminit) Prophetas ex Hebræo in Græcum ſermonem vertit: vt Epiphanius lib. de Menſ. & Pond. tradit. Fuit autem Aquila homo ſemi Iudæus & ſemi-Chriſtianus.

129 882 P. Iuuentius Celſus II.
Q. Iulius Balbus.

130 883 Q. Fabius Catullinus.
M. Flauius Aper.

Ælius Hadrianus Imp. Hieroſolymis inſtauratis Æliæ Capitolinæ nomen impoſuit, eóque coloniam deduxit: Ioui Capitolino templum in ruderibus templi Salomonici, iampridem deleti, ædificauit. Quod ęgrè ferentes Iudæi, occultè tumultuari coeperunt. *Spart.* Hadrianus ex Arabia in Ægyptum veniens, Peluſij ſepulcrum Pompeij magnificentiùs exſtruit. *Dio 69.*

131 884 Ser. Octauius Lænas Pontianus.
M. Antonius Rufinus.

Hadrianus Antinoum (delitias ſuas) Nilo merſum inter Deos refert,

	Anni V. C. Varroniani.	Anni vulgares Chriſti.
fert, & vrbem eius nomine indigetat; Romæ & Veneris templa in Vrbe excitantur.		
Sentius Augurinus.	885	132
Arrius Seuerianus II.		
Poſt Hadriani ex Syria diſceſſum, Iudæi apertè rebellant, duce Barcocheba: qui Chriſtianos, opem ſibi ferre contra Romanos detrectantes, variis modis excarnificant. Hadrianus optimos quoſque duces, & inter alios Iulium Seuerum, e Britannia contra Iudæos euocauit. *Dio 69.*		
Hiberus.	886	133
Iulius Silanus Siſenna.		
C. Iulius Seruilius Vrſus Seuerianus II.	887	134
C. Vibius Iuuentius Verus.		
Marcio hæreſim ſuam vulgare incipit.		
Pompeianus Lupercus.		
L. Iunius Atticus Acilianus.	888	135
Multis Iudæorum millibus interfectis, & Iudæa penè exhauſta, bello finis imponitur. Ex illo tempore Hieroſolymam adire Iudæis vetitum fuit, vt Euſebius 4. Hiſt. cap. 6. narrat: niſi quòd vno quotannis die, lugendi gratia, adire conceſſum eſt: vt Gregorius Nazianz. Orat. 12. teſtatur. Marcus ex gentibus primus (poſt Iudæos pulſos) Epiſcopus Hieroſolymorum fuit. *Euſeb. chron. & 4 hiſt. 6.*		
L. Ceionius Commodus Verus.	889	136
Sex. Vetulenus Pompeianus.		
L. Ælius Verus Cæſar II. Hadriani Imp. F.	890	137
P. Cælius Balbinus Vibullius Pius.		
Hadrianus prole carens Ceionium Commodum Verum adoptat, & Ælium Verum nominat, ac Cæſarem creat. Phlegon Trallianus, Hadriani libertus, opus ſuū de Olympiadibus ad hunc vſque annum, hoc eſt, vſque ad Olympiadem CCXXIX. ſeu Hadriani obitum, libris 8. perduxit; teſte Suida.		
Sulpitius Camerinus.	891	138
Quinctius Niger Magnus.		
Ælio Vero Kalendis Ianuariis mortuo, vt Spartianus ſcribit, Hadrianus Arrium Antoninum, qui poſteà Pius eſt dictus, adoptat; ea lege vt is ſibi duos adoptaret, Annium Verum Ælij Veri filium, & Marcum Aurelium Antoninum. Seruianum poſteà ſororis ſuæ maritum nonagenarium ſuſtulit. Demum VI. Idus Iulias, annos 72. natus Hadrianus apud Baias deceſſit; *Antonino Pio* præſente, qui & ſucceſſit, Princeps verè pacificus, ideoque cum Numa comparatus.		
Imp. Antoninus Pius II.	892	139
Bruttius Præſens.		
Horum Conſulum character à Cenſorino cap. 21. memoratus, explicatur à Bucherio cap 13. ad Victorij Canonem Paſchalem. Sub initium imperij Antonini Pij, Iuſtinus Martyr & Philoſophus primum pro Chriſtianis Apologeticum edidit, qui vulgò ſecundus nominatur. *Epiphan. hær. 46* Alterum ſeu ſecundum Apologeticum ſcripſit Iuſtinus M. Aurelio & L. Vero imperantibus. Galenus Medicus, Iuſtinus Hiſtoricus, & Ptolemęus Aſtronomus florent.		
Imp. Antoninus Pius III.	893	140
M. Aurelius Cæſar.		

 Sixtus

Anni vulgares Christi.	Anni V. C. Varroniani.	
		Sixtus Papa VIII. Idus Aprilis martyrio coronatur: poſt biduum Teleſphorus ſufficitur.
141	894	M. Peducæus Syloga Priſcinus. T. Hœnius Seuerus.
142	895	L. Cuſpius Rufinus. L. Statius Quadratus.
143	896	T. Bellicius Torquatus. Tib. Claudius Atticus Herodes.
144	897	Lollianus Auitus. C. Gauius Maximus.
145	898	Antoninus Pius Imp. IV. Marcus Aurelius Cæſar II. Nicomedes Cretenſis muſicus poëta floret. *Euſeb.*
146	899	Sex. Erucius Clarus II. Cn. Claudius Seuerus.
147	900	*Coſſ.* { M. Valerius Largus. M. Valerius Meſſallinus. Arrianus Philoſophus Nicomedienſis, Maximus Tyrius, Apollonius Chalcidicus Stoicus, Baſilides Scythopolitanus, inſignes Philoſophi florent: qui omnes M. Aurelij Cæſaris præceptores fuerunt: quibus addendus & Sextus Chæronenſis, Plutarchi nepos.
148	901	C. Bellicius Torquatus II. M. Saluius Iulianus II.
149	902	Ser. Cornelius Scipio Orfitus. Q. Nonius Priſcus.
150	903	Romulus Gallicanus. Antiſtius Vetus.
151	904	Sex. Quinctilius Gordianus. Sex. Quinctilius Maximus.
152	905	Sex. Acilius Glabrio. C. Valerius Omollus Verianus. S. Teleſphorus Papa die 5. Ian. pro Chriſto cæditur: cui poſt dies ſeptem ſucceſſit Hyginus Athenienſis.
153	906	Bruttius Præſens II. M. Antonius Rufinus. Horum Conſulatum marmorea Tabula, quam Gruteri Inſcriptiones pag. 300. exhibent, cum anno V. C. 906. rectè comparat. Valentinus hæreſiarcha circa hoc tempus Romam venit; vt Irenæus lib. 3. cap. 4. & Euſeb. 4. Hiſt. cap. 10. narrant. Venit & Cerdo alter hæreticus.
154	907	L. Aurelius Cæſar. Sextilius Lateranus.
135	908	C. Iulius Seuerus. M. Rufinus Sabinianus.
156	909	Plantius Siluanus. Sentius Augurinus.

Hyginus

	Anni V. C. Varroniani.	Anni vulgares Christi.
Hyginus Papa XI. Ianuarij pro Chriſto occumbit: ſuccedit Pius.		
Barbatus.		
Regulus.	910	157
Q. Flauius Tertullus.		
Licinius Sacerdos.	911	158
Plautius Quinctillus.		
Statius Priſcus.	912	159
Coſſ. { Titus Vibius Barus.		
Ap. Annius Bradua.	913	160
M. Aurelius Cæſar III.		
L. Ælius Verus Cæſar II.	914	161
Antoninus Pius Imp. moritur Nonis Martiis: ſocero ſuo ſucceſſit M. Aurelius Antoninus, cognomento Philoſophus. Pij enim filiam Valeriam Fauſtinam duxerat, Princeps ab Ineunte ætate cùm ceteris artibus, tum ſapientiæ ſtudiis egregiè excultus. Is principiò L. Ælium Verum, cui Lucillam filiam collocarat, imperij participem fecit: ac tum primùm duo Imperatores Auguſti nomine Rempublicam geſſerunt; *tantumq́; huius rei & nouitas & dignitas valuit, vt Faſti Conſulares nonnulli ab his ſumerent ordinem Conſulum*, ait Spartianus. Ambo igitur annis IX. aut XI. communiter imperarunt, hoc eſt, vſque ad annum quo Verus obiit.		
Q. Iunius Ruſticus.		
Vettius Aquilinus.	915	162
Perſecutio in Chriſtianos exoritur; quam Sulpitius Seuerus quintam nuncupat.		
L. Papirius Ælianus.	916	163
Iunius Paſtor.		
Iuſtinus cognomento Martyr ſuprà ad an. 139. laudatus, illuſtre martyrium facit; vt Euſeb. 4 Hiſt. cap. 16. narrat.		
C. Iulius Macrinus.		
L. Cornelius Celſus.	917	164
L. Arrius Pudens.		
M. Gauius Pollio Orfitus.	918	165
Pius Papa die XI. Iulij martyr obiit: ſuccedit Anicetus natione Syrus. Polycarpus Smyrnæ Epiſcopus, Romæ exiſtens, cùm Marcioni hæretico fortè occurriſſet, congreſſum illius deteſtatus eſt; vt Euſeb. 4. Hiſt. cap. 13. & 5. cap. 24: Irenæus 3. cap. 3. narrant.		
Q. Seruilius Pudens.		
L. Fuſidius Pollio.	919	166
De Parthis Marcus Aurelius & Lucius Verus Imperatores triumphant. *Capitolinus.*		
L. Aurelius Verus.		
T. Numidius Quadratus.	920	167
Polycarpus & Pionius in Aſia martyrium pro Chriſto faciunt; vt Euſeb. in Chron. & lib. 4. Hiſt. cap. 15. narrant. Athenæus Dipnoſophiſtarum præco floret.		
Titus Iunius Montanus.		
L. Vettius Paulus.	921	168

Soſius

Soſius Priſcus.

169 | 922 Q. Cœlius Apollinaris.

Marcomanicum bellum ſuſcipitur: ad quod cùm Imperator vterque profectus eſſet, L. Verus apoplexia correptus, inter Concordiam & Altinum viuere deſiit. M. Aurelius ad eius funus procurandum Romam rediit. *Capitolinus.* Alij obitum L. Veri ad annum Chriſti 171. referunt.

170 | 923 *Coſſ.* { Cethegus. Clarus.

Melito Sardenſis Epiſcopus pro Chriſtianis Apologiam edit; vt Euſeb. in Chron. & lib. 5. Hiſtor. cap. 25. tradit.

171 | 924 L. Septimius Seuerus II.
Herennianus.

172 | 925 Claudius Maximus.
Cornelius Scipio Orfitus.

173 | 926 Claudius Seuerus.
Claudius Pompeianus.

Anicetus Papa 17. Aprilis martyrio afficitur: ſuccedit Soter, Fundis in Campania natus. S. Felicitas cum ſeptem filiis Romæ pro Chriſto patitur.

174 | 927 Gallus.
Flaccus.

Cùm aduerſus Marcomanos, Quados, Suenos alioſque barbaros M. Aurelius Imp. bellum gereret, & ſiti exercitus premeretur, Fulminatrix militum Chriſtianorum legio precibus primò pluuiam, ac deinde victoriam à Deo impetrauit: vt Tertullianus ad Scapulam & in Apologetico, Euſebius in Chron. itemque lib. 5. Hiſt. cap. 5. & Xiphilinus ex Dione narrant. Horum porrò militum Chriſtianorum operâ & curâ, Chriſtianam religionem longè lateque per Germaniam Tranſrhenanam & Ciſrhenanam fuiſſe propagatam exiſtimo. Quam noſtram opinionem confirmant teſtimonia, ex Irenæo & Tertulliano infrà ad an. 202. & 207. à nobis producenda.

175 | 928 Calpurnius Piſo.
M. Saluius Iulianus.

T. Vitraſius Pollio.

176 | 929 M. Flauius Aper.

M. Aurelius, vnà cum Fauſtina coniuge & Commodo filio, in Orientem proficiſcitur. Fauſtina ad radices Tauri montis ſubito morbo exſtinguitur. M. Aurelius per Athenas in Italiam rediens, Commodum Imperatorem in itinere creat; vt Lampridius in Commodi vita narrat.

177 | 930 Imp. L. Aurelius Commodus.
Plautius Quintillus.

In Galliis Chriſtiani plurimi occiduntur; in his Photinus Lugdunenſis Epiſcopus, Attalus, Alexander Medicus & Blandina. *Ac tum primùm* (ait Sulp. Seuerus lib. 2.) *intra Gallias martyria viſa; ſeriùs trans Alpes Dei religione ſuſcepta.* Vide & Euſebium 5. Hiſt. cap. 11. Athenagoras Athenienſis Philoſophus pro Chriſtianis ad M. Aurelium, eiuſque filium Commodum legationem obit. Soteri, martyrij palma coronato, ſufficitur Eleutherus, patria Nicopolitanus, ad quem Irenæus legatus à Lugdunenſibus eſt miſſus. *Euſeb. 5. Hiſt. 3. & 4.*

Vet.

Vettius Rufus. 931 178
Cornelius Scipio Orfitus.

S. Irenæus hoc anno Lugdunenſis in Gallia Epiſcopus creatur; vt Euſeb. lib. 5. cap. 6. & Hieron. lib. de Scriptoribus eccleſ. teſtantur.

Imp. L. Aurelius Commodus II. 932 179
Veſpronius Candidus Verus.

Coſſ. { Bruttius Præſens II. 933 180
Sex. Quinctilius Gordianus.

M. Aurelius Imp. annos 59. natus, Vindobonæ in Pannonia die 16. Martij moritur: ſuccedit Aurelius COMMODVS Antoninus, patri diſſimillimus, vtpote moribus ac vita peſſimus. Huius tamen concubina Martia Chriſtianorum ſtudioſa fuiſſe dicitur. *Capitol. Herod. 1. Xiphilinus.* Pantænus ex Stoico Chriſtianus, & Clementis Alexandrini præceptor floret. Is ad propagandam religionem Chriſtianam in Indiam perrexit. *Euſeb. 5. Hiſt. c.* 10.

Imp. Commodus III. 934 181
Antiſtius Burrhus.

Rebus in Germania compoſitis, Commodus Romam reuerſus triumphat; vt Lampridius, Herodianus lib. 1. & Xiphilinus narrant.

Petronius Mamertinus. 935 182
Trebellius Rufus.

Imp. Commodus IV. 936 183
M. Aufidius Victorinus.

Graue bellum in Britannia excitatur, quod Vlpius Marcellus confecit. *Capitol. Xiphil.*

M. Eggius Marullus, *al.* Marcellus. 937 184
M. Papirius Ælianus.

Triarius Maternus. 938 185
M. Atilius Metilius Bradua.

Aduerſus Commodum Imp. ſoror eius Lucilla, quæ Pompeiano nupſerat, cum aliis conſpirat: ſed detecta coniuratione omnes interficiuntur; vt Herodianus lib 1. Lamprid. & Xiphilinus narrant. Origenes naſcitur.

Imp. Commodus V. 939 186
Manius Agilius Glabrio.

Tullius, *al.* Clodius Criſpinus. 940 187
Papirius Ælianus.

Apollonius Senator Romanus, Chriſtianæ religionis accuſatus, orationem ad Senatum habet: cuius decreto ſecuri percutitur. Perennis Præfectus prætorio, contra Commodum conſpirans, ab eodem interficitur. Exinde duos fuiſſe conſtitutos Præfectos prætorio Herodianus lib. 1. narrat.

C. Allius Fuſcianus. 941 188
Duillius Silanus.

Iunius Silanus. 942 189
Q. Seruilius Silanus.

Maternus miles gregarius collecta manu Hiſpanias & Gallias populatur; in Italiam demũ veniens iuſſu Commodi occiditur. *Herod.* 1.

Coſſ. { Imp. Commodus VI. 943 190
Petronius Septimianus.

Caſſius Apronianus. 944 191
M. Atilius Metilius Bradua II.

192 945 Imp. Commodus VII.
P. Heluius Pertinax.

Eleutherus Papa moritur: Victor natione Afer ſufficitur. Commodus Imp. hoc anno pridie Kalendas Lnuarij occiditur, conſpiratione Martiæ pellicis, Læti & Electi cubiculariorum. *Herod. Lamprid. Xiphil.*

193 946 Q. Soſius Falco.
C. Iulius Clarus.

Ineunte anno P. Heluius PERTINAX à Læto & Electo ad imperiũ euehitur: qui cùm menſibus ferè tribus imperaſſet, à Tauſio, gente Tungro, in tumultu militiari eſt occiſus. DIDIVS IVLIANVS, olim Belgicæ ac Germaniæ infer. Rector, pactione pecuniæ à militibns mox principatũ obtinuit: ſed idẽ poſt menſes dnos & dies quinque, Kalendis Iuniis è medio tollitur. Interim L. SEPTIMIVS SEVERVS in Pannonia, Peſcennius Niger in Syria, & D. Clodius Albinus in Britannia imperium ſibi ſumpſerunt. Seuerus (natione Afer) præualens Albinum, oblata Cæſaris dignitate, ſibi conciliauit, & poſtea contra Nigrum expeditionem ſumpſit; vt Herodianus lib. 2. Capitolinus, Spartianus & Xiphilinus narrant. Clemens Alexandrinus floret.

194 947 Imp. L. Septimius Seuerus II.
D. Clodius Albinus Cæſar II.

Niger à Seuero in Oriente victus Antiochiã fugit, eaque capta ad Euphratẽ properans occiditur; vt Herodianus lib. 3. & Xiphil. volunt. Sed Spartianus haud procul Cyzico obtruncatum fuiſſe ſubindicat.

195 948 Q. Flauius Tertullus.
T. Flauius Clemens.

196 949 Cn. Domitius Dexter II.
L. Valerius Meſſalla Priſcus.

Cæſareæ in Palæſtina Concilium celebratur, cuius fragmentum apud Bedam lib. de Æquinoctio exſtat.

197 950 Ap. Claudius Lateranus.
M. Marius Rufinus.

Byzantium, quod Nigri partes pertinaciter fouerat, poſt triennalem obſidionem à Seueri legatis ad deditionem compellitur: eiuſque muri euertuntur. Seuerus poſteà in Italiam redux Albinum bello appetit, in itinere *Baſsianum* filium creat Cæſarem, & Antoninum nuncupat. *Xiphil.*

198 951 Tib. Aterius Saturninus.
C. Annius Trebonius Gallus.

Hos Conſules Inſcriptio vetus apud Gruterum pag. 300. cum anno Vrbis conditæ 951. rectè comparat. Seuerus prope Lugdunum in Gallia cum Albino pugnat: quo cæſo Lugdunũ diripitur & inceditur; vt Herodianus 3. Spart. & Xiphil. narrant. Albino cæſo, Seuerus ſolus cum ſuis rerum potitus eſt. Seueri Imp. Cancellarius fuit Papinianus.

199 952 P. Cornelius Anulinus.
M. Aufidius Fronto.

Seuerus Antoninum filium ſuum creat Imperatorem: & ad conciliandum ſibi populum Romanum magnificentiſsimos ludos edit, & congiarium eidem, militibus verò dat donatiuum. Vnde natum eſt Tertulliano argumentum ſcribendi de Corona militis. *Xiphilinus.*

200 953 *Coſſ.* { Tib. Claudius Seuerus.
C. Aufidius Victorinus.

Anni V. C. Varroniani. | Anni vulgares Chriſti.

L.Annius Fabianus.
M Nonius Mucianus.
Victori Papæ, die 28.Iulij palma martyrij donato, Zephyrinus pa-
tria Romanus ſubrogatur. 954 201
L.Septimius Seuerus Imp.III.
Antoninus Caracalla Imp. 955 202
Antoninus Seueri filius cum Plautilla, Plautiani (cui multum tribuebat Seuerus) filia, nuptias celebrat.

QVINTA PERSECVTIO.

Leonides pater Origenis, & Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, cum omni fere populo ſuo, martyrio coronantur. Multos Chriſtianis ſacris imbutos in Germania (noſtra citeriore ſeu ciſrhenana) Irenæi æuo exſtitiſſe, ex eiuſdem Irenæi ſcriptis datur intelligi. Is lib.1. c. p.3. hæc ſcribit: *Etſi in mundo loquelæ diſsimiles ſunt, ſed tamen virtus traditionis vna & eadem eſt; & neque hæ quæ in Germania ſunt fundatæ eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ quæ in Hiberis, neque hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Ægypto, neque hæ quæ in Lybia, neque hæ quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ.*
P.Septimius Geta.
L.Septimius Plautianus. 956 203
L Fabius Chilo.
M.Annius Libo. 957 204
Plautianus Præfectus prætorio contra Imperatores conſpirans occiditur; vt Herod.3.Spart.& Xiphil. narrant. Ludos circulares hoc anno Romæ celebratos Zoſimus lib.2. & Cenſorinus tradunt.
Imp.Antoninus Caracalla II.
P.Septimius Geta Cæſar. 958 205
Clemens Alexandrinus in Ægypto floret.
M.Nummius Annius Albinus.
Fuluius Æmilianus. 959 206
Origenes ſeipſum caſtrat; vt Euſeb.lib.6.cap.7. commemorat.
M.Flauius Aper.
Q.Allius Maximus. 960 207
Seuerũ in Britanniã cum filiis duobus Antonino & Geta hoc anno profectũ Herodianus lib.3.& Xiphil.commemorant. Minutius Felix, cauſſidicus Romanus, dialogũ pro Chriſtiana religione edit. Tertullianus contra Marcionem ſcribit. Is Gallos, Britannos, Germanos, Dacos, alioſque populos Septemtrionales ſua ætate Chriſtũ agnouiſſe lib. aduerſus Iudæos cap.7. teſtatur: *In quem alium vniuerſæ gentes crediderunt, niſi in Chriſtum, qui iam venit? cui & aliæ gentes crediderunt, Parthi, Elamitæ, & qui inhabitant Meſopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam; & incolentes Pontum & Aſiam, & Pamphyliam immorantes, Ægyptum, & regionem Africæ, quæ eſt trans Cyrenem, inhabitantes; Romani & incolæ tunc in Ieruſalem Iudæi; & cæteræ gentes; vt iam & Getulorum varietas, & Maurorum inculti fines, & Hiſpaniarum omnes termini, Galliarum diuerſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca, Chriſto verò ſubdita, & Sarmatarum & Dacorum & Germanorum & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & prouinciarum, & inſularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minùs poſſumus. In quibus omnibus locis Chriſti nomen, qui iam venit, regnat.* Vide ſuprà ad an. 174 & 202.

Imp. Antoninus Caracalla III.
P.Septimius Geta Cæſar II.

208 961 Tertullianus librum de Pallio circa hoc tempus ſcripſit; vt ex cap.2. colligi datur.

209 962 T.Claudius Pompeianus.
Lollianus Auitus.

Bello in Britannia proſperè geſto, Seuerus murum ſeu vallum per tranſuerſam inſulam ducit, ad arcendas irruptiones Pictorum ſeu Caledoniorum, nunc Scotorum. *Spartianus.* Fuit hoc vallum à Seuero longè vlteriùs verſus Caledonios ſeu Scotos poſitum, quàm Hadriani Imp. vallum, de quo ſuprà ad an. 21. egimus.

210 963 Coſſ. { M.Acilius Fauſtinus.
C.Cœſonius Macer Rufinianus.

211 964 Epidius Rufus Lollianus Gentianus.
Pomponius Baſſus.

Septimius Seuerus Imp. die 4. Februarij moritur Eboraci in Britannia: corpus inde Romam defertur; vt Spartianus & Xiphilinus narrant. Antoninus cognomento Caracalla & Geta, duo Seueri filij, pari iure Imperium adipiſcuntur. Ex veteri Inſcriptione lapidis an. 1520. eruti, & Hagæ Comitis in Hollandia collocati in ædibus Waſſenariis, conſtat, Sept. Seuerum Imp. eiuſque filium Antoninum Cæſarem *Armamentarium vetuſtate collapſum* prope Lugdunum Batauorum *reſtituiſſe.*

212 965 M Pompeius Aſper.
P. Aſper.

Antoninus Caracalla Imp. Getam fratrem ſuum, annum 22. ætatis agentem, in matris gremio interficit. Papinianum Iure conſultum, quòd fraternam illam cædem excuſare nollet, è medio tollit. *Spart.*

213 966 Imp. Antoninus Caracalla IV.
P. Cœlius Balbinus II.

Caracalla Imp. ad Iſtrum & Septemtrionalem Imperij tractum proficiſcitur. *Herod.* 4.

214 967 Silius Meſſalla.
Q. Aquillius Sabinus.

Tertullianus in Montani dogma hoc ferè tempore lapſus eſt.

215 968 Æmilius Lætus II.
Anicius Cerealis.

Tertullianus Montani erroribus imbutus librum de Monogamia ſcribit.

216 969 Q. Aquillius Sabinus II.
Sex. Cornelius Anulinus.

217 970 Brutius Præſens.
Extricatus.

Antoninus Caracalla Imp. ætatis anno 29. ab Opilio Macrino, Præfecto prætorio, inter Edeſſam & Carras VI. Idus Aprilis per Martialem centurionem interficitur: Opilius MACRINVS in Imperio ſufficitur. De Caracalla narrat Spartianus, ipſum ab Alemannis ad Mœnum deuictis cognomen *Alemannici* aſſumpſiſſe. Et hæc antiquiſſima eſt Alemannorum mentio apud Scriptores veteres. Herodianus lib. 4. addit, eumdem Caracallam ex Germanis validiſſimum quemque ſibi adſciuiſſe ad corporis cuſtodiam.

Anni V. C. Varroniani. | Anni vulgares Christi.

Antoninus Diadumenianus Cæſar, Macrini filius.
Aduentus.

Macrinus 7. Iunij à militibus perimitur, cum Diadumeniano filio: ſubrogatur Antoninus HELIOGABALVS ſeu Alagabalus, perditiſſimus Imperator; vt Herodianus, Lampridius & Xiphilinus fuſè narrant. 971 218

Imp. Antoninus Heliogabalus II. 972 219
Licinius Sacerdos.

Zephyrinus Papa 26. Auguſti moritur; poſt quem ſedit Calliſtus.

Coſſ. { Imp. Antoninus Heliogabalus III. 973 220
M. Aurelius Eutychianus Comazon II.

Iulius Africanus legationem ad Alagabalum ſuſcipit, pro inſtauranda Nicopoli in Palæſtina, quæ & Emmaus. *Euſeb.*

Annius Gratus. 974 221
Claudius Seleucus.

Ad hos vſque Conſules Chronicon ſuum perduxit Iulius Africanus, illuſtris Chronographus. Alagabalus Imp. Alexandrum, Mammææ filium, adoptat & Cæſarem appellat.

Imp. Antoninus Heliogabalus IV. 975 222
M. Aurelius Seuerus Alexander Cæſar.

Alagabalus anno ætatis 18. cum matre Iulia tumultu militari occiſus die 6. Martij, in Tiberim proiicitur. M. Aurelius Seuerus ALEXANDER, Mammææ filius, Princeps optimus ſucceſſit; qui Chriſtum in lalario ſuo coluit. Alexandri Cancellarius fuit Vlpianus. Hippolytus Portuenſis in Italia Epiſcopus hoc anno Canonem ſuum Paſchalem edidit, in quo primum Alexandri Imp. annum pluribus characteribus inſigniuit: de quo vide Petauium tom. 2. de Doctrina temporum cap. 60. & Bucherium ad Victorij Canonem cap. 13. & alibi.

Maximus. 976 223
Papirius Ælianus.

Claudius Iulianus. 977 224
Claudius Criſpinus.

Calliſto Papæ pridie Idus Octobris per martyrium in cælum ſublato, Vrbanus patria Romanus poſt dies VI. ſubrogatur.

L. Turpilius Dexter. 978 225
M. Mæcius Rufus.

Imp. Alexander II. 979 226
C. Quinctilius Marcellus.

D. Cœlius Balbinus II. *poſt Imperator.* 980 227
M. Clodius Pupienus Maximus, *poſt Imperator.*

Vettius Modeſtus. 981 228
Probus.

Origenes, Cæſareæ in Palæſtina exiſtens, ordinatur presbyter; vt Euſeb. 6 Hiſt. cap. 19. narrat.

Imp. Alexander Seuerus III. 982 229
Caſſius Dio, Aproniani F. *Hiſtoricus.*

Coſſ. { Calpurnius Agricola. 983 230
Clementinus.

Cæcilia virgo Romana, Tiburtius, Valerianus & Maximus pro Chriſto martyrium faciunt.

231 984 Tib.Claudius Pompeianus.
Felicianus.

Vrbanus Papa martyrio coronatur: Pontianus ſuccedit. Gregorius cognomento Thaumaturgus, Neocæſareenſis Epiſcopus, & frater eius Athenodorus, Origenis diſcipuli, florent.

232 985 Iulius Lupus.
Maximus.

233 986 Maximus II.
Ouinius Paternus.

234 987 Maximus.
Vrbanus.

Alexander Imp. Artaxerxem Perſarum Regem vincit, & Romam reuerſus VII.Kalendas Septembris triumphat; vt Lampridius tradit. Pontianus Papa ab Alexandro Imp. in Sardiniam relegatur.

235 988 L.Catilius Seuerus.
L.Ragonitius Vrinatius Quintianus.

Alexander, expeditione contra Germanos facta, à militibus cum matre Mammæa Moguntiaci perimitur 18.Martij. *Euſeb. in Chronico.* Mammæam fuiſſe Chriſtianam, & Antiochiæ edoctam, tradit Nicephorus. Alexandro ſucceſſit MAXIMINVS, Gotho patre, Alana matre natus: quem primum ex militari corpore, abſque Senatus Romani auctoritate, ab exercitu Imperatorem eſſe creatum Eutropius lib.9. ſcribit. Is bello Germanico proſperè confecto, Sirmij hiemem traduxit.

SEXTA PERSECVTIO.

In hac perſecutione Pontianus Papa 19. Nouemb. occubuit: cui poſt dies 13. Anterus natione Græcus eſt ſubrogatus.

236 989 Imp. Iulius Maximinus Aug.
C.Iulius Africanus.

Gordiani ambo, pater & filius, Carthagine imperium ſibi ſumunt. Quo nuntio accepto, Romani, inſtigante Senatu, à Maximino deficiunt. Vitalianus Præfectus prætorio, & Sabinus Vrbi Præfectus, interficiuntur. *Herod.* 7. *Lamprid.* Antero Papæ, III. Nonas Ianuarij martyrium paſſo, Fabianus patria Romanus poſt dies 13. ſufficitur.

237 990 *Coſſ.* { P. Titius Perpetuus.
L.Ouinius Ruſticus Cornelianus.

Gordiani ambo poſtquam in Africa annum circiter vnum imperaſſent, à Capeliano Maximi duce perimuntur. Senatus BALBINVM, & MAXIMVM PVPIENVM ex Vigintiuiris ad imperium prouehit. Maximinus Aquileiam obſidens, à militibus, vnà cum filio adhuc puero interficitur. *Herod.* 8.

238 991 M.Vlpius Crinitus.
Proculus Pontianus.

Hic eſt annus ille, quo Cenſorinus librum de Die natali Vrbis ſcribebat, quemque variis annorum characteribus definit, & qui cum noſtra ſupputatione Chronologica conſentit. Cenſorinum lib.21. & Petauium lib.9. de Doctrina temporum cap. 42. conſule. Balbinus & Pupienus cum Gordiano C.Gordiani illius, quem in Africa cum filio

filio periiſſe ſuprà diximus, nepote iuxta Capitolinum, aut filio iuxta Eutropium. annum ſolidum Rempublicam tenuerunt. Poſteà Gordianum, à quo fauore ſuperabantur, amoliri cupiẹntes, à militibus occiduntur. GORDIANVS ex illo tempore ſolus imperare cœpit, optima adoleſcens indole, quam Miſithei doctiſſimi viri (cuius filiam duxit) prudentia temperabat. *Capitolinus.*

Coſſ. { Gordianus Imperator.
M. Acilius Auiola II. 992 239

Coſſ. { Vettius Sabinus II.
Venuſtus. 993 240

Gordianus Auguſtus II.
Titus Claudius Pompeianus II. 994 241

C. Aufidius Atticus.
C. Aſinius Prætextatus. 995 242

C. Iulius Arrianus.
Æmilius Papus. 996 243

Miſitheus Gordiani ſocer, dolo Philippi natione Arabis, è medio tollitur, & Philippus Præfecturam prætorij occupat.

Peregrinus.
Fuluius Æmilianus. 997 244

Gordianum PHILIPPVS Præfectus prætorio trucidat, eiuſque loco fit Imperator circa initium menſis Martij. *Capitol.*

M. Iulius Philippus Auguſtus.
T. Fabius Titianus. 998 245

Pace cum Sapore Perſarum Rege facta, Philippus ex Perſide Romam venit; *Priſcum* fratrem Syriacis exercitibus, Seuerianum generum Myſiæ & Macedoniæ præfecit. *Zozimus* 1.

Brutius Præſens.
Nummius Albinus. 999 246

Coſſ. { M. Iulius Philippus Auguſtus II.
M. Iulius Philippus Cæſar. 1000 247

Ineunte anno Vrbis conditæ milleſimo, Ludi ſæculares exhibiti ſunt à Philippis Imperatoribus, patre II. & filio Conſulibus; vt nummi ſuperſtites & Scriptores teſtantur. Quemadmodum autem nos Chriſtiani Iubileum celebrare ſolemus à die Natali Chriſti anni centeſimi ineuntis, ad Natalem eiuſdem exeuntis; ita Imperatores Philippi Ludos ſuos à Palilibus ineuntis anni ab Vrbe conditâ milleſimi, ad altera eiuſdem exeuntis Palilia celebrarunt. Vnde factum, vt nummi aliqui Ludos illos nunc ſecundo, nunc tertio Philippi Conſulatui adſcribant, bis ſcilicet editos. Annus. Vrbis conditæ milleſimus iniens eſt Chriſti vulgaris 247. exiens verò Chriſti 248. Cum vtroque igitur pariandus 2. & 3. Philippi patris, collegâ filio, Conſulatus.

M. Iulius Philippus Auguſtus III.
M. Iulius Philippus Cæſar II. Philippi Imp. filius. 1001 248

S. Cyprianus creatur Carthaginienſis in Africa Epiſcopus, mortuo Donato; vt ex eius epiſtola 55. colligitur.

Fuluius Æmilianus II.
Vettius Aquilinus. 1002 249

Philippus ſenior Imp. Veronæ, & Philippus iunior Romę à militibus iugulãtur. DECIVS ex inferiore ortus Pannonia ſuccedit, præſtãte vir

te vir animi virtute, ac bellandi vſu prædìtus; vt eum Aurelius Victor depingit.

250 1003 *Coſſ.* { Imp. Meſſius Decius.
Annins Maximus Gratns.

Sub Decio & Grato Conſulibus, ſicut fideli recordatione retinetur, primum ac ſummum Toloſana ciuitas S. Saturninum habere cœperat ſacerdotem. Hi ergò miſſi ſunt, Turonicis Gatianus Epiſcopus, Arelatenſibus Trophimus Epiſcopus, Toloſæ Saturninus Epiſcopus, Pariſiacis Dionyſius Epiſcopus, Aruernis Stremonius Epiſcopus, Lemouicinis Martialis eſt deſtinatus Epiſcopus. Ita Greg. Turonenſis lib. 1. hiſt. Francorum.

SEPTIMA PERSECVTIO.

Decins ſeptimam in Chriſtianos perſecutionem commonet; vt Euſebius in Chron. & 6. Hiſt. cap. 32. Oroſius lib. 6. cap. 21. narrant. In ea perſecutione Fabianus Papa martyrium fecit. Antonius monachus in Ægypto naſcitur.

251 1004 Decius Auguſtus II.
Q. Etruſcus Decius Cæſar F.

Cornelius fit Papa, poſteaquam ſedes vltra annum vacaſſet: contra quē Nouatianus ſchiſma conflauit. Decius contra barbaros pugnans, in promiſcua turba paludis gurgite hauſtus periit, ſic vt ne cadauer quidem inueniri potuerit. Decij item filius Q. Etruſcus Decius Cæſar, eodem bello eſt exſtinctus. GALLVS inde Hoſtilius, limitanei in Mœſia dux exercitus, militari ſuffragio creatus eſt Imperator: qui VOLVSIANVM filium in conſortem imperij aſſumpſit. *Zoſimus.*

252 1005 Imp. Trebonianus Gallus II.
Imp. Voluſianus.

Peſtilens morbus, quantus nunquam antea, totum penè terrarum orbem vaſtat: in quo Chriſtianorum etiam aduerſus perſecutores ſuos caritas enituit. Cyprianus ea de cauſſa librum de mortalitate ſcripſit. Romæ LX. Epiſcoporum & presbyterorum plurium Synodus contra Nouatianum eiuſq́ue ſectatores congregatur: decretumq́ue in ea, vt lapſi reciperentur.

253 1006 Voluſianus Aug. F. II.
M. Valerius Maximus.

Cornelius Papa martyrij palma donatur: cui Lucius patria Romanus poſt dies 35. ſufficitur.

254 1007 Imp. Licinius Valerianus II.
Imp. Gallienus.

Hoc anno incohat ſuam Cōſulum ſeriem Libellus aureus de Præfectis Vrbis, quem Cuſpinianus & Onuphrius Panninius in ſuos Faſtorum commentarios integrum retulerunt. Qui quidem Præfectorum Vrbis tempus ac ſæpè etiam dies tam accuratè recenſet, vt vix in Conſulibus dirigendis falli potuerit. Centum ille & vnum collegia Conſulum continet, ad annum vſque Chriſti 354. eſtq́ue omnino certa Conſulum dirigendorum regula. Libellum hunc aureum Bucherius in ſuo Victorio ſeparatim exhibet, ex veteri manuſcripto codice deſumptum; quem Cuſpinianus & Onuphrius, commentariis ſuis immixtum ac veluti confuſum ediderant. Gallus Hoſtilius Imp. cum Voluſiano filio apud Interamnam à militibus trucidatur, cùm aduerſus Æmilianum res nouas in Mœſia molientem pergeret. Exinde poſt Perſas, qui orientalem limitem armis infeſtabant, repreſſos, ÆMILIANVS imperium militaribu ſuffragiis eſt adeptus. Tertio pòſt

menſe

menſe Æmiliano ſublato, rerum potitus eſt Licinius *Valerianus* cum *Gallieno* filio. Sub quibus res Romana multis barbarorũ incurſionibus eſt lacerata. Tyranni quoque complures variis in locis ſunt exorti, qui triginta numero à Trebellio Pollione percenſentur. Origenes hoc anno moritur, natus annos 69. vt Euſebius 7. Hiſt. cap. 1. tradit.

Imp. Valerianus III. 1008 255

Imp. Gallienus II.

Lucius Papa fit martyr, & poſt dies XXX. hoc eſt, nono Aprilis ſufficitur Stephanus Romanus.

M. Valerius Maximus II. 1009 256

Man. Acilius Glabrio.

Cyprianus cum Africanis Epiſcopis, collecto cœtu, ſtatuit Hæreticorum baptiſma verum non eſſe; ideoque denuò baptizandos, quos illi abluiſſent. Id ipſum Firmilianus Cæſareæ in Cappadocia, & Dionyſius Alexandriæ in Ægypto Epiſcopi ſtatuerunt: quibus auctoritate Apoſtolica & Synodo conuocata Stephanus Papa reſtitit. *Auguſt. de Bapt. contra Donat. & Vinc. Lirinenſis.*

Imp. Valerianus IV. 1010 257

Gallienus Auguſtus III.

OCTAVA PERSECVTIO.

Valerianus atroci in Chriſtianos perſecutione ſæuit; vt Euſebius 7. hiſt. c. 9. & Seuerus Sulp. 2. narrant. Stephanus Papa martyrio coronatur: ſuccedit Sixtus. Gregorius Thaumaturgus floret.

M. Aurelius Memmius Fuſcus. 1011 258

Pomponius Baſſus.

Romanum imperium à barbaris fœdè laceratur. *Cyriades* primus ex XXX. tyrannis Imperator ſalutatur. Sed & *Ingenuus* Pannonias regens, à Mœſiacis legionibus Imperator factus, per Celerem Verianum profligatus eſt; vt Trebellius Pollio, & Vopiſcus fusè narrant. In Africa S. Cyprianus Carthagine glorioſo martyrio vitam finiit; vt Hieronymus de Scriptor. eccleſiaſt. & Pontius in eius vita teferunt.

Fuluius Æmilianus. 1012 259

Pomponius Baſſus II.

Iſtud par Conſulum, itemque proximè ſubſequens Baronius in Annalibus omiſit, vt in epocham Chriſti vulgarem ſeu Dionyſianam tantò citiùs delaberetur: vt ſuprà pag. 11. differui. Aduerſus Scythas (à quibus capta Chalcedon, Nicæa ſuccenſa, & Dianæ Epheſinum templum crematum fuerat) Valerianus cùm profectus fuiſſet, indeque contra Saporem Perſarum Regem, Orientali limiti infeſtum, progreſſus eſſet, ab eo captus eſt hoc anno, & more vilis mancipij habitus: adeò vt quoties equum conſcenderet, illius incuruati ceruicibus pedem imponeret. Quem cute demum nudari ac ſaliri iuſſit, vt ſcribit Euſebius. Poſt hanc cladem *Odenatus* Palmyrenorum dux, cui *Zenobia* nupſerat, Perſas Romani fines imperij infeſtantes fortiter repreſsit, ac Romanã rem ſuſtinuit, Regis nomine aſſumpto. Poſt patrẽ verò captũ GALLIENVS ſolus imperauit: qui luxu ac nequitiis perditus, imperium vndique tam à barbaris quàm à tyrannis lacerari paſſus eſt. *Trebell. Victor, Eutrop.* Sixtus Papa obit martyr VIII. Kalendas Auguſti: tridno pòſt S. Laurentius diaconus patitur. Poſt dies 32. Dionyſius creatur Papa.

Coſſ. { Cornelius Sæcularis. 1013 260
Iunius Donatus. }

261 1014 Imp. Gallienus IV.
Voluſianus.

Neocæſareæ S. Gregorius Thaumaturgus, poſt barbarorum incurſionem, Synodum Neocæſareenſem celebrauit.

262 1015 Imp. Gallienus V.
App. Pompeius Fauſtinus.

Regillianus, qui in Pannonia tyrannidem vſurpatat, & Saturninus in Ægypto cæſi ſunt. *Trebell.*

263 1016 Nummius Albinus.
Maximus Dexter.

Gallienus, cum Aureolo & Clodio ducibus, contra *Poſtumũ* tyrannũ bellum gerit, & vincit. Romæ deinde Decennalia celebrauit; vt Trebellius in Gallienis fuſè memorat. Cæterùm *Poſtumus* fuit Tranſrhenani limitis Dux, Galliarumque Præſes, qui Salonino Gallieni filio apud Coloniam Agrippinam cæſo, Galliarum imperium per annos ſeptem tenuit, eaſque à Francis aliiſque Germaniæ populis validiſſimè vindicauit. Poſtumi huius numiſmata plurima Bauaci Belleſelæ, & alibi paſſim per Belgicam hodieque eruuntur. Porphyrius annos 30. natus Romã venit, & Plotinũ 59. annũ agentem eſt ſecutus.

264 2017 Imp. Gallienus VI.
Amulius Saturninus.

Odenatus Palmyrenorum Rex, capta Niſibi & Carris, vindicataque Meſopotamia, Saporem Perſarũ Regem fugat. Cumque vinctos ſatrapas Romam miſiſſet, Gallienus triumphare non erubuit, quaſi ipſe viciſſet. Paucis pòſt annis *Odenatus* Imperatot à Gallieno renuntiatus, inſidiis conſobrini ſui, vnà cum *Herode* filio, eſt trucidatus. Odenati porrò vidua *Zenobia*, virilis animi femina, ſuſcepit imperium.

265 1018 Valerianus Cæſar II.
L. Cæſonius Lucillus Macer Rufinianus.

Synodus Antiochiæ contra Paulum Samoſatenum cogitur, & S. Gregorius Thaumaturgus haut multò pòſt moritur. *Euſ. 7. Hiſt. c. 22.*

266 1019 Imp. Gallienus VII.
Sabinillus.

267 1020 Ouinius Paternus.
Arceſilaus.

Gallieno peſſimis moribus Rempublicam perdente, variis in locis triginta plùs minùs Tyranni imperium occuparunt, quorum ſingulorum vitas Trebellius Pollio breuiter deſcripſit. In Gallia primùm *Poſtumus* cum filio, deinde *Lollianus*, *Victorini* duo deinceps, exinde *Marius*, poſtremò *Tetricus*, *affectatores Romani nominis extiterunt: quos omnes datos diuinitus credo, ne cùm illa peſtis (Gallienus) inaudita luxuria impediretur, malis poſſidendi Romanum ſolum Germanis daretur facultas*; vt Trebellius loquitur. *Poſtumus* porrò vir fuit in bello fortiſſimus, in pace conſtantiſſimus, in omni vita grauis: vſque adeò vt *Saloninum* filium ſuum, in Gallia poſitum, eidem Gallienus crederet, quaſi vitæ cuſtodi, morumq; & actuũ imperialiũ inſtitutori. Sed cùm Galli vehementiſſimè Gallienũ odiſſent, filiũ autem eius apud ſe imperantẽ ferre non poſſent, eum, qui cõmiſſam regebat Rempublicã, Imperatorẽ appellarunt, miſſiſque militibus Saloninũ adoleſcentẽ interfecerunt. Hinc illa numiſmatũ à Poſtumo cuſorũ, apud noſtros Belgas abundantiſſima eſt copia; quæ non ſolũ Bauaci in Hannonia, ſed & in Artelia, Flãdria, agro Lutzeburgẽſi Treuerenſi, & alibi paſſim eruuntur.

tur. Marchantius in ſua Flandria narrat, *Bolleſela* haut procul à Caſtello Morinorum, nunc opido *Caſſel*, duo circiter millia nummorum argenteorum, à Poſtumo cuſorum, ſuo æuo inuenta fuiſſe. Ceterùm vt Galli nouarũ rerum ſemper ſunt cupidi, Lolliano agente, Poſtumus cum filio ſuo cognomine, quem Cæſarem appellarat, hoc anno eſt interemptus; cùm nutantem Gallieni luxuria Rempublicam in priſtinam ſecuritatem, pulſis omnibus Germanicis gentibus, reuocaſſet. Exinde caſtra, quæ Poſtumus per annos ſeptem in ſolo barbarico ædificauerat, ſubita Germanorum irruptione, direpta fuerunt & incenſa; vt idem Trebellius loquitur.

Lollianvs in locum Poſtumi ſubrogatus, delatum ſibi à Gallis hoc ipſo anno ſumpſit Imperium, vir in declamationibus adeò diſertus, vt eius Controuerſiæ Quintiliano dicantur inſertæ. Interẽptus autem eſt à *Victorino*, Victorinæ ſeu Victoriæ filio, quæ poſteà Mater caſtrorum ab exercitu appellata, & Auguſtæ nomine donata, primùm in Marivm, deinde in Tetricvm atque eius filium contulit imperia.

De Victorino tyranno, eiuſque filio Victorino Cæſare, pauca hæc Trebellius narrat. Poſtumus ſenior, cùm videret magnis ſe Gallieni viribus peti, Victorinum militaris induſtriæ virum in participatum vocauit imperium, & cum eodem contra Gallienum conflixit. Cumque adhibitis ingentibus Germanorum auxiliis, diu bella traxiſſent, demum victi ſunt. Tunc interfecto etiam Lolliano, ſolus Victorinus in imperio remanſit; pòſt à quodam actuario, cuius vxorem ſtuprauerat, Coloniæ Agrippinæ occiſus, cum puerulo ſuo Victorino. *Exſtant*, inquit Trebellius, *ſepulcra humilia circa Agrippinam, breui marmore impreſſa, in quibus vnus eſt inſcriptus:* Hic duo Victorini tyranni ſiti ſunt.

Poſtumis, Lolliano, & Victorino vtroque interemptis, Marivs ex fabro ferrario tyrannus, triduo tantùm imperauit. Occiſus eſt autem à quodam milite, qui cùm eius quondam operarius in fabrili officina fuiſſet, contemptus ab eodem fuerat. Diciturque hæc verba interemptor addidiſſe, *Hic eſt gladius, quem ipſe feciſti.*

Victoriua exinde Tetricvm Senatorem Romanũ, affinem ſuum, tunc Galliæ Præſidem, ad imperium hortata, Auguſtum appellari fecit, eiuſque filium adhuc puerulum Cæſarem nuncupauit. Cumque multa Tetricus feliciter egiſſet, diuque imperaſſet, ab Aureliano Imp. demum apud Catalaunos victus, cùm militum ſuorum procacitatem ferre non poſſet, volens ſe eidem grauiſſimo Principi dedidit. Hunc Aurelianus poſteà in triumphum duxit, eodem illo tempore quo & Zenobiam Odenati viduam, cum filiis minoribus Odenati, Herenniano & Timolao. Pudore tamen victus vir nimiùm ſeuerus, eum quem triumphauerat, poſteà Correctorem totius Italiæ conſtituit, & Tetricum cum filio ſuo non ſolùm viuere, ſed etiam in ſumma dignitate manere paſſus eſt.

Ceterùm Victorina, virilis animi femina, *Tetrico imperante eſt occiſa, vel, vt alij aſſerunt, fatali neceſſitate conſumpta. Cuſi ſunt eius nummi ærei, aurei & argentei, quorum hodieque forma exſtat apud Treueros:* vt Trebellius loquitur. Hactenus de Tyrannis, qui Gallieni & Aureliani temporibus imperium in Gallia tenuerunt.

Odenato Palmyrenorum Rege (qui fuit vnus ex XXX. Tyrannis à Trebellio memoratis) Mæonij conſobrini ſui nequitia interempto,

 to,

An. vulg. Chriſti. | An. V.C. Varron.

to, ZENOBIA eius vidua imperium arripuit.

268 1021 Ouinius Paternus II.
Marinianus.

Gallienus Imp. à Martiano & Cecropio ducibus contra Aureolum tyrannum excitus, ad Mediolanum 21. Martij occiditur, cum fratre Valeriano. Imperauit cum patre ſuo annis circiter ſeptem, ſolus octo. Succeſſit Aurelius CLAVDIVS, Princeps moderatus, qui contra Gothos egregiè pugnauit, & Aureolum tyrannum ſuſtulit.

269 1022 Imp. Aurelius Claudius II.
Ouinius Paternus.

Claudius Imp. Gothos inſigni prælio vicit. Trebellius trecenta viginti barbarorum millia cæſa, nauium duo millia depreſſa narrat. Hoc ferè tempore, nimirum Claudio imperante, & Tetrico in Galliis tyranno, Vopiſcus ſcribit vaticinam Druidem DIOCLETIANO Tungris exiſtenti, Imperatori poſteà in Chriſtianos acerbiſſimo, imperium prædixiſſe: *Cùm*, inquit, *Diocletianus apud Tungros in Gallia, quadam in caupona moraretur, in minoribus adhuc locis militans; & cum Druide quadam muliere rationem conuictus ſui quotidiani faceret; at illa diceret;* Diocletiane nimium auarus, nimium parcus es; *ioco non ſeriò Diocletianus reſpondiſſe fertur:* Tunc ero largus, cùm Imperator fuero. *Poſt quod verbum Druias dixiſſe fertur:* Diocletiane iocari noli; nam Imperator eris, cùm aprum occideris. *Semper exinde Diocletianus in animo habuit imperij cupiditatem, idq́ue Maximiano conſcio atque auo meo, quibus hoc dictum à Druide ipſe retulerat. Denique vt erat altus, riſit & tacuit. Apros tamen in venationibus, vbi fuit facultas, manu ſua ſemper occidit. Denique cùm Aurelianus imperium accepiſſet, cùm Probus, cùm Tacitus, cùm ipſe Carus, Diocletianus dixit:* Ego ſemper apros occido, ſed alter ſemper vtitur pulpamento. *Iam illud notum eſt atque vulgatum, quod cùm occidiſſet Aprum Præfectum prætorij, dixiſſe fertur:* Tandem aprum fatalem occidi. *Ipſum Diocletianum auus meus dixiſſe dicebat, nullam aliam fuiſſe ſibi cauſſam occidendi manu ſua Aprum, niſi vt impleret Druidis dictum, & ſuum firmaret Imperium.*

270 1023 Flauius Antiochianus, *aliàs* Alticianus.
Furius Orfitus.

Gothorum reliquiæ ad Hæmimontũ peſte ac fame conficiuntur. Eadem peſte tactus Claudius moritur. Cuius frater Quintillus cùm imperium vſurpaſſet, poſt dies 16. à militibus eſt obtruncatus, qui AVRELIANVM iam elegerant, obſcuro quidẽ genere Sirmij natum, ſed inter laudatos Principes numerãdum, ſi crudelitatẽ, in quam fuit propenſior, excipias. *Trebellius.* Plotinus Philoſophus moritur, vt Porphyrius in eius vita, & Firmicus lib. 1. cap. 3. narrant. Dionyſius Papa 26. Decemb. moritur: cui poſt dies 5. ſuffectus Felix patria Romanus.

271 1024 Imp. Aurelianus Auguſtus.
Pomponius Baſſus.

Alemani & Marcomani Romanum imperium infeſtant, à quibus clades ingens ad Placentiam accepta. Ob id trepidatum Romæ, & Sibyllini libri, Aureliano iubente, ſunt conſulti: cuius reſcriptum III. Idus Ianuarij datum in hæc verba refert Vopiſcus: *Miror vos, Patres ſancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitaſſe libris, perinde quaſi in Chriſtianorum eccleſia, non in templo Deorum omnium tractaretis.* Nempè quòd Chriſtiani ab iſtiuſmodi profanorum librorum lectione vtique

in ec

in eccleſiis abhorrerent. Poſteà victi barbari. Aurelianus Romam veniens pleroſque nobiles occidit; muros exinde Romanæ Vrbis amplificauit. *Vopiſcus, Zoſimus* 1.

Quietus. 1025 272
Voldumianus.

NONA PERSECVTIO.

Hanc Aurelianus Imp. circa hoc tempus inſtaurauit; in eaque S. Symphorianus Auguſtodnni cecidit.

M. Claudius Tacitus. 1026 273
Furius Placidianus.

Aurelianus in Orientem profectus Zenobiam vincit, & ad triumphum reſeruat.

Imp. Aurelianus II. 1027 274
C. Iulius Capitolinus.

Aurelianus Tetricum tyrannnm apud Catalaunos in Gallia in deditionem accepit, eumque cum Zenobia in triumpho ductum honoribus affecit; vt ſuprà in geſtis anni 267. diſſerui. Zenobiam verò Aurelianus in Italia viuere paſſus eſt; vt Vopiſcus & Eutropius lib. 9. narrant. Daciam prouinciam, quam Traianus vltra Danubium fecerat, idem Aurelianus deſeruit, deſperans eam poſſe retineri.

Imp. Aurelianus III. 1028 275
T. Auonius Marcellinus.

Aurelius Victor ſcribit *Aurelianum*, ex Romanis Imperatoribus primum, diadema capiti ſuo innexuiſſe, gemmis item ac veſte aurata vſum eſſe. Periit hoc anno, fraude Mneſthei Secretariorum Notarij, ad Cænophrurium, inter Byzantium & Heracleam. Eo mortuo Interregnum fuit menſium circiter ſeptem, ait Victor; quòd de eligendo Imperatore inter Senatum & milites amica, & ad hanc diem rara, eſſet orta contentio; eas mutuo ſibi partes vtriſque deferentibus. Tandem ab Senatu VII. Kal. Octobris creatus eſt TACITVS, vir egregiè moratus, & tractandæ Reipublicæ in primis idoneus: qui ad Tacitum, Hiſtoricorum principem, genus ſuum referebat. Hic perſecutioni finem impoſuit. At idem ducenteſimo pòſt die apud Tarſum febri mortuus eſt, inquit Victor; eique FLORIANVS frater cùm ſucceſſiſſet, à maiore exercitus parte Imperator factus eſt PROBVS. Florianus autem intra dies 60. inciſis ſpontè venis, viuere deſiit. Felix Papa martyrio coronatur: ſuccedit Eutychianus, patria Lunenſis, Tuſcus.

Imp. M. Claudius Tacitus.
Fuluius Æmilianus II. 1029 276

Tacito ac Floriano eius fratre mortuis, M. Aurelius Probus Sirmij in Pannonia natus, principatum geſſit. Anatolius Laodicenus Epiſcopus floret, cuius Cyclus Decemnouennalis ab anno Chriſti 276. incipit. Bucherium in commentario ad Victorij Canonem Paſchalem conſule.

Imp. Aurelius Probus Auguſtus.
Anitius Paulinus. 1030 277

Onuphrius Panvinius & Gerardus Mercator iſtud par Conſulum in ſuis Faſtis omittunt, vt eò citiùs in vulgarem Dionyſij epocham delabantur, vt ſuprà pag. 11. diſſerui. Ceterùm Baronius licet epocham Chriſti vulgarem biennio huc vſque penè præuertat, & vt in

eam, cum certa Diocletiani æra, relabatur, Faſtos Conſulum per hæc tempora commiſceat; hunc tamen Probi & Paulini Conſulatum cum vulgari anno Chriſti 277. rectè componit. Probus Imp. in Galliam veniens ſexaginta de barbaris opida recuperauit, & eorum ſeptingenta circiter millia occidit; vt Vopiſcus in Probo narrat. Barbaricæ, hoc eſt, Alemannicæ huius excurſionis, duce *Chroco* factæ, Gregorius Turon. lib. 1. cap. 32. hiſt. Franc. meminit, & in ea S. Priuatum Gabalitanum cecidiſſe narrat.

278 | 1031 Imp. Probus Auguſtus II.
Furius Lupus, *al.* Virius.

279 | 1032 Imp. Probus III.
Ouinius Paternus.

Proculo & Bonoſo (qui apud Coloniam Agrippinam & ad Rheni tractum per tyrannidem imperium occuparant) ſuperatis, & ad necem adactis, Probus Imp. Galliam pacauit. *Vopiſcus, Eutrop.*

280 | 1033 *Coſſ.* { Iunius Meſſalla.
Gratus.

281 | 1034 Imp. Probus IV.
C. Iunius Tiberianus.

282 | 1035 Imp. Probus V.
Pomponius Victorinus.

Probus Imp. Perſis ſuperatis, ex Oriente in Italiam reditum parans, dum per Illyricum iter facit, Sirmij à militibus, quos ob nimiam ſeueritatem ſibi infenſos habebat, die 2. Nouembris occiditur. Sufficitur M. Aurelius CARVS, Narbone in Gallia natus: qui mox Carinum & Numerianum filios Cæſares creauit. Carino ad tuendas Gallias miſſo, ipſe cum Numeriano contrà Perſas in Orientem tetendit.

283 | 1036 Imp. M. Carus II.
M. Carinus Cæſar.

Carus Imp. poſt ſubactam Meſopotamiam, cùm Cteſiphontem vſque perueniſſet, ibi fulmine ictus interiit. Numerianus patris obitum ægrè ferens, nimio fletu in morbum ocularem incidit.

284 | 1037 Imp. Carinus II.
Imp. Numerianus.

Numerianus dum in lectica vehitur, inſidiis Arrij Apri ſoceri ſui occiditur. Quo exſtincto DIOCLETIANVS, in Dalmatia obſcuro genere natus, imperium ab exercitu oblatū menſe Septembri accepit. Is prima ſtatim concione iurauit, nulla ſua fraude Numerianum cecidiſſe, & poſtea interfectorem eius Aprum ſua manu peremit. Qua de re vide quæ ſuprà in geſtis anni 269. diſſerui.

Æra Diocletiani, quæ & Martyrum Æra Ægyptiaca ſeu Alexandrina (abolito impij perſecutoris nomine) dicta eſt, ab hoc anno incipit, à Neomenia Thoth fixa, id eſt, die 30. menſis Auguſti, anni Chriſti vulgaris ducenteſimi octogeſimi quarti. Quod & auctor Chronici Alexandrini innuit & confirmat, cùm *Diocletianum Chalcedone renuntiatum Imperatorem XV. Kalendas Octobris, Nicomediam XV. Kalendas eaſdem purpuratum intraſſe, & Kalendis Ianuariis* (anni ſcilicet proximi 285. ex nouorum Imperatorum more) *Conſulem prodiiſſe* ſcribit.

285 | 1038 Imp. Diocletianus II.
Ariſtobulus.

Anni V. C Varroniani. | Anni vulgares Chriſti.

His Conſulibus *Carinus* apud Margum Mœſiæ opidum à ſuis proditus, ab exercitu Diocletiani victus & interemptus eſt; vt Idatius in Chron. Eutropius & Caſſiodorus tradunt. S. Sebaſtianus, dux primæ cohortis Prætorianorum, martyrio coronatur, vt & Tiburtius Chromatij filius.

Diocletianus *Maximianum* Herculium creat Cæſarem. eumque in Galliam mittit, ad ruſticos in Gallia tumultuantes, qui ſe Bacaudas nominabant, compeſcendos: quod & præſtitit. *Eutropius.* Quo tempore Maximianus apud Agaunum primò *Mauritium* legionis Thebææ Tribunum, eiuſque ſocios milites, impia offerre ſacrificia detrectantes, occidi iuſſit. Idem poſtea apud Coloniam Agrippinam *Gereonem* cum 318. commilitonibus; apud Veronam Friſiæ (aliis Bonnam) *Caſsium* & *Florentium* cum ſociis plurimis; apud Coloniam Traianam & Vetera caſtra *Victorem* cum 330. ſodalibus, & alios eiuſdem legionis milites alibi è medio tolli mandauit: de quibus fuſè in Faſtis noſtris Belgicis egimus.

M. Iunius Maximus II. 1039 | 286
Vettius Aquilinus.

Carauſius obſcuro loco apud Menapios natus, ac paulatim provectus ob nauatam in bello fidelem operam, cùm apud Bononiam mare, per tractum Belgicæ & Aremoricæ, pacandum accepiſſet, quod Franci & Saxones infeſtabant, ob peculatum & pyraticam à Maximiano iuſſus occidi, purpuram ſumpſit, & Britannias occupauit. Per idem tempus Achilleus in Ægypto tyrannidem inuaſit: Narſeus Perſa Orienti bellum intulit: Quinquegentiani Africam infeſtarunt. Ob id Diocletianus MAXIMIANVM Herculium ex Cæſare fecit Auguſtum, Kalendis Aprilis, vt ſcribit Idatius: vt labantem, quà barbarorum quà tyrannorum graſſatione, Rempublicam ſuſtentaret.

Imp. Diocletianus III. 1040 | 287
Imp. Maximianus Herculius II.

M. Aurelius Maximus II. 1041 | 288
Pomponius Ianuarius.

Annius Baſſus. 1042 | 289
L. Ragonius Quinctianus.

Coſſ. { Imp. Diocletianus IV. 1043 | 290
Imp. Maximianus Herculius III.

C. Iunius Tiberianus. 1044 | 291
Caſſius Dio.

Cùm vndique imperium Romanum à barbaris aut tyrannis infeſtaretur, Diocletianus hoc anno duos Cæſares creauit, *Conſtantium Chlorum* (qui Claudij II. Imp. nepos per filiam traditur, ait Eutropius) & *Galerium Maximianum*, in Dacia natum haut procul Sardica, qui Armentarius cognominatus eſt, quòd armentorum paſtor fuiſſet. Hos vt affinitate ſibi iungeret, Diocletianus *Valeriam* filiam Armentario, Maximianus Herculius *Theodoram* priuignam Conſtantio collocauit. Inde quadrifariam partito bello, Diocletianus in Ægyptum, Herculius in Africam, Armentarius in Orientem, Conſtantius in Britanniam profecti ſunt. Ab his omnibus, longis & laborioſis expeditionibus, Romanus orbis pacatus eſt.

Afranius Annibalianus. 1045 | 292
M. Aurelius Aſclepiodotus.

Con-

Conſtantius in Britannia fruſtrà Carauſium aggreſſus, pacem cum eo compoſuit. *Eutrop.9.*

293 | 1046 | Imp.Diocletianus V.
Imp.Maximianus IV.

Carauſius ab Alecto ſocio poſt annos ſeptem, quàm Britannias occuparat, occiditur. Alectus eidem ſucceſſit, & triennio Britanniam obtinuit. *Eutrop.9.*

294 | 1047 | Conſtantius Chlorus Cæſar, *Conſtantini Magni pater.*
Galerius Maximianus Armentarius Cæſar.

295 | 1048 | Nummius Tuſcus.
Annius Cornelius Anullinus.

Maximiano in Galliæ adminiſtratione ſuffectus *Conſtantius* Cæſar, Alectum Britanniæ tyrannum à Bononia, quam oppugnabat, circa hunc annum repulit. Mox & Batauiam à Francis occupatam recuperauit. Claſſem in mediterraneis Belgicæ opidis, ad fluuios ſitis, ædificatam in Oceanum ad Geſſoriacenſem portum deduxit, & in Britanniam immiſit.

296 | 1049 | Imp.Diocletianus VI.
Conſtantius Cæſar II.

Alectus Britanniæ tyrannus, ductu Aſclepiodoti Præfecti Prætorio, opprimitur. Ita Britanniæ decimo anno recuperatæ, ait Eutropius. Apud Lingones à Conſtantio Cæſare ſexaginta millia Alemanorum cæduntur. Quinquegentiani in Africa à Maximiano perdomantur. Caio Papæ martyrij palma donato, ſufficitur Marcellinus patria Romanus.

297 | 1050 | Imp. Maximianus Herculius V.
Galerius Cæſar II.

Circa hoc tempus Conſtantius Cæſar multas Batauorum familias in agrum Ambianenſem, Bellonacenſem, Tricaſſinum & Lingonenſem, ad eundem excolendum, deduxit, teſte Panegyriſta: *Per Victorias tuas*, inquit, *Conſtanti Cæſar inuicte, quidquid infrequens Ambiano & Bellonaco, & Tricaſſino ſolo Lingonicoq; reſtabat, Batauo cultore, reuireſcit.*

Armentarius copiis per Illyricum, Mœſiamque contractis, Narſeum vincit, vxorem illius, ſorores ac liberos capit. Quapropter à Diocletiano, in Meſopotamia tum morante, ingenti honore ſuſceptus eſt. *Eutrop.9. Idatius.*

298 | 1051 | Anicius Fauſtus II.
Seuerus Gallus.

299 | 1052 | Imp.Diocletianus VII.
Imp.Maximianus Herculius VI.

His Conſulibus victos Marcomanos tradit Idatius in Chronico.

30 | 1053 | *Coſſ.* { Iulius Conſtantius Chlorus Cæſar III.
Galerius Armentarius Cæſar III.

301 | 1054 | Poſtumius Titianus II.
Fl.Popilius Nepotianus.

302 | 1055 | Conſtantius Chlorus Cæſar IV.
Galerius Cæſar IV.

DECIMA PERSECVTIO.

Hæc atrociſſima in Chriſtianos perſecutio, per vniuerſum orbem à Diocletiano Imp. inſtituta, Belgicam quoque noſtram grauiter afflixit.

affixit. Fuſcianus & Victoricus apud Ambianos, Piatus & Chryſolius apud Turnacenſes martyrio ſunt affecti. Treueris, *ſub Rictiouaro Galliarum Præſide, innumerabiles penè martyres in hac Diocletiani perſecutione, ob Chriſti fidem, vario mortis genere necati ſunt*; vt in Faſtis Martyrologij Rom. 6. Octob. legitur. Breuiter, *omnis ferè ſacro martyrum cruore orbis infectus eſt*: vt Seuerus Sulp. lib. 2. loquitur.

Imp. Diocletianus VIII. 1056 303
Maximianus Herculius Auguſtus VII.

Cirthenſe conciliabulum à Donatiſtis cogitur, præſidente Secundo Tigiſitano in Numidia Epiſcopo: cuius acta Auguſtinus 3. contra Gaud. c. 27. refert.

Imp. Diocletianus IX. 1057 304
Imp. Maximianus Herculius VIII.

Poſt magnificum de variis bellis confectis triumphum Romæ à Diocletiano & Maximiano Impp. celebratum, vterque Kalendis Aprilis purpuram depoſuit, Diocletianus Nicomediæ, & Maximianus Mediolani. Ille ſponte, ſiue ingraueſcente iam ætate fatiſcens, ſiue Chriſtianæ rei, cui opprimendæ par non erat, tædio fractus, Salonam in hortos ſeceſſit. Maximianus auctoritate magis collegæ, quàm voluntate, vt idem faceret, eſt adductus. Eadem verò hora nuncupati ſunt Auguſti CONSTANTIVS CHLORVS, Conſtantini Magni pater, & GALERIVS Maximianus Armentarius: Cæſares verò duo alij ſunt creati, *Seuerus* & Galerius *Maximinus*, ſorore Armentarij genitus, vt Idatius, Eutropius lib. 10. & Aurel. Victor narrant.

Conſtantius porrò Chlorus cum Galerio Maximiano Armentario orbem Romanum ita partitus eſt, vt huic Illyricum, Aſia & Oriens cederet; ipſe verò Conſtantius Galliam, Britanniam, Italiam & Africam obtineret: qui poſteà & Italiam cum Africa ſponte collegæ ſuo ceſſit, Gallia & Britannia contentus. Itaque Maximianus Seuerum Italiæ, Maximinum Orienti præfecit: ipſe in Illyrico eſt commoratus; vt Eutropius, Victor & alij fusè narrant. Conſtantinus interim, Conſtantij Chlori filius, obſes à patre apud Diocletianum & Galerium relictus, cùm à parte repoſceretur, variis à Galerio periculis obiectus, & clàm dilapſus Bononiam ſeu Geſſoriacum ad patrem profugit; vt paulò infrà an. 306. narrabimus.

Marcellinus Papa VI. Kal. Maij martyrio afficitur; poſt dies 25. ſufficitur Marcellus presbyter Romanus.

Imp. Conſtantius Chlorus Auguſtus V. 1058 305
Imp. Galerius Maximianus Armentarius V.

Imp. Conſtantius Chlorus VI. 1059 306
Imp. Galerius VI.

Ad Conſtantium Chlorum, Bononiæ ſeu Geſſoriaci agentem, patrem ſuum, Conſtantinus veredis poſt ſe truncatis accurrit, Galerij Maximiani inſidias veritus. Conſtantius inde in Britanniam cùm traiceiſſet, in eiuſdem filij ſui complexu,

G Eboraci

Eboraci deceſſit, die 25. Iulij. CONSTANTINVS porrò, omnium militum conſenſu, Cæſar ibidem eſt creatus: qua appellatione tunc contentus, anno demum ſequenti nomen Auguſti à Maximiano ſocero ſuo accepit. *Zoſimus l.2. Euſeb. l.1. de vita Conſtantini.*

Conſtantini imagine Romam perlata, MAXENTIVS Herculij filius à Prætorianis militibus ſubitò Imperator eſt acclamatus.

307 | 1060 Imp. Conſtantinus Auguſtus.
Maximianus Herculius IX.
al. Poſt Conſulatum VI. *Conſtantij Chlori.*

Galerius Maximianus, cognito Maxentium imperium vſurpaſſe, Seuerum Cæſarem aduerſùs illum cum exercitu mittit, qui deſtitutus à ſuis, Rauennam fugit. Galerius Romam cum exercitu petiit. Maximianus Herculius, ad ſpem erectus imperij reſumendi, quod inuitus dimiſerat, ex Lucania Romam venit, & Diocletianum Carnunti in Pannonia (non Carnuti in Celtica, vt malè narrat Zoſimus) vel, vt Victor ſcribit, Salonæ degentem, vt idem faceret, litteris eſt adhortatus: quod ille renuit. Poſtea Seuerum periurio deceptum, & Rauenna retractum, captini habitu in Vrbem perduxit, & in Appia via, triceſimo ab Vrbe milliari, iugulauit, hoc ipſo anno 307. vt Idatius tradit. Cùm autem Maxentio inſidias strueret Maximianus Herculius, Roma pulſus in Galliam ad Conſtantinum Treueris agentem fugit, eique Fauſtam filiam ibidem in matrimonium dedit, cum Auguſti titulo.

308 | 1061 Maximianus Herculius X.
Galerius Maximianus VII.
aliàs Maxentius & Romulus.

Annis bellorum ciuilium (primò Conſtantini Magni contra Maxentium, deinde filij eius Conſtantij contra Magnentium) Libellus de Præfectis Vrbis, ſuprà ad annum 254. memoratus, Conſules qui Romæ ſub Tyrannis fuerunt, aſſignat. Faſti verò Idatiani, à Sirmondo editi, & alij, illis expunctis, Cæſares victores plerumque ſubſtituunt. Nos, in gratiam curioſi Lectoris, Conſules vtriuſque partis dabimus.

309 | 1062 Poſt Conſulatum X. *Maximiani Herculij*, & VII. *Galerij Maximiani.*
al. Coſſ. Maxentius II. & Romulus II.

S. Marcellus Papa martyrio XVII. Kal. Februarij coronatur: Euſebius natione Græcus poſt dies 20. ſuccenturiatur.

310 | 1063 Iterùm poſt Conſulatum X. & VII. *eorumdem.*
al. Conſul Maxentius III. ſolus.

Maximianus Herculius dum genero ſuo Conſtantino inſidias ſtruit, iis per Fauſtam illius filiam, huius coniugem detectis, profugit Maſſiliam, ibique iuſſu Conſtantini ſtrangulatus interiit; vt Euſebius in Chron. Idatius & Eutropius l. 10. narrant. S. Petrus Alexandrinus Epiſcopus (qui Arium ob ſchiſma Miletij excommunicauerat) illuſtre martyrium facit.

311 | 1064 Imp. Galerius Maximianus VIII.
Imp. Licinius Auguſtus.
al. Rufinus & Euſebius.

Licinivs Carnunti à Galerio Maximiano ex Cæſare Imperator cùm eſſet creatus, ipſe Galerius vulnere peſtilenti periit, octauo ſuo Conſulatu, vt Idatius in Faſtis, Aurelius Victor, ab Andrea Schotto editus, & alij teſtantur. Euſebius Papa 26. Septembris moritur: ſufficitur Melchiades natione Afer.

Imp. Conſtantinus II. 1065 312
Imp. Licinius II.
aliàs, Coſ. ⟨ Maxentius IV. ſolus.

Conſtantinus cæleſti crucis oſtento contra Maxentium animatus, & Alpes tranſgreſſus, victis ad Veronam illius ducibus, eumdem non longè ab Vrbe Roma prælio ſuperauit: qui per pontem, quem Tiberi impoſuerat fugiens, illius ruina oppreſſus ac demerſus periit. Ab hoc anno incipit Paſchalis centum annorum Laterculus, quo vetuſtior apud Latinos non extat, quemque Bucherius in ſuo ad Victorium commentario cap. 14. publicauit. Indictionvm originem Conſtantini anno ſexto, Chriſti 312. prodiiſſe, vulgò creditur; ſed nullo teſte idoneo. Illud conſtat, Indictiones nihil aliud eſſe, quàm præſtationes & tributa, quorum canon, id eſt, modus quotannis indicebatur. Sed cur ſpatio 15. annorum, quot orbis Indictionum colligit, finiri placuerit, & qua de cauſſa, quóve tempore primùm id vſurpari cœperit, cùm multæ multorum coniecturæ ſint, nulla ſatis probabilis adfertur. Eſt autem Indictionis vſus triplex. Nam alia à Kalendis Septembribus proficiſcitur, eaque *Conſtantinopolitana* dicitur; alia ab VIII. Kalendas Octobris, quæ *Cæſarea* vocatur. Harum vtra ſit vetuſtior, nondum conſtat. Tertia Pontificia ſeu *Romana* nominatur, quæ in Pontificiis diplomatibus adhibetur, & à Kalendis Ianuariis, quæ priores duas illas epochas ſequuntur, ſumit exordium.

Conſtantinus Auguſtus III. 1066 313
Licinius Auguſtus III.

Rebus in Vrbe ordinatis, Conſtantinus in Germaniam cogitans, Mediolani ſororem ſuam *Conſtantiam* Licinio in coniugem tradit. Galerius Maximinus bello contra Conſtantinum & Licinium ſuſcepto, in Illyrico victus à Licinio, in Aſiam fugit, & apud Tarſum Ciliciæ miſeranda morte conſumitur. Melchiades Papa IV. Idus Decemb. moritur.

Ceionius Rufus Voluſianus. 1067 314
Annianus.

Silueſter Romanus presbyter in Melchiadis locum ſufficitur Kalendis Februarij. Arelatenſe primum concilium, Conſtantini Magni hortatu, in Cæciliani Carthaginienſis & Donatiſtarũ cauſſa, his Conſulibus celebratur. Huic concilio interfuerunt Oreſius Maſſilienſis, Marinus Arelatenſis, Verus Viennenſis, Dafnus Vaſenſis, Ambitauſius Remenſis, Auitianus Rotomagenſis, Reticius Auguſtodunenſis, Vocius Lugdunenſis, Maternus Agrippinenſis ſeu Colonienſis, Agrœcius Treuerenſis, Eborius Eboracenſis, & Reſtitutus Londinenſis, & alij Epiſcopi.

Conſtantinus Auguſtus IV. 1068 315
Licinius Auguſtus IV.

Conſtantinus cum Licinio agit, vt Baſſianus, cui *Anaſtaſia* ſoror altera Conſtantini nupſerat, Cæſar fieret, & Italiam obtineret. Sinicius interim Baſſiani frater, Licinio adhærens, fratri perſuadet, vt contra Conſtantinũ bellum capeſſeret: ſed ab eo in ipſo conatu Baſſianus opprimitur. Poſteà cùm Sinicium mali auctorem Conſtantinus ad pœnas repoſceret, negante Licinio, bellum inter ambos oritur. Pugnatum eſt primò ad Cibalim Pannoniæ opidum VIII. Idus Octobris, & poſteà in campo Mardienſi. Vtrobique fuſi fugatique ſunt Liciniani. Pace tandem compoſita, ſic inter ipſos conuentum eſt, vt Conſtantinus ab Illyriis verſus Occidentem omnia teneret, Licinius verò Thraciam & Orientem poſſideret.

316 1069 Rufius Ceionius Sabinus.
Rufinus Proculus.

Diocletianus Salonæ III. Non. Decemb. moritur, vt Idatius & Euſebius tradunt. S. Martinum hoc anno natum eſſe Gregorius Turon. l. 1. Hiſt. Franc. c. 26. refert.

317 2070 Ouinius Gallicanus.
Septimius Baſſus.

His Conſulibus leuati tres Cæſares, *Criſpus, Licinius & Conſtantinus iunior*, ipſis Kalendis Martiis. *Idatius.* Fuit autem Criſpus Conſtantini Magni ex Mineruina priore coniuge filius. Conſtantinus autem iunior Arelate paucis antè diebus ex Fauſta poſteriore coniuge natus fuerat. Licinius iſte iunior; Aurelio Victori Licinianus, patrem habuit Imp. Licinium.

318 1071 Imp. Licinius V.
Criſpus Cæſar.

Alexander Epiſcopus Alexandrinus Arium eiicit, qui in Palæſtinam abiens omnia permiſcet, & Euſebio Nicomedienſi præ cæteris adiutore vtitur; vt Socrates, Sozomenus lib. 1. Epiph. Hær. 69. narrant.

319 1072 Imp. Conſtantinus Auguſtus V.
Licinius iunior Cæſar.

Licinius Imp. Chriſtianos de palatio ſuo pellit, aliaque plurima contra eoſdem ſtatuit ac geſſit, in odium Conſtantini; vt Euſebius lib. 1. de vita Conſt. cap. 44. & ſequentibus, exponit. Conſtantinus de Clericorum immunitate reſcripſit l. 2. Cod. de Epiſcopis.

320 1073 *Coſſ.* { Imp. Conſtantinus Auguſtus VI.
Conſtantinus iunior Cæſar.

Criſpus Cæſar contra Alemannos bellum feliciter gerit. Conſtantinus pœnas contra orbos & cælibes latas ſuſtulit.

321 1074 Criſpus Cæſar II.
Conſtantinus iunior Cæſar II.

Quinquennalia Criſpi & Conſtantini Cæſaris hoc anno celebrata ſunt; quæ cum anno XV. Conſtantini concurriſſe teſtatur Nazarius in Panegyrico. Eodem anno Kalendis Auguſti Medicis, Grammaticis, & profeſſoribus aliis litterarum, immunitatem aliaque beneficia Conſtantinus conceſſit. l. 1. Cod. de Med. & prof.

322 1075 Petronius Probianus.
Anicius Iulianus.

323 1076 Acilius Seuerus.
Iunius Rufinus.

Conſtantinus ſanctionem edidit contra diuerſarum religionum homines, qui Clericos ad luſtrorum ſacrificia celebranda compellerent. *l. 5. Cod. de Eccl. & Cler.*

Criſpus Cæſar III. 1077 324
Conſtantinus Cæſar III.

Licinius cùm aduerſus Conſtantinum arma cepiſſet, prope Hadrianopolim Nonis Iulij maxima clade affectus eſt, amiſſis triginta quinque millibus. Inde Byzantium ſe proripiens, denuò pugna nauali vincitur, ac demum nouiſſimo ad Chalcedonem prælio debellatus, in victoris poteſtatem venit: à quo vitam (Conſtantia coniuge, Conſtantini ſorore agente) pactus, ac Theſſalonicam relegatus, ſequenti anno 325. quòd res nouas iterum moliretur, in eadem vrbe peremptus eſt. Poſt Licinium victum & in ordinem redactum, hoc eſt à menſe Octobri huius anni 324. Conſtantinus ſolus Monarcha annos tredecim fuit; vt Victor manuſcriptus teſtatur.

Coſſ. { Paulinus. 1078 325
{ Iulianus.

His Conſulibus prima Synodus oecumenica Nicæna contra Ariũ eſt celebrata, conditumque in ea Symbolum fidei. Silueſter Papa Synodi decreta ad ſe miſſa probauit. Euſebius Cæſarienſis Chronicon ſuum hoc anno terminat, quod Hieronymus excipit.

Imp. Conſtantinus Auguſtus VII. 1079 326
Conſtantius Cæſar.

Hoc anno Criſpus Cæſar, quòd in ſuſpicionem inceſtæ cum nouerca conſuetudinis veniſſet, Polæ in Iſtria occiditur, vt Ammianus lib. 14. ait. At Zoſimus lib. 2. Romæ id factum aſſerit. De anno teſtatur Idatius. Eodem anno & Licinius, Licinij filius, eſt interemptus, teſte eodem Zoſimo. Helena Conſtantini mater Crucem Domini Hieroſolymis repertam, & inſignibus miraculis exploratam, diuiſit, ac partem ibi reliquit, partem ſibi ſumpſit. At Conſtantinus Hieroſolymorum vrbem inſtaurauit, & in ea baſilicam inſignem extrui iuſſit. Helena porrò duas alias erexit, vnam Bethleemi, alteram in Monte Oliuarum. Euſebium lib. 3. de vita Conſtantini cap. 24. & 43. conſule. Arnobius in Africa rhetor clarus habetur. Floret & Lactantius Arnobij diſcipulus, qui Criſpi Cæſaris, extrema iam ætate, præceptor fuit.

Fl. Valerius Conſtantinus. 1080 327
Maximus.

Conſtantinus Fauſtam vxorem ſuam, ob falſam Criſpi delationem, in balneo interfici iubet; vt Hieronymus in Chron. Zoſimus l. 2. & Eutropius 10. tradunt. Hoc ferè tempore die 18. Auguſti Romæ obiit *Helena*, inter filij ſui Conſtantini Magni ac nepotum complexus, annos 80. nata, ab eodem Conſtantino in baſilica SS. martyrum Marcellini & Petri, Via Lauicana, magnificè ſepulta. *Euſeb. l. 3. de vita Conſt. c. 46. & 47.* Idem porrò Conſtantinus Drepanum Bithyniæ vrbem, in honorem Luciani martyris ibi conditi, inſtaurans, ex vocabulo matris ſuæ, Helenopolim nuncupauit; vt Hieronymus in Chron. teſtatur. Fuit autem Helena non Britanna, ſed Bithyna, & Conſtantinum Tarſi ſeu Drepani in Bithynia, iuxta Nicomediam, circa annum 273. peperit; vt Lipſius lib. 4. de Magnitudine Rom. cap. 2. docet. Ceterùm Helena, imperante Conſtantino, Hieroſolymis duas baſilicas erexit; vt & *Sabilenſem* in Clitia, *Bonnenſem* ad

Rhenum

Rhenum in diœceſi Colonienſi, *Veſontinam* in Burgundia, & alias alibi baſilicas ædificauit. Helenam porrò Conſtantini Chlori concubinam fuiſſe non pauci ſcribunt; alij legitimam coniugem, ſed obſcuro loco natam fuiſſe contendunt. Zonaras to. 3. in incerto rem reliquit.

328 1081 *Conſules* { Ianuarins & Iuſtus.

Iuneucus presbyter Hiſpanus Euangelia carmine vertit, teſte Hieronymo. Conſtantiuus Imp. Byzantium, ob ſitus oportunitatem, inſtaurare ac munire aggreditur, ibique ſedem Imperij poſteà conſtituit. *Zoſimus l.* 2.

329 2082 Imp. Conſtantinns Auguſtus VIII.
Conſtantinns Cæſar IV.

330 1083 *Coſſ.* < Gallicanus & Symmachus.

His Conſulibus, V. Idus Maias, Conſtantinopolis (antea Byzantium nuncupata) à Conſtantino Imp. eſt dedicata, vt Idatius in Faſtis prodit. Hanc ipſam vrbem idem Conſtantinns totius pœnè orbis Romani ſpoliis locupletauit, alteramque Romam eſſe voluit.

331 1014 Annius Baſſus.
Ablauius Ægyptins.

Conſtantini Imp. edicto Gentilium templa ſubuertuntur, vt Hieronymus in Chrôn. & Theophanes tradunt.

332 1085 *Coſſ.* < Pacatianus & Hilarianus.

Conſtantinus Sarmatis contra Gothos auxilium implorantibns ſuccurrit. S. Martinus annos 17. natus militiæ circa hoc tempns adſcribitur, vt Seuerus in eius vita cap. 1. narrat. Atque his quidem Conſulibus Reſcriptum de veteranorum filiis ad militiam cogendis datum exſtat l. 7. Cod. Theod. tit. 22.

333 1086 Dalmatius & Xenophilus.

Conſtans Conſtantini filius hoc anno VIII. Kal. Iannarias leuatus eſt Cæſar, teſte Idatio. Eodem anno V. Kalendas Octobris Conſtantinus Medicis & Profeſſoribus litterarum immunitatem confirmauit; *quò facilius liberalibus ſtudiis multos inſtituerent*. l. 2. Cod. de Med. & Prof.

334 1087 Optatus & Paulinus.

Conſtantino peterite, Epiſcopi plurimi Cæſaream Palæſtinæ conueniunt pro cauſſa Athanaſij, qui inde Tyrum ſeſe poſteà tranſtulerunt. Hi ipſi Epiſcopi baſilicam Hieroſolymis poſteà dedicarunt. *Socrates l. 1. c. 20.*

335 1088 Conſtantius & Albinus.

Conſtantinus Imp. VIII. Kal. Auguſti Tricennalia edidit, & XIV. Kal. Octobris *Dalmatius*, Dalmatio Conſtantini fratre genitus, leuatus eſt Cæſar; vt Idatius & Aurelius Victor tradunt. Dalmatij huius iunioris fratrem *Annibalianum* idem Conſtantinus Regem Regum & Ponticarum gentiũ conſtituit, Conſtantiana filia ſua ipſi in coniugem data. Hinc Annibaliauns Rex ab Ammiano l. 14. nuncupatur. Hoc item anno famoſum illud conciliabulum Tyri eſt celebratnm, cui ſe ſiſtit Athanaſius, & obiectam Arſenij cædem, aliaque crimina ſtrenuè diluit. Sed aduerſariorum creſcente nequitia, coactus eſt ad Conſtantinum fugere. Baſilica interim à Conſtantino erecta Tyri ab Epiſcopis eſt dedicata, & pòſt altera Hieroſolymis. *Euſeb.*

336 1089 Nepotianus & Facundus.

Marcus Papa Silueſtro XVII. Kal. Februarij ſubrogatur. Athana-

ſius

Anni V. C Varroniani.	Anni vulgares Christi.
1090	337

ſius Arianorum calumniis in exilium pulſus, hoc anno ad vrbem Treuerenſem venit: vbi à S. Maximino illius vrbis Epiſcopo humaniter exceptus, biennium & menſes quatuor ſubſtitit. Quo tempore S. Seruatius Tungrorum Epiſcopus amicitiam cum ipſo contraxit. Marcus Papa die 7. Octobris moritur: cui ſub finem menſis eiuſdem ſuccedit Iulius, patria Romanus.

Coſſ. ⟨ Felicianus & Titianus.

Conſtantinus Magnus Imp. die 22. Maij ipſo die Pentecoſtes moritur, rure proximo Nicomediæ, quod Achyronam vocabant. Euſebius & alij veteres paulò ante mortem baptizatum fuiſſe memorant. Ex Fauſta, Maximiani Imp. filia, tres reliquit filios imperij heredes, qui Romanum orbem inter ſe partiti ſunt. CONSTANTINVS natu maximus Gallias, & quidquid trans Alpes erat obtinuit: CONSTANS natu minimus Romam cum Italia, Africam, Siciliam cum reliquis inſulis, Illyricum, Thraciam, Macedoniam & Græciam; CONSTANTIVS inter ambos natu medius, à freto Propontidis Aſiam & Orientem cum Ægypto. Adeoque hoc ipſo anno, V. Idus Septembris, tres Auguſti ſunt renuntiati, vt Idatius aſſerit.

Habuerat Conſtantinus Magnus, horum trium Auguſtorum pater, fratres duos, *Conſtantium* Iuliani Apoſtatæ patrem, & *Delmatium*, alio nomine Anabalianum. Huius duo erant filij, *Delmatius*, Cæſar anno 335. teſte Idatio creatus, & *Anabalianus*, vel Annibalianus, quem Regem Regum & Ponticarum gentium Conſtantinus eſſe iuſſerat. Quos omnes, vtpote imperij quodammodo participes, ſtatim poſt Conſtantini Magni obitum, militaris ſeditio oppreſsit, Conſtantio Imp. incitante vel conniuente. Cum his etiam peremptus eſt *Optatus*, Patricius nouo & hactenus inuſitato dignitatis titulo creatus: quo qui donabantur, ſupra Præfectos prætorio ſedebant. Occiſus & *Ablauius* Præfectus prætorio; vt & vnus ex Conſtantij filijs, Galli & Iuliani Apoſtatæ frater. Gallum ægritudo, Iulianum tenera ætas (erat enim tunc quinquennis) vix neci ſubtraxit. His parricidialibus auſpiciis tres iſti fratres imperium inierunt: quos inter haut diu concordia ſtetit. *Euſeb. l. 4. c. 64. Zoſimus 2. Socrat. 3. c. 1. Sozom. 5. c. 11.* Romæ Concilium à Iulio Papa celebratur, in quo Nicæni Concilij acta ſunt probata, & hæreſis Ariana eſt damnata.

Conſtantini Magni Imp. ſtemma.

- Flauius N.
  - Fl. Claudius Imp.
  - Fl. Quintillus.
  - Fl. Criſpus.
    - Claudia vxor Eutropij.
      - Conſtantinus Chlorus Imp. duxit Helenam, 2. Theodoram, Maximiani Imp. priuignam.
        - Ex 1. Conſtantinus Magnus Imp. dux. Minerninam, 2. Fauſtam F. Maximiani Imp.
          - Ex 1. Criſpus Cæſar
          - Ex 2. Conſtantinus.
          - Conſtantius.
            - Conſtantia vx. Gratiani Imp.
          - Conſtans.
          - Conſtantia.
          - Helena.
        - Conſtantius d. Baſilinam.
          - Gallus d. Conſtantiam.
          - Iulianus Imp. d. Helenam
        - Delmatius.
          - Delmatius.
          - Annibalianus.
        - Conſtantia vxor Licinij Imp.
          - Licinius iunior Cæſar.
        - Eutropia.
          - Nepotianus.
        - Anaſtaſia.

Sub.

Sub Conſtantini & Maxentij Impp. exordium, duo nata ſunt ſchiſmata, *Donatiſtarum* in Africa, & *Meletianorum* in Ægypto. Prius his de cauſſis conflatum eſt. Lucilla mulier Hiſpana Carthagine viuebat, præpotens & factioſa, quæ à Cæciliano Archidiacono reprehenſa, vlciſcendi ſui occaſionem captabat. Fortè accidit, vt Menſurius Carthaginienſis Epiſcopus, à Maxentio Romam euocatus, ſenioribus quibuſdam eccleſiæ vaſa commendaret. Quo mortuo Cæcilianus in eius locum ordinatus à Felice Aptungitano, cùm ab iſtis depoſitum repeteret, communionem illius auerſati ſunt; quibus ſe Lucilla coniunxit. Hæc origo fuit Donatiſtarum, qui à *Donato à Caſis nigris*, præcipuo ſchiſmatis auctore, à quo Maiorinus ordinatus eſt, nomen adepti ſunt; etſi ab altero cognomine Donato, qui Maiorino ſuffectus eſt, nuncupari ſe poſteà maluerunt. Maxentio ſublato, cùm Donatiſtæ Conſtantinum interpellaſſent aduersùs Cæcilianum, quem à traditore Felice ordinatum aſſerebant, Imperator Melchiadi Rom. Pontifici & aliis Epiſcopis (quorum tres erant Gallicani) cauſſam commiſit: à quibus anno 313. damnati ſunt ſchiſmatici, cum eorum principe Donato. At hi in Africa denuò tumultuantes, & ab Æliano Proconſule reiecti, ad Imperatorem prouocant: quo agente, Arelate in Synodo cauſſa illorum denuò diſceptata eſt, & ſecundùm Cæcilianum dicta ſententia anno 314. Voluſiano & Aniano Conſulibus. Cumque nihilominus iterum ad Conſtantinum prouocaſſent, Romã primùm, deinde Mediolanum venire iuſſi, ibi poſtremò damnati ſunt, addita exilij pœna; quam idem poſteà Conſtantinus remiſit.

Alterũm ſchiſma *Meletianorum* fuit. Auctor eius *Meletius* Lycopolitanus Epiſcopus, qui à Petro Alexandrino Epiſcopo propter crimina exauctoratus, ab eo deſciuit. Ex ea factione prodiit *Arius* Alexandrinus presbyter, qui contra Dei Filium impiam hæreſim effudit. Ob quam ab Alexandro Epiſcopo eiectus eccleſia, patronos ſibi quæſiuit Euſebium Nicomedienſem, & alterum Cæſareenſem Epiſcopos; cum pluribus aliis: quod incendium fruſtrà per litteras, perque legatum Hoſium Cordubenſem Epiſcopum conatus reſtinguere Conſtantinus, Nicænam denique Synodum haberi anno 325. iuſſit, vt ſuprà narrauimus. Ab hac Synodo hæreſis Ariana eſt damnata. Quòd autem in illa omni actione præcipuas ſibi partes vendicarat Athanaſius, Alexandri Epiſcopi Alexandrini diaconus, omnium in ſe Arianorum conuertit odia: atque is quinto poſt Concilium menſe mortuo Alexandro, in eius ſubſtitutus eſt locum; neque vt Arium Alexandriam redire pateretur, precibus vllis aut minis ab eo impetrari potuit. Ob id Meletianorum & Arianorum calumniis exagitatus perpetuò fuit.

338 1091 *Coſſ.* < Vrſus & Polemius.

Athanaſius à Conſtantino iuniore cum litteris Alexandriam remiſſus, magno cum honore ibidem recipitur. Conſtantius expeditionem in Perſas ſuſcipit.

339 1092 Conſtantius Auguſtus II.
Conſtans Auguſtus.

Conſtantinus & Conſtans matrimonia cum fratris aut ſororis filia ſub capitali pœna prohibent, l. 1. Cod. de inceſtis nuptiis.

340 1093 *Coſſ.* < Acyndinus & Proculus.

Synodus in cauſſa Athanaſij Romæ à Iulio Papa indicitur: ad quam Athanaſius venit, & Romæ annum & menſes ſex hæſit, vi-

tumque Antonij interim publicauit. Euſebius Cæſarienſis moritur, vt Socrates l.2.c.3. indicat. Conſtantinus iunior Conſtanti fratri bellum inferens, eiuſque in fines irrumpens obtruncatur, & in Alſam fl. prope Aquileiam proiicitur; vt Aurel. Victor & Idatius tradunt. A quibus nonnihil Zoſimus l.2. diſſentit. Poſt fratris ſui necem CONSTANS in Gallia regnauit.

Marcellinus & Probinus. 1094 341

Conſtans in Gallia cum Francis pugnat. Antiochiæ baſilica à Conſtantino Magno exſtructa (quam Dominicũ aureũ Hieronymus in chr. nuncupat) conſecratur, & ibidẽ Synodus XC. ampliùs Epiſcoporũ habetur. Conſtãtius ſacrificia interdicit, L.2. Cod. de Paganis.

Conſtantius Auguſtus III. & Conſtans Auguſtus II 1095 342

Franci à Conſtante vincuntur & pacantur; vt Hieronymus in chron. & Idatius teſtantur. Photinus, patria Ancyranus, hoc ferè tempore nouam hærèſim condidit.

Coſſ. < Placidus & Romulus. 1096 343

S. Paulus primus eremita moritur, annos 113. natus; vt Hieronymus in eius vita narrat.

Leontius & Saluſtius. 1097 344

Neocæſarea in Ponto ſubuertitur, excepta eccleſia, Epiſcopo & reliquis ibidem repertis.

Amantius & Albinus. 1098 345

Titianus vir eloquens Præfectùram prætorio in Galliis adminiſtrat. *Hieron. in chron.*

Poſt Conſulatum Amantij & Albini. 1099 346

al. Conſtantius Auguſtus IV. & Conſtans Auguſtus III.

Poſt Conſulatum Amantij & Albini, IV. Idus Maias, Agrippinenſe ſeu Colonienſe concilliũ celebratur, in eoq; damnatur Euphratas illius vrbis Epiſcopus, quòd Chriſtũ Deũ negaret. Huic concilio Maximinus Treuerorũ, Valentinus Arelatenſiũ, Donatianus Cabilonenſiũ, Seuerinus Senonũ, Optatus Tricaſſiũ, Ieſſes Nemetũ, Victor Vangionũ, Valerianus Autiſiodorenſiũ, Simplicius Auguſtodunenſium, Amandus Argentinenſiũ, Iuſtinianus Rauracorũ, Eulogius Ambianorum, Seruatius Tungrorũ, Diſcolius Remorũ, Martinus Moguntiacenſium, Victor Mediomatricorũ, Deſiderius Lingonũ, Pancharius Veſontionenſium, Sanctinus Virodunenſium, Victorinus Pariſiorũ, Superior Neruiorum, Mercurius Sueſſionum, Diopetus Aurelíanenſium, & Euſebius Rotomagenſiũ, Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Coſſ. < Rufinus & Euſebius. 1100 347

Sardicæ (quæ vrbs in Illyrico, & in Thraciæ ac Myſiæ confinibus eſt poſita) conciliũ celebratur: cui CCCLXX. Epiſcopi plæriq; Catholici, reliqui Ariani, interfuerunt. Ex Gallia adfuerunt, Maximinus Treuerorũ, Euphratas Agrippinenſiũ, Diſcolius Remorũ, Seruatius Tungrorũ, Eulogius Ambianorũ, Victorinus Pariſiorũ, Simplicius Auguſtodunenſiũ, Superior Neruiorũ, & alij Epiſcopi. Ex ſola Gallia Athanaſius (qui & præſens ibi fuit, & à Patribus eſt abſolutus, damnatis Arianis) triginta quatuor Epiſcopos adfuiſſe memorat. Superior porrò Epiſcopus non Tornaci, ſed Bauaci ſeu Bagaci (quod tunc erat Neruiorum caput & vrbs primaria, Ptolemæo teſte) ſedem habuit; vt antiquitatis peritiores ſentiunt. Sed Bauaco poſteà ab Hunnis, Gothis, Vandalis, Francis aliiſque barbaris vaſtato, Neruiorum ſedes epiſcopalis inde Camaracum eſt tranſlata.

Philippus & Salia. 1101 348

Carthaginienſe concilium ſub Grato Epiſcopo Carthaginienſi celebratur, in quo Canones XIV. ſunt ſanciti. Maximus Hieroſolymorum Epiſcopus moritur: poſt quem Ariani eccleſiam illam inuadunt. *Euſeb. chron.*

349 | 1102 Vlpius Limenius & Aco Catullinus.

Conſtantius fratris ſui litteris miniſque compulſus Athanaſium ad ſe euocat: qui Alexandriam cum honore poſteà remiſſus eſt; vt Theodoretus l.2.c.12. Socrates 2.c.18. narrant.

350 | 1103 *Coſſ.* < Sergius & Nigrinianus.

Anno 350. ineunte (vt ex Idatio colligitur) Conſtans à Magnentij duce Gaiſone, prope Pyrenæos in caſtro, cui Helenæ (nunc Elnæ) nomen, occiditur, annos 30. natus; vt in Chronico ſcribit Hieronymus: etſi Aurelius Victor annos non niſi 27. tribuat. Conſtante cæſo, *Magnentius* tyrannus Gallias occupat, Auguſtoduni leuatus XV. Kal. Ianuar. Conſtantis itẽ morte cognita, *Vetranio* Magiſter militũ, in Pannonia apud Murſam; *Nepotianus*, Eutropia Conſtantij ſorore natus, Romæ imperium per tyrannidem arripiunt, ille Kalendis Maij, hic III. Nonas Iunij. Vetranio octano pòſt menſe, nempe VIII. Kalendas Ianuarij, in ordinem redactus, priuatam vitam coluit. Nepotianus viceſimo octauo die à Magnentij ducibus oppreſſus eſt. Cæterùm Magnentius cùm à Conſtantio Orientis Auguſto, Conſtantis cæſi fratre, ſibi metueret, pacemque regno ſuo ſtabiliendo neceſſariam exiſtimaret; binos ex Gallia maximi nominis Antiſtites, *Maximinum* Treuerenſem, & *Seruatium* Tungrenſem, Epiſcopos, in Orientem ad Conſtantium illa de cauſſa miſit: quibus additi ſunt Comites duo *Clemens* & *Valens*. Hi itaque Alexandriam appulſi, ab Athanaſio, non ita pridẽ in ſedem reſtituto, humaniter ſunt accepti: vtpotè Treueris & in Sardicenſi concilio illi probè cogniti. Hinc conflata eſt Athanaſio noua calumnia, quaſi per hos ad Magnentium contra Conſtantium ſcripſiſſet: de quo ſe purgat Apologia ad Conſtantium, & inter ſuæ innocentiæ teſtes primum nominat *Seruationem* ſiue Seruatium noſtrum.

351 | 1104 Poſt Conſulatum Sergij & Nigriniani.

al. Coſſ. < Magnentius Imp. & Gaiſo.

Conſtantius aduerſus Magnentium bellum parans, GALLVM patruelem ſuum Idibus Martij Cæſarem creat, vt teſtatur Idatius: quem & Conſtantium appellauit, ipſique commiſit Orientem, & ſororem ſuam *Conſtantiam* eidem dedit vxorem, quæ Annibaliano anteà nupſerat. Magnentius verò DECENTIO fratri Cæſari Gallias permiſit. Poſteà cum Magnentio ad Murſam in Pannonia prælium fuit. Victus primò Conſtantij exercitus, poſteà victor fuit; vt Eutropius 10. Zoſimus 2. Idatius & alij narrant. Sirmij in Pannonia Synodus habetur, in qua Photinus damnatur.

Hoc ferè tempore orta putatur Paganorum appellatio: cùm videlicet Conſtantius Chriſtianos eſſe milites omnes iuſſit, ac detrectantes exauctorauit, paganoſque eſſe voluit; vt Theodoretus l.3. c.3. narrat. Eodem ipſo tempore Martinũ, cùm annũ vitæ triceſimũ quintum ageret, baptizatũ fuiſſe Gregorius Turon. l.1.c.35. tradit.

352 | 1105 Conſtantius Auguſtus V. & Conſtantius Gallus Cæſar.

al. Coſſ. < Decentius & Paulus *in Occidente*.

Iulio Papæ defuncto Liberius die 8. Maij ſufficitur.

353 | 1106 Conſtantius Auguſtus VI.

Conſtantius Gallus Cæſar II.

Ma-

Magnentius rebus in Gallia deſperatis, III. Idus Auguſti, Lugduni in palatio ſe interficit. Decentius eius frater apud Senones, XV. Kal. Septembris, laqueo ſe ſuſpendit; vt Hieronymus in chron. Victor, Eutropius, Zoſimus & alij narrant. Magnentio ſublato, *Conſtantius* Imp. regnauit in Gallia, & Arelate ludos Circenſes magno apparatu VI. Idus Octobris edidit, hiememque ibi tranſegit. *Ammianus l.* 14. Arelate concilium ab Arianis indicitur, cui Conſtantius Imp. & Valens atque Vrſacius, aliique Arianæ factionis principes, cùm Saturnino Arelatenſi Epiſcopo, interfuerunt. In hoc concilio, vi metuque compulſi ſunt orthodoxi Epiſcopi, vt Athanaſij damnationi ſubſcriberent. Paulinus tamen Treuerorum Epiſcopus Arianorum conatibus (cùm cæteri cederent) conſtanter obſtitit, eamque ob cauſſam à Synodo iam corrupta damnatus, in exilium à Conſtantio Imp. pulſus eſt; vt Sulp. Seuerus lib. 2. hiſt. & Hilarius in libello ad Conſtantium, itemque in Fragmentis à Nicolao Fabro editis narrant.

Conſtantius Auguſtus VII. 1107 | 354
Conſtantius Gallus Cæſar III.

In his Conſulibus libellus aureus de Præfectis Vrbis & Conſulibus, à Bucherio in commentario ad Victorij Canonem Paſchalem cap. 13. editus, definit. Dictum libellum aptè, pro ſerie Conſulum reſtituenda, excipit Ammianus Marcellinus; Ammianum verò Proſperi Aquitani Chronicon: in quo Conſules vſque ad annum Chriſti vulgarem 455. notatos fuiſſe, Victorius teſtatur; vt etiam plerique manuſcripti codices exhibent. Idatiani item Faſti decennio toto prouectiores, Marcellini inſuper Comitis Chronicon, vt & Alexandrinum Chronicon à Radero editum, plurimùm faciunt ad Proſperi, Victorij & Caſſiodori Faſtos Conſulares (quantumcumque confuſos ac tranſuerſos) in debitum ordinem reſtituendos. Huc item facit Fragmentum veterum Faſtorum, ab anno Chriſti vulgari 205. vſque ad hunc 354. annum, Conſulum nomina, cum annuis Kalendarum ferijs, fideliter exhibens: quod Fragmentum apud eumdem Bucherium lib. citato c. 14. legitur.

Conſtantius Imp. Arelate mouens contra Gundomadum & Vadomarium Alemannorum Reges, fœdus poſteà cum illis pepigit. Exinde Mediolanum ad hiberna diſceſſit. Conſtantina interim Galli vxor in Bithynia vi febrium periit. Gallus iuſſu Conſtantij in inſula Flanona in Illyrico occiditur. Iulianus, cui cognomen Apoſtatæ poſteà adhæſit, in diſcrimen adductus, Mediolanum cùm veniſſet, Euſebiæ Auguſtæ opera liberatus, exinde Athenas ſtudiorum cauſſa ſe contulit. Qua in vrbe tunc agebant S. Baſilius & S. Gregorius. Ammianum l. 14. & 15. Socratem 2. c. 27. & alios conſule. Hoc ipſo anno Idibus Nouembris natus eſt S. Auguſtinus in Africa.

Coſſ. Arbetio & Manortius Lollianus. 1108 | 355

Siluanus Magiſter peditum apud Coloniam Agrippinam imperium per tyrannidem inuadit: ſed is intra 28. diem militari tumultu ſublatus eſt. Cumque Germani Coloniam obſeſſam captamque deleuiſſent, *Iulianus*, Galli frater, à Conſtantio Cæſar creatus (agente potiſſimùm Euſebia) in Galliam miſſus eſt; Helena Conſtantij ſorore in coniugem accepta: vt Ammianus, Zoſimus l. 3. Victor & Eutropius narrant. Conſtantius Imp. varios Epiſcopos Mediolanū ad conciliū euocat: qui cùm Athanaſij damnationi ſubſcribere

Anni vulgares Christi. | Anni V.C. Varroniani.

nollent, multi ex iis in exilium ſunt miſſi; in his Euſebius Vercellenſis, Dionyſius Mediolanenſis, ac poſtremò Liberius Papa.

356 1109 Conſtantius Auguſtus VIII.

Iulianus Cæſar, *pòſt re & cognomento Apoſtata.*

Hilarius Pictauorum Epiſcopus, dolo Saturnini Arelatenſis Epiſcopi, cùm hæreſi Arianæ in Biterrenſi concilio obſiſteret, in Phrygiam relegatur. Iulianus Cæſar cùm Viennæ in Gallia hiemaſſet, Auguſtodunum, Autiſiodorum, Tricaſſes ac Remos adijt: exinde Germanis prope Nemetes & Maguntiacum fuſis, ad recuperandam Coloniam Agrippinam (quam ante ſuum in Gallias aduentum exciderant) iter inſtituit. Per quos tractus nec ciuitas vlla tunc viſebatur, nec caſtellum, niſi quòd apud Confluentes, vbi Moſella Rheno confunditur, Rigodulum opidum erat, & vna prope ipſam Coloniam turris. Recepta itaque Agrippina ac munita, non antè diſceſſit inde, quàm Francorum Regibus, furore miteſcente, perterritis pacem Reipublicæ firmaret. Exinde per Treueros tranſiens, apud Senones hiemauit: vbi ab hoſtibus per dies 20. obſeſſus fuit, ſed fruſtrà. *Ammian. l.* 14. 15. & 16. S. Martinus, qui ſub Iuliano Cæſare militarat, miſſionem ab eodem poſtulat, & impetrat; pace cum Francis iam ſtabilita; vt Sulp. Seuerus in eius vita narrat.

357 1110 Conſtantius Auguſtus IX.

Iulianus Cæſar II.

Auguſto nouies, ſeque iterum Conſulibus (vt Ammianus lib. 16. & 17. tradit) Iulianus Cæſar Remos adit, & contra Alemannos, qui Lugdunum ad Rhodanum inuaſerant, expeditionem parat, eoſque pellit ac vincit. Tres Tabernas ab ipſis ſubuerſas exinde inſtaurat; demùm Alemannos cruento prælio apud Argentoratum ſuperat, eorumque Regem *Chonodomarum* vinctum Romam ad Conſtantium mittit. Quo eodem tempore *Seuerus*, Magiſter equitum Iuliani, Remos per Agrippinam & Iuliacum petens, Francorum validiſſimos cuneos, ſexcentis velitibus vacua præſidiis loca vaſtantes, repperit. Hi metu exercitus Romani ab Alemannica victoria iam reuerſi, munimentis ſe duobus tuebantur. Sed Iulianus eos inſecutus, Caſtellum Menapiorum opidum, quod Moſa fl. præterlambit (*Keſſel* hodie, inter Ruremondam & Venlonam) menſe Decembri huius, & Ianuario inſequentis anni, obſedit: donec eos deſperatione confectos ad deditionem compulit. *Ammian. l.* 17. Conſtantius interim Sirmij in Pannonia agebat: vbi noua Fidei expoſitio breuiter ab Arianis concipitur, quorum principes erant *Vrſacius* Singiduni in ſuperiore Myſia, & *Valens* Murſæ in Pannonia, Epiſcopi. Conſtantius IV. Kal. Maias, Romam venit, teſte Idatio. Obeliſcus in Circo maximo erigitur, vt Ammianus lib. 16. narrat. Conſtantius XVI. Kal. Nouembris gladiatores abrogat, l. 2. Cod. de gladiat.

358 1111 Ti. Fabianus Datianus, *al.* Titianus.

Neratius Cerealis.

Caſtello Menapiorum ad Moſam capto, Iulianus Lutetiam Pariſiorum ſe contulit, & ibi hiemem tranſegit. Vbi cùm leuandarum à tributis immanibus Galliarum rationem iniret, Belgicæ noſtræ ſecundæ multiformibus malis oppreſſæ diſpoſitionem ſibi vni reſeruauit. Hieme tranſacta, *Datiano & Cereali Conſulibus, primos omnium Francos petiit, eos videlicet quos conſuetudo Salios appellauit, auſos olim in*

*Romano ſolo apud Toxiandriam locum (*fortè nunc *Teſſenderlo* in Campinia Brabantiæ) *habitacula figere.* Cui quidem, cùm Tungros veniſſet, occurrit legatio Francorum Saliorum, pacem eà lege prætendens, vt quieſceutes tamquam in ſuis non laceſſerentur: vt Ammianus lib. 17. narrat. Itaque gentem vniuerſam in deditionem accepit. Putantur autem ij fuiſſe, qui Campinienſes hodie à Brabantis appellantur. Exinde munimenta tria, rectâ ſeriè ſuperciliis Moſæ fl. impoſita, pro tempore reparauit. Conſtantius Imp. Quados & Sarmatas æquinoctio verno confecto populatus, inde Sarmatici nomen induit. S. Antonius monachus annos 105. natus in eremo moritur. Hilarius Pictauorum Epiſcopus in Phrygia exulans, ad Epiſcopos Gallicanos librum ſuum de Synodis ſcribit & mittit; cuius hoc eſt exordium: *Dominis & beatiſſimis fratribus & Coëpiſcopis prouinciæ Germaniæ primæ & Germaniæ ſecundæ, & primæ Belgicæ & Belgicæ ſecundæ, & Lugdunenſis primæ.*

Coſſ. < Euſebius & Hypatius, *fratres.* 1112 | 359

Cùm Euſebium atque Hypatium fratres ſublimarent vocabula Conſulum (vt Ammianus l. 18. loquitur) Iulianus Cæſar opida ſeptem, paulò antè à Francis exciſa, recepit ac reſtituit, videlicet Caſtra Herculis, Quadriburgū (nunc *Quadraet*, vicum inter Agrippinam & Iuliacum) Triceſimam, alio nomine Coloniam Traianam, Noueſium, Bonnam, Antennacum & Bingium. Arimini (quod eſt Italiæ opidum) quadringenti ampliùs Epiſcopi conueniunt: ex quibus octoginta plùs minùs erant Ariani. Cumque Conſtantius Imp. Præfecto Tauro mandaſſet, vt Synodum non antè laxaret, quàm conſcriptæ ab Arianis Fidei conſentire ſe omnes ſubſcriptionibus profiterentur, plerique Epiſcoporum, partim imbecillitate ingenij, partim tædio peregrinationis euicti, dedêre ſe aduerſariis. Factaque ſemel inclinatione animorū, cateruatim in partem Arianorum conceſſum; donec ad XX. vſque numerus Catholicorum imminutus eſſet. Sed hi quantò pauciores, tantò validiores erant. Conſtantiſſimus inter eos habebatur noſter *Fægadius (*aliàs Febadius aut Sebadius Aginnenſis Epiſcopus) & Seruatio Tungrorum Epiſcopus; vt Sulp. Seuerus lib. 2. hiſt. loquitur.

Coſſ. { Conſtantius Auguſtus X. / Iulianus Cæſar III. 1113 | 360

Conſtantius Iuliani gloriæ inuidens dum ab eo milites abſtrahere conatur, & in Orientem euocare, ij ipſi milites, hieme nondùm exacta, Lutetiæ Pariſiorum IVLIANVM contra Conſtantium leuant, & Imperatorem proclamant. Conſtantius interim Conſtantinopoli hiemat, & contra Perſas infeliciter pugnat; vt Ammianus fusè narrat. Cæterùm Conſtantio in Oriente agente, Francus quidam, eiuſdem Conſtantij aſſecla, à dæmone per S. Hilarionem eſt liberatus: vt in huius vita Hieronymus narrat: *Candidatus quidam Conſtantij Imperatoris, rutila coma, candore corporis indicans prouinciam (inter Saxones quippe & Alemannos gens eius non tam lata quàm valida, apud Hiſtoricos* Germania, *nunc verò* Francia *vocatur) ab antiquo, hoc eſt, ab infantia poſſeſſus à dæmone, qui noctibus eum vlulare, ingemiſcere, fremere dentibus compellebat, ſecretò ab Imperatore euectionem petiit, cauſſam ei ſimpliciter indicans. Et acceptis ad Conſularem quoque Palæſtinum litteris, cum ingenti honore & comitatu Gazam deductus eſt. Cùm ad Hilarionem veniſſet, videres de ore barbaro, & qui Francam tantùm & Latinam linguam*

 nouerat,

nouerat, Syra ad purum verba reſonare. Notethic Lector, inter Francos ac Germanos illo æuo fuiſſe, qui non tantùm Chriſti doctrinam admiſerant, ſed & Latinam linguam callebant, & libros ſacros euoluebant. In his eximij fuere *Sunia* & *Freteli*: ad quos ſcribens S. Hieronymus, ſic orditur: *Verè in nobis Apoſtolicus & propheticus ſermo completus eſt: In omnem terram exiuit ſonus eorum. Quis hoc crederet, vt barbara Getarum lingua Hebraicam quæreret veritatem, & dormitantibus Græcis ipſa* Germania *Spiritus ſancti eloquia ſcrutaretur?*

Conſulatu Conſtantij decies, terque Iuliani (vt Ammianus l. 20. loquitur) in Britanniis cùm *Scotorum* Pictorumque excurſu loca limitibus vicina vaſtarentur, Iulianus apud Pariſios hiemem agens verebatur ire ſubſidio tranſmarinis, ne rectore vacuas relinqueret Gallias, Alemannis ad bella etiam tum incitatis. Mittere igitur ad hæc loca *Lupicinum* placuit, Magiſtrum armorum: qui moto velitari auxilio, Herulis ſcilicet & *Batauis*, adulta hieme Bononiam venit, & milite nauigiis impoſito, ad Rutupias ex aduerſo ſitas deferrur, petitque Lundinium. Iulianus interim legatis ad Conſtantium miſſis, in limitē Germaniæ ſecundæ eſt egreſſus, omnique apparatu communitus, Obtricenſi Moſæ opido (nunc *Maeſtricht*) propinquabat. Rheno deinde tranſmiſſo, regionem ſubitò paruaſit Francorum, quos *Attuarios* vocant, licentiùs etiam tum percurſantium extrima Galliarum. Captiſque plurimis & occiſis, orantibus aliis, qui ſuperfuerunt, pacem ex arbitrio dedit. Vnde reuerſus pari celeritate per flumen, præſidiaque limitis explorans & corrigens, ad vſque Rauracos venit: locíſque recuperatis, quæ barbari olim intercepta retinebant, iiſdemque firmatis, per Beſantionem (hodie *Beſançon*) Viennam hiematurus abſceſſit. *Ammian.* 20.

Hilarius Pictauorum Epiſcopus cùm Conſtantinopoli librum Conſtantio Imp. porrexiſſet, in Galliam rediit; vt Hieronymus in chron. teſtatur. Hunc redeuntem S. Martinus eſt ſecutus; vt Fortunatus in Hilarij vita narrat. Helena Iuliani Apoſtatæ vxor Viennæ moritur: cuius corpus is Romam miſit, in ſuburbano Viæ Nomentanæ condendum, vbi ſoror eius Conſtantina, Galli Cæſaris quondam vxor, erat ſepulta. *Ammian. l.* 21. Sexti Aurelij Victoris Vitæ Cæſarum hic deſinunt, hoc eſt, in tertio Iuliani Imp. Conſulatu. Idem de Viris illuſtribus vſque ad Iulium Cæſarem ſcripſit. Ob doctrinam Conſtantio Imp. gratus fuit, ab eo miſſus Proconſul in Pannoniam, & anno 368. Conſul exſtitit.

361 | 1114 *Coſſ.* Taurus & Florentius.

Euſebia mortua, Conſtantius Imp. *Fauſtinam* duxit: ex qua nata eſt *Conſtantia* poſtuma, quam Gratianus Imp. poſteà duxit. Iulianus Conſtantij mortem inſtare præſagiens, eum bello aggredi ſtatuit. Vtque omnes ad ſui fauorem alliceret, Chriſtianum cultum, à quo pridem deſciuerat, initio ſimulauit, & feſto Epiphaniorum die, menſe Ianuario, in eccleſiam ſolemniter proceſſit. Conſtantius bello Perſico perfunctus, contra illum contendit: ſed in itinere prope Tarſum III. Nonas Nouembris, vitæ & imperij anno XL. obiit. *Ammian. l.* 21. IVLIANVS III. Idus Decembris Conſtantinopolim ingreſſus, Salluſtium Prætorio præficit, & Chriſtianorũ Epiſcopos, tam orthodoxos quàm Arianos, in palatium ad ſe vocatos, ſuæ quemque ſententiæ ſeruire iubet: ne videlicet inter ſe concordes eſſent. Idolorum quoque fana reſerauit: Chriſtianæ demum religionis

gionis ſacramentis eiuratis, in Pontificem maximum profanis ritibus eſt conſecratus. Paulinus Treuerorum Epiſcopus in Phrygia exulans moritur. *iuxta Hieron. in chron.*

Mamertinus & Neuita. 1115 | 362

S. Baſilius in ſolitudinem ſe abdit ad ripam Iris fluminis: quò paulò pòſt Gregorius Nazianzenus ipſum ſecutus eſt. Iulianus Imp. vetat Chriſtianos liberalium artium doctores eſſe: ideoque Prohæreſius & Muſonius ſcholas deſerunt. Themiſtius philoſophus, Libanius ſophiſta, Oribaſius Pergamenus medicus, Maximus Cynicus, Ecebolius ſophiſta, & alij doctrina inſignes habentur. Pariſienſe I. concilium celebratur, in quo formula Fidei ab Arianis, ſuppreſſo Vſiæ nomine, condita, & Arimini ſuſcepta damnatur; Saturninus item Arelatenſis Epiſcopus ab eccleſia eiicitur. Hilarius in Galliam redit.

Iulianus Auguſtus IV. 1116 | 363
Secundus Saluſtius Promotus.

Iulianus, adſcito in collegio trabeæ Saluſtio Præfecto per Gallias, quater (vt Ammianus l. 23. loquitur) ampliſſimum inierat magiſtratum, cùm imperij ſui memoriam geſtiens propagare, Hieroſolymitanum templum inſtaurare cogitabat. Negotium itaque Alypio Antiochenſi (qui olim Britannias curauerat) maturandum dedit: qui cùm fortiter inſtaret, metuendi globi flammarum prope fundamenta erumpentes, fecere locum, exuſtis aliquoties operantibus, inacceſſum: hocque modo ceſſauit inceptum. *Ammian. l.* 23. Iulianus copiis contra Perſas ductis, ab iiſdem circumuentus, in medio conflictu periit, iaculo (incertum, cuius manu emiſſo) die 26. Iunij, ætatis 31. confoſſus. Moriens exceptum caua manu cruorem in aërem ieciſſe fertur, hac voce addita, *Viciſti Galilæe.* Sic enim Chriſtum per ludibrium appellabat: atque ita impius impiè occubuit. *Theodoret. 3. c. 2.*

In eius locum IOVIANVS ab exercitu Imperator V. Kal. Iulias creatur, Singidone in Pannonia natus, Domeſticorũ ordinis primus. Qui cùm ſe Gentilibus imperare nolle dixiſſet; duces militeſque ſeſe Chriſtianos eſſe, confeſtim exclamarunt. Idem idolorum delubra claudi, & ſacrificia aboleri mandauit. Arianos inſuper callidè ſibi obrepentes reſpuit, & regulam Fidei ab Athanaſio ſibi præſcribi petiit.

Imp. Iouianus Auguſtus. 1117 | 364
Varronianus eius filius.

Pace cum Sapore Perſarum Rege in 30. annos pacta, Iouianus Imp. dum Conſtantinopolim redire parat, Dadaſtanæ in confinio Galatiæ & Bithyniæ exſtinguitur, ex cruditate vel odore prunarum, VIII. Kal. Martij, anno ætatis 33. imperij menſe octauo. Poſt hunc anno eodem VALENTINIANVS, patre Gratiano apud Cibalim natus, qui Scholam ſecundam Scutariorum ducebat, proximo poſt Biſextilem die, hoc eſt, V. Kal. Martias, apud Nicæam à militibus Imperator electus eſt; cùm Biſextilem ipſum quaſi ominoſum declinaſſet. Eodem ipſo anno VALENTEM fratrem ſuum IV. Kal. Aprilis Auguſtum Conſtantinopoli appellauit: cui cùm Orientem permiſiſſet, in Occidentẽ ipſe conceſſit; vt Ammian. 24. Socrat. 4. c. 1. Zoſimus 4. & Idatius tradunt. Valens Antiochiam profectus, Meletium eiicit. Imperatores magicos apparatus & ſacrificia reſcripto

reſcripto prohibent V. Idus Septembris, L.7. Cod. de maleſ. Eutropij hiſtoria in his Conſulibus deſinit.

365 1118 Imp. Valentinianus Auguſtus.
Imp. Valens Auguſtus.

Procopius genere Cilix, Iuliani Apoſtatæ propinquus, Conſtantinopoli tyrannidem IV. Kal. Octobris arripit. *Ammian.* 26. *Zoſim.*

366 1119 Gratianus Valentiniani filius.
Dagalaiphus.

Alemanni ſtatim poſt Kalendas Ianuarij, cùm hiems inhorreſceret, cuneatim licentiùs vagantur. Horum portioni primæ *Carietto*, per vtramque Germaniam Comes, cum milite Romano occurrit, adſcito *Seueriano* itidem Comite, qui apud Calidona Diuitenſibus (ſeu Tuitienſibus ex oppoſito Coloniæ Agrippinæ) & Tungritanis præſidebat. Prælio commiſſo Seuerianus equo deturbatur, miſſili telo per os fixus: ipſe Carietto occumbit telo lethali confixus. Poſt cuius interitum, Herulorum & Batauorum vexillum à barbaris eſt direptum, & reliqui in fœdam fugam ſunt adacti. Qua clade comperta, *Dagalaiphus* à Pariſiis mittitur. Eoque diu cunctante, & paulò pòſt accito, vt cum Gratiano inſignia Conſulatus ſuſciperet, *Iouinus* Magiſter equitum accingitur, & prope Scarponam (nunc vicum Lotharingiæ *Scarpeigne*, ad Moſellam) barbaros præuentos delet. Exinde prope Catalaunos, Germanorũ quatuor millibus ſauciis, ſex altera interfecit millia. Progreſſus inde didicit Regem hoſtilium agminum ab iis, quos ipſe per aliud iter miſerat ad diripienda tentoria Alemannica, cum paucis captum, & patibulo ſuffixum. Iouino itaque Pariſios redeunti Valentinianus Imp. lætus occurrit, eumque anno proximè ſequenti Conſulem deſignauit. *Ammian.* 27.

Valentiniano Imp. filius naſcitur Valentinianus iunior, ex Iuſtina quæ Magnentij vxor fuerat. Procopius tyrannus à Valente vincitur & extinguitur; cui in tyrannide ſucceſſit *Marcellus*, hoc ipſo anno ſimiliter è medio ſublatus. *Ammian.* 27. Gregorius & Baſilius vt Arianis obſiſterent, è ſolitudine reuocantur. Gregorius apologeticam orationem habet, vt ex eius epiſtola 14. conſtat. Hoc anno aut ſequenti Liberius Papa obiit: poſt cuius obitum ſchiſma excitatum eſt inter Damaſum legitimis ſuffragiis electum, & Vrſicinum, Viuentio tunc Vrbis Præfecto. *Ammian. ibidem.*

367 1120 *Coſſ.* Lupicinus & Iouinus *Magiſter equitum in Gallia.*

Valentiniano magnitudine quaſſato morborum, à Gallis, qui aderant in commilitio Principis, ad imperium *Ruſticus Iulianus*, tunc Magiſter memoriæ, poſcebatur. Contra hunc nitebantur aliqui in fauorem *Seueri* Magiſtri tunc peditum. Sed Valentinianus, Ambianis tunc exiſtens, Gratianum filium ſuum, inſignibus principatus ornare meditabatur. Itaque progreſſus in campum, tribunal aſcendit, & puerum dextra apprehenſum oratione concionaria deſtinatum Imperatorem exercitui commendauit. Qua nondum finita, pro ſuo quiſque loco milites (IX. Kal. Sept. ait Idatius) *Gratianum* declararunt Auguſtum, claſſicorum ſono fragorem miſcentes armorum. His peractis Valentinianus ab Ambianis profectus, Treuerosque feſtinans, nuntio percellitur graui, qui indicabat Nectaridium maritimi in Britannia tractus Comitem occiſum, & Bulchobaudem ducem barbarorum inſidiis circumuentum. Quibus compertis, primò Seuerum domeſticorum Comitem, poſteà Iouinum, ac demum

Theodo-

Theodoſium, Theodoſij Magni pòſt Imperatoris patrem, eò miſit, cum legionum & cohortum pube. Quo quidem tempore *Picti* in duas gentes diuiſi, Dicalidonas (ſeu Calidonas) & Vecturiones, itidemque *Attacotti* & *Scotti* per diuerſa vagantes, multa populabantur. Gallicanos verò tractus *Franci*, & *Saxones* ijſdem confines, terra marique prædis, incendiis & captiuorum funeribus violabant. Ad hæc prohibenda, Theodoſius cùm veniſſet ad Bononiæ littus, tranſmeato freto Rutupias defertur. Cumque conſecuti *Batavi* veniſſent & *Heruli*, inde egreſſus, tendenſque Lundonium vetus oppidum (*Londen*) quod Auguſtam poſteritas appellauit, vagantes hoſtium manus eſt adortus, iiſque fuſis vrbem recreatam in ouantis ſpecie introiit. *Ammian.l.* 27.

Sub idem tempus Alemannus regalis *Rando* nomine Maguntiacum irrepſit. Et quoniam Chriſtiani tunc ritus inuenit celebrari ſolennitatem, multos ex virili & muliebri ſexu indefenſos abduxit. Paulò pòſt *Vithicabius* Rex, Vadomarij filius, Romanorum hoſtis, fraude citerioris vitæ miniſtri occubuit. Parata exinde in Alemannos expeditione, Valentinianus cum Gratiano filio, Iouino item & Seuero Magiſtris rei caſtrenſis, Rhenum tranſgreſſus, prope locum cui *Solicinio* nomen, cum Alemannis conflixit, ac demum Treueros reuertit. Ceterùm vt barbarorum ex Germania in Galliam irruptiones idem Valentinianus impediret, *Rhenum omnem à Rhætiarum exordio adusque Oceanum magnis molibus communiuit, caſtra extollens altiùs, & turres aſſiduas per opportunos locos, quà Galliarum extenditur longitudo, nonnumquam etiam vltra flumen ædificijs poſitis, ſubradens barbaros fines*; vt Ammianus l.27. loquitur. Hoc ipſo anno, quo Gratianus Ambianis creatus eſt Imperator, *apud Atrebatas lana de cælo pluuiæ mixta defluxit*, vt Hieronymus in Chron. loquitur. Lanæ huius reliquias in cathedrali baſilica Atrebates hodieque adſeruant, & *Manna* vocant. Qua de re plura qui volet, Annales noſtros Belgicos an. 1624. Bruxellis editos legat.

Valentinianus Auguſtus II. 1121 368
Valens Auguſtus II.
Valentinianus Nobiliſſimus puer, *Valentiniani Imp F.*
Sex. Aurelius Victor, *Hiſtoriæ Rom. ſcriptor.* 1122 369

Valens Athanaricum Gothorum Regem fugat: cui mox petenti pacem tribuit. *Ammian.* 27. S. Hilarius Pictauorum Epiſcopus Valentinianum Imp. Mediolani conuenit, contra Auxentium illius vrbis Epiſcopum, Arianis fauentem, acturus. Sed vrbe cedere iuſſus vir ſanctus, paulò pòſt in Domino obdormiuit. Damaſus Papa contra eumdem Auxentium Synodum XC. Epiſcoporum cogit: in qua & ille damnatur, & Ariminenſis fidei formula reiicitur. S. Baſilius poſt Euſebium creatur Cæſarienſis Epiſcopus. Anicius Probus, Præfectus prætorio, tradit Ambroſio, conſularibus inſignibus prædito, Inſubriam, Liguriam & Æmiliam; vt in huius vita Paulinus narrat. 1123 370

Coſſ. { Valentinianus Auguſtus III.
Valens Auguſtus III.

Auguſtis ter Conſulibus erupit Saxonum multitudo, & Oceani difficultatibus permeatis, Romanum limitem (hoc eſt, *Germaniam ſecundam* ſeu *inferiorem*) gradu petebat intento, ſæpè noſtrorum funeribus paſta. Cuius eruptionis primæ procellam *Nannenus* ſuſtinuit, Comes regionibus iiſdem appoſitus. Sed cùm impar is eſſet,

I Seue-

Seuerus peditum Magiſter opitulatum aduenit, qui barbaros pactis induciis ad propria diſcedere permiſit. Mox ex inſidiis incautos aggreſſus ita deleuit, vt vix vnus lares genitales reuiſeret. Poſt hæc Valentinianus, vt Alemannorum & *Macriani* Regis frangeret faſtus, BVRGVNDIOS per litteras in eorum excitauit perniciem, bellicoſos ac turbæ immenſæ viribus affluentes. Et gratanter ratione geminâ Valentiniani acceptæ ſunt litteræ: prima, quòd iam inde à temporibus priſcis ſobolem ſe eſſe Romanam Burgundij ſciebant; deinde quòd ſalinarum finiumq́ue cauſſa cum Alemannis ſæpè iurgabant. Ceterùm apud Burgundios generali nomine Rex appellatur *Hendinos*, & ritu veteri à poteſtate remouetur, ſi ſub eo fortuna belli titubauerit, vel ſegetum copiam terra negauerit. Sacerdos verò maximus vocatur *Sinuſtus*, & eſt perpetuus. Cùm itaque Burgundij vſque ad ripas Rheni progreſſi eſſent, Alemannos metu diſperſos aggreſſus per Rhætias *Theodoſius* equitum Magiſter, pluribus cæſis, quoſcumque cepit, ad Italiam iuſſu Valentiniani Imp. miſit: vbi fertilibus agris acceptis, iam tributarij circumcolunt Padum. *Ammian.* 28. *De Burgundionibus* Oroſius l.7.c.32. iſta commemorat: *Hos quondam, ſubacta inferiore Germania à Druſo & Tiberio, per caſtra (ad Rhenum) diſpoſitos, aiunt in magnam coaluiſſe gentem; atque ita etiam nomen ex opere præſumpſiſſe, quia crebra per limitē habitacula conſtituta* Burgos *vulgò vocabant. Eorum eſſe præualidam & pernicioſam manum, Galliæ hodieq́; teſtes ſunt, in quibus præſumpta poſſeſſione conſiſtunt: quamuis prouidentia Dei, omnes Chriſtiani modò facti, Catholica fide, noſtriſq́; clericis, quibus obedirent, receptis, blandè, manſuetè, innocenterq́; viuant, non quaſi cum ſubiectis Gallis, ſed vt verè cum fratribus Chriſtianis.*

Ceterùm inter multiplices curas Valentinianus id potiſſimùm agitabat, vt *Macrianum* Regem vi ſuperſtitem raperet vel inſidiis, vt multò antè Vadomarium Iulianus. Primò itaque contra Mattiacas Aquas (nunc *Wyſbaden*) miſſo *Seuero*, qui pedeſtrem curabat exercitum, & ipſe Valentinianus Rhenum per pontem nauibus iunctum, cum reliquis copiis, celeriter tranſiuit. Sed ignium crepitu diſſoniſq́ue clamoribus ſatellites exciti, carpento veloci impoſitum Regem anguſto aditu circumfractis collibus abdiderunt. Valentinianus itaque hac gloria defraudatus, ad vſque quinquageſimum lapidem terris hoſtilibus inflammatis, Treueros poſteà rediit. Vbi in Macriani locum *Bucinomantibus* (quæ contra Moguntiacum gens eſt Alemanna) Regem *Fraomarium* ordinauit: quem paulò pòſt in Britanniam tranſlatum, poteſtate Tribuni, numero Alemannorum præfecit. Bitheridum verò & Hortarium, nationis eiuſdem primates, item regere milites iuſſit: ex quibus Hortarius, opera Florentij Moguntiaci Ducis proditus (quòd contra Rempublicam ad Macrianum quædam ſcripſiſſet) flamma pœnali conflagrauit. *Ammian.* 29. S. Euſebius Epiſc. Vercellenſis moritur.

371 | 1124 Gratianus Auguſtus II.
Sextus Anicius Probus, *de quo ſuprà an.* 369.

S. Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum his Conſulibus obiiſſe ſunt qui ſcribunt. Sed anno 373. ipſum adhuc ſuperſtitem fuiſſe, conſtat ex Proterij Patriarchæ Alexandrini ad Leonem I. Papam epiſtola, quam ex ms. Bucherius in commentario ad Victorij Canonem Paſchalem cap. 2. edidit.

372 | 1125 *Coſſ.* < Modeſtus & Arintheus.

Valen-

Valentiniani Imp. anno 9. *Saxones cæſi ſunt Deuſone in regione Francorum*; vt Hieronymus in chron. loquitur. Per Deuſonē hic intellige Tuitiū ex oppoſito Coloniæ Agrippinæ, aut Duiſburgum oppidum ad Iſalam. Notet autem Lector, Saxones olim littus vniuerſum Oceani Germanici ab Iccio promontorio Britanniæ oppoſito vſque ad Amiſiam & Viſurgim poſſediſſe; inde *Saxonicum littus* in Notitia Imperij & apud veteres ſcriptores nuncupatū. Ex quo quidē littore Saxonico (non autem ex intima Saxonia aut Miſnia) Saxones cū Anglis, Iutis & Friſiis poſtea in Britanniam tranſierunt, & regnum ibi Anglo-Saxonicum condiderunt: vt infra an. 430. dicetur. Eodem Valentiniani Imp. anno nono, *Burgundionum LXXX. ferme millia, quod nunquam antè, ad Rhenum deſcenderunt*: vt Hieron. in chron. Ammianus l. 18. referunt. S. Hilarion monachus, ab Hieronymo laudatus, moritur octogenarius.

Valentinianus Imp. IV. 1126 373

Valens Imp. IV.

Theodoſius, Theodoſij Imp. pater, Firmum Africæ tyrannum ad obſequium, & denuò rebellantem ad laqueum adigit. Gildo Firmi frater tyrannidem reſumit, & Donatiſtis fauens Catholicos perſequitur. *Ammian.* 18. *&* 19. *Claud. de bello Gildon.*

Gratianus Auguſtus III. 1127 374

Fl. Equitius.

Gratiano in trabeæ ſocietatem cùm adſcitus eſſet Equitius Conſul; poſt vaſtatos aliquot Alemanniæ pagos Valentinianus munimentum ædificat prope Baſiliam (*Baſel*) quod accolæ robur (ſeu quercum) appellant. Atque hæc fuit vrbis *Baſilienſis* origo. Ab eodē Valentiano Imp. in Belgica agente conditæ putantur Valentinianæ, *Valenciennes*, vrbs ad Scaldim inter Camaracum & Turnacum ſita. Hoc eodem anno Macrianus Alemannorum Rex blandè prope Moguntiacum accitur, & fœdus cū eo Valentinianus init. Die condicto colloquij ad ipſum Rheni marginem Rex ſtetit, caput altiùs erigens, ſonitu ſcutorum gentilium hinc inde intonantium. Contrà Auguſtus aſcenſis amnicis lembis, ſeptus ipſe quoque multitudine caſtrenſium ordinum, prope ripas acceſſit. Tandem poſt dicta & audita vltrò citroque, amicitia firmatur. Hiſque perfectis Rex diſceſſit, futurus Romanis deinceps ſocius. Perijt autem poſtea in Francia: quam dum vaſtando perrumpit auidiùs, oppetiit, Mellobaudis bellicoſi Regis inſidiis circumuentus. Poſt fœdus autem impletum, Valentinianus Treueros ad hiberna diſceſſit. *Ammian.* 30. Valentinum in Gallia concilium celebratur, quod Florentius Viennenſis, Euortius Aurelianenſis, Æmilianus, Rhodanius, Simplicius, Concordius & alij Epiſcopi ſignarunt. Auxentio Mediolanenſi Epiſcopo mortuo, Ambroſius in eius locum ordinatur VII. Idus Decembris; vt Paulinus in huius vita refert. S. Epiphanius Ancoratum ſcribit.

Poſt Conſulatum Gratiani III. & Equitij. 1128 375

S. Martinus Turonenſium Epiſcopus ordinatur; vt Gregorius Turon. l. 2. hiſt. Franc. c. 14. narrat. Themiſtius philoſophus floret, ad quem Gregorij Nazianzeni epiſtolæ 139. & 140. exſtant. Photinus hæreſiarcha in Galatia moritur. S. Epiphanius Panarium ſcribere aggreditur. Contra Quados ſiue Sarmatas expeditionem *Valentinianus* Imp. parans, apoplexia correptus, XV. Kal. Decembris in caſtello Brigitione an. ætatis 55. exſtinguitur. Duos reliquit filios GRATIA-

NVM

NVM Auguſtum iam anteà creatum, ex Seuera priore coniuge natũ, Treueris tunc agentem, & VALENTINIANVM ex altera vxore Iuſtina progenitum, qui ſexto poſt patris obitum die apud Acincum ab exercitu ad idem faſtigiũ eſt euectus. *Ammian. l. 30.* Valentis Imp. anno duodecimo, *Alemannorum XXX. circiter millia apud Argentariam opidum Galliarum ab exercitu Gratiani caſa ſunt*; vt Hieronymus in chron. loquitur & ſupputat. Alij apud Argentoratum id accidiſſe ſcribunt. Vtrumque opidum ad Helellum fl. in Triboccis eſt ſitum.

Valentiniani Imp. ſtemma.

- Gratianus Præfectus pratorio.
  - Valentinianus Imp. duxit Seueram, 2. Iuſtinam, obiit 375.
    - Ex 1.
      - Gratianus Imp. duxit Conſtantiam F. Conſtantij Imp. ſuprà pag. 55. obiit 383.
    - Ex 2.
      - Valentinianus iunior Imp. ob. 392.
      - Galla vxor 2. Theodoſij I. Imp.
      - Anaſtaſia & Caroſa.
      - Iuſta & Grata moniales.
  - Valens Imp. ſine liberis obiit 378.

Theodoſiorum Impp. ſtemma.

- Theodoſius Præfectus pratorio, Hiſpanus, ob. 376. in Africa.
  - Theodoſius Imp. Ori. duxit Placillam, 2. Gallam F. Valentiniani Imp. ob. 395.
    - Ex 1.
      - Arcadius Imp. Orient. d. Eudoxiã, ob. 408.
        - Theodoſius II. Imp. Or. d. Eudoxiam; ob. 450.
          - Eudoxia vx. Valentiniani III. Imp.
        - Flaccilla.
        - Pulcheria vx. Marciani Imp. obiit virgo.
        - Arcadia.
        - Marina.
      - Honorius Imp. Occid. ſine lib. 423.
    - Ex 2.
      - Placidia vx. Conſtantij Imp.
        - Honoria 434.
        - Valentinianus III. Imp. Occid. d. Eudoxiam F. Theodoſij II. Imp. ob. 455.
          - Eudocia vxor Hunerici Vandali.
            - Hildericus.
          - Placidia vx. Olybrij Imp. qui ob. 475.
  - Honorius.
    - Serena vx. Stiliconis ob. 409.
      - Eucherius ſine lib. obijt 409.
      - Maria & Thermantia, nupſit vtraque Honorio Imp. Occidentis.

Valens Auguſtus V.
Valentinianus iunior Auguſtus.

376 1129 HVNNORVM gens, monumentis veteribus leuiter nota, vltra paludes Mæoticas Oceanum accolens, his primùm temporibus Romanum orbem perculit. Gentis barbaros mores Ammianus l. 31. graphicè depingit, & poſt eũ Sid. Apollinaris. Hunni porrò peruaſis *Alanorum* regionibus, multiſque interfectis, reliquos ſibi fide pacta iunxerunt, eiſque adiunctis longè lateque ſunt vagati. Gothi ab Hunnis pulſi in Thraciam migrant, & Valente Imp. permittente ſedes ibi collocant, quos baptiſmo expiatos Ariani dogmatis Epiſcopi ac ſacerdotes Ariana peſte infecerunt, *Hieron. & Idatius in chron.* Theodoſius, Theodoſij Magni Imp. pater, Valentis Imp. iuſſu, vt ſuſpicio erat, in Africa cum plurimis nobilium occiditur; eius filius periculo ſe ſubducit. *Oroſ. 7. c. 33.* Gratianus Imp. X. Kal. Maij Treueris hæreticorum conuentus prohibet, & eorum loca Fiſco addicit, *L. 4. Cod. Theod. de hæret.*

Gratianus

Gratianus Auguſtus IV. 1130 377
Fl. Merobaudes.

Gothi, ducibus Fritigerne & Athanarico, contra Romanos arma ſumunt, Lupicini Romani in Thracia ducis auaritia commoti. Atrox inter eos prælium commiſſum eſt, Gratiano quater & Merobaude Conſulibus, anno in autumnum vergente: vt Ammianus l.31. Hieron. in chron. & Idatius tradunt.

Valens Auguſtus VI. 1131 378
Valentinianus iunior Auguſtus II.

Lentienſes, populus Alemannicus, menſe Februario Rhenum gelu peruium tranſeunt: contra quos Gratianus miſit Nanionum & Mallobaudem, pari poteſtate collegam, domeſticorum Comitem, Regemque Francorum. Lentienſes dominum à Gratiano ſunt victi ac fracti. Quod cùm ad Valentem Imp. eius fratrem eſſet delatum, is fraternæ gloriæ æmulus prælium contra Gothos maturauit, ne Gratiano adiutore (vt confidebat) viciſſe videretur. Sed victus ipſe milliari XII. ab Hadrianopoli, V. Idus Auguſti; & ſagitta confoſſus, cum tugurio, quò ſe receperat, viuus à barbaris eſt exuſtus, 50. ætatis anno; vt Ammianus l.31. & Hieronymus in chron. teſtantur. Cuius quidem prioris vt Hiſtoria, ſic & poſterioris Chronicon in obitu Valentis deſinit. Ammianus porrò Marcellinus, natione Græcus, ſub Iuliano Apoſtata in Gallia Belgica militauit, quam & accuratè l.15. deſcripſit. Vt optimæ notæ Hiſtoricus à Lipſio & aliis cõmendatur: ſed & Belgis, Saxonibus, Francis, Burgundionibus, Scotis vel eo nomine carus eſſe debet, quòd iſtorum & aliorum populorum origines velut digito demonſtret. Ammianum & Hieronymum excipiunt Idatius, Marcellinus Comes, & Sigebertus Gemblacenſis: de quibus mox dicemus.

Ceterùm Ammiani æuo ſcriptum creditur *Itinerarium*, quod Antonini Auguſti nomine circumfertur, vt & *Tabula* itineraria *Peutingeriana*. Nam vt apud Ammianum, ſic & in dicto Itinerario, itemque in d. Tabula pleræque Galliarũ vrbes, quæ capita fuerunt nationũ, vocabulis ipſarum nationum appellantur: vt Durocortorum Remorum, Bagacum Neruiorum, Aduaca Tungrorum, Caſtellum Menapiorum, Diuodurum Mediomatricorum, Tullum Leucorum. Quod quidem Antoninorum Imperatorum ſæculo factitatum non fuiſſe, ſatis conſtat. Tabulæ porrò itinerariæ auctor haut dubiè fuit Chriſtianus: quod conuincitur ex iis quæ de S. Petro, de Moſe, de filiis Iſraelis, de Lege in monte Sinai accepta adnotauit. Verùm quiſquis vtriuſque operis auctor fuerit, videtur circa Ammiani æuum vtrũque fuiſſe compoſitum: cuius æuo Auguſta Treuerorum fuit ſedes ac domicilium Imperatorum in Gallia. Ideoque primum iter de Pannoniis in Gallias, in Itinerario, à *Sirmio ad Treueros vſque* deſcribitur: hac ſcilicet de cauſſa, quòd iter illud tunc temporis maximè frequentaretur; vt ex Ammiani hiſtoriis datur intelligi.

Coſſ. { Auſonius *poëta, præceptor Gratiani Imp.* 1132 379
Hermogenianus Olybrius. }

S. Baſilius Kalendis Ianuarij moritur, Hieronymus ordinatur preſbyter. Valente mortuo, cùm Gothi Thraciam aliaſque Romani imperij prouincias impunè vaſtarent, Gratianus, eò quòd ſolus oneri ferendo par non eſſet, THEODOSIVM cognomento Magnum, Theodoſij illius, quem in Africa innocentem occiſum eſſe anno 376. diximus,

mus, filium, ex Hiſpania euocatum, in communionem imperij adſciuit, annum 33. agentem. Quod his Conſulibus die 14. Februarij contigiſſe Proſper, Idatius & Marcellinus Comes ſcribunt. Exinde Gratianus cùm Theodoſio Orientem conceſſiſſet, ipſe in Occidentem abiit. Theodoſius porrò cùm Gothis feliciter pugnat, eoſque Thracia pellit. Ceterùm à Theodoſiani imperij anno primo Chronica ſua ordiuntur *Idatius* Lemicæ in Gallæcia Epiſcopus, *Marcellinus* Comes Illyricianus, Iuſtiniani Imp. Cancellarius, & *Sigebertus* Gemblacenſis in Gallo-Brabantia monachus Benedictinus. Ex his Idatius Chronicon ſuum vſque ad annum Leonis Imp. octauum, hoc eſt, Chriſti 464. annum vulgarem produxit, non vſque ad annum 490. vt Sigebertus in Chron. ſcripſit. Idatiani porrò Chronici excerpta quædã Henricus Caniſius primùm, deinde Ioſephus Scaliger edidit: ſed integrum ex ms. codice Metenſi Iac. Sirmondus anno 1619. Pariſiis publicauit. Ex quo fonte hauſta ſunt ea, quæ de Gothorum, Sueuorum, aliarumque gentium in Hiſpania & Gallia illo æuo geſtis Iſidorus & alij ſcriptores narrant.

Marcellinus Comes, à Caſſiodoro Iuſtit. diu. cap. 17. laudatus, Chronicon ſuum vſque ad quartum ſui domini Iuſtiniani Imp. Conſulatum, hoc eſt, Chriſti 534. annum vulgarem protraxit: vt ipſe in præfatione ſua teſtatur. Quæ deinceps ſequuntur, ad finem vſque Imp. Iuſtiniani, ab alio poſtea quopiam adiecta ſunt, & ab Onuphrio Panuinio primùm, deinde ab aliis nullo diſcrimine pro Marcellinianis edita. Sirmondus ex vetuſtiſſimo codice tum Marcellini omnia, multò quàm hactenus emendatiora, tum Appendicem, quæ & ipſa perantiqui eſt ſcriptoris, multis partibus auctiorem, Lutetiæ 1619. publicauit. Sigeberti Gemblacenſis Chronicon cum autographo fideliter collatum nos anno 1608. Antuerpiæ publicauimus. Reliquæ omnes editiones ſunt vitiatæ, & plurimas continent nugas, ex Galfrido potiſſimum Monemutenſi & aliis ab indocta manu inſertas. Ceterùm notet Lector, Sigebertũ vulgarem Chriſti epocham, à Dionyſio Exiguo ſtatutam, & ab vniuerſo orbe Chriſtiano receptam, biennio ſolido, ſubinde & triennio anticipare, ſaltem ante annum Chriſti ſeptingenteſimum: circa quem annum videtur in eamdẽ epocham delabi. Quod ad Proſperi Aquitani chronicon Hieronymiano communiter ſubnexum attinet, de illo infrà ad an. 455. differemus.

380 1133 *Coſſ.* { Gratianus V. Imperator *Occidentis.*
Theodoſius Imperator *Orientis.* }

Theodoſius natione Hiſpanus, ex prouincia Gallæcia, ciuitate Cauca, anno ſuperiore à Gratiano Auguſtus appellatus, ab Aſcholio Theſſalonicenſi Epiſcopo catholico baptizatur. Exinde III. Kal. Martij ſanxit, vt hæreſibus omnibus damnatis, ſola Fides catholica obtineret, quam ſcilicet à Petro Apoſtolorum principe acceptam Romæ Damaſus Papa teneret, *L. 2. Cod. de Fide catholica.* Idem in primo ſuo Conſulatu, quem cum Gratiano geſſit, XVIII. Kal. Decembris, poſtquam de Alanis, Hunnis, Gothis, gentibus Schyticis triumphaſſet, Arianis eccleſias ademit, quas per XL. fermè annos ſub Arianis Impp. tenuerant, eaſque orthodoxis menſe Decembri reſtituit. Inter alios *Gregorius Nazianzenus*, qui eccleſia apud Byzantium ab Arianis capta, plebem catholicam in S. Anaſtaſiæ Oratorio catholica quotidie allocutione continuerat, VI. Kal. Decembris, in eccle-

ſiam eſt introductus: vt Socrates l. 5. c. 7. Idatius & Marcellinus tradunt. Theophilus Alexandrinus tum clericus, poſteà Epiſcopus, Laterculum ſeu Computum per centum annos de Paſchæ obſeruatione digeſtum, à primo Theodoſij Conſulatu eſt exorſus; vt Idatius & Leo Magnus epiſt. 64. narrant. Bucherium ad Victorij Canonem Paſchalem conſule.

Coſſ. { Syagrius *al.* Euagrius & Eucherius. 1134 381

Athanaricus Gothorum Rex (cum quo Theodoſius Imp. fœdus pepigerat) à ſuis pulſus, Conſtantinopolim ad Theodoſium III. Idus Ianuarij venit, eodemq́ue menſe VIII. Kal. Februarij morbo periit, regio ibidem honore ſepultus. Synodus œcumenica ſecunda CONSTANTINOPOLITANA à CL. Epiſcopis celebratur: in qua contra Macedonium de Spiritus ſancti diuinitate decretũ eſt editum, cum Symbolo fidei. Eodem anno in Hiſpania *Cæſarauguſtæ* contra Priſcillianiſtas Synodus eſt habita: in quo Inſtantius & Saluianus Epiſcopi, Helpidius & Priſcillianus laici ſunt damnati. Cumq́ue damnati Epiſcopi Priſcillianum Epiſcopũ Abulenſem conſtituiſſent, Idacius & Ithacius Epiſcopi acerrimè contra illos inſurgunt & à Gratiano Imp. reſcriptum impetrant, quo longiùs amandari iubebantur. Illi Romam profecti, & à Damaſo Papa, itemq́ue à S. Ambroſio reiecti, corrupto Macedonio Magiſtro officiorum, aliud ab eodem Gratiano reſcriptum impetrant, quo in integrum reſtituuntur. In Hiſpaniam itaque reuerſi, Ithacium fugere compulerunt. *Sulpit. 2. Idat. Marcell.* Eodem anno *Aquileiæ* concilium eſt habitũ contra Palladium Arianæ hæreſis aſſertorem. Huic concilio interfuerunt Ambroſius Mediolanenſis, Conſtantius Arauſicus, Theodorus Octodorenſis, Domninus Gratianopolitanus, Proculus Miſſilienſis, & Amantius Nicenſis, Epiſcopi. Idem Ambroſius epiſtolam 81. ad Æmiliæ Epiſcopos de Paſchate celebrando ſcribit.

Antonius *al.* Antoninus. 1135 382
Afranius Syagrius.

Damaſus Romæ Synodum celebrat. Paulinus Antiochiæ, Epiphanius Cypri, Aſcholius Theſſalonicæ, Ambroſius Mediolani Antiſtites, & S. Hieronymus Romam veniunt. *Theodoret. 5. c. 9.* Hieronymus Romæ apud Damaſum ſubſtitit, eiq́ue ab epiſtolis fuit. Scripſit & contra Heluidium, Iouinianum & Luciferianos. Eodem anno vniuerſa gens Gothorum, Athanarico Rege ſuo defuncto, Romano ſeſe imperio dedidit: quibus agros Theodoſius aſſignauit. *Marcell. in chron.* MAXIMVS in Britannia imperium per tyrannidem arripuit; qui inde in Galliam progreſſus, filium ſuum *Victorem* imperij conſortem eſſe iuſſit, & vſque ad annum 388. in Gallia regnauit: vt Zoſimus 4. Socrat. 5. c. 10. & Aur. Victor narrant.

His temporibus rumor erat *Chunos* (ſiue Hunos) in Galliam velle prorumpere. Erat autem tunc temporis apud Tungros *Seruatius* eximiæ ſanctitatis Epiſcopus, qui vigiliis ac ieiuniis vacans Domini miſericordiam precabatur, ne vnquam gentem hanc incredulam in Gallias venire permitteret. Sed ſentiens per ſpiritum, pro delictis populi ſibi hoc non fuiſſe conceſſum, conſilium cepit, vt expeteret vrbem Romanam, vt adiunctis ſibi Apoſtolicis patrociniis, quæ flagitabat mereretur faciliùs obtinere, vt Gregor. Turonenſis loquitur lib. 2. 1136 383

Merobaudes II. & Saturninus.

Anni V. C. Varroniani. | Anni vulgares Christi.

Arcadius à patre ſuo Theodoſio vt conſors imperij XVII. Kal. Februarij leuatur. *Idat.* Arſenius Conſtantinopolim à Damaſo Papa mittitur, Arcadij præceptor futurus. Auguſtinus annos 29. natus Romam ad docendam artem Rhetoricam ſe confert *lib.* 5. *Confeſſ.*

S. Seruatius Tungrorum Epiſcopus ex Italia domum reuerſus, Hunnis iam per Belgicam ſæuientibus, Traiectum-Moſæ ſe contulit, ibique die 13. Maij moriens, ſepultus eſt iuxta aggerem publicum, ſeu Viam militarem: cui hodieque adiacet baſilica eius nomini dicata. In cuius baſilicæ crypta, ſub odeio ſeu choro Canonicorum, etiamnum ſpectatur eius tumulus marmoreus. Quo loco S. *Monulfus* Traiectenſis Epiſcopus circa an. 581. templum amplum ſtruxit, quod poſteà *Carolus Magnus* auxit ac dotauit. Eodem anno Maximus (cùm per tyrannidem imperiũ inuaſiſſet) è Britannia in Galliam per oſtia Rheni irrupit. Gratianũ Imp. Treueris pulſum, primũ Pariſios, inde verſus Alpes fugere compulit, ac demũ Lugduni dolo intercep- tum per Andragathium ducem, die 25. Auguſti è medio ſuſtulit, annos tunc 25. natũ. *Marcell. Socrat. l.* 5. Hunni interim, in Gratiani auxilium acciti, Galliis imminebant: & mari quidem circa oſtia Rheni, terrâ verò circa Coloniam Agrippinam populabundi graſſabantur. Dumque *Romanus miles* (vt S. Ambroſius loquitur) *in ſe vtrimque prætendit*, & intima Galliæ ingreſſus imperij limitem præſidiis deſtitutum deſerit, Hunni Alanis mixti in Germaniam ſecundam excurrerunt, atque inter ceteras Tungrorum vrbem, *amplam tum & copioſam* (vt eam Ammianus nuncupat) vaſtarunt. Quo audito Maximus, fugato Gratiano iam victor, Hunnos alioſque barbaros in ſe miſſos aggreſſus, eos trans Rhenum abegit, ſedemque imperij Treueris collocauit.

Maximo autem è Britannia in Galliam feſtinante, imbelle agmen, ingens, inquam, virginum ſexus vtriuſque ac mulierum turba, ab eiſdem Maximi exercitu Chriſtiano, tamquam ſubitæ expeditionis impedimentum (tantiſper dum res meliùs fluerent) in Britannia fuerat relicta. Quæ turba, fugato Gratiano, partaque per Maximum victoria, dum ad parentes, maritos, propinquos & amicos per oſtia Rheni & per Veronã Friſiorum, (eodem quo illi priùs itinere venerant) duce agminis Vrsula, properat, in Hunnos Gratiani fautores, nondum procul à Rhenano limite repulſos, incidit; & ab iiſdem, vt Maximo infeſtis, eſt interempta. Sicque martyrium fecerunt, cùm pro Chriſtiana, quam profitebantur, religione, tum pro pudicitia ſeruanda. Hanc de SS. Virginum Colonienſium martyrij tempore opinionem nos anno 1608. primi publicauimus, quæ eruditis & antiquitatis eccleſiaſticæ ſtudioſis poſteà placuit. Annales & Faſtos noſtros Belgicos, plura qui volet, conſulat. Sub huius anni exitum *S. Ambroſius*, Valentiniani iunior. Imp. iuſſu, cùm Treueros veniſſet, Maximum fulguris inſtar omnia peruadentem, quò minùs eodem impetu Italiam inermem inuaderet, cohibuit. Gratiani corpus repetiit, & tyrannum ſpe pacis repreſſit. Agebat tum Treueris *Ithacius* Soſubenſis ſeu Oſſonobenſis in Luſitania Epiſcopus, qui ab extrema Hiſpania veniens, apud Gratianum, Treueris tunc agentem, Priſcillianum hæreſeos accuſauit.

1137 | 384 — *Coſſ.* Ricimer *al.* Richomer, & Clearchus.

His Coſſ. Legati Perſarum Conſtantinopolim venerunt, pacem à Theodoſio poſtulantes. Eodem tempore *Honorius* alter Theodoſio natus

natus eſt filius , V. Idus Septembris. *Idat. & Marcell.* S. Auguſtinus à Symmacho Vrbis Præfecto Mediolanum ad docendam Rhetoricam mittitur, cùm ætatis annum 30. attigiſſet: vbi Ambroſium frequenter audiuit. Ad eum Monica pia mater ex Africa venit, de eiuſdem conuerſione ſollicita, *Conf. l. 5. c. 13. & l. 6. c. 1.* Idem Symmachus pro ara Victoriæ inſtauranda , ſeu Deorum cultu reſtituendo, Valentiniano Imp. libellum obtulit; quem refellit S. Ambroſius.

Coſſ. ⟨ Arcadius Auguſtus & Bauto. 1138 385

Hic eſt Bauto Conſul , in cuius ingreſſu Auguſtinus Mediolani, pro ratione muneris ſui, Panegyricam in laudem Imperatoris habuit. *Confeſſ. 6. c. 6.* Damaſo Papæ (qui anno ſuperiore III. Idus Decemb. obiit) Siricius hoc anno III. Idus Februarij ſufficitur. Priſcillianiſtæ, vt ſuprà dixi , à Cæſaraugustana ſynodo damnati, deinde Gratiani Imp. reſcripto fuerant relegati. Sed cùm à Gratiano eodem reſcriptum alterum obtinuiſſent , quo reſtitui eccleſiæ iubebantur , Ithacius præcipuus illorum inſectator, cum Maximo , Gallias poſt Gratiani cædem obtinente, egit , vt de his iudicium inſtauraretur. Quod hoc anno factum eſt in *Burdigalenſi* concilio ; ad quod cùm deducti fuiſſent inter cæteros Inſtantius & Priſcillianus, Inſtantio Epiſcopatus eſt abrogatus ; Priſcillianus verò, vt Synodi iudicium euaderet, ad Maximum prouocauit: audituſque Treueris ab Euodio Præfecto prætorio, Maximi ſententia, gladio addictus eſt, cum aliis erroris conſortibus; vt Sulp. Seuerus lib. 2. & Proſper in Chron. narrant. S. Hieronymus nauigat in Syriam. S. Auguſtinus ad Catholicam fidem conuertitur, *Confeſſ. l. 8. c. 1. & ſeq.* Hoc ipſo anno Ambroſius iterum à Valentiniano iuniore Imp. eiuſque matre Iuſtina miſſus Treueros venit. Vbi poſt primum cum Maximo congreſſum , cùm ab Epiſcopis Ithacianæ partis abſtineret, commotus Imp. iuſſit eum ſine mora egredi. *Ego verò,* inquit Ambroſius , *libenter ingreſſus ſum iter : hoc ſolo dolore percitus, quòd Hyginum Epiſcopum* (Cordubenſem) *ſenem in exilium duci comperi.* Sic Ambroſius epiſt. 27.

Coſſ. { Honorius Nobiliſſimus puer 1139 386
Fl. Euodius.

Reprehenderant Ithacium multi, quòd Priſcillianum eiuſque ſocios , præter morem Eccleſiaſticum , in cauſſa capitis inſectaretur. Quo nomine à S. Martino Turonenſi Epiſcopo ante iudicium , vt ab accuſatione deſiſteret, ſæpè admonitus ; poſt mortem verò Priſcilliani, à Theognoſto Epiſcopo palàm damnatus eſt. Hinc Epiſcoporum in duas partes factum eſt diſſidium , aliis Ithacij communionem meritò vitantibus, aliis metu Maximi , qui homini fauebat , cum illo communicantibus. Ex hoc genere ij fuerunt, qui his Conſulibus ad Treuerenſem ſynodum conuenerunt, Felicem illius vrbis Epiſcopum ordinaturi. Idem porrò S. Martinus cùm inflecti ſe paſſus fuiſſet , Synodum ingreſſus, ordinationi dicti Felicis interfuit : ſed facti mox pertæſus , ab Ithacianæ partis communione in poſterum ſemper abſtinuit. Hoc ipſo anno Maximus Imp. S. Martinum conuiuio excepit, quod eius vxor ſuis manibus apparauerat. Ælia Flaccilla priore ſua coniuge mortua, Theodoſius Imp. hoc anno duxit alteram, videlicet

Anni vulgares Christi. | Anni V.C. Varroniani.

Gallam Placidiam, Valentiniani ſenioris filiam, iunioris ſororem.
Marcell. Greuthingis victis & captiuis in Romaniam adductis,
Theodoſius & Arcadius Impp. triumphantes Conſtantinopolim
IV. Idus Octobris ingrediuntur. *Idat. Marcell. Zoſ.4.* S. Hiero-
nymus ad Didymum audiendum Alexandriam ſe confert, &
Ægypti monaſteria luſtrat. Quo rempore & Paula vidua per Ægy-
ptum peregrinabatur. S.Ioannes Chryſoſtomus ordinatur presby-
3 ter; vt in eius vita Palladius referr. S. Cyrillus Hieroſolymitanus
moritur.

Coſſ. { Imp. Valentinianus III.
387 | 1139 Eutropius.

Arcadius cum patre ſuo quinquennalia celebrat. Maximus ty-
rannus in Italiam irrumpit; Valentinianus ad Theodoſium confu-
git. qui in Italiam, contra Maximum pugnaturus, poſteà tranſijt.
Zoſ 4.

Coſſ. < Imp. Theodoſius II. & Cynegius.

388 | 1141 Cynegius Præfectus Orientis in hoc ſuo Conſulatu Conſtanrino-
poli defunctus eſt. S.Augustinus ætatis anno 34. Mediolani ab Am-
broſio baprizatur. *Maximus* primùm Sciſſiæ in Pannonia prælio à
Theodoſio Imp. ſuperarur, pòſt Aquileiæ à ſuis militibus proditus,
die 27. Auguſti in altero prælio occiditur. *Victor* eius filius poſt pau-
cos dies ab Arbogaſte Comite necatur. Andragathius Comes, qui
Gratianum occiderar, ſeipſum ex naui in mare præcipitat. Theodo-
ſius imperium omne, quod Maximo eripuerat, Valentiniano reſti-
tuit, atque is exinde in Gallia regnauit. *Idat. Marcell. Zoſim.4.*

Quo eodem tempore (vt Gregorius Turonenſis *lib.2.c.9.* ex Sul-
pitij Alexandri hiſtoriis refert) *Franci*, Genebaldo, Marcomere &
Suſone ducibus, in Germaniam ſecundam prorupêre, ac pluribus
cæſis, fertiles pagos depopulati, Agrippinenſi etiam Coloniæ me-
tum incuſſere. Quod vbi Treueros perlatum eſt, Nannius & Quin-
tinus militares Magiſtri, quibus infantiam filij (Victoris) & defen-
ſionem Galliarũ Maximus commiſerat, collecto exercitu apud Agri-
pinam conuenêre. Sed onuſti prædâ hoſtes, prouinciarũ optima de-
populati, Rhenum tranſiere, pluribus ſuorum in Romano relictis
ſolo, ad repetendam depopulationem paratis. Cum quibus congreſ-
ſus Romanis accommodus fuit, multis Francorum apud Carbona-
riã ferro peremptis. Cumque conſultaretur de ſucceſſu, an in *Fran-
ciam* tranſire deberent, Nannius abnuit, quia non imparatos, & in lo-
cis ſuis indubiè fortiores fururos ſciebat. Quod cùm Quintino &
reliquis viris militaribus diſplicuiſſet, Nannio Moguntiacum reuer-
ſo, Quintinus cum exercitu, circa *Noueſium* caſtellum, Rhenum
tranſgreſſus eſt. Vbi cum ſuis ad internecionem penè cæſis occu-
buit. *Greg. Turon.*

Coſſ. < Fl. Timaſius & Fl. Promotus.

389 | 1142 Carietto & Syrus, in Namneni ſeu Nannij locum ſubrogati, in
Germania ſecunda ſeu inferiore, cum exercitu Francis oppoſito
diuerſantur. Franci de eadem Germania (vt anno præcedenti) præ-
das agunt. Arbogaſtes id ægrè ferens, Valentinianum II. Cæſarem
commonet, pœnas à Francis exigendas, niſi vniuerſa quæ ſuperiore
anno cæſis legionibus diripuerant, confeſtim reſtituerent. Poſt
dies itaque pauculos, cum *Marcomere* & *Sunone*, Francorum
Rega-

Regalibus, tranſacto colloquio, impetratiſque obſidibus, Cæſar ad hiemandum Treueros conceſſit. Hæc poſt narratam cædem Victoris (qui fuit Maximi tyranni filius) Greg. Turonenſis lib. 4. ex Sulpitio Alexandro commemorat: quem ſcriptorem non exſtare dolent eruditi. Theodoſius Imp. cum Honorio filio ſuo Idibus Iuniis Romam intrat, congiarium Romano populo tribuit, & Kalendis Sept. Vrbe egreditur. Mediolani hæreticorũ conuentus VI. Kal. Decemb. à Theodoſio tolluntur, *L. 19. Cod. de Hæret.* Romæ idolorum ſtatuæ confringuntur & profanæ cæremoniæ oblitterantur. *Aug. 5. de ciuit. c. 26.* S. Gregorius Nazianzenus moritur. Monica item Auguſtini mater, ad Oſtia Tiberina piiſſimè in Domino obdormit; Auguſtinus in Africam redit. *Confeſſ. 9. c. 8.*

Symmachus, qui Maximum tyrannum laudibus ornarat, victoris iram metuens ad eccleſiam confugit, & veniam obtinet. *Socrat. 5. c. 14.* Longobardi, quibus Duces hactenus præfuerant, primum ſibi Regem creant *Agelmundum*, Aionis filium. *Proſper in chron.*

Imp. Valentinianus *iunior* IV. & Fl. Neoterius. 1143 390

Theſſalonicenſes Boterichum militum apud Illyricos præfectum occidunt. Theodoſius Imp. iis iratus magnam ibi cædem patrari iuſſit. Ob id ab Ambroſio Mediolani Epiſcopo templi aditu prohibitus paruit, & publicam pœnam ab illo impoſitam ritè perſoluit; legemque tulit, vt capitalis ſententiæ executio ad diem triceſimum differretur: nimirum vt iracundo Principi facultas foret eam reuocandi, ſpatio iræ dato. Quæ quidem lex poſteà Antiochiæ ſaluti fuit, cùm Theodoſius, ob raptatam Lucillæ Auguſtæ ſtatuam, vrbem euerti iuſſiſſet, moxque intra triceſimum diem à Macedonio eremita placatus, ciuibus & vrbi pepercit; vt Rufinus, Sozomenus, Theodoretus & Paulinus in vita S. Ambroſij commemorant. Iouinianus à Siricio Papa vt hæreticus damnatur. Carthaginienſis in Africa ſynodus hoc anno celebratur: quæ tomo 1. Conciliorum Valentiniano & Theodoſio Coſſ. perperam adſcribitur; vt Nic. Faber, noſter olim Lutetiæ amicus, in præfatione ad Fragmenta S. Hilarij rectè obſeruauit.

Galliis, quas Maximus tyrannus occuparat, Valentiniano II. per Occidentem imperanti reſtitutis, pleræque Belgarum eccleſiæ reuixerunt.

Circa annum 390. à Siricio Papa *Diogenem* natione Græcum in Belgicam miſſum, & à Remenſi Metropolitano Atrebatenſibus Epiſcopum datum fuiſſe tradunt. Sed & *S. Seuerinus* Colonienſis Archiepiſcopus Tungros, ab obitu S. Seruatij Præſule carentes, Francorum item incurſionibus attritos, & Ariana, vt quidam volunt, hæreſi infectos, his temporibus, viſitauit. Idem *S. Euergiſlum* Tungrenſem adoleſcentem, tunc ſecum Coloniam abduxit, ſuum in Colonienſi cathedra ſucceſſorem futurum. Morini quoque Flandriæ occiduæ populi circa hæc tempora à *Victricio* Rotomagenſi Antiſtite ſunt exculti; vt & Neruicani ſeu Ebruicani tractus incolæ, quos hodiè Nortmannos vocamus.

L. Aurelius Auianus Symmachus L. F. 1144 391

T. Fabius Titianus.

Symmachus hic Conſul & Vrbi Præfectus (alius à Boëthij ſocero) ſcripſit Epiſtolarum libros duos, & Apologiam pro Ve-

ſtalibus virginibns ; cui S. Ambroſius reſpondit. His Coſs. Theodoſius Imp. ex Italia diſcedens Conſtantinopolim remeat. EVGENIVS tyrannus, Arbogaſtis Comitis, natione Franci, fauore ſubnixus, imperium ſibi vſurpat; vt Marcellinus in chron. tradit. Auguſtinus à Valerio Hipponenſi Epiſcopo presbyter ordinatur, & ad prædicandum Dei verbum adhibetur; vt in huius vita Poſſidius narrat.

392 | 1145 Arcadius Auguſtns II.
Fl. Rufinus.

His Coſſ. Idibus Maij Valentinianum II. Imp. 26. annos natum, dolo Arbogaſtis, Viennæ in Gallia ſtrangulatum fuiſſe Epiphanius lib. de Menſuris & ponderibus tradit. Arbogaſtes Valentiniano Imp. extincto, & Eugenio ad imperium euecto, innumerabiles copias per Galliam contrahit, ad Occidentale imperium Eugenio aſſerendum. *Marcell. in chron.* Idem Francorum Regulos *Sunonem* & *Marcomerem* gentilibus odiis inſectans, Agrippinam rigente hieme petiit, ratus tutò omnes Franciæ receſſus penetrandos, vrendoſque, cùm nudæ ſiluæ inſidiantes occulere non poſſent. Collecto ergò exercitu tranſgreſſus Rhenum, *Bructeros* ripæ proximos, pagum etiam (ſic enim legendum, non *Aëttam*) quem *Chamaui* incolunt, depopulatus eſt, nullo vmquam occurſante; niſi quòd pauci ex Ampſiuariis & Chattis, Marcomere duce, in vlterioribus collium iugis apparuêre. *Greg. Turon. l. 2. c. 9.*

S. Hieronymus in opido Stridone (quod à Gothis euerſum, Dalmatiæ quondam Pannoniæque confinium fuit) natus, vſque in præſentem annum, id eſt (vt ipſe loquitur) Theodoſij Principis decimum quartum, Illuſtrium virorum volumina eccleſiaſtica deſcripſit, Bethleemi degens. *Hieronymum* excepit *Gennadius* Maſſilienſis presbyter, Hos poſteà æmulati ſunt, *Hildefonſus* Toletanus, *Iſidorus* Hiſpalenſis, Epiſcopi, *Honorius* Auguſtodunenſis presbyter, *Sigebertus* Gemblacenſis monachus, *Henricus Gandauenſis* Archidiaconus Tornacenſis *Trithemius, Poſſeuinus* & *Bellarminus*. Librum porrò ſuum de Scriptoribus eccleſiaſticis, hoc anno, vt dixi, abſolutum Hieronymus *Dextro* Præfecto prætorio, Paciani Barcinonenſis Epiſcopi filio dedicauit. Epiphanius Salaminæ in Cypro Epiſcopus hoc anno, hoc eſt, Theodoſij Magni quinto decimo, adhuc ſupererat, & in extrema tunc ſenectute varia cudebat opera; vt Hieronymus lib. de Script. loquitur. Didymus item Alexandrinus 83. ætatis annum excedens, & Phœbadius Aginni in Gallia Epiſcopus decrepita ſenectute, adhuc viuebant; teſte eodem Hieronymo.

393 | 1146 *Coſſ.* Imp. Theodoſius III. & Fl. Abundantius.

Honorius à patre ſuo Theodoſio nominatur Auguſtus; vt Proſper & Marcellinus tradunt. Hipponenſe in Africa concilium celebratur.

394 | 1147 Arcadius Auguſtus III. *in Oriente.*
Honorius Auguſtus II. *in Occidente.*

Imp. Theodoſius, aſſumpto Honorio filio ſuo, contra Eugenium tyrannum & Arbogaſtem properat. Eugenius captus interficitur die 6. Septembris: Arbogaſtes ſua ſe manu occidit. Quibus ſublatis *Honorius* in Gallia regnat. *Marcell. Proſper.* Paulinus cum Theraſia coniuge, ſæculo valere iuſſo, in Nolanum ſeceſſum abit; vt ex Auguſtini epiſt. 31. & 34. colligitur. Fuit is Auſonij poëtæ & Conſulis ſuprà ad an. 379. memorati diſcipulus: ad quem, vt & ad Auguſtinum,

num, Sulpitium Seuerum Hiſtoriæ ſacræ ſcriptorem, alioſque illius æui viros eruditos varias ſcripſit epiſtolas.

Sex. Anicius Olybrius. } *fratres germani.* 1148 395
Sex. Anicius Probinus.

Theodoſius Magnus Imp. 17. Ianuarij die Mediolani moritur, annos 60. natus. Corpusillius eodem anno Conſtantinopolim tranſlatum, ibidem ſepelitur. Filios duos imperij heredes reliquit, ARCADIVM cui Orientem, & HONORIVM cui Occidentem attribuit. Ex his Arcadius ſtatim poſt patris obitum duxit Eudoxiam; nuptias Eutropio eunucho conciliante, ne Rufini filiam ſibi in coniugem adſciſceret. Summa tunc erat duorum procerum in Republica dignitas ac potentia, *Rufini* in Oriente, & *Stiliconis* in Occidente. Stilico genere Vandalus cùm poſt Theodoſij obitum vtriuſque imperij tutelam ſibi arrogaret, & in Orientem cogitaret, Rufinus vt eum auerteret, Græciæ aditus armis occupauit, & *Alaricum* Gothorum Regem exciuit. Alaricus, Græcia penè omni depopulata, Peloponneſum ingreditur. Stilico autem ad opitulandū cum claſſe veniens, barbaros fugat, & Gainam Gothici generis ducem in ſubſidium ad Arcadium Imp. cum copiis mittit. Gainæ opera Rufinus hoc ipſo anno à militibus occiditur: quem Eluſa Aquitaniæ opido oriundum fuiſſe Claudianus lib. 1. contra Rufinum indicat. *Marcell. & Iornandes.*

S. Auguſtinus anno ætatis 41. Hipponenſis in Africa Epiſcopus ordinatur. Claudianus poëta, natione Ægyptius, Stiliconis fautor, Zoſimus hiſtoricus, & Eunapius ſcriptis libris innoteſcunt, omnes ethnici. Claudianus poemata partim fabuloſa, partim hiſtorica ſcripſit. Zoſimus cognoment. Comes, natione Græcus, Conſtantini hoſtis, Iuliani fautor, ab Auguſto vſque ad Honorium hiſtoriam texuit. Eunapius Sardibus in Lydia natus, Philoſophorum & Sophiſtarum vitas ſcripſit, vt Chriſtianorum martyrum ac monachorum conſtantiam pietatemque eleuaret; in quos ſubinde inuehitur. Sexti Aurelij Victoris libellus De vita & moribus Imperatorum deſinit in Theodoſij Magni obitu. Fuit is filius aut nepos alterius Sex. Aurelij Victoris, de quo ſuprà an. 360.

Imp. Arcadius IV. 1149 396
Imp. Honorius III.

Eutropius eunuchus, ſacri palatij Cubicularius, auaritia & crudelitate graſſatur. Fritigil Marcomannorum Regina, audita Ambroſij fama, Chriſti doctrinam amplectitur, & ab ipſo Fidei regulam poſtulat. Eadem viro ſuo perſuaſit, vt Romanis ſe traderet: qui anno ſequenti Mediolanum, ſalutandi Ambroſij cauſſa, profectus, eum mortuum repperit; vt in huius vita Paulinus preſbyter Mediolanenſis narrat.

Fl. Cæſarius, & Nonius Atticus. 1150 397

Eutropius à Stilicone ſibi metuens, hoſtem ipſum ab Imperatore & Senatu declarandum curat, & Gildonem Comitem, Africæ à Theodoſio præfectum, ſibi conciliat; ſicque ab Honorio deficiens Africa acceſſit Arcadio. *Zoſimus* 5. Flaccilla Arcadij filia naſcitur. Carthaginienſe III. concilium celebratur, cui Auguſtinus ſubſcripſit. Ambroſium Mediolani Epiſcopum pridie Non. Aprilis, vigilia Paſchæ, hoc anno obiiſſe Baronius & Bucherius cenſent. At Marcellinus eius obitum ad annum ſequentem refert. Cęſario & Attico

Coſſ. Claudianum poëtam obiiſſe Proſper in chron. ſcribit, ſed falsò. Conſtat enim ipſum adhuc vixiſſe an. 399. ſub Manlio Theodoro Conſule, cui Panegyricum ſcripſit.

398 1151 *Coſſ.* Imp. Honorius IV. & Fl. Eutychianus.

Ioannes Chryſoſtomus creatur Epiſcopus Conſtantinopolitanus. Siricius Papa moritur; Anaſtaſius ſufficitur. Carthaginienſe concilium IV. celebratur. Honorius Imperator Occidentis matrimonio ſibi iungit Mariam, Stilicone ex Serena Honorij (qui Theodoſij magni Imp. frater fuit) filia genitam: cuius ſtemma ſuprà in geſtis anni 375. vide.

399 1152 Manlius Theodorus, *al.* Manilius, *poëta.*
Eutropius *eunuchus, Conſul in Oriente.*

Hic eſt ille Manlius ſeu Manilius, cuius Aſtronomicon verſibus conſcriptum exſtat, quem Octauiani Auguſti æuo vixiſſe, omnes paſſim (atque ipſe etiam Ioſephus Scaliger, qui Notis iſtud Aſtronomicon illuſtrauit) falsò hactenus crediderunt. Primus vulgarem illum errorem detexit; & ſcriptorem nobiliſſimum (quem peregrinum aliqui & conditione ſeruum fuiſſe exſtimauerant) æuo & dignitati ſuæ reſtituit amicus noſter Caſpar Geuartius I.C. in Papinianis lectionibus ad Statij Siluas. Ad hunc Manilium exſtat S. Auguſtini liber De Vita beata. Manlium autem non ſolùm Conſulem Romæ, ſed & Galliæ ac Ciſrhenani tractus Præſidem fuiſſe, Claudianus in eius Panegyrico teſtatur:

——— Hiſpana tibi Germanaq; Tethys
Paruit, & noſtro deducta Britannia mundo.
Diuerſoq; tuas coluerunt gurgite voces
Lentus Arar, Rhodanuſq; celer & diues Iberus.
O quoties doluit Rhenus, quà barbarus ibat,
Quòd te non geminis frueretur Iudice ripis!

Ad Eutropium alterum Conſulem quod attinet, is, agente Gaina belli duce, hoc annò interfectus fuit, & nomen ipſius ex Faſtis eraſum. Faſti Siculi Theodorum ideò ſolum Conſulem notant. Gudentius & Iouius Comites in Africa, Honorij Imp. iuſſu, Deorum templa ſubuertunt; quod & in aliis locis factum eſt. *Aug. l. 18. de ciuit. c. vlt.*

400 1153 *Coſſ.* Fl. Stilico & Aurelianus.

Seuerus Sulpitius hoc tempore hiſtoriam ſuam ſacram ſcripſit; anno ſcilicet 45. poſt Arbetionis & Lolliani Conſulatum: vt ex ipſiuſmet verbis colligitur. *S. Martinus* Turonenſis Epiſcopus, magnum illud Galliarum lumen, hoc anno ad meliorem vitam tranſiit: Magiſtri ſui vitam ſcripſit idem Seuerus Sulpitius, non Archiepiſcopus Bituricenſis, vt vulgò creditur, ſed presbyter Primuliacenſis. Eodem die quo S. Martinus, obiit melodiam Angelorum, animam eius in cælos cum triumpho deducentium, audiuit Coloniæ Agrippinæ S. *Seuerinus* Epiſcopus, vnà cum comite ſuo Euergiſlo. S. Vigilius Epiſc. Tridentinus, Stilicone Conſule, martyrium fecit; teſte Vſuardo.

401 1154 Ragonius Vincentius Celſus.
Flauius Franita.

Vldes Hunnorum dux Gainæ Danubium traiicere paranti obſiſtit, illiuſque interfecti caput Conſtantinopolim ad Arcadium mittit. *Zoſimus*, Carthaginienſe V. concilium celebratur: cuius mendoſa

vulgò

vulgò legitur inſcriptio, *poſt Conſulatum Cæſary & Attici*. Legendum, vt in quibuſdam mss. codicibus exſtat, *Stiliconis*.

Imp. Arcadius V. & Imp. Honorius V. 1155 402

Theodoſius junior, anno ſuperiore natus, ab Arcadio patre hoc anno IV. Idus Ianuarij creatur Auguſtus. Anaſtaſio Papæ defuncto Innocentius IV. Kal. Iunij ſufficitur. Mileuitanum I. concilium Mileui in Numidia celebratur.

Coſ. Theodoſius iunior Auguſtus & Rumorldus. 1156 403

Ioannes Chryſoſtomus Conſtantinopoli ad argenteam Eudoxiæ ſtatuam ludos fieri prohibet. Marina patre Arcadio naſcitur. Carthaginienſe concilium celebratur per Epiſcopos ex omnibus Africæ prouinciis conuocatos, in cauſſa Donatiſtarum: cuius Auguſtinus 3. contra Creſcon. c. 45. meminit. Alaricus Gothorum Rex in Italiam veniens, & Romam cogitans à Stilicone apud Pollentiam vincitur, & obſeſſus dimittitur; vt Claudianus de bello Getico & Oroſius 7. c. 37. narrant.

Coſſ. Imp. Honorius VI. & Ariſtænetus. 1157 404

Chryſoſtomus circa Paſcha in exilium abit. Eudoxia Auguſta eodem anno moritur. Felix Manichæus, Hippone Regio, ab Auguſtino Diſputatione, quæ in manibus eſt, conuincitur, & hæreſim damnat. S. Paula ab Hieronymo laudata, VII. Kal. Febr. Bethleemi in Domino obdormit. Innocentius I. Papa ad Victricium Rotomagenſem, & ad Exuperium Toloſanum, Epiſcopos, epiſtolas ſcribit, quæ exſtant. Prudentius Hiſpanus poeta, Philippo & Salia Conſulibus, vt ipſe ſcribit, hoc eſt, anno Chriſti 348. natus, pia carmina, quæ exſtant, anno ætatis 57. Chriſti 404. meditabatur.

Fl. Stilico II & Anthemius. 1158 405

Toletanum concilium in Hiſpania celebratur, quod primum inſcribitur.

Coſſ. { Imp. Arcadius VI. / Sex. Anicius Petronius Probus. 1159 406

Radagaiſus Gothorum Rex, cum ducentis millibus ſuorum, totam Italiam inundauit. Huldin & Sarus, Hunnorum Gothorumque Reges, cum Stilicone Radagaiſum in Feſulanis montibus deuicerunt, ipſius capite amputato. *Marcell. Augu. 5. deciu. 23.* Wandali (quibus Godigiſilus Rex præerat) vltimò anni huius die, Rheno tranſmiſſo haut procul à Moguntiaco, in Galliam tranſeunt, vt Proſper in chron. teſtatur. Ac primò quidem *effuſa eſt ea gens in Germaniam primam, natione barbaram, ditione Romanam: poſt cuius exitium, arſit regio Belgarum*: vt Saluianus loquitur.

Imp. Honorius VII. 1160 407

Theodoſius iunior Auguſtus II.

Effuſis in Galliam barbaris, Moguntiacum, Argentoratum, Vangiones, Nemetes, Remi, Ambiani, Morini, Atrebates, Turnacenſes, & alij populi vaſtantur. *Innumerabiles & ferociſſimæ nationes* (vt Hieronymus loquitur) *vniuerſas Gallias occuparunt. Quidquid inter Alpes & Pirenæum eſt quod Oceano & Rhodano includitur, Quadus, Vandalus, Sarmatæ, Alani, Gepides, Heruli Saxones, Burgundiones, Alemanni, & hoſtes Pannonij vaſtarunt. Moguntiacum capta atque ſubuerſa eſt, & in eccleſia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obſidione deleti. Remorum vrbs præpotens, Ambiani, Atrebates Morini, Turnacus, Nemetes, Argentoratus, Aquitania, Nouemq; populonia, Lugdunenſis & Narbonenſis prouinciæ,*

præter

præter paucas vrbes, populata ſunt cuncta. Hoc ipſo tempore S. Nicaſius Remenſis Epiſcopus, cum ſorore ſua Eutropia, aliiſque Chriſtianæ profeſſionis hominibus à Vandalis ſunt interfecti: vt Flodoardus l. 1. c. 6. *hiſt. Rem.* narrat. Tradunt & Diogenem Atrebatenſem Epiſcopum à Vandalis eadem tempeſtate occiſum fuiſſe.

Dum barbari Galliam vaſtant, primò *Marcus*, deinde Gratianus in Britannia tyrannidem arripiunt. Gratiano occiſo denique CONSTANTINVS ex infima militia, ob ſolam nominis ſpeciẽ & ſpem, Imperator in Britannia an. 407. acclamatur: vt Olympiodorus apud Photium in Bibliotheca, Zoſimus lib. 6. Proſper, Idatius & Marcell. in chron. indicant. Is ſub autumnum eiuſdem anni, cum exercitibus Britannicis, Bononiam in Galliam traiecit, collectiſque in vnum copiis Gallicis, Vandalos, Alanos, alioſque barbaros Galliam populantes cecidit; atque adeò Britanniæ Galliæ, Hiſpaniæ imperium tinuit. Ioannes Chryſoſtomus, annos ferè 53. natus, Comanis ad Pontum Euxinum moritur.

408 1161 *Coſſ.* Philippus & Anicius Baſſus.

Arcadius Imp. Orientis Kalendis Maiis anno ætatis 31. moritur, & filium ſuum THEODOSIVM Iſdegirdi Perſarum Regi moriens commendat. Præter filium reliquit filias quatuor, *Flaccillam, Pulcheriam, Arcadiam* & *Marinam.* Ex quibus Pulcheria Theodoſium & tres ſorores ſuas ſic in pietate inſtituit, vt aula in monaſterium quodammodo verteretur. Stilico Comes Eucherium filium ſuum ad imperium euehere ſtudens, cùm Vandalos, Alanos, Suenos, alioſque barbaros contra Honorium Imperatorem Occidentis excitaſſet, iuſſu Honorij cum filio Eucherio Rauennæ occiditur, biennio ante captam Romam; vt Oroſius, Marcellinus & Iornandes tradunt.

409 1162 Honorius Auguſtus VIII. *in Occidente.*

Theodoſius iunior Auguſtus III. *in Oriente.*

Vandali, Alani & Suevi Pirenæos montes tranſgreſſi, Hiſpanias occupant. Vandali & Suevi Gallæciam, Alani Luſitaniam & Carthaginienſem prouinciam, Silingi Bæticam inuadunt. *Oroſ. 6. c. 40. Idat.*

410 1153 *Coſſ.* Varranes *al.* Vararis, & Tertullus.

Varrane Conſule (vt Proſper, Marcellinus & Caſſiodorus tradunt) *Alaricus* Gothorum Rex, cum Athaulfo vxoris fratre, Romam cepit: quam cùm ſuis in prædam dediſſet, mandauit (vt erat Chriſtianus, quamquam Ariana hæreſi infectus) vt qui ad baſilicas præſertim Apoſtolorum Petri & Pauli confugerent, incolumes ſeruarentur. Inde ſexto die digreſſus Rhegium abiit, in Siciliam & Africam cogitans: ſed nauibus tempeſtate deiectis, ibi morbo periit. Cui ſubſtitutus *Athaulfus* & Romam reuerſus, eam denuò populatus eſt, Placidia Honorij Imp. ſorore inde abducta, quam & duxit in vxorem. Syneſius ex gentili Philoſopho fit Cyrenenſis Epiſcopus. His ferè temporibus *Gerontius* (qui dux belli pro Conſtantino in Hiſpania fuerat) rebellione facta, *barbaros in Gallijs ad defectionem contra Conſtantinum impulit. Quibus cùm Conſtantinus non reſtitiſſet, quòd maior copiarum ipſius pars eſſet in Hiſpania; cuncta pro lubitu inuadentes Transrhenani barbari, eò tum incolas inſulæ Britanniæ, tum quaſdam nationes Gallicas redegerunt, vt ab imperio Romano deficerent, arbitratuq́ ſuo viuerent. Itaque Britanni, & totus tractus Armoricus, ceteraq́ Gallorum prouinciæ, ſumptis armis, ciuitates ſuas à barbaris imminentibus liberarunt, eiectis Magiſtratibus*

bus Romanis, & ſua quadã Republica pro arbitratu conſtituta. Ita Britannia Celticarumq́; gentium defectio facta, quo tempore Conſtantinus iſte regnum vſurpabat, cùm ipſius in imperio ſocordia moti barbari hoſce graſſationes inſtituiſſent. Ita lib. 6. Zoſimus. Ex quibus intelligi datur, hoc tempore cum Britannus illas Galliæ prouincias à Romanis defeciſſe, quæ per tractum Aremoricæ ac Belgicæ, Oceanum Britannicum ſpectant. Rufinus Aquileienſis preſbyter & monachus, Hieronymi primùm amicitia, pòſt offenſione clarior, obiit paulò poſt Romam ab Alarico captam, vt Baronius coniicit. Quo etiam tempore S. Marcella vidua deceſſit, vt Hieronymus epiſt. 16. affirmat.

Theodoſius Auguſtus IV. ſolus *Conſul.* 1164 411

Conſtantinus tyrannus à Conſtantio Comite (pòſt Imperatore) vincitur, & iuſſu Honorij Imp. iugulatur. Gerontius Conſtantem, Conſtantini filium, Viennæ interfecit; eiuſq́ue loco *Maximum* ſubſtituit. Gerontius à militibus ſuis cæſus eſt. Maximus purpura exutus & à militibus deſertus in Hiſpaniam abiit, & inter barbaros vixit. *Zoſ. l. 6.* Vandali, Alani & Sueui ſeu Alemanni, populatis Gallijs, montes Pyrenæos tranſgreſſi, cùm Hiſpanias occupaſſent; Gallæciam Vandali & Suaui, Luſitaniam & Carthaginienſem prouinciam Alani, Bæticam Silingi populus Vandalicus, ad habitandum ſibi ſumpſerunt; vt Idatius in chronico narrat.

Iovinvs vir Galliarum nobiliſſimus, Romanæ militiæ Magiſter, (à Flodoardo lib. 1. hiſt. Rem. cap. 6. eximiè laudatus) apud Moguntiacum, Goare Alano, & Gundicario Burgundionum Rege, adiutantibus, purpuram ſumpſit. Is cum Burgundionibus; Alemannis, Francis, Alanis, ingenti exercitu interiora Galliæ Narbonem vſque peruaſit, tyrannidemq́ue biennio tenuit; vt Greg. Turon. lib. 2. narrat. Quo audito *Attalus* (& ipſe tyrannus an. ſuperiore ab Alarico Gothorum Rege Romæ creatus, & ab Athaulfo Alarici ſucceſſore fotus) *Athaulfo* ſuaſit, vt Iouino ſe adiungeret: *iſq́; cum copiis* (ex Italia) *ad eum ſe contulit.* Hæc fuit prima *Gothorum* in Gallias incurſio; quam Proſper ad annum 412. refert. Laterculus centum annorum; ab anno Chriſti 312. quo Maxentius à Conſtantino Magno victus eſt, ad annum 411. deductus, & à Bucherio ad Victorij Canonem Paſchalem cap. 14. editus, hîc definit. Contra Donatiſtas Carthagine in Africa fit memorabilis illa Collatio, coram Marcellino Tribuno viro religioſiſſimo, quem ad pacificandam Eccleſiam Honorius Imp. in Africam miſerat. Cuius quidem Collationis pars magna fuit Auguſtinus: & ſecundùm hanc variis edictis Donatiſtæ ab Honorio ſunt perculſi; quæ in Codice exſtant.

Honorius Auguſtus IX. *in Occidente.* 1165 412

Theodoſius iunior Auguſtus V. *in Oriente.*

His Coſſ. Iouinus tyrannus, eiuſq́; frater Sebaſtianus Narbone in Gallia occiſi ſunt; vt Idatius in chron. tradit. *Heraclianus* in Africa tyrannidẽ arripuit. *Attalus* ſimiliter tyrannus in mari captus, & ad Honoriũ Imp. adductus, manu truncatur, vitaq́; relinquitur. Gothos, *Athaulfo* Rege, hoc anno Gallias ingreſſos fuiſſe narrat Proſper. Addunt alij, Athaulfum, vt ab Italia recederet, ſedes ab Honorio cũ Gothis ſuis in prouincia Narbonenſi accepiſſe. Is regnũ Gothorũ ſeu Wiſegothorum in Gallia incohauit. Cyrillus auunculo ſuo Theophilo in Epiſcopatu Alexandrino ſufficitur. Hoc eodẽ anno aut circiter, Treuerorum vrbs à Francis direpta & incenſa fuit, ſecunda irruptione; vt Greg. Turonenſis l. 2. c. 9. narrat ex Renato Profuturo

L Frige-

Frigerido: cuius ſcripta non exſtare eruditi omnes dolent. Honorius Imp. Ioninianum hæreticum in Boam inſulam relegat.

In gratiam ſtudioſorum antiquitatis eccleſiaſticæ, libet hîc ſubnectere quæ de Iouino tyranno Flodoardus lib. 1. cap. 6. hiſtoriæ Remenſis tradit: *Beatiſſimi Nicaſij Præſulis ac ſororis eius Eutropiæ ſacratiſſima membra in cæmeterio S. Agricolæ, templo quondam à Iouino, Chriſtianiſſimo Romanæ militiæ Magiſtro, longè antè fundato ſunt collocata. Hanc autem baſilicam præfatus vir Iouinus his verſibus aureo prætitulauit decore:*

Felix militiæ ſumpſit deuota Iouinus
Cingula, virtutum culmen prouectus in altum;
Biſq; datus meritis equitum peditumq; Magiſter,
Extulit æternum ſæclorum in ſæcula nomen.
Sed pietate graui tanta hæc præconia vicit,
Inſigneſq; triumphos relligione dicauit:
Vt quem fama dabat, rebus ſuperaret honorem,
Et vitam factis poſſet ſperare perennem.

Templum iſtud Remis à Iouino fundatum, eſt hodiè baſilica S. Nicaſij: vt ex eodem Flodoardo lib. 1. cap. 12. colligi datur.

413 1166 Lucius V. C. ſolus *Conſul.*

al. Poſt Conſulatum Honorij IX. & Theodoſij V.

Proſper in chronico dicit, Lucij collegam Heraclianum, ob res nouas, in Africa cæſum fuiſſe. Hoc igitur anno *Heraclianus* tyrannus à percuſſoribus per Honorium miſſis Carthagine iugulatur. Burgundionibus Germaniæ populis ſedes ab Honorio Imp. in Galliæ parte Rheno propinqua conceduntur. *Proſper.* Burgundionum Rex tunc erat GVNDICARIVS, quem anno 411. Iouino tyranno ad purpuram ſumendam adiutorem fuiſſe diximus. Is filios reliquit *Gundericum* & *Chilpericum.* Burgundionum in Gallia primorum Regum ſtemma in noſtra Notitia eccleſiarum Belgij cap. 2. reperies. Cælius Sedulius presbyter Scotus doctrina floret.

414 1167 *Coſſ.* Conſtantius V. C. & Conſtans.

Conſtantius Comes Athaulfum Regem cum ſuis Gothis Narbone expulit, atque in Hiſpaniam abire coegit. Athaulfus tamen, Placidiæ vxoris ſuæ hortatu, pro Honorio Imp. & Romana Republica fideliter ſtetit. *Oroſ. 7. c. 43.* Attalus, Gothorum auxilio fretus, tyrannidẽ in Gallia reſumit. Pulcheria à Theodoſio ſalutatur Auguſta.

415 1168 Imp. Honorius X.

Imp. Theodoſius VI.

Athaulfus Barcinone in Hiſpania à Gotho quodam occiditur. Poſt hunc SEGERICVS Rex à Gothis creatus, à ſuis etiam poſt dies ſeptem interficitur. Segerico in regno ſucceſſit WALLIA.

416 1169 Imp. Theodoſius VII. & Palladius.

Wallia Rex Gothorum Barcinone anno ſuperiore creatus, amicitiam Honorij Imp. affectans, ad ipſum cum honore remiſit ſororem Placidiam, Athaulfi viduam. Pro eodem aduerſus Alanos, Vandalos, Sueuos alioſq; barbaros, qui Hiſpaniam inſederant, bella geſſit. Hic deſinunt libri ſeptẽ Hiſtoriarũ à Paulo Oroſio presbytero Hiſpano, S. Auguſtini hortatu, conſcripti. Idẽ Oroſius ab Auguſtino ad Hieronymũ in Syriâ miſſus, reliquias S. Stephani, anno ſuperiore à Luciano presbytero inuentas, ſub an. 416. in Africã attulit. Ob victũ Attalũ tyrannũ, ludi IV Kal. Iulij celebrãtur. Ioan. Epiſcopus Hieroſolymitanus moritur. Rutilius Numatianus, natione Gallus, an. Vrbis conditæ

conditæ 1169. Chriſti 416. carmine ſcripſit Itinerarium ſuum; vt ipſe Romam lib. 1. alloquens teſtatur:

Quamuis ſexdecies denis & mille peractis,
Annus præterea iam tibi nonus eat.

Fuit is ex ethnicis poſtremus rei Romanæ ſcriptor, qui ad manus noſtras peruenerit; ſed Chriſtianæ religionis & monachorum hoſtis, quos in Capraria Tyrrheni maris inſula innumerabiles memorat:

Proceſſu pelagi iam ſe Capraria tollit,
Squallet lucifugis inſula plena viris.
Ipſi ſe monachos Graio cognomine dicunt,
Quòd ſoli nullo viuere teſte volunt.

Hinc liquet iam olim ante S. Benedicti Caſſinenſis Abbatis (de quo infrà ad an. 539. agemus) frequentes in Occidente monachos exſtitiſſe.

Imp. Honorius XI. 1170 | 417
Fl. Conſtantius II.

His Coſſ. ad Hilarium Narbonenſem, Patroclum Arelatenſem, & alios Galliarum Epiſcopos de priuilegiis eccleſiæ Arelatenſis Zoſimus Papa (qui Innocentio hoc ipſo anno ſucceſſerat) varias ſcripſit epiſtolas, quæ exſtant. Vandali Silingi in Bætica omnes exſtinguuntur. Alani, qui Vandalis & Sueuis dominabantur, à Gothis adeò cæſi ſunt, vt Atace ipſorum Rege extincto, pauci qui ſuperfuerant, abolito regni nomine, Vandalis in Gallæcia commorantibus ſeſe ſubiecerint. *Idatius.* Honorij Imp. æuo, circa hunc annum condita eſt *Notitia Prouinciarum & Ciuitatum Galliæ*: eſtque Gallia in decem & ſeptem prouincias diſtincta, videlicet in Lugdunenſem primã, Lugdunenſem ſecundã, Lugdunenſem tertiam, Lugdunenſem Senoniam, Belgicam primam, Belgicam ſecundã, Germaniam primã, Germaniã ſecundam, Maximam Sequanorum, prouinciam Alpium Graiarũ & Penninarũ, Viennenſem, Aquitanicam primam, Aquitanicam ſecundam, Nouempopulanam, Narbonenſem primam, Narbonenſem ſecundam, & prouinciam Alpium maritimarum. Belgicæ primæ metropolis tunc fuit *Auguſta Treuerorum*, Belgicæ ſecundę *Durocortorum Remorum*, Germaniæ primæ *Moguntiacum*, & Germaniæ ſecundæ *Colonia Agrippina*. Plura qui volet, Annales noſtros Belgicos conſulat, in quibus Notitiam Galliæ breuibus Notis illuſtratam reperiet.

Placidiam ſororem ſuam, Ataulfi viduam, Honorius Imp. Conſtantio Comiti, pòſt Imperatori, collocat. Ex illis eodem anno nata eſt Honoria: Valentinianus autem illo nomine tertius Imperator anno 418. Rauennæ natus eſt; teſte Proſpero. Horum ſtemma ſuprà an. 375. recitatum, ne erres, lucem dabit. Pelagius natione Scotus, ex inſula Britannia oriundus, (vnde & Brito dicitur) primùm monachus in Palæſtina vixit: vbi peſtilens dogma aduersùs gratiam Chriſti animo concepit: cuius ei Rufinus auctor fuiſſe traditur. Hic diſcipulum habuit Cæleſtium, qui prior in Africa palàm hæreſim prædicans, anno 412. Carthagine damnatus eſt. Innocentius I. Papa exinde Honorio & Conſtantio Conſulibus, hoc eſt, anno 417. Pelagium & Cæleſtium eccleſiaſtica communione priuauit. Quos & Zoſimus Papa anno 418. damnauit, & Honorius Imp. edicto ſuo perculit.

418 1171 Imp. Honorius XII.
Imp. Theodoſius VIII.

His Coſs. Zoſimus Papa ad Maſſilienſes ſcripſit epiſtolam, vt Proculi loco alium Epiſcopum à Patroclo Metropolitano Arclatenſi acciperent. Zoſimus Papa VII. Kal. Ianuarij moritur: ſuccedit *Bonifacius* IV. Kal. Ianuarij electus.

419 1172 *Coſſ.* Monaxius & Plinta.

S. Euſtochium, S. Paulæ filia, moritur. Conſtantius Comes pacem cum Wallia Gothorum Rege firmat, ipſumque in Galliam reuocat, data ei ad habitandum Aquitania ſecunda, cum Toloſa & quibuſdam aliis vrbibus, vſque ad Oceanum. Exinde Gothici ſeu Viſegothici in Gallia regni caput fuit Toloſa.

Gothorum origo, & diuiſio in Oſtrogothos & Wiſegothos.

Gothorum gens primùm ex Scandia ſeu Scandinauia eſt profecta: quæ peninſula duo hodiè regna Sueciæ & Noruegiæ continet. Hi cùm vicinam Balthici maris oram aliquamdiu tenuiſſent, in Scythiam inde tranſgreſſi, ad Euxini ponti littora conſederunt. Ex his qui versùs Orientem longiùs receſſerunt, *Oſtrogothi*, id eſt, Orientales Gothi; qui ad Occidentem tranſierunt, *Wiſegothi* ſeu Weſtrogothi, id eſt, Occidentales Gothi ſunt nuncupati. Gothorum porrò duæ olim familiæ regiæ fuerunt (vt Iornandes cap. 5. narrat) *Amalorum* qui Oſtrogothis, & *Balthorum* qui Wiſegothis imperabant. Cumque ambo illi populi inter ſe concordes diu illic habitaſſent, Valente demum imperante, ciuile inter eos bellum eſt excitatum. Apud VViſegothos *Fridigernus* ſeu Fritigernes, apud Oſtrogothos *Athanaricus* regnabat. Fridigernus viribus impar, per Vlphilam ſuæ gentis Epiſcopum, profeſſione Arianum, (vt Paulus Diaconus in Miſc. 12. c. 12. narrat) à Valente Imp. auxilium petit, & vt ſe gratioſum redderet, Chriſtianam fidem ſub eiuſdem Arij dogmate amplectitur: quod dogma poſteà, pace ſcilicet ambos inter populos reſtituta, Vlphilas longiùs propagauit. Et ſic Gothi in Ariana hæreſi diu perſtiterunt. Athanaricus verò non paucos ex ſuis ob Chriſti nomen morte affecit. Poſt hæc *Balamires* Hunnorum Rex, traiecto Boſphoro Cimmerio, in Oſtrogothos irrupit, eoſque ſibi ſubiecit. Quorum clade territi Wiſegothi, Valentem Imp. rurſus implorarunt: atque is in Mœſia agros illis ad habitandum aſſignauit. Sed à Lupicino alijſque Præfectis Romanis malè tractati, ipſos poſteà Romanos armis ſunt aggreſſi, & Valentem Imp. an. 378. ſuperatum exuſſerunt. Rebus deinde compoſitis, à Theodoſio Magno Imp. in amicitiam ſunt recepti, fœderatique (vt Iornandes cap. 28. loquitur) nuncupati. Theodoſio defuncto, *Alaricus* ex Balthica ſtirpe regia oriundus, cum Wiſegothis ſuis, in Italiam penetrauit. Cuius quidem ſucceſſores Gothorum ſeu Wiſegothorum in Gallia & Hiſpania regnum conſtituerunt.

Oſtrogothi interim (vt Iornandes cap. 48. memorat) ſub Hunnorum dominatu conſtituti, cum ſuis Regibus priſtinas ſedes obtinuerunt. *Hermanaricus* (quo regnante Oſtrogothos ab Hunnis oppreſſos fuiſſe Iornandes c. 23. tradit; quod alij ſub Athanarico Rege factum memorant) genuit *Hunnimundum*, & hic *Theriſmundum*: cuius filius *Berimudus*, ſeruitutis Hunnicæ pertæſus, ad Wiſegothos

in Galliam confugit, cùm *Theodericus* ſeu Theodericus illo nomine primus, occiſo Wallia, regnaret. Berimudi nepos fuit *Eutharicus*, cui Theodericus Rex filiam ſuam *Amalaſuntham* in matrimonio collocauit. Ad hanc ſtirpem, vt quæ rectò ſtemmate ab Hermanarico deſcenderet, ius regni Oſtrogothorum propriè ſpectabat. Sed Berimudo digreſſo, *Wandalarius* Hermanarici fratre genitus velut caducum regnum tenuit. cui tres fuerunt filij, *Walamirus*, *Theodomirus* & *Widemirus*, qui cum Attila contra Aetium & propinquos ſuos Wiſegothos in Galliæ campis Catalaunicis bello decertarunt. Attila demum extincto, Oſtrogothi (vt & alij populi) iugum Hunnorum excuſſerunt. Theodomiri porrò ex concubina filius fuit *Theodericus*, qui Leoni Imp. ad ſanciendam pacem datus obſes, apud Romanos adoleuit. Cumque is à Theodomiro patre traditum Gothorum regnum accepiſſet, Zenonis Imp. hortatu, ad recuperandam Italiam (quam Odouacrius inuaſerat) perrexit, ibidemque regnum Oſtrogothorum condidit; quod Iuſtinianus Imp. demum ſubuertit.

Imp. Theodoſius IX. & Conſtantius III. 1173 420

CONSTANTIVS ab Honorio in conſortium Imperij aſſumptus, ſeptimo pòſt menſe, hoc ipſo anno 420. moritur; ſi Marcellinum audiamus: Proſper enim in annũ ſequentem reiicit. Natus hic in Illyrico opido Panæſo, multis ſub Theodoſio & Honorio præfecturis claruit: & ad imperium demum euectus, eius pertæſus ſæpè conqueri ſolebat, quòd (vt antè conſueuerat) iocis ac ludicris indulgere non poſſet: vt Olympiodorus apud Photiũ narrat. S. Hieronymus pridie Kal. Octobris moritur, annos 91. natus, vt vult Proſper. PHARAMVNDVS Francorum Rex in Gallia primus hoc anno regnare cœpit, vt idem Proſper in chronico per Pithæum edito teſtatur.

Francorum origo & tranſitus in Galliam.

Gentis illius incerta eſt origo; & ex vetuſtis ſcriptoribus Trebellius & Vopiſcus primi Francorum meminerunt. Hoc inter eruditos conſtat, illos falli qui ab Troianis ipſorum originem repetunt. Vero propior illorum videtur opinio, qui non vnius populi nomen iſtud initiò fuiſſe putant, ſed plurium populorum; qui animis in idem conſpirantibus, armiſque iunctis, à Romanorum iugo ſeſe vindicarunt, & FRANCI à libertate ſunt dicti. Hi fuerunt *Bructeri, Chamaui, Anſiuarij, Chatti, Tencteri, Friſij, Salij, Angriuarij* & alij populi vicini: qui inter Rhenum, Iſalam, Amiſiam, Viſurgim & Albim vaſtos Germaniæ agros vſque ad Oceanum incolebant, vbi nunc Ducatus Montenſis, ager Tranſiſalanus, Friſia orientalis & occidentalis, Saxonia inferior, Haſſia & aliæ vicinæ prouinciæ continentur. Errant autem qui propriam Francorum trans Rhenum ſedem fuiſſe putant eam Germaniæ partem, quæ *Franconia* ſeu *Francia orientalis* hodie dicitur: cùm ex Greg. Turonenſi, aliiſque vetuſtis ſcriptoribus conſtet, Francos à Tranſrhenanis regionibus Nouefio oppoſitis anno 388. & aliis egreſſos in Carbonariam ſiluam (nunc Hannoniam) penetraſſe. In Tabula itineraria Peutingeriana, ſupra Rhenum fl. in tractu Germaniæ, ex oppoſito Coloniæ Traianæ, capitalibus litteris legitur FRANCIA, & in locis Septemtrionali oſtio Rheni vicinioribus collocantur hi populi, *Chauci, Anſiuarij, Cheruſci, Chamaui qui & Franci*. Ex quo colligi datur,

Anni vulgares Chriſti. | Anni V. C. Varroniani.

Francos ex iis locis trans Rhenum in Galliam migraſſe. Nonnullos tamē ex illis in Germaniæ interiora penetraſſe, ad Mœnum fl. conſediſſe, & Franconiæ ſeu Franciæ orientalis nomen iſti terrarum tractui indidiſſe, facilè conceſſero. An verò *Reges* antiquitus Franci habuerint, Greg. Turonenſis lib. 2. c. 9. ignotum eſſe tradit. Qui iis præerant, *Duces* primùm aut *Subreguli* vel *Regales* fuerunt appellati: vt ex Ammiano & ex eodem Greg. Turonenſi conſtat. *Marcomerem* & *Sunonem* Regales Francorum Sulpitius Alexander, ab eodem Turonenſi laudatus indigetat; eoſdemque mox Subregulos, poſteà Reges nuncupat; vt hæc vocabula promiſcuè vſurpata videantur.

Primus in Regum appellatione ac ſerie PHARAMVNDVS in Francorum annalibus ponitur, Marcomiri filius: de quo nihil apud Turonenſem legitur. Proſper in chron. illius exordium anno Honorij Imp. 29. hoc eſt, Chriſti 420. adſcribit. Chlogio vel Cloio ſiue CLODIVS Pharamundi filius exinde regnauit, qui apud Diſpargum caſtellum in finibus Thoringorum reſedit; teſte Turonenſi. Atque hic Clodius, Romanis profligatis, Atrebates & Camaracenſes inuaſit, & vſque ad Somonam fl. ſub annum 445. omnia ſibi ſubdidit. Clades tamen aliquas ab Aëtio & Maioriano ducibus Romanis accepit: quod Proſper & Sidonius indicant. MEROVEVS, Clodij affinis, Francorum in Gallia regnum amplificauit; quem Aëtio duci aduersùs Attilam an. 45. auxilia miſiſſe tradunt. Cuius filius & heres CHILDERICVS, ob flagitia ac libidines Francis inuiſus, ſibique metuens ad Thoringos profugit. Franci interim *Ægidium* Romanum Patricium ſibi Regis loco præeſſe voluerunt: ſed poſt annum octauum ab exilio reuocatus Childericus, & à ſuis receptus, Ægidium acie ſuperatum ad vrbem Sueſſionum fugere compulit, itemque Aurelianos & Andegauos ſubegit. Annis demum 24. exactis moriens CLODOVEO filio (quem ex Baſina Thoringorum Regis, ſui olim hoſpitis, filia ſuſceperat, quique primus ex Francorum Regibus an. 496. Chriſti doctrinam eſt amplexus) regnum reliquit.

421 | 1174 — *Coſſ.* < Agricola & Euſtathius.

Theodoſius iunior Orientis Imperator ducit Eudociam Leontij Sophiſtæ filiam, Homero-centonis concinnatione nobilem; & ex ea ſuſtulit anno proximè ſequenti Eudociam, Valentiniano III. Occidentis Imperatori poſteà nuptam. Auguſtas illo nomine plures fuiſſe conſtat ex ſchemate ſuprà pag. 68. producto.

422 | 1175 — Imp. Honorius XIII.
Imp. Theodoſius X.

Maximus tyrannus & Iouinus ex Hiſpania ad Honorium adducti atque interfecti ſunt. Hunni Thraciam vaſtant. Caſtinus dux in Hiſpaniam contra Wandalos cum exercitu mittitur, qui ad Tarraconem ab iis victus aufugit.

423 | 1176 — Fl. Auitus Marinianus & Aſclepiodotus.

Honorius Imp. moritur Romæ 15. Auguſti, porphyretico tumulo in baſilicæ S. Petri atrio conditus. IOANNES tyrannus Rauennam mox occupat, conniuente, vt credebatur, Caſtino Magiſtro militum; vt Proſper & Marcellinus narrant. Ioannes iſte fuerat Scriba ſeu Notarius; vt Socrates l. 7. 23. tradit. Theodoretus creatur Epiſcopus Antiochiæ. Bonifacius Papa VIII. Kal. Nouembris moritur cui poſt dies nouem ſufficitur Cæleſtinus. Longobardorum Rex ſecundus

cundus Lamiſſus regnat annis tribus. Sub hunc annum Theodoretus Cyri in Syria Epiſcopus eſt creatus: cuius Hiſtoria eccleſiaſtica & alia ſcripta ſunt in manibus.

Caſtinus & Victor. 1177 424

Theodoſius Imp. ſuprà pag. 68. laudatus *Valentinianum*, amitæ ſuæ Placidiæ & Conſtantij Imp. filium, Cæſarem creat, & ad recuperandum imperium contra Ioannem mittit. *Proſper.* Caſtinus in Africam fugit ad Bonifacium. Exuperantius Præfectus prætorio Galliarum circa hunc annum à militibus in Gallia interficitur.

Imp. Theodoſius iunior II. 1178 425
Placidius Valentinianus Cæſar.

Ioanne tyranno è viuis ſublato, VALENTINIANVS III. apud Rauennam ſalutatur Auguſtus, die 23. Octobris; vt notat Chronicon Alexandrinum.

Imp. Theodoſius XI. 1179 426
Imp. Valentinianus Auguſtus II.

Patroclus Arelatenſis Epiſcopus à Tribuno quodam barbaro occiditur: cui Honoratus Lerinenſis anteà Abbas ſucceſſit. Auguſtinus annum 72. agens Eradium presbyterum ſibi adiutorem aſſumpſit. Idem Proſperi & Hilarij litteris excitatus, duos contra Pelagianos edidit libros, de Prædeſtinatione Sanctorum & de Bono perſeuerantiæ. Gundericus Rex Vandalorum, capta Hiſpali, cùm illius vrbis eccleſiam inuaſiſſet, mox Dei iudicio correptus interiit. Cui Geiſericus ſeu Genſericus frater in regno ſucceſſit. *Idatius.*

Coſſ. { Hierius & Ardaburius. 1180 427

Pannoniæ, quas annis 50. Hunni poſſederant, à Romanis recipiuntur. Bonifacio bellum infertur, publico nomine, à Sigiſuulto Comite. Cui cùm par non eſſet Bonifacius, ex Africa in Hiſpaniam traiecit, & hinc Genſericū Regem cum octoginta millibus Vandalorum & Alanorum in Africam tranſuexit; qui eam paulatim occuparunt. Auguſtinum epiſt. 70. conſule.

Felix & Taurus. 1181 428

His Coſſ. pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci inſederant, Aëtij Comitis armis eſt recepta. *Proſper.* Burgundiones, petito è Gallia Epiſcopo, poſt dierum ſeptem ieiunium, vndis ſalutaribus initiantur; moxque cum Hunnis congreſſi decem millia hoſtium proſternunt. *Socrates.* Hoc anno aut proximè ſequenti obiit Pharamundus; cui ſucceſſit filius CLODIVS, Francorum Rex ſecundus in Gallia. Neſtorius fit Epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui paulò pòſt nouam hæreſim vulgauit: eique Cyrillus Ep. Alexandrinus fortiter ſe oppoſuit.

Florentius & Dionyſius. 1182 429

Felice ad Patriciam dignitatem euecto, Aëtius fit militiæ Romanæ Magiſter, & *Theudericum* Gothorum Regem ab obſidione vrbis Arelatenſis repellit.

Coſſ. { Imp. Theodoſius XIII.
Imp. Valentinianus iunior III. 1183 430

S. Auguſtinus V. Kal. Septembris, ætatis 76. Epiſcopatus 36. anno moritur: quo tempore Vandali Hipponem tertio iam menſe obſidebant; vt Poſſidius in eius vita narrat. Sueui initam cum Gallæcis pacem turbant. Vnde ad Aëtium legationem ſuſcipere cogitur Idatius Lemicæ Epiſcopus: vt ipſe in chron. narrat. Sub hunc

hnnc annum aut præcedentem Palladius Epiſcopus à Cæleſtino Papa miſſus ad Scotos, Pelagiano morbo Britannias liberauit: *qui dum Romanam inſulam ſtudet ſeruare catholicam, fecit barbaram Chriſtianam.* vt Proſper lib. contra Collatorem loquitur. Saxones, Angli, Iutæ & Friſij, in Britanniam contra Pictos & Scotos euocati, ex littore Saxonico (qnod vſque ad Iccium promontorium extendebatur, vt ſuprà an. 372. dixi) traiiciunt, & ſedes in illa inſula collocant. Friſiorum meminit Procopius l.4. de bello Gothico. S. Euergiſlus Colonienſis Epiſcopus, Tungros ciues ſnos viſitans, ab impiis circa hoc tempus fuit occiſus.

431 | 1184 Fl. Antiochus & Anicius Baſſus.

Concilium III. œcumenicum Epheſinum contra Neſtorium celebratur. Cæleſtinus vices ſuas S. Cyrillo Epiſcopo Alexandrino delegauit. Miſit antem legatos Arcadium & Proiectum Epiſcopos, & Philippnm presbyterum. Ex his Arcadium ſuſpicatur Baronius Gallum fuiſſe, qui concilio Regienſi poſt annos octo ſubſcripſit; Proiectum verò Forocornelienſem Epiſcopum fuiſſe exiſtimat. S. Paulinus Nolanus Epiſcopus, patria Burdigalenſis, Auſonij diſcipnlus, orator & poeta egregius moritur. Aetius Francis prælio ſuperatis ac pacatis, Cenſorium Comitem legatum ad Suenos mittit, quibuſcum Idatius renertitur; vt ipſe in chron. narrat.

432 | 1185 Fl. Valerius & Fl. Aëtius.

Cæleſtinus Papa III. Idus Aprilis moritur: ſuccedit Xiſtus. Hic eſt ille, qui presbyter Pelagianam hæreſim oppugnarat. Bonifacius Comes ex Africa Romam veniens, fit Magiſter militnm, & paulò pòſt morbo exſtinguitur; vt Proſper tradit. At Marcellinus ait ipſum ab Aëtio vulneratum, tertio pòſt menſe deceſſiſſe, & Pelagiæ vxori mandaſſe, vt ne alteri quàm Aëtio nuberet.

433 | 1186 Imp. Theodoſius XIV.
Petronius Maximus.

Proſper Aquitanus contra Collatorē (Ioannē Caſſianū anno proximo memorandū) ſcribit. Xiſtus Papa à Baſſo Exconſule accuſatus, Valentiniano Imp. præſente, his Conſulibus, in plena ſynodo abſoluitur, & Baſſus proſcribitur. Acta concilij Romani conſule. Gundicarius Burgundionum Rex Belgicā incurſat: ſed pulſus ab Aëtio, ad ſuos fines rediit. Burgundionum viginti millia, Gothorum octo, cæſa fuiſſe, Idatins tradit. Sidonius de Aëtio; *poſt Vittunges & Norica bella, ſubacto victor Vindelico, Belgam (Burgundio quem trux preſſerat) abſoluit.*

Per has Francorum, Burgundionum aliorumque barbarorum irruptiones, Colonia Agrippina, Moguntiacum, aliæque vrbes ſunt euerſæ; & vrbs Treuerenſis, quam tria excidia non correxerant, quartò perire meruit; vt Saluianus teſtis oculatus loquitur & deplorat. Petrus ab eloquentia dictus Chryſologus ſub annum 433. fit Rauennæ Epiſcopus.

434 | 1187 Fl. Aſpar & Fl. Areobinda.

Vincentius Lerinenſis in Gallia monachus aureum ſuum aduerſùs hæreſes libellum ſcribit, triennio poſt Epheſinam ſynodum; vt ipſe teſtatur. Illo ipſo tempore vixit Ioannes Caſſianus, genere Scytha, Ioannis Chryſoſtomi diſcipulus, qui *apud Maſiliam presbyter ordinatus duo condidit monaſteria, id eſt, virorum & mulierum, quæ vſque hodie exſtant*; vt Gennadius lib. de Script. eccleſ. loquitur. Scripſit

Latine

Latinè De habitu monachorũ, Collationes Patrum Ægypti, & alia: ex quibus nonnulla cautè ſunt legenda. Semipelagianis fauentem (qui error multorum tunc animos in Gallia occuparat) Proſper Aquitanus libro contra Collatorem edito confutauit.

Imp. Theodoſius XV. 1188 435
Imp. Valentinianus IV.

Pace cum Vandalis facta, pars Africæ ad habitandum illis datur. Gundicarius Burgundionum in Gallia Rex ab Aetio vincitur: qui illa ætate contra Francos, Burgundiones, Gothos alioſque barbaros rem Romanam vtcumque ſuſtẽtauit. Codex Theodoſianus promulgatur XV. Kal. Martij. Libri Neſtorij à Theodoſio II. Imp. interdicti & incendio damnati ſunt, *L. vlt. Cod. Theod. de hæreticis.*

Iſidorus & Senator. 1189 436

Aetius, dux vtriuſque militiæ, Patricius appellatur. Is Doroſtolo in Mœſia oriundus, Gothos ab Narbonis obſidione per Litorium Comitem hoc ipſo anno 436. repulit.

Fl. Aetius II. & Sigiſuultus. 1190 437

Valentinianus III Imp. cum Eudoxia Theodoſij II. Imp. filia, ſuprà pag. 68. laudata, nuptias celebrat. Bellum aduerſus Gothos, Hunnis auxiliantibus, geritur. Ab hoc anno incipit Cyclus Cyrilli Alexandrini. Galliam vlteriorem ſeu Septemtrionalem cum Bagaudis duce Tibatone (quem Sigebertus in chron. Battonem vocat) circa hunc annum à Romanis defeciſſe, Proſper & Saluianus teſtantur. Notitia vtriuſque Imperij, hoc eſt, Orientis & Occidẽtis, (cuius ſymbolum eſt biceps aquila) circa hunc annum ſcripta eſt. Continet ea Indicem omnium dignitatum tam ciuilium quàm militarium per Imperij Romani prouincias. In qua Notitia Dux & Præſes Germaniæ ſecundæ, itemque Belgicæ primæ, non nominantur: eò quòd Coloniam Agrippinam tunc Franci, pulſis Romanis, obtinerent, & Treuerorum vrbs in ruinis iaceret.

Imp. Theodoſius XVI. & Fauſtus. 1191 438

Gothorum octo millia in Gallia ab Aetio cæduntur. *Idatius.* S. Ioannis Chryſoſtomi corpus Conſtantinopolim adfertur. Eudocia Theodoſij II Imp. vxor Hieroſolymam proficiſcitur, & annũ ibi moratur.

Imp. Theodoſius XVII. & Fl. Feſtus. 1192 439

His Conſulibus concilium Regenſe ſeu Regienſe in Gallia eſt celebratum, quod Hilarius, Seuerianus, Gaudentius, Iulius, Arcadius, Auſpicius, Seuerus, Claudius, Valerianus, Nectarius, Aſclepius, Theodorus & Maximus, Epiſcopi ſignarunt. Geiſericus Vandalorum Rex Carthaginẽ Africæ metropolim occupat, pulſis Romanis, qui eam ſex ferè ſæculis poſſederant. Litorius dux Romanus in Gallia, contra Theodericum Gothorũ Regẽ pugnans, capitur & occiditur.

Imp. Valentinianus V. & Fl. Anatolius. 1193 440

Xiſtus Papa moritur: ſuccedit *Leo* Magnus, doctrina, eloquentia & magnanimitate clariſſimus. *Saluianus* presbyter Maſſilienſis circa hunc annum ſcripſit libros octo de Prouidentia & iudicio Dei: in quibus vitia Chriſtianorum ſui temporis caſtigat, & Galliæ à barbaris vaſtatæ ſtatum & cauſſas graphicè depingit. Scripſit, inquam, hoc tempore: nam bellum contra Gothos à Litorio geſtum vocat proximum. Inter alia Saluianus, vbi in ludos Circenſes & alia ſpectacula Belgis tunc familiaria inuehitur, hæc dicit: *Sed videlicet reſponderi ad hac poteſt, non in omnibus hoc*

Romanorum vrbibus agi. Verum eſt : etiam plus ego addo ; ne illic quidem nunc agi, vbi ſemper ſunt acta anteà. Non enim hoc agitur iam in Moguntiacenſium ciuitate, ſed quia exciſa & deleta eſt : non enim Agrippinæ, ſed quia hoſtibus (Francis) plena : non agitur Treuerorum vrbe excellentiſſima, ſed quia quadruplici euerſione eſt proſtrata: non agitur denique in pluribus vrbibus Galliarum, quia in barbarorum iure eſſe cœperunt. Ceterùm Treuerenſi vrbe à Francis occupata, ſedes imperij Arelatem eſt tranſlata. Saluiani æqualis fuit S. *Eucherius* Lugdunenſis Epiſcopus, qui De contemptu mundi & de laude eremi ſcripſit, & ex legitimo ante ſacerdotium coniugio filios duos Veranium & Salonium, poſteà ſimiliter Epiſcopos, reliquit. Eucherij porrò æqualis fuit, & illius meminit S. *Claudianus Mamertus* Epiſcopus Viennenſis, in ſuo libro De ſtatu animæ.

441 | 1194 | Cyrus V. C. ſolus *Oriente Conſul.*

Cyrus iſte, ob poëticam artem, Eudociæ Imperatrici gratus, ab ea ad Conſulatum promotus fuit. Perſæ, Saraceni & Hunni Romanorum ſola vaſtant : contra quos miſſi ſunt Anatolius & Aſpar; vt in Chronico Alexandrino legitur. Arauſicanum in Gallia concilium, Cyro Conſule, celebratur: cui ſubſcripſerunt Hilarius, Claudius, Conſtantinus, Audentius, Agreſtius, Iulius, Auſpicius, Theodorus, Maximus, Eucherius, Nectarius, Ingenuus, Cerectius, Iuſtus, Auguſtalis & Salonius, Epiſcopi.

442 | 1195 | Dioſcorus & Eudoxius.

Vaſenſe primum in Gallia Narbonenſi concilium celebratur. Cum Genſerico Vandalorum Rege Valentinianus III. Imp. pacem firmat, & certis ſpatiis Africa inter vtrumque diuiditur. Bleda & Attila fratres, cum ſuis Hunnis, Illyricum & Thraciam depopulantur. *Marcellin.*

443 | 1196 | Petronius Maximus II. & Fl. Paternus.

Manichæorum libros in Vrbe repertos Leo Papa comburi iuſſit.

444 | 1197 | Imp. Theodoſius XVIII. & Albinus.

Bleda cæſo, frater eius Attila genti Hunnorum ſolus imperat. Chelidonius Veſontionenſis Epiſcopus tanquam viduæ maritus, & qui capitalibus aliquando iudiciis præfuiſſet, Epiſcopatu deiicitur per Hilarium Arelatenſem & alios quoſdam Epiſcopos: ſed anno proximè ſequenti, retractato iudicio, à Leone Papa abſoluitur, & in integrum reſtituitur. Cyrillus Ep. Alexandrinus 9. Iunij moritur.

445 | 1198 | Imp. Valentinianus VI. & Fl. Nomus.

Valentinianus III. Nouellam De Epiſcopis non ordinandis ſine Pontificis Romani auctoritate mittit in Galliam ad Aëtium Patricium. Proſperi Chronicon, quod Euſebiano ſubtexitur, hîc definit: de quo infrà ad annum 455. agemus. Turnaco & Atrebato occupatis, *Clodius* Francorum Rex circa hunc annum, miſſis exploratoribus, ad vrbem Cameracum Romanos protriuit, & ciuitatem apprehendit. In qua paucum tempus reſidens, omnia vſque ad Sumam flunium (nunc Somonam) occupauit: vt Greg. Turonenſis l. 2. c. 9. loquitur. *Cloio patentes Atrebatum terras peruaſit*; vt Sidonius in Panegyrico Maioriani canit.

446 | 1199 | Fl. Aëtius III.

Q. Aurelius Symmachus.

Graſſante per Britanniam hæreſi Pelagiana, miſſi ſunt eò Epiſcopi duo, virtute & doctrina præſtantes, *Germanus* Autiſiodoren-

dorenſis & *Lupus* Tricaſſinus, qui totam inſulam ab ea labe repurgarunt; vt Conſtantius presbyter in vita S. Germani, Beda, Sigebertus & alij tradunt. Picti & Scoti Britanniam Romanis parentem ſæpiùs incurſarunt, & maximè ſub annum 446. Aetio tertiùm Conſule: qui aliis bellis diſtrictus, Britannis opem implorantibus ſuccurrere non potuit; vt Gildas, & ex eo Beda 1. hiſt. c. 13. narrat. Ex his Scoti illam Caledoniæ partem, quæ Hiberniæ oppoſita eſt, alteram Picti tunc incolebant.

Callepius & Ardaburius. 1200 447

Conſtantinopolitanæ vrbis muri motu terræ ingenti conciderunt, cum 57. turribus. Hic ille motus eſt, per quem arreptus in cælum puer triſagium hymnum audiuit; vt Nicephorus 14 c. 46. & Felix Papa epiſt. 3. ad Cnapheum narrant. Proclus Conſtantinopolitanus Epiſcopus moritur: Flauianus ſuccedit. Attila Hunnorum Rex per totam pænè Europam graſſatur, & vſque ad Thermopolim excurrit. Contra hunc Arnegiſclus Magiſter militiæ, in Dacia ripenſi iuxta Vtum fl. viriliter pugnans, pluribus hoſtium cæſis, occubuit. *Marcell.* Leo Papa ad Turibium Aſturicenſem Epiſcopum ſcribit, & Concilium aduerſus Priſcillianiſtas indicit.

Coſſ. Fl. Zeno & Poſtumianus. 1201 448

Clodio Francorum Rex tertius moritur: MEROVEVS ſuccedit. Rechila Rex Sueuorum profeſſione ethnicus, Emeritæ in Luſitania moritur: cui *Reciarius* filius, religione catholicus, ſufficitur. *Idat.* Eutyches in Conſtantinopolitano concilio hæreſeos conuincitur.

Aſterius & Protogenes. 1202 449

Reciarius Sueuorum in Luſitania Rex Theuderici Gothorum in Gallia Regis filiam duxit, & Vaſconiam menſe Februario depopulatus eſt. Iulio menſe ad Theudericum ſocerum profectus, Cæſarauguſtanam prouinciam & Ilerdenſem vrbem deprædatur. *Idat.* Rauennius Arelatenſem Epiſcopatum init.

Imp. Valentinianus VII. 1203 450

Gennadius Auienus.

His Coſs. Leo Papa epiſtolam ad Epiſcopos Prouinciæ ſcripſit, & controuerſiam inter Viennenſis & Arelatenſis eccleſiæ Antiſtites compoſuit: ſtatuítque vt Viennenſis Antiſtes Valentiæ, Tarantaſiæ, Genauæ & Gratianopoli præſideret; reliquæ verò ciuitates eiuſdē prouinciæ ſub Arelatenſis Antiſtitis auctoritate conſiſterent. Theodoſius II. Imperator Orientis IV. Kal. Auguſti, ætatis 49. anno moritur, cùm ſibi ſucceſſorem MARTIANVM anteà delegiſſet. *Caſſiod. in chron.* Martianus humili loco in Illyrico natus, ſed militia clarus, ex Tribuno militum Imperator factus, cum vxore ſua Pulcheria Theodoſij II. ſorore, Rempublicam ſumma concordia geſſit, ipſámque virginem viuere, prout petierat, permiſit. Theophanem, Cedrenum & Euagrium conſule. Aëtius Alaricum Oſtrogothorum Regem aduerſus Attilam Hunnorum Regem incitat. Alaricus ad Danubium copias Attilæ profligat, ſed victor occumbit. *Chron. Alexandrinum.* Attila in Galliam irrumpit, cum CCCC. armatorum millibus.

Imp. Martianus & Adelphius. 1204 451

Attila Gallias depopulatur. Gallias porrò per id tempus obtinebant Gothi ſeu Viſegothi, Franci, Burgundiones, Alani, aliique barbari: earum partem Romani ægrè tuebantur, duce Aëtio, qui

Occidentis imperium, ne funditus periret, vnus illa tempeſtate ſuſtinuit. Gothis præerat *Thendericus*, cuius filiam Geiſericus Vandalorum in Africa Rex, Hunerico filio nuptam, ob veneni ſuſpicionem, truncis naribus & auribus dehoneſtatam ad patrem remiſerat. Ab hoc ſibi metuens Vandalus, Attilam in eum magnis muneribus concitauit. Attila copias ſuas pænè innumerabiles in Celticam, vſque ad Aureliam vrbem Ligeri fl. adſitam adduxit. Hanc enim vrbem *Sangibanus* Alanorum Rex ſe illis tradíturum ſpoponderat. Quod cùm ciues Aurelianenſes impediuiſſent, opinione ſua falſus Attila, Aëtium & fœderatos Romanis Reges inſtantes fugiens, in Belgicam cum exercitu abiit. Ibi hoc anno, ingenti prælio commiſſo, ab Aëtio eiuſque confœderatis in campis Catalaunicis victus eſt. In illo prælio pro Romanis *Theudericus* Viſegothorum, Meroueus Francorum, Reges, Burgundiones, Saxones; pro Hunnis *Vadamirus* ſeu Valamirus Oſtrogothorum Rex, cum fratribus ſuis Theodemiro & Videmiro, item Gepidæ aliæque nationes barbaræ ſteterunt; vt Iornandes & alij narrant. Sidonius tamen Apollinaris Francos & Burgundiones in Attilæ caſtris militaſſe aſſerit: quod de amborum parte aliqua poteſt intelligi. Cæſa ſunt ab vtriſque partibus 170000. vt Iornandes, aut 300000. vt Idatius tradit. Inter alios *Theudericus* Viſegothorum Rex occubuit. *Thoriſmundo*, Theuderici cæſi filio, in Narbonenſem prouinciam velut in paternum regnum redire ab Aëtio permiſſum eſt. Pariſienſis porrò vrbs S. *Genouefæ* precibus à barbarorum irruptione eſt præſeruata. *Chalcedonenſe* concilium œcumenicum quartum contra Eutychem & Dioſcorum celebratur. *Marcell.* Placidia, Valentiniani Imp. mater, Romæ moritur.

452 | 1205 Herculanus V. C. & Aſporatius.

Herculano Conſule Kalendis Februarij S. Leo Papa ad Rauennium Arelatenſem, Ruſticum Narbonenſem & alios Galliarum Epiſcopos epiſtolam ſcribit, qua Fidem orthodoxam ipſis gratulatur, & Eutychem ac Dioſcorum in Synodo Chalcedonenſi damnatos ſignificat. Per hæc tempora concilium *Arelatenſe* II. eſt celebratum, poſt Arauſicanum videlicet & Vaſenſe, ex quorum Canonibus concilij Arelatenſis Canones pro parte ſunt contexti; vt Sirmondus rectè obſeruauit. Attila Aquileiam ſolo æquat, Ticinum & Mediolanum vaſtat: cumque Romam tenderet, S. Leonis Papæ (qui ad Mincium amnem ei occurrit) legatione commotus, abſceſſit; vt Marcell. & Caſſiodorus tradunt. Iornandes ſcribit ipſum rurſus in Gallias regreſſum fuiſſe, vt Alanos, qui trans Ligerim conſederant, opprimeret; ſed Thoriſmundum illi ſe oppoſuiſſe, & magna ipſum clade affeciſſe. Ex illa barbarorum incurſione *Venetiarum* vrbs originem accepit; Italis & præſertim Patauinis ex vrbium ſuarũ incendiis & ruinis ad maris Adriatici æſtuaria ſeſe recipientibus. Thoriſmundus Gothorum in Gallia Rex primo regni ſui anno à *Theuderico* & *Frederico* fratribus ſuis occiditur; vt Idatius & Iſidorus tradunt. Ex his Theudericus, Auito Imp. conniuente, cui ad ſumendum imperium adiutor fuerat, Gothici regni fines per Aquitanias dilatauit; Narbonem etiam, tradente Agrippino Comite, in poteſtatem redegit.

453 | 1206 Opilio & Vincomalus.

Opilione Conſule concilium *Andegauenſe* in ordinatione Talaſij Epiſ-

Anni V. C. Varroniani. | Anni vulgares Chriſti.

Epiſcopi celebratur. Pulcheria Martiani Imp. coniux, annos 54. nata, poſt egregiam Eccleſiæ nauatã operam, die 10. Septembris ad Chriſtum migrat: quo die Faſtis Martyrologij Rom. adſcripta legitur. Vincomalo & Opilione Coſs. caput S. Ioannis Bapt. Hieroſolymis à duobus monachis inuenitur. *Marcell.*

Coſſ.{ Studius & Aëtius, Aëtij filius. 1207 454

al. Poſt Conſulatum Opilionis.

Leo Papa ſcribit epiſtolam ad Epiſcopos Galliæ & Hiſpaniæ, de ſolemnitate Paſchali anni proximè futuri. Sub idem tempus Leo Bituricenſis, Victurius Cenomanenſis & Euſtochius Turonenſis, Epiſcopi, ſcribunt epiſtolam ad Epiſcopos & presbyteros prouinciæ tertiæ Lugdunenſis ſeu Turonicæ, Vt clerici non expetant ſæcularia iudicia. Attila Hunnorum Rex cùm puellam duxiſſet, vino in nuptiis largiùs hauſto, vomitu ſanguinis exſtinguitur; vt Marcell. & Theophanes narrant. Valentinianus III. Imp. cùm Petronij Maximi Senatoris vxori ſtuprum obtuliſſet, eius callido conſilio ſuſpectum ſibi redditum *Aëtium* Patricium in palatio ſua manu occidit. *Caſſiod. in chron.* Cum Aetio regnum Heſperium cecidit; ait Marcellinus in chron.

Imp. Valentinianus VIII. & Anthemius *poſteà Imp.* 1208 455

Petronij Maximi Senatoris dolo, *Valentinianus* Occidentis Imperator, ætatis 36. imperij 31. anno, XVI. Kal. Aprilis, per Aëtij amicos in campo Martio confoditur. *Idatius.* MAXIMVS imperio & Eudoxiæ, Valentiniani viduæ, potitus nuptiis, cùm ſe ob eius amorem faſſus eſſet in Valentiniani necem conſpiraſſe, indignè illa id ferens, *Geiſericum* Vandalorum Regem ex Africa in Italiam enocauit. Cuius aduentu territus Maximus, pridie Idus Iunias, à ſuis laniatus & in Tiberim proiectus eſt, vix altero imperij menſe confecto. Geiſericus verò vrbem Romam quidem cepit ac ſpoliauit; Leonis tamen Papæ oratione mitigatus, ab incendio ac cædibus abſtinuit. Inde abiens Gaudentium Aëtij filium, Eudoxiam Auguſtam, eiuſque filias Eudociam & Placidiam ſecum Carthaginem in Africam abduxit: atque illam *Hunerico* filio copulauit; hanc (quòd Olybrio Senatori Rom. iam nupta erat) ſeruauit. AVITVS interim eodem anno ab exercitu Gallicano die 10. Iulij Toloſæ, & poſteà Arelate renuntiatus Imperator, pacem cum Gothis firmauit.

Proſper Aquitanus presbyter, non Epiſcopus (ſi Gennadio, Gelaſio, Marcellino & Bedæ credimus) Euſebij tenorem ſecutus (vt Victorij itidem Aquitani verbis vtar) Chronicon egregia breuitate compoſuit, & à Mundi incohatum exordio, ad Valentiniani Auguſti VIII. & Anthemij Conſulatum, ſeu ad annum Chriſti 455. deduxit; tertia, vt Bucherius cenſet, editione. Primam namque editionem Theodoſio XIV. & Maximo Conſulibus, hoc eſt, anno Chriſti 433. videtur concluſiſſe: quandoquidem eò anno priorum omnium annorum epochas ſummaſque colligat: quod non niſi in operum fine fieri conſueuit; niſi fortè cauſſa aliqua peculiaris intercurrat, quæ hîc nulla apparet. Secundam verò editionem Proſper 12. annis auxiſſe, & ad Valentiniani VI. ac Nonij Conſulatum, ſeu vulgarem 445. Chriſti annum videtur produxiſſe; quo vulgare eius Chronicon, Euſebiano & Hieronymiano ſubnecti ſolitum, terminatur. Tertia denique & poſtrema editio fuit ea quæ ad Valentiniani Aug. VIII. & Anthemij Conſulatum, id eſt, annum Chriſti

455. protenditur: quam ex baſilicæ cathedralis Spirenſis mſ. codice Chiffletius Soc. Ieſu Theologus breui publicabit. Similem olim codicem Arnaldus Pontacus habuit, quem Lodunenſem nuncupat; & nos tertium ſimile exemplar mſ. Antuerpiæ inter ſchedas P. Heriberti Roſweydi, amici olim noſtri, vidimus, ſed mutilum. Eſt autem tertia iſta editio prioribus duabus non ſolùm auctior, ſed & multò illuſtrior; vtpote quæ res ab orbe condito neruoſa breuitate commemorat, & Conſulum inſuper Faſtos ab anno Tiberij 15. ad hunc vſque annũ deducit. De tribus aut quattuor huius ſæculi Proſperis, Aurelianenſi, Regienſi, Chronographõ & Tyrone Bucherius in commentario ad VictorijCanonem cap. 6. fuſè diſputat. Arelatenſe III. concilium circa hæc tempora in cauſſa Fauſti Abbatis inſulæ Lerinenſis celebratur.

456 1209 *Coſſ.* < Ioannes & Varranes.

Theudericus II. Viſegothorum Rex, Auiti Imp. hortatu, cum ingenti exercitu ex Gallia in Hiſpaniam tranſit. A quo Reciarius Sueuorum in Gallæcia Rex III. Nonas Octobris ingenti prælio ſuperatur. Is ad locum qui *Portucale* dicebatur profugus, cùm ad Theudericũ captiuus eſſet adductus, menſe Decembri interemptus fuit. Atque ita regnum Suenorum in Hiſpania euerſum deſiit. Sic Idatius in chronico. Iſidorus tamen regnum Sueuorum in longum poſteà tempus ab iis, qui cladi ſuperfuerunt, propagatum fuiſſe tradit. Theuderico in bello contra Reciarium adfuerunt Gundericus & Chilpericus Burgundionum Reges. CHILDERICVS Francorum Rex quartus Meroueo mortuo ſuccedit, & annis nouem règnat. Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus, ſcriptis clarus, floret. *Marcell.*

457 1210 *Coſſ.* < Conſtantinus & Rufus.

Ratione controuerſiæ Paſchalis, quæ in annum 455. incidit, *Victorius* ſeu Victorinus Aquitanus Lemouix (quæ vrbs cum Aquitania iis temporibus à Viſegothis tenebatur) Romæ tunc agens, his Conſulibus, vt ipſe in prologo teſtatur, Canonem ſuum Paſchalem publicauit: quem commentario pereruditò à ſe illuſtratum amicus noſter Ægidius Bucherius, Soc. Ieſu Theologus, 1633. typis Plantinianis euulgauit. Martianus Imperator Orientis, cùm annis ſex ac totidem menſibus imperaſſet, pridie Kal. Maias moritur. Martianum excepit LEO genere Thrax, promotus opera Aſparis: cuius filij erant, Ardaburius, Patricius & Hermenaricus. Auitus Occidentis Imperator tertio anno quàm à Gallis & Gothis Auguſtus erat creatus, à Gothis deſtitutus imperium & vitã amittit; vt Idatius narrat. Paulus Diaconus l. 15. c. 5. refert Auitum, poſito imperio, Placentinum in Italia Epiſcopum fuiſſe. Hoc ipſo anno MAIORIANVS militum Magiſter, poſt Auitum Kalendis Aprilis Rauennæ leuatur. *Caſſiod.*

458 1211 Imp. Leo Thrax *in Oriente.*

Imp. Maiorianus *in Occidente.*

Childericus Francorum Rex, ob luxuriam & impotentiam à ſuis eiectus, ad Baſinum Thoringiæ Regem confugit. Franci *Ægidium* Romanum Comitem militiæque Magiſtrum ſibi præficiunt. Winomadus Childerico fidus Ægidium ad primorum cædes impellit, vt eum Francis odioſum redderet. *Greg. Turon.* 2. *c.* 12. *Aimoin.* 1. *c.* 7.

459 1212 Ricimer & Patricius.

Conſtantinopoli ſynodus habetur, cui Legati Pontificis Romani inter-

interfuerunt: in qua Chalcedonenſis Synodus eſt confirmata.

Coſſ. ⟨ Magnus & Apollonius. 1213 460

Eudocia, Theodoſij Imp. vidua, moritur Hieroſolymis. Idatius Lemicæ in Luſitania Epiſcopus à Sueuis capitur, & tertio pòſt menſe dimittitur: vt ipſe in chronico ſuo narrat.

Seuerinus & Dagalaiphus. 1214 461

S. Leo Magnus Papa XI. Aprilis moritur, & Hilarus ſuccedit. Maiorianus Occidentis Imperator à Ricimere Patricio, genere Gotho, vtriuſque militiæ Magiſtro, apud Dertonam in Italia capitur & interficitur. Anno eodem 19. Nou. Ricimer SEVERVM natione Lucanum conſtituit Auguſtum: vt Marcellinus & Caſſiodorus tradunt. Simeon Stylita circa hunc annum moritur. Seuerino Coſ. menſe Decembri *Turonenſe* I. concilium an. 461. (non 482. vt Baronius & alij ſcribunt) celebratum fuiſſe Sirmondus contendit. Huic concilio ſubſcripſerunt Perpetuus Turonicus, Victorius Cenomannicus, Leo Bituricus, Euſebius Namneticus, Amandinus Catalaunicus, Germanus Rotomagenſis, Athenius Redonicus, Manſuetus Britannorum, Epiſcopi. 1215 462

Coſſ. { Imp. Leo Thrax II. *in Oriente.*
Imp. Seuerus *in Occidente.*

Antiochia Iſauriæ, terra dehiſcente, demergitur. Geiſericus Vandalorum Rex Eudoxiam, Valentiniani Imp. viduam, ex Africa Conſtantinopolim remittit. *Idat.* 1216 463

Viuianus & Cæcina Decius Baſilius.

Eliſæi prophetæ oſſa Alexandriam deportantur.

Ruſticius & Anicius Olybrius. 1217 464

Vandali per Marcellinum cæſi è Sicilia fugantur. Sueui Conimbricam diripiunt. *Idatius.*

Coſſ. ⟨ Baſiliſcus *pòſt Tyrannus* & Herminericus. 1218 465

Seuerus Occidentis Imperator in palatio Romæ veneno extinguitur, Ricimerie Patricij dolo. *Caſſiod. Marcell.* Poſt Seueri obitum, fuit anni vnius & menſium ſeptem interregnum. Childericus Francorum Rex profugus, opera Winomadi, à Francis reuocatur, anno octauo quàm pulſus fuerat. Ægidius (cuius ſuprà an. 458. meminimus) ad Barrum caſtrū à Childerico victus, ad vrbē Sueſſionenſem fugit; vbi reliquum vitæ quietus exegit. Baſina, Baſini Thoringorum Regis vxor, relicto marito, ad Childericum venit, eique nupſit: vt Greg. Turon. 1.c.12. & Aimoin. 1.c.8. narrant. Veneticum in Britannia minore concilium circa hunc annum fuiſſe celebratum cenſet Sirmondus; contra Baronium & alios.

Coſ. ⟨ Imp. Leo Thrax III. ſolus. 1219 466

Theudericus illo nomine ſecundus Viſegothorum in Gallia Rex à fratre ſuo *Eurico* interficitur. Is fratri ſuccedens Arelatem & Maſſiliam cepit, & Aruernorum vrbem obſedit. Cuius copias Ecdicius, Auiti Imp. filius, exigua manu profligauit; vt Sidonius l.3.ep.3. narrat. Ecdicij ſororem & Auiti filiam Papianillā Sidonius duxerat; vt ipſe l. 5. ep. 16. refert. Exinde ex Nepotis fœdere Euricus Aruernos, qui ſoli in Aquitania pro Romanis ſtabant, obtinuit, & reliquam demum Prouinciam vſque ad Alpes (Odoacro cedente) regno ſuo adiecit. Clodoueus Francorū Rex futurus ex Baſina à Childerico ſuſcipitur. S. Proſper Regienſis in Æmilia Epiſcopus moritur. Epiphanius creatur Epiſcopus Ticinenſis; vt Ennodius in eius vita narrat.

Coſſ.

Coſſ. Puſæus & Ioannes.

467 1220 Poſt menſium 19. interregnum, ANTHEMIVS Patricius (Anthemij illius, qui ſub Theodoſio iuniore principem in Republica locum obtinuerat, nepos, Procopij filius) cum Leonis Imp. conſenſu 12. Aprilis haut procul ab Vrbe Roma ſalutatur Imperator Occidentis, & Anthemij filia Ricimeri Patricio nubit. Conimbrica à Sueuis vaſtatur. *Idat. Marcell.* Hilarus Papa moritur; & ſuccedit Simplicius, patria Tiburtinus. Hic deſinit Idatij Lemicæ in Luſitania Epiſcopi Chronicon, à Sirmondo 1619. Pariſiis editum. In libello tamen De XII. Scriptoribus eccleſiaſticis, qui Iſidoro & Ildefonſo ſubiici ſolet, dicitur Idatius hiſtoriam ſeu chronicon ſuum deduxiſſe tantummodo vſque ad annum Leonis Imp. octauum, hoc eſt, Chriſti 464. annum: vt ſuprà pag. 70. diſſerui.

468 1221 Coſ. Imp. Anthemius Auguſtus ſolus.

Leo Imp. contra Geiſericum Vandalorum Regem mittit claſſem 1000. nauium, cui Baſiliſcum Verinæ Auguſtæ fratrem, virum Conſularem, præpoſuit. Is depreſſis Geiſerici nauibus, pretio corruptus, ſua ſponte victus eſt, ſpe imperij obtinendi. Baſiliſcus Conſtantinopolim reuerſus, & proditionis accuſatus Perinthum Thraciæ relegatur. *Procop. & Niceph.* 15. c. 17. Aruandus Galliarum Præfectus, maieſtatis Romæ damnatus in exilium mittitur; vt Sidonius l. 1. epiſt. 7. tradit. Patricius, Aſparis ſuprà anno 457. memorati filius, à Leone Imp. creatur Cæſar; deſponſa eidem filia Ariadna.

469 1222 Coſſ. Fl. Zeno Iſauricus *poſt Imp.* & Marcianus.

Caput Deuzicis Hunnorum Regis (qui fuit Attilæ filius) Conſtantinopolim affertur. *Marcellinus.*

470 1223 Coſſ. Seuerus & Iordanes.

Romanus Patricius imperium affectans capitaliter punitur. *Caſſiod.*

471 1224 Leo Imp. IV. & Probianus.

Aſpar cum Ardabure & Patriciolo filiis, illo Patricio, hoc Cæſare ac genero Leonis Imp. appellato, profeſſione Arianus cũ Arianis liberis, Conſtantinopoli in palatio iuſſu Zenonis Imp. occiditur. *Caſſiod.* Ariadna, quæ Patriciolo deſponſa fuerat, Zenoni nupſit. Gennadius Epiſcopus Cõſtãtinopolitanus, multarum Homiliarum ſcriptor, moritur. Remigius fit Remorum Epiſcopus, annos 22. natus; vt Hincmarus & Flodoardus aſſerunt. Addúntque ipſum annos 74. ſediſſe, & 96. vixiſſe: quod non placet. Nam ante annum 535. ipſum obiiſſe conſtat ex Aruernenſi concilio, cui Flauius Remorum Epiſcopus ſubſcripſit.

472 1225 Coſſ. Feſtus & Marcianus.

Anthemius Occidentis Imperator à Ricimere genero ſuo Romæ occiditur, V. Idus Iulij; cui OLYBRIVS, ab eodem Ricimere ſubſtitutus, moritur X. Kal. Nouembris. Ricimer autem, poſt dies 40. ab Anthemij nece, deceſſit XV. Kal. Septembris. *Caſſiod.* Veſuuius mons Campaniæ ignibus æſtuat. *Marcell.*

473 1226 Coſſ. Leo Imp. V. ſolus.

In Olybrij locum ſenatus GLICERIVS III. Nonas Martij Rauennæ capit imperium; quod menſibus ferè quatuor ſupra annum tenuit in Occidente. Oſtrogothi (qui ſub Rege Walamiro, eiuſque fratribus Theodemiro & Widemiro degebant) occiſo Walamiro, ſeſe diuiſerunt. Pars eorum, duce *Widemiro*, in Italiam contendit, vbi Glicerius imperabat. Widemirus autem ibi deceſſit, relicto Wide-

miro

miro filio, quem Glicerius in Galliam ad Viſegothos miſit, *Theodemirus* verò, cum filio Theoderico, Illyricum & Theſſalonicam eſt aggreſſus. A qua muneribus abſtractus, moritur; ſucceſſore relicto Theoderico. Sidonius Apollinaris creatur Aruernorum Epiſcopus.

Coſ. Leo iunior Aug. ſolus. 1227 | 474

Leo ſenior Imperator Orientis, cùm LEONEM iuniorem conſtituiſſet Cæſarem, morbo periit, menſe Ianuario; vt Theophanes tradit. Idem refert ZENONEM menſe Februario à filio ſuo Leone coronatum fuiſſe. Glicerius Romæ imperium tenens, à Iulio Nepote, Marcellini quondam Patricij ſororis filio, imperio pellitur, & in Portu Romano ex Auguſto creatur Epiſcopus; vt Marcellinus tradit. Iornandes autem Salonis Epiſcopum creatum fuiſſe ſcribit. Fuit autem IVLIVS NEPOS in Glicerij locum leuatus pridie Kal. Iulias.

Coſ. Imp. Zeno Iſauricus II. ſolus. 1228 | 475

Iulio Nepote in Dalmatiam fugato, Oreſtes filium ſuum AVGVSTVLVM (quem & Momyllum vocant) pridie Kal. Nouembris in Imperio collocat. *Caſſiod.* Fuit is Romanorum Imperatorum in Occidente poſtremus; vt Imperium ab Auguſto cœptum, in Auguſtulo deſineret. Arelatenſe III. concilium à Leontio illius vrbis Epiſcopo, ad condemnandum Prædeſtinatianorum errorem, circa hunc annum fuiſſe congregatum cenſet Sirmondus.

Baſiliſcus, II. *poſteà Tyrannus* & Armatus. 1229 | 476

Odoacer Turcilingorum & Herulorum Rex à Iulij Nepotis fautoribus ex Pannonia in Italiam accitus, Romam occupat. Oreſte eiuſque fratre Paulo occiſis, idem Odoacer 23. Auguſti Auguſtulum in Campaniam relegat: ſicque Imperium Occidentale, Baſiliſco & Armato Conſulibus, deſiit, Oſtrogothorum Regibus exinde Romam & Italiam tenentibus: vt Marcellinus & Caſſiodorus notarunt. Exſtincto itaque in Occidente Imperio, ODOACER in Italia regnat, & Prouinciam inter Alpes & Rhodanum (quæ ſola Romanis reliqua erat in Gallia) concedit Viſegothis.

Geiſericus Vandalorum in Africa Rex moritur: ſuccedit Hunericus eius filius.

P. C. *hoc eſt*, Poſt Conſulatum Baſiliſci II. & Armati. 1230 | 477

Odoacer Bracilam Comitem apud Rauennam occidit; teſte Marcellino. S. Barnabæ Apoſtoli corpus in Cypro inuenitur.

Coſ. Illus V. C. ſolus, *poſteà an.* 484. *Tyrannus.* 1231 | 478

S. Lupus Trecenſis Epiſcopus moritur circa hunc annum.

Imp. Zeno III. ſolus. 1232 | 479

Stephanus Antiochenus Epiſcopus confoditur; teſte Euagrio l. 3. c. 10. & Theophane.

Baſilius iunior V. C. ſolus. 1233 | 480

Iulius Nepos, quem Oreſtes Imperio priuauerat, non longè à Salonis in ſua villa occiditur; vt Marcellinus in chron. tradit. Aruernorum vrbs pactione Gothis deditur; vt Iornandes narrat.

Placidus V. C. ſolus. 1234 | 481

Theodericus Oſtrogothorum Rex, cùm in Illyricum properaret, hoc Conſule interiit; teſte Marcellino.

Coſ. Seuerinus & Trocondus. 1235 | 482

Sidonius Apollinaris Aruernorum Epiſcopus, & S. Seuerinus Noricorum Apoſtolus ex hac vita migrant.

Childerico Francorum Regi defuncto CLODOVEVS filius hoc anno aut ſuperiore ſucceſſit. Erant autem iis temporibus in Belgica diuerſi Francorum Reguli. Coloniam Agrippinam *Sigebertus*, Camaracum *Ragnacharius*, aliam Belgicæ partem *Chararicus* obtinebat; omnes eadem ſtirpe regia, qua Clodoueus, editi: ſic tamen vt Clodoueum omnes ſuperiorem agnouiſſe videantur. Theodericus cognomẽto Valamer Oſtrogothorum Rex Macedoniam & Theſſaliam depopulatur. *Marcell.*

483 1236 *Coſ.* Fauſtus V.C. ſolus.

Simplicius Papa menſe Martio ineunte, vt ait Anaſtaſius, moritur. Quo defuncto Baſilius Præfectus prætorio, Odoacris vices agens, ante Felicis electionem, ordinationes iniquas edit. Felix patria Romanus 8. Martij Pontifex creatur. Theodericus Oſtrogothorum Rex, Zenonis Imp. munificentia pænè pacatus, & Magiſter præſentis militiæ factus, Conſul quoque deſignatus, creditam ſibi Daciæ Ripenſis Mœſiæque inferioris partem cum ſuis pro tempore tenuit. *Marcell.*

484 1237 *Coſſ.* Theodericus *Rex Oſtrogothorum* & Venantius.

Euricus Viſegothorũ in Gallia Rex Arelate moritur; & filius eius Alaricus ſuccedit. Hunericus Vandalorũ in Africa Rex, profeſſione Arianus & Catholicorum perſecutor, à vermibus corroſus moritur. Gundamundus Gentonis filius ſufficitur; qui initiò pacem Eccleſiæ orthodoxæ reſtituit. Illus natione Iſaurus, Magiſter officiorũ, Zenoni Imp. infeſtus, cum Leontio tyrannidem in Oriente arripit. *Marcell.*

485 1238 *Coſ.* Symmachus ſolus.

Zenonis Imp. filius ad Imperij ſpem, ſed peſſimè educatus moritur, teſte Suida.

486 1239 *Coſſ.* Decius & Longinus *Zenonis Imp. frater.*

Clodoueus Francorum Rex *Siagrium* Romanum, Ægidij Comitis filium, Sueſſionibus imperantem, prælio vincit. Qui ad Alaricum Viſegothorum in Gallia Regem confugiens, & Clodoueo repoſcenti deditus, ab eodem eſt interfectus: vt Greg. Turon. 2. c. 27. & Aimoinus 1. c. 12. narrant. Idem Clodoueus Clotildem, Chilperici Burgundionum Regis filiam matrimonio ſibi iungit. *Greg Turon. 3. c. 28.*

487 1240 Boetius V.C. ſolus.

Odoacer Phæbam Rugorum Regem vincit & capit. Theodericus Oſtrogothorũ Rex Conſtantinopolim vſque infeſtus excurrit, & plurimis locis igne crematis in Mœſiam remeauit. *Marcell.*

488 1241 Dinamius & Sifidius.

Leontius & Illus tyranni in Iſauria capiuntur & decollantur. Idem Theodericus in Italiam tendit. *Marcell.*

489 1242 *Coſſ.* Probinus & Euſebius.

Theodericus Oſtrogothorum Rex Zenonis Imp. hortatu, Italiam intrat & occupat. Odoacer ab eo bis prælio vincitur. *Caſſiod. Marcell.* S. Epiphanius Ticinenſis Epiſcopus floret, quem Theodericus Rex magno in pretio habuit, vt Ennodius in illius vita narrat.

490 1243 Longinus II. & Fauſtus.

Theodericus Odoacrem ad Ducam fl. tertio conflictu ſuperat. Odoacer Rauennam fugiens, triennio ibi obſeſſus fuit: vt Caſſiodorus, Iornandes & Procopius narrãt. Claudianus S. Mamerci Epiſcopi frater circa hoc tẽpus obiit, vt ex Sidonio l. 4. ep. 11. datur intelligi.

Coſ.

Coſ. < Olybrins iunior ſolus. 1244 491

Zeno Orientis Imperator epilepſia correptus moritur: ſuccedit ANASTASIVS, Dyrrachio oriundus, Eutychiani dogmatis fautor. Odoacer cum Herulis ſuis Rauenna egreſſus nocturnis horis, à Theoderico Oſtrogothorum Rege memorabili prælio ſuperatur. *Caſſiod.* Launomarus Epiſcopus Carnutenſis, fundator cœnobij Corbionenſis, & Maximus ſeu Maximinus Epiſcopus Aurelianenſis, fundator cœnobij Miriacenſis, florent: cuius poſterioris fuerunt diſcipuli Carileſus & Anitus, Abbates.

Anaſtaſius Imp. & Rufus. 1245 492

Felix Papa, S. Gregorij Magni atauus, ab ipſo 4. Dial. c. 16. memoratus, obiit; ſuccedente Gelaſio, natione Afro.

Albinus & Euſebius II. 1246 493

Odoacer, poſtquam tribus annis Rauennæ à Theoderico Oſtrogothorum Rege obſeſſus fuiſſet, per legatos cum eo tranſigit, vt ambo pari iure in Italia regnarent. Sed paulò pòſt THEODERICVS Odoacrem conuiuio à ſe exceptum occidit, vt Procopius, Caſſiodorus & Iornandes narrant. Ab hoc anno 493. Oſtrogothorum in Italia regnum habuit initium. Idem porrò Theodericus Anaſtaſij Imp. mox amicitiam expetiit, vt & Clodouei Francorum Regis; cuius ſororem Audeflendem duxit. Quas autem ex concubina filias ſuſceperat, alteram Alarico Viſegothorum Regi, alteram Sigiſmundo Burgundionum Regi collocauit: vt Caſſiodorus epiſt. 1. & Iornandes ſcribunt. Poſt Alarici verò cladem, Theodericus Prouinciam Maſſilienſem & Alpes maritimas à Viſegothis recepit. Et quamuis, ex populari inſtituto Gothorum, Arianam ſectam teneret, Romanæ tamen Eccleſiæ ius ac libertatem eſt tutatus. Inclinante verò ætate ad crudelitatem deflexit.

Aſterius & Præſidius. 1247 494

Epiphanius Ticinenſis Epiſcopus ad Gundebaldum Burgundionum Regem à Theoderico Oſtrogothorum Rege mittitur, vt Italos captiuos redimat. Gundebaldus profeſſione Arianus, à S. Alcimo Auito Vienneñſi Epiſcopo doctrina Catholica imbuitur, vt Gr. Turon. l. 2. hiſt. c. 34. narrat. S. Patricius primus Epiſcopus & Hibernorũ Apoſtolus, annos 82. natus, ad meliorem vitam tranſit, poſtquam annis 60. iſta in inſula Chriſtum prædicaſſet.

Coſ. < Viator V. C. ſolus. 1248 495

Gundamundus Vandalorum Rex moritur: ſuccedit frater ipſius Traſemundus; vt Procopius de bello Vandalico narrat.

Paulus V. C. ſolus, *Anaſtaſij Imp. frater.* 1249 496

Indi Anaſtaſio Imp. elephantem aliaque munera mittunt, teſte Marcellino. Epiphanius Ticinenſis Epiſcopus moritur: eius vitam ſcripſit Ennodius in Epiſcopatu ſucceſſor. Gelaſio Papæ (qui inter alia aduerſus Andromachum Senatorem, cæteroſque Romanos, Lupercalia priſtino more celebrare volentes ſcripſit) defuncto ſubrogatur Anaſtaſius, patria Romanus. Clodoueus Francorum Rex, à Clotilde vxore ſæpius de amplectenda religione Chriſtiana monitus, tandem anno 496. in prælio, quod ad Tolbiacum Vbiorum oppidum (nunc *Zulich*) contra Alemannos habuit, cùm eius acies periclitaretur, Chriſtianum ſe fore ſpopondit, ſi vinceret. Hoſtibus victis, in Remorum vrbe à S. Remigio, illius loci Epiſcopo, Chriſtianis ſacris initiatus eſt; cooperante S. Vedaſto pòſt Attrebatenſi

Epiſcopo. Baptizatus eſt antem ipſo die Natali Chriſti, hoc anno 496. exeunte: vt ex Auiti Viennenſis Epiſcopi epiſtola conſtat, qua ipſi de ſuſcepta Chriſti fide ac baptiſmo gratulatur. Exſtat ea to. 1. Conciliorum Galliæ à Sirmondo editorum. Sigebertus noſter Gemblacenſis triennio ſeriùs (ſed more ſuo) Clodouei baptiſmum anno ſcilicet 499. ſtatuit. Omnia enim triennij aut bienni) ferè ſpatio (primoribus aliquot ſæculis) poſteriùs narrare ſolet quam geſta ſunt; vt ſuprà pag. 70. monui.

497 | 1250 Anaſtaſius Auguſtus II. ſolus.

Anaſtaſius Papa ad Anaſtaſium Imp. legatos miſit S. Germanum Epiſcopum Capuanum, & Creſcenium Tudertinum, cum literis quibus Acacij nomen abrogari petiit.

498 | 1251 Ioannes Scytha & Paulinus.

Ioannes cognomento Silentiarius, ſub S. Sabbæ diſciplina ex Epiſcopo monachus degens & ignotus; hoc anno innotuit: teſte Cyrillo. Anaſtaſius Papa XVI. Kal. Dec. moritur: cui Symmachus ſucceſſit. Sub hoc tempus S. Remigius Remorum Archiepiſcopus Religionem Chriſtianam in Belgica reſtituit; Atrebatenſibus & Cameracenſibus *S Vedaſtum*, Tornacenſibus *Theodorum*, Morinenſibus *Antimundum*, Epiſcopos dedit.

499 | 1252 Ioannes Gibbus ſolus.

Anaſtaſius Imp. venationes Amphitheatrales aboleuit, & Magiſtratus venales eſſe vetuit.

500 | 1253 Patricius & Hypatius.

Theodericus Oſtrogothorum Rex cunctorũ votis expetitus Romam venit, vbi munificentia ſibi eos obſtrinxit, & copioſam ad muros & palatia Vrbis inſtauranda pecuniam attribuit; teſte Caſſidoro. Saraceni Phœnicen & Syriam incurſant, vt Theophanes ſcribit. S. Fulgentius (poſteà Ruſpenſis in Africa Epiſcopus) Romam venit ad limina Apoſtolorum.

501 | 1254 Auienus & Pompeius.

Cum Arabibus Saracenis pacem Anaſtaſius Imp. fecit: ſicque ſua Orienti tranquillitas eſt reddita. *Theophanes.* In Theodori Tornacenſis Epiſcopi, anno ſuperiore defuncti, locum S. Eleutherius ſufficitur. Gundebaldus Burgundionum Rex leges genti ſuæ conſtituit, quas Auieni Conſulatu notatas, hoc anno 501. vel ſequenti editas fuiſſe oportet.

Burgundionum in Gallia Reges.

Burgundionibus Germaniæ Tranſrhenanæ populis ſedes primùm ſub Honorio Imp. anno 413. conceſſæ fuerant in parte Galliæ Rheno propinqua; vt ſuprà dixi. Poſt cladem verò Aëtianam, ſub Valentiniano III. Sapaudia eorum reliquiis data eſt cum indigenis diuidenda. Ibi deinceps conſtiterunt, finibuſque per vicina loca propagatis, in prima Lugdunenſi, Maxima Sequanorum, Viennenſi, Alpibus Graiis ac Penninis, & prouincia cis Druentiam imperio potiti ſunt. Illorum Reges hi memorantur: GVNDICARIVS Iouino tyranno ad ſumendam purpuram adiutor, ab Aëtio duce Romanorum ingenti clade proſtratus, cum ſuis pacem obtinuit. GVNDERICVS & Chilpericus, Gundicarij filij, Theoderico II. Gothorum Regi adfuerunt contra Reciarium Sueuorum Regem in Gallæcia. Chilpericus Genauæ (nunc Geneuæ) ad lacũ Lemanũ ſedẽ habuit, & SS. Lupicini ac Romani monachis alimenta de fiſco præberi iuſſit.

Anni V. C. Varroniani | Anni vulgares Christi

iuſſit. GVNDEBALDVS ſeu Gundebadus, Godegiſilus, Chilpericus & Godomarus fratres, Gunderiçi filij, regnum inter ſe partiti ſunt. Sed Gundebadus, Chilperico & Godomaro extinctis, cum Godegiſilo regnauit: poſteà hoc etiam perempto, regnum ſolus tenuit, & Burgundionibus leges ſcripſit. Narbonem, Geſelico regnante, an. 508. diripuit. Chilpericus à Gundebado fratre cæſus filias reliquit, *Chronam* Deo denotam & Crotildem vxorem Clodouei Francorum Regis. Godomarus Viennæ, cùm à Gundebado fratre obſideretur, in turri flammis eſt exuſtus. Godegiſilus apud Genauam regnauit, à Gundebado Viennæ demùm an. 496. captus & occiſus. SIGISMVNDVS, Gundebadi filius, ad fidem orthodoxam ab Ariana hæreſi S. Auiti Viennenſis Epiſcopi monitis conuerſus, cùm *Sigericum* filium nouercæ dolo enecaſſet, facti pœnitens Agaunenſe monaſterium S. Mauritio ſacrum condidit. Bello victus captuſque à Clodomere Rege Francorum, ab eodem poſteà occiſus eſt. Sub eo concilia Epaonenſe & Lugdunenſe ſunt celebrata.

GODEMARVS frater cum Clodomere primùm congreſſus, illo in acie cæſo, in fugam actus eſt. Deinde à Childeberto & Clotario Clodouei filiis iterum laceſſitus, iterumque fugatus, regno caruit. Sicque Burgundionum regnum in Francorum poteſtatem anno Chriſti 532. eſt redactum. Burgundionum porrò Regum genealogia, in Tabulam redacta, exſtat in noſtra Notitia eccleſiarum Belgij cap. 2.

Coſ. < Auienus iunior & Probus. 1255 502

Bulgari Thraciam vaſtant. Amidam vrbem opulentiſſimam Cabades Perſarum Rex occupat.

Coſſ. < Dexicrates *Orientis*, & Voluſianus *Occidentis.* 1256 503

Anaſtaſius Imp. ingentem contra Perſas exercitum miſit; cui duces præfuere tres, Patricius, Hypatius Secundino patre & Anaſtaſij ſorore genitus, & Areobinda, Dagalaipho & Godiſtea Ardaburi filia natus. Qui initiò rem præclarè geſſerunt, victis Perſis, & eorum occiſo duce, ac fugato Rege; orta demùm inter eos diſcordia, Rempublicam peſſumdederunt, & pacem à barbaris redimere coacti fuerunt; vt Marcellinus, Theophanes & alij narrant.

Coſ. < Cethegus V.C. *al.* Cethæus. 1257 504

Africani Patres eccleſiis vacuis paſtores dant & ordinant. S. Fulgentius tum Ruſpenſis Epiſcopus eſt factus. Is cum aliis Antiſtitibus, à Thraſamundo Rege perſecutionem excitante poſteà in Sardiniam eſt relegatus. Theodericus Oſtrogothorum Rex, victis Bulgaris, Sirmienſem Pannoniam ſibi ſubiicit.

Coſſ. < Sabinianus *Orientis* & Theodorus *Occidentis.* 1258 505

Sabinianus Conſul, contra Mundonem Getam dimicans, fœdam cladem accipit; teſte Marcellino. Sub hoc tempus Clodoueus, hortatu coniugis ſuæ Crotildis, baſilicam in honorem SS. Petri & Pauli Pariſiis in monte cœpit exſtruere, quæ nunc eſt S. Genouefæ Abbatia, Canonicorum regularium; vt ex Hincmaro in vita S. Remigij colligitur.

Ariobinda *Orientis* & Meſſala *Occidentis.* 1259 506

Meſſala Conſule, Alarici Gothorum in Gallia Regis anno 22. *Agathenſe* concilium celebratur; cui ſubſcripſerunt S. Cæſarius Arelatenſis, Cyprianus Burdigalenſis, Clarus Eluſanus, Tetradius Biturićenſis, Metropolitani; Heraclianus Toloſanus, Sophronius

 Aga-

Agathenſis, Sedatus Nemauſenſis, Quintianus Rutenenſis, Sabinus Albigenſis, Boëtius Cadurcenſis, Gratianus Aquenſis, Nicetius Auſcienſis, Suauis Connenenſis, Galactorius Benarnienſis Gratus Oloronenſis, Vigilius Lactorenſis, Maternus Luteuenſis, Petrus Palatinus, Glycerius Conſoranicus, Chronopius Petrocoricenſis, Probatius Vcetienſis, Agræcius Antipolitanus, Marcellus Sanerienſis, Pentadius Dinienſis, Epiſcopi.

507 1260 *Coſſ.* { Anaſtaſius Auguſtus III. *in Oriente.* Venantius *in Occidente.*

Anaſtaſio non dat collegam Marcellinus, ſed Caſſiodorus Venantium addit. Clodoueus in campo Vocladenſi, decimo ab vrbe Pictauorum milliari, Alaricum Viſegothorum Regem in Gallia & Hiſpania dominantem vincit, & ſua manu interficit. Exinde victoriam proſecutus, quidquid Gothici regni trans Ligerim Rhodanumque fluuios erat, cum Toloſa, regno Francorum adiecit. At reliqua prima Narbonenſis prouincia in Gothorum ditione manſit: indeque vocari cœpta eſt Gothia. *Amalaricus* enim, Alarico patre mortuo, in Hiſpaniam fugiens, hanc cum illa Galliæ parte in ſua poteſtate retinuit, & ad poſteros tranſmiſit. *Theodericus* Italiæ Rex quæ cis Rhodanum erant, hoc eſt, Narbonenſem ſecundam & Alpes maritimas occupauit. Hanc Alarici necem æræ 545. hoc eſt, anno Chriſti 507. Iſidorus in chron. adſcribit. Quo etiam anno *Giſelicus*, Alarici ex concubina filius, regnum occupare conatus, à Theoderico pulſus eſt. Idem Theodericus, Amalarici nepotis ſui tutela ſuſcepta, annis 15 Hiſpaniam, cæteraſque Viſegothicas ditiones per præfectos ſuos adminiſtrauit; vt Iſidorus refert.

Gothorum ſeu Viſegothorum in Gallia & Hiſpania Reges.

Theudericus obijt 451.	Thoriſmundus 453.		
	Theudericus II. ob. 466.		Amalaricus in Hiſp. 507.
	Euricus ob. 484.	Alaricus 507. à Clodoueo cæſus.	Giſelicus nothus.

508 1261 *Coſſ.* { Celer in *Oriente.* Venantius iunior *in Occidente.*

Anaſtaſius Imp. cognitis rebus à Clodoueo geſtis, codicillos Conſulatus ad eum miſit; qui in S. Martini baſilica Turonenſi, tunica blattea & chlamyde indutus, vertici diadema impoſuit. Pariſios poſteà veniens, ibi ſedem regni conſtituit. *Greg. Turon. l. 2. c. 38. & Aimoinus.*

Theodericus Oſtrogothorum Rex, conſcripto exercitu, Hibbam Comitem in Gallias, Francorum deprædationibus confuſas, mittit, qui XXX. Francorum millia in prælio occidit: vt Iornandes narrat, & Caſſiodorus in chron. ſubindicat. Seuerinus Agaunenſis Abbas floret, qui Clodoueum Regem anno 508. à graui apud Lutetiam morbo recreauit.

Coſſ.

Coſs. { Opportunus ſolus *Marcellino,* Importuuus *Caſſiodoro.* 1262 509

Clodoueus Francorum Rex in propinquos ſuos, Chararicum, Sigebertum Coloniæ Agrippinæ & Ragnacharium Camaraci regnantem ſæuit, eorumq́ue ditiones occupat.

Coſ. { Boëtius V. C. ſolus. 1263 510

Hic eſt ille Manlius Torqnatus Seuerinus Boëtius, ſapientia, eloquentia, pietate, martyrio illuſtris, qni de Conſolatione Philoſophiæ, de Trinitate, & alia ſcripſit; à Sidonio & Procopio eximiè laudatus, ac demum à Theoderico Oſtrogothorum in Italia Rege, vnà cum Symmacho ſocero ſno, anno 526. interfectus.

Felix *Occidentis*, & Secundinus *Orientis.* 1264 511

Felice Conſule, Clodouei Francornm Regis euocatione *Aurelianenſe* I. concilium VI. Idus Iulij celebratur: cui ſubſcripſerunt Cyprianus Burdigalenſis, Tetradius Bituricus, Licinius Turonicus, Leontius Eluſanus, Gildaredus Rotomagenſis, Metropolitani; Petrus Santonicus, Chronopius Petrocoricus, Boëtius Cadurcinus, Quintianus Rutenicus, Eufraſius Aruernicus, Sextilius Vaſaticus, Nicetius Auſcienſis, Lupicinus Ecoleſimenſis, Adelfius Ratiatenſis ſeu Pictauenſis, Heraclius Pariſiacus, Principius Cenomannicus, Lupus Sueſſionicus, Nepus Abrincatiuus, Epiphanius Namneticus, Euſtochius Andegauinus, Camillianus Tricaſſinus, Lithareduſ Oximenſis ſeu Sagienſis, Modeſtus Veneticus, Melanius Redonicus, Edibius Ambianenſis, Sofronius Veromanduenſis ſeu Nouiomagenſis, Maurusio Ebroicinus, Leontianus Briouerenſis ſeu Conſtantienſis, Liuanius Siluanectenſis, Euſebius Aurelianenſis, Theodoſius Autiſiodorenſis, Auentinus Dunenſis ſeu Carnotenſis, Epiſcopi. S. Genouefam virginem, Pariſienſium patronam, eo anno, quo prima Synodus Aurelianis eſt habita, obiiſſe tradit Sigebertus: alij aliter. Alaricus, Alarici Viſegothorum Regis filius, Clotildem Clodouei filiam ducit.

Clodoueus Francorum Rex cognomento Magnus anno regni 30. moritur: cuius regnum ex æquo inter ſe, vt moris tunc erat, quattuor eius filij mox recenſendi diuiſerunt.

Francorum Reges Merouingi.

CLODOVEVS Magnus Childerici F. Merouei N. Francici regni fines adhuc anguſtos nec ſtatos, deuictis Romanis, ſubactis Alemannis, Gothis profligatis dilatauit, ſedemq́ue Pariſiis conſtituit. Poſt eius mortem, quattuor filij, diuiſo regno, diuerſis in locis regnarunt; *Theodericus* ex concubina natus Metis in Auſtraſia, *Clodemirus* Aurelianis, *Childebertus* Pariſiis, & *Clotarius* Sueſſione. Theodericus Thoringiam regno Francorum adiecit & Theodebertum genuit: Theodebertus verò Theobaldũ ſine liberis defunctum procreauit. Childebertus & Clotarius Burgundiam & cum Theudeberto ſeu Theodeberto Prouinciam acquiſiuerunt. Clodemiro mortuo tres fratres, Theodericus, Childebertus & Clotarius ſucceſſerunt.

CLOTARIVS Clodouei F. omnibus fratribus ſuperſtes totius regni monarchia potitus eſt, quam inter ſe iterum quattuor eius filij diuiſerunt; *Charibertus* Pariſiorum, *Guntramnus* Burgundiæ, *Chilpericus* Sueſſionis, *Sigebertus* Auſtraſiæ, Reges. Chariberti mortui regnum fratres inter ſe partiti ſunt. Guntramnus regni ſui heredem inſtituit Childebertum, Sigeberti fratris filium.

SIGEBERTVS Clotarij F. Clodouei N. Auſtraſiæ Rex anno 569. duxit

Anni vulgares Christi. | Anni V. C. Varroniani.

duxit Brunechildem, & anno 575. moriens filium reliquit *Childebertum* Auſtraſiæ & Burgundiæ Regem, Childebertus *Theodericum* Burgundiæ, & *Theodebertum* Auſtraſiæ, Reges. Theodericus fratrem ſuum Theodebertum anno 612. apud Tullum vicit, & Coloniam Agrippinam vſque fugauit, quam & cepit. Idem Theodericus an. 613. Metis profluuio ventris extinctus filium reliquit Sigebertum, qui illo ipſo anno cum auia ſua Brunechilde periit.

Sigeberto iuniore iam memorato ſine liberis mortuo, *Clotarius II.* Chilperici Sueſſionum Regis filius, Clotarij I. nepos, integram monarchiam Francorum an. 614. eſt adeptus. Is genuit *Dagobertum I.* & *Charibertum* Toloſæ & Aquitaniæ pro parte Regem. DAGOBERTVS I. poſt mortem fratris ſolus regnum tenuit, & ex Gomatrude genuit *Clodoueum II. & S. Sigebertum*, Auſtraſiæ Regem, Dagoberti à Grimoaldo tonſi patrem.

Clodoueus II. ex S. Bathilde genuit *Clotarium* III. Corbeiæ Gallicæ fundatorem, *Childericum* II. Auſtraſiæ Regem, Chilperici patrem, & *Theodericum*. THEODERICVS Clodouei II. F. Francorum Rex in Atrebatenſi S. Vedaſti monaſterio conditus, ex Doda coniuge ſuſtulit *Clodoueum* III. ſine liberis an. 694. defunctum, & *Childebertum* II.

CHILDEBERTVS II. Rex an. 711. moriens filios tres reliquit, *Dagobertum* II. *Chilpericum Danielem* & *Clotarium*. Dagoberti II. filius THEODERICVS II. Francorum Rex genuit *Childericum* III. Regem anno 750. aut 752. tonum: in quo ſtirps maſcula Merouingorum defecit. Merouingorum porrò ſtemma, in Tabulam genealogicam redactum, Lector in noſtra Notitia eccleſiarum Belgij cap. 3. reperiet.

512 | 1265 | *Coſſ.* Paulus & Muſchianus.

Herulorum gens in terra Romanorum, iuſſu Anaſtaſij Cæſaris, introducitur. Dani cum Rege ſuo Chochilaico Theoderici regnum infeſtant. Sed per eius filium Theodebertum interfecto Rege, claſſis illorum deiecta eſt. *Greg. Turon. l. 3. c. 3.*

513 | 1266 | Clementinus *Orientis* & Probus *Occidentis.*

S. Sabbas, vt oppreſſæ tributorum magnitudine Palæſtinæ ſuccurreret, ad Anaſtaſium Imp. iterum profectus, benignè ab eo excipitur.

514 | 1267 | *Coſ.* Senator V. C. ſolus.

Is eſt M. Aurelius Caſſiodorus, ex Theoderici Italiæ Regis Cancellario, Senatore Rauennate ac Conſule Romano poſteà monachus & Abbas: cuius ingenij monumenta omnium eruditorum manibus teruntur. S. Ægidius Abbas in Gallia Narbonenſi floret: cuius libellus Symmacho Papæ, pro priuilegijs Eccleſiæ Arelatenſis conſeruandis, hoc anno oblatus exſtat apud Sirmondum to. 1. Conc. Galliæ. Idem Symmachus Papa hoc ipſo anno XIV. Kal. Auguſti obiit: cui poſt dies ſeptem *Hormiſda* Campanus eſt ſuffectus. Et ſic ſublato ſchiſmate, optata Romanæ Eccleſiæ concordia, Caſſiodoro Conſule, rediit; vt ipſe in chronico loquitur.

515 | 1268 | Anthemius *Orientis* & Florentius *Occidentis.*

Theodericus Italiæ Rex filiam ſuam Amalaſuintam Eutharico in coniugem tradit. *Caſſiod.* Ariadna Auguſta, 60. annis in palatio exactis, moritur. *Marcell.*

516 | 1269 | *Coſ.* Petrus V. C. ſolus *Occidentis.*

Clodouei filij, hortatu Crothildis matris, Sigiſmundo Burgundiæ Regi, eiuſque fratri Gundemaro bellum indicunt. Clodemirus, fugato

fugato Gundemaro, Sigiſmundum victum abducit; quem in vrbe Aurelianenſi cum vxore & liberis cuſtodiri iuſſit. *Greg. Turon. l. 3. c. 6.*

Coſſ. { Anaſtaſius Auguſtus IV. *in Oriente.* / Agapitus *in Occidente.* 1270 517

Epaonenſe (Bucherio Agaunenſe) concilium celebratur: cui ſubſcripſerunt S. Auitus Viennenſis, Viuentiolus Lugdunenſis, Siluester Cabillonenſis, Gemellus Vaſenſis, Apollinaris Valentinus, Valerius Segeſtericus, Victurius Gratianopolitanus, S. Claudius Veſontionenſis, Gregorius Lingonenſis, Pragmatius Auguſtodunenſis, Conſtantius Octodorenſis, Catulinus Ebredunenſis, Sanctus Darantaſienſis, Maximus Genauenſis, Bubulcus Vindoniſſenſis, Sæculatius Deenſis, Iulianus Carpentoratenſis, Conſtantius Vappincenſis, Florentius Arauſicus, Florentius Tricaſtinus, Philagrius Cabellicus, Venantius Albenſis, Prætextatus Aptenſis, Tauricianus Neuernenſis. Epiſcopi. Clodemirus Aurelianenſiũ Rex Clodouei F. *Sigiſmundum* Burgundiæ Regem (nequicquam deterrente S. Auito Micianenſi Abbate), apud Columnam Aurelianenſis vrbis vicum, cum vxore & liberis in puteum iactari præcepit. Sigiſmundus poſt obitum miraculis claruit, & inter Sanctos relatus eſt. Inde cum Theoderico fratre contra Burgundos profectus Clodemirus, primo conflictu victor, dum in hoſtes acriùs longiuſque effertur, occiſus eſt. Eius vxorem Guntheucam Clotarius duxit: filios verò tres, in his S. Clodoaldum, Clotildis ſecum habuit. *Greg. Turon. l. 3. c. 6. Agathias l. 1.*

Magnus *Orientis* & Florentius *Occidentis.* 1271 518

Anaſtaſius Imp. anno ætatis 88. fulmine, vt plerique produnt, ictus periit. IVSTINVS genere Thrax, obſcuris maioribus natus, ſed religione ac pietate præſtans, ætate iam prouectus eodem anno ſucceſſit. Eius vxor Lupicina, mutato nomine, *Euphemia* eſt vocata; cùm maritus illam hoc ipſo anno coronari iuſſiſſet, Euagrium, Marcellinum, Theophanem, Cedrenum & Zonaram conſule. Procopius in Hiſtoria Arcana ſeu Suppreſſa (quam Nic. Alemannus Romæ 1623. primus publicauit) tradit Iuſtinum adeò rudem litterarum fuiſſe, vt ne ſuum quidem nomen poſſet ſcribere. Quare quod de Iuſtiniano apud Suidam legitur, id de Iuſtino capiendum eſſe, non de Iuſtiniano, cenſet Alemannus: hunc enim doctiſſimum fuiſſe, idem Alemannus multis probat.

Coſſ. { Iuſtinus Auguſtus. / Fl. Eutharicus Cillica. 1272 519

In his Conſulibus Caſſiodori Chronicon deſinit. Horum alter Eutharicus Cillica, Theoderici Italiæ Regis gener, Conſulatum magnificentiſſimè edidit (vt Caſſiodorus in chron. loquitur) hoc eſt, variis ſpectaculis ac largitionibus celebrem reddidit. Herminefredus Thoringorum Rex Bertarium fratrem ſuum regni collegam interfecit, cuius filia fuit S. Radegundis. Deinde Almabergæ vxoris inſtinctu Badericum alterum fratrem, adſcito in belli partem Theoderico Clodouei filio, profligauit. *Greg. Turon. l. 3. c. 4.*

Vitalianus *Occidentis* & Ruſticus *Orientis.* 1273 520

Vitalianus Conſul, ſeptimo menſe Conſulatus ſui, 16. vulneribus confoſſus, cum Celeriano & Paulo ſatellitibus ſuis, interemptus eſt. *Marcell.*

Coſſ. < Iuſtinianus *poſteà Imp.* & Fl. Valerius. 1274 521

Conſulatum hunc ſuum Iuſtinianus famoſiſſimum magnificentia ſua reddidit. Nam 288. ſolidorum millia in populum & ſpectaculorum apparatum inſumpſit, leones 20. pardos 30. (exceptis alijs feris) in Amphitheatro ſimul exhibuit. Numeroſos prætereà phaleratoſque in circo caballos donatis quoque impertiuit aurigis: vna dumtaxat vltimaque mappa inſanienti populo denegata. *Marcell.*
S. Brigida Scota virgo moritur; vt Marianus Scotus tradit.

522 1275 *Coſs.* { Symmachus & Boëtius, *ſocer & gener.*

Hic Symmachus, vir Chriſtianiſſimus, à Theoderico Italiæ Rege, cum Boëtio genero ſuo, anno 526. cæſus, nihil ſcripſit: eſtque alius à Symmacho Oratore ac Romanæ Vrbis Præfecto, Chriſtianorum hoſte, contra quem S. Ambroſius ſcripſit. Thraſamundus Vandalorum Rex in Africa moritur: cui ſucceſſit *Hildericus*, Hunerici F. ex Valentiniani Imp. filia natus. Is Catholicis eccleſias reſtituit, & Epiſcopos orthodoxos reuocari iuſſit, & inter alios S. Fulgentium Ruſpenſem. Tunc item Bonifacius creatus eſt Carthaginienſis Epiſcopus. *Iſid. in chron.*

523 1276 *Coſ.* < Maximus ſolus.

Hormiſdæ Papæ defuncto *Ioannes* Etruſcus ſubrogatur. Iuſtinus Imp. Manichæos capite plecti iuſſit, ex iiſque plurimos occidit, *L. 12. de Heret. & Manich.* Clotarius Clodouei filius anno regni ſui XII. Bodanenſe monaſterium (*Boſcodon*) fundat: cuius loci primus Abbas fuit S. Marius, ab Adone in Martyrologio 27. Ian. laudatus, cuius vitam Dynamius Patricius ſcripſit. Saracenis porrò circa annũ 736. Narbonenſem prouinciam vaſtantibus, eius oſſa inde ad Forum Elucocorũ, vulgò Fulcerium (*Folcarquier*) ſunt tranſlata, vbi hodieque adſeruantur à Canonicorum collegio, quod eſt concathedrale (vt loquuntur) cum Siſtaricenſi in Prouincia. Errant autem qui hunc S. Marium nuncupant Maurum.

524 1277 Iuſtinus Auguſtus II. & Fl. Opilio.

Anazaribus, Ciliciæ ſecundæ metropolis, terræ motu ſubuertitur. Hanc Iuſtinus Imper. inſtaurauit, & Iuſtinopolim nominauit. *Arelatenſe* concilium quartum Sirmondo, tertium Binio & aliis, Opilione Conſule celebratur: cui ſubſcripſerunt Cæſarius, Contumelioſus, Philagrius, Prætextatus, Maximus, Iulianus, Florentius, item alter Florentius, Cyprianus, Montanus, Cæleſtinus, Porcianus, Eucherius, Epiſcopi.

Circa hunc annum S. Remigius Remorum Archiepiſcopus ſcripſit epiſtolam ad Falconem Epiſcopum Tungrenſem, qua illum arguit, quòd in Moſomagenſi eccleſia (nunc *Mouſon* ad Moſam) iuriſdictionem ſibi aduersùs Remenſis eccleſiæ iura vſurparit. Extat ea epiſtola to. 1. Conc. Galliæ apud Sirmondum.

525 1278 Philoxenus & Probus iunior.

Ioannes Romanus Pontifex Conſtantinopolim veniens, ab Anaſtaſio Imp. miro honore ſuſceptus eſt. Pontifex dexter dextrum eccleſiæ ſolium inſedit. *Marcell.* Anaſtaſius autem primus Imperatorum omnium à Pontifice Romano coronam & cetera Imperij inſignia accepit. Dionyſius Exiguus Abbas Romanus, Probo Conſule, Indictione III. Cyclum ſuum Paſchalem contexuit: omiſſoque profano annorum calculo, numerare cœpit à Chriſti incarnatione. Quæ æra ſeu epocha à Dionyſio primùm inuenta, paulatim ab vniuerſo orbe Chriſtiano, idque potiſſimùm ſub annum 750. in vſum recepta

eſt

Anni V. C. Varroniani. | Anni vulgares Chriſti.

eſt. Nam anteà ſolis Conſulum, Imperatorum, aut Regum Franciæ annis omnia ſignabantur. Idem Dionyſius Canones ſacros ex Conciliorum decretis vnum in corpus primus collegit: quem poſteà Martinus Bracarenſis, Creſconius & alij ſunt æmulati.

Olybrius iunior ſolus. 1279 526

Ioannes Papa Conſtantinopoli in Italiam reuerſus, à Theoderico Rege in vincula coniicitur: vbi confectus ærumnis, 27. Maij Rauennæ hoc anno obiit. Quo anno & in *Boëtium* ac *Symmachum*, falsò ad ſe delatos, idem Theodericus gladio ſæuiit. Peracto hoc ſcelere, cænanti ipſi cùm caput piſcis miræ magnitudinis appoſitum eſſet, viſus eſt in eo ſibi Symmachi caput intueri. Quo portento territus, breui pòſt hoc ipſo anno periit. Auo ſuo Theoderico in regno Italiæ ſucceſſit *Athalaricus*, annos 8. natus, cum matre Amalaſuntha, Theoderici filia. Ioanni autem Papæ Felix ſucceſſit. Proſper ex Manichæo conuerſus priſtinos Manichæorum mores deteſtatur, edita fidei Catholicæ profeſſione, quæ apud Sirmondum in Conciliis Gallicanis exſtat.

Coſ. Mauortius ſolus. 1280 527

Hoc Conſule Carpentoratenſe concilium celebratur. Iuſtinus Imp. IVSTINIANVM ſororis ſuæ filium, eodem Conſule, Kalendis Aprilis Imperatorem creat, & quarto pòſt menſe, ætatis 77. anno, ex vulnere moritur. Iuſtinianus itaque à Kalendis Auguſti ſolus imperare cœpit.

Iuſtiniani Imp. ſtemma.

- N.
  - Iuſtinus I. Imp. obiit 527.
  - Bigleniza vxor Sabatij.
    - Iuſtinianus Imp. duxit Theodoram, obiit 565.
      - N. filia anonyma.
        - Anaſtaſius duxit Ioanninam F. Beliſarij.
    - Vigilantia vxor Dulciſſimi.
      - Iuſtinus II. Imp. dux Sophiam neptem Theodoræ.
        - Iuſtus ſine lib.
        - Arraba vxor Baduarij.
          - Helena.
      - Badurius.
      - Marcellus.
      - Proiecta.
    - N. anonymus, Iuſtiniani frater.
      - Boraides.
        - N. filia.
      - Iuſtus.
      - Germanus d. Paſſaram, a. Mathaſuentham.
        - Ex 1.
        - Iuſtinus Conſul.
        - Iuſtinianus.
        - Iuſtina vxor Ioannis, qui fuit Vitaliani Coſ. nepos.
        - Ex. 2.
        - Germanus Imp. duxit Charitonam.

Iuſtinus II. Imperator Tiberium, pòſt Imperatorem, adoptauit in filium. Tiberius ex Anaſtaſia genuit *Charitonam*, Germano Imperatori nuptam, & *Conſtantinam* ſeu Conſtantiam, Mauritio Imperatori deſponſam.

An. vulgares Christi. | Anni V.C. Varroniani.

Ceterùm Iuſtinianus varijs fuit moribus, atque ex virtutibus vitiiſque temperatus. Nam & acres ad pietatem ac religionem impetus habuit (quod plurimis edictis teſtatum reliquit, quibus Catholicæ fidei & Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſuluit) & idem poſtremò in Eutychianum errorem impegit; in omni vita auarus, rapax ac perfidus. Ita Procopius tradit in opere illo quod Anecdoton (quaſi ſuppreſſum dixetis) inſcribitur: eò quòd viuente Iuſtiniano id in vulgus non fuerit auſus edere. Primus autem illud ex Vaticana bibliotheca Nicolaus Alemannus eruit, & typis excudendum curauit. In quo opere de Iuſtiniano, deque Theodora eius coniuge (non Iuſtini, vt Theophanes putauit) quædam ſtupenda, nec vulgò nota aut credita narrantur. De Theodora certè omnes tradunt, impotentem, auaram, libidinoſam & hæreticam fuiſſe feminam: cui plus æquo addictus Iuſtinianus, multa in Eccleſiam & Rempublicam commiſit.

528 | 1281 Iuſtinianus Aug. ſolus II.

Clodemirus Aurelianorum Rex aduerſùs Godemarum Regem Burgundionum expeditionem ſuſcipit; Theoderico Metenſium Rege in auxilium aduocato. Antequam proficiſceretur, *Sigiſmundum* Godemari fratrem, quem in carcerem coniecerat, apud Columnam Aurelianenſis opidi vicum, cum vxore ac liberis, in puteum demerſit: qui miraculis clarus poſteà inter Sanctos eſt relatus. Clodemirus autem, dum victis hoſtibus in confertum globum audaciùs infertur, conto tranſfixus occubuit, relictis tribus filiis, Theodoualdo, Gunthario & Clodoualdo. Clotarius exinde Guntheucam, Clodemiri fratris ſui viduam duxit eiuſque regnum cum fratribus ſuis partitus eſt. *Greg. Turon. l. 3. c. 6.*

529 | 1282 *Coſ.* < Decius iunior ſolus *in Occidente.*

S. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus Kal. Ianuarij moritur: cuius diſcipulus Ferrandus hoc tempore ſcriptis claruit. Iuſtinianeus Codex XVI. Kal. Maij promulgatus eſt hoc anno, iuxta quoſdam. Beliſarius à Iuſtiniano Imp. ad bellum Perſicum mittitur, quod hic in gentis Lazicæ (ij ſunt Colchi) gratiam ſuſceperat; vt Procopius narrat. Decio iuniore Conſule Arauſicanum II. concilium V. Nonas Iulias celebratur, cui Cæſarius Arelatenſis præfuit. In eo concilio contra Pelagium & eius reliquias Chriſti gratia eſt commendata. Eodem anno Vaſenſe II. concilium eſt habitum. Theodericus Rex Auſtraſiæ contra Thoringos pugnat, & S. Radegundem abducit captiuam. *Turon. l. 3 c 7.*

530 | 1283 Lampadius & Oreſtes.

Narſes & Aratius fratres, Perſæ nobiles, ad Romanos cum matre ſua deficiunt, Iuſtiniani Imp. anno quarto. Hic ille Narſes eunuchus fuit, qui in Italia Iuſtiniano Imp. ſtrenuam poſteà operam in bello nauauit.

531 | 1284 Poſt Conſulatum Lampadij & Oreſtis.

His Coſſ. Codicem Iuſtinianeum promulgatum fuiſſe Marcellinus in chron. tradit. Bonifacius Papa moritur: ſuccedit Ioannes cognomento Mercurius. Amalaricus Viſegothorum in Hiſpania Rex, profeſſione Arianus, dum vxorem ſuam Clotildem, Clodonei Francorum Regis filiam, indignis modis vexat, ab huius fratre Childeberto Francorum Rege bello impetitur, & captus occiditur. Childebertus cum ingenti præda in Galliam reuertitur, abducta ſorore

ſua

ſua, quæ in itinere decedens Pariſiis eſt ſepulta: vt Greg. Turon. l. 3. c. 10. narrat. Sed Iſidorus in chron. ſcribit Amalaricum prælio ſuperatum Narbone in foro iugulatum fuiſſe. Amalarico *Theudis* ſeu Theudas ſucceſſit. S. Sabbas anno ætatis 92. moritur; vt Cyrillus in eius in vita narrat.

Poſt Conſulatum Lampadij & Oreſtis II. 1285 532

Conſtantinopoli magna aduerſùs Iuſtinianum Imp. menſe Ianuario commouetur ſeditio; cui à teſſera populari *Nica* nomen eſt inditum. Per hanc Hypatius Patricius acclamatus eſt Imperator, cum Pompeio & Probo conſobrinis, qui omnes Anaſtaſij Imp. nepotes erant. Iuſtinianus Beliſarij & Narſetis opera factioſos mox repreſſit & multa ex ijs millia occidit. Clotarius & Childebertus Francorum Reges Burgundiam totam, Godemaro Rege fugato, in ſuam poteſtatem redigunt. *Greg. Turon. l.* 4. c. 11. Clotarius Clodemiri fratris ſui filios duos Theudoualdum & Guntharium manu ſua iugulauit: quorũ alter 10. alter 7. annos natus erat. Clodoualdus illorum tertius crudelitati fuga ſe ſubducens, clericus poſteà factus ſanctè vixit & obiit Nouigenti, quod opidum à Lutetia Pariſiorum quarto milliari diſtat, ab eoque nomen accepit, *S. Clou* vulgò nuncupatum. *Greg. Turon. l.* 3. c. 18.

Iuſtinianus Auguſtus III. 1286 533

al. P. C. Lampadij & Oreſtis III.

Aurelianenſe II. concilium, Childeberti fratrumque Regum hortatu, IX. Kal. Iulias celebratur: cui ſubſcripſerunt Honoratus Bituricenſis, Leontius Aurelianenſis, Aſpaſius Eluſenſis, Eleutherius Autiſiodorenſis, Chronopius Petrocoricenſis, Iniurioſus Turonenſis, Lupicinus Ecoliſmenſis, Flauius Rotomagenſis, Agrippinus Æduorum, Ætherius Carnotenſis, Eumerius Namnetenſis, Amelius Pariſienſis, Suſtratius Carduceuſis, Perpetuus Abrincatenſis, Præſidius Conuenarum, Paſſiuus Sagienſis, Proculeianus Auſcienſis, Iulianus Viennenſis, Lauto Conſtantienſis, & per legatos Leo Senonenſis, Adelfius Ratiatenſis ſeu Pictanienſis, & Gallus Aruernenſis, Epiſcopi.

Coſ. Iuſtinianus Aug. IV. & Paulinus. 1287 534

Theodericus Clodouei filius, Auſtraſiæ ſeu Metenſium Rex anno 23. regni ſui moritur: ſuccedit filius eius *Theodobertus*, quem anno ſui regni 14. obiiſſe Turonenſis l. 3. c. 23. ſcribit. Idem ex Caſſiodori epiſt. 1. lib. 11. colligitur. Vandalicum bellum in Africa anno ſuperiore incohatum, hoc anno à Beliſario eſt terminatum. Gilimer occiſo Hilderico, Hunerici & Eudoxiæ Valentiniano III. genitæ filio, Vandalis imperabat. Beliſarius Carthaginem ſub finem illius anni cepit. Sequente autem anno Gilimerem, quem tota hieme obſederat, in poteſtatem redegit, & Conſtantinopolim ad Iuſtinianum adduxit, quarto eius Conſulatu; repræſentata veterum triumphorum ſpecie. Quorum quidem ritu & apparatu (niſi quòd pedes ambulabat) captiuis ante ſe traductis, in his & ipſo Gilimere, ad Iuſtinianum in Hippodromum perrexit; cùm Gilimer identidem exclamaret, *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.*

Amalaricus Oſtrogothorum in Italia Rex octauo regni ſui anno moritur. Amalaſuntha ſuprà an. 526. memorata, Oſtrogothos verita, regnum hoc anno in *Theodatum* tranſtulit, Amalaphridæ Theoderici ſororis filium. Qui præter ſpem euectus homo pecuniæ appetens & ignauus, bene de ſe meritam feminam occidit. Id agente

Theodora Iuſtiniani coniuge perpetratum eſſe, teſtis eſt Procopius: cùm ne Iuſtinianus eam ſibi anteferret, illa vereretur. Theodatus verò, ad conciliandos ſibi Francos, eam Galliæ partem, quam Oſtrogothi hactenus tenuerant, ipſis ceſſit, idque Vitiges poſteà Rex ratum habuit, deductis inde Oſtrogothorum præſidiis; vt idem Procopius ſcribit. Marcellini Comitis Illyriciani Chronicon hîc deſinit. Appendix, quæ vſque ad annum Chriſti 566. ſubnectitur, eſt alterius, ſed perantiqui ſcriptoris.

535 | 1288 | *Coſ.* { Beliſarius ſolus: *al.* P. C. Paulini iunioris.

Hoc anno Conſulem habuit Oriens Beliſarium: at in Occidente, propter bella Italiæ, quia nullus eſt Conſul renuntiatus, annum appellarunt, Poſt Conſulatum Paulini iunioris. Iuſtinianus Imp. Amalaſunthæ nece offenſus, hoc anno Indictione XIII. Beliſarium cum exercitu ad recuperandam Italiam miſit; bellandi initio à Sicilia facto, quam hoc eodem anno occupauit, Syracuſas vltimo ſui Conſulatus die ingreſſus. Agapitus Romanus Pontifex à Theodato Oſtrogothorum Rege Conſtantinopolim legatus mittitur. *Marcell.* Arvernense concilium, Theodeberti Regis hortatu, VI. Idus Nouembris, anno primo poſt Conſulatum Paulini iunioris celebratur: cui interfuerunt Honoratus Bituricenſis, Gallus Aruernenſis, Gregorius Lingonicenſis, Hilarius Gabalitanus, Ruricius Lemouicenſis, Flauius Remenſis, Nicetius Treuerenſis, Deuterius Luteuenſis, Dalmatius Rutenenſis, Lupus Catalaunicenſis, Domitianus Tungrenſis, Venantius Viuarienſis, Heſperius aliàs Sperius Metenſis, Deſideratus Verodunenſis, Gramatius Vindoniſſenſis, Epiſcopi. Ex his *S. Donatianus* non Colonienſis, ſed eccleſiæ Tungrorum Epiſcopus fuit; vt in mſ. codice Pithæano legi teſtatur Sirmondus. Quieſcit is in opido Huienſi ad Moſam, cuius eſt patronus, & anniuerſario ritu 7. Maij colitur. At verò quoniam *Flauius* Remorum Epiſcopus huic Aruernenſi concilio ſubſcripſit, hinc colligi datur *S. Remigium* ante annum 535. ad cælum tranſiiſſe. Idem porrò Remigius in epiſtola quam ad Epiſcopos tres ſcripſit (quæ tomo 1. Concil. Gallic. exſtat, anno Chriſti 523. data) teſtatur ſe iam annis 53. Epiſcopatum geſſiſſe. Anno autem Chriſti circiter 471. ſedem illam adiit, annos 22. tunc natus. Errant itaque Hincmarus & Flodoardus, qui ipſum annos 74. ſediſſe, & annos 96. vixiſſe ſcribunt. Teſtamentum porrò S. Remigij, à Vedaſto Atrebatenſi, Medardo Nouiomagenſi, Genebaudo Laudunenſi & aliis Epiſcopis ſignatum, extat apud Flodoardum in Hiſt. Remenſi & Briſſonium: ſed deeſt nomen Conſulis ſub quo ſcriptum eſt.

536 | 1289 | Poſt Conſulatum Beliſarij I. & Paulini II.

Vitiges ab Oſtrogothis Rex Italiæ creatus Theodatum occidit, & promiſſam ab eo Prouinciam Francorum Regibus Childeberto, Theodeberto & Clotario ceſſit. Idem Roma digreſſus, cùm Rauennam veniſſet, Mateſuentham Theoderici neptem ſibi ſociam in regno copulauit. Beliſarius Romam capit, pulſis inde Oſtrogothis. *Marcell.*

537 | 1290 | Poſt Conſulatum Beliſarij II. & Paulini III.

S. Vedaſtus Atrebatenſis Epiſcopus circa hunc annum obiit: cui ſucceſſit Dominicus.

{ Ioannes Conſul *in Oriente.*

538 | 1291 | *al.* Poſt Conſulatum Paulini IV.

Viti-

Vitiges, relicta obſidione vrbis Romæ, fugit Rauennam. Belliſarius Vrbinum & alia illius tractus opida occupat: vt in Marcellini Appendice legitur.

Avrelianense III. concilium, Nonis Maij, quarto poſt Conſulatum Paulini iunioris anno habetur: cui interfuerunt Lupus Lugdunenſis, Pantaguthus Viennenſis, Leo Senonenſis, Arcadius Bituricenſis, Flauius Rotomagenſis, Placidus Matiſcenſis, Ætherius Carnotenſis, Agrippinus Æduorum, Leucadius Baiocaſſinenſis, Amelius Pariſienſis, Vrſulus Gratianopolitanus, Eleutherius Autiſiodorenſis, Lauto Conſtantienſis, Paſſiuus Sagienſis, Theodobaudis Lexonienſis, Licinius Ebroicenſis, Albinus Andegauenſis, Ruſticus Neuernenſis, Antoninus Aurelianenſis; & per vicarios Iniurioſus Turonicus, Gregorius Lingonicus, Agricola Cabillonenſis, Gallus Aruernenſis, Eumerius Namnetenſis, Perpetuus Abrincatenſis, Suſtratius Cadurcenſis, Epiſcopi. Vigilius Papa ad S. Cæſarium Arelatenſem (qui an. 506. Agathenſi concilio ſubſcripſit) epiſtolam hoc anno ſcripſit, quæ apud Sirmondum in Conc. Gallicanis exſtat.

Appio Conſul, *al.* P. C. Paulini V. 1292 | 539

Hoc anno S. Benedictum monachorum in Occidente patriarcham, obiiſſe cenſet Bucherius. Hac de re Petauius in Rationario temporum l. 8. c. 7. fusè diſputat. Theudebertus Francorum Rex, Liguria, & Æmilia vaſtata, Genuam deprædatur. Exercitu ſuo dehinc morbo laborante, in Galliam reuertitur. *Marcellini Appendix.*

Iuſtinus iunior, *al.* P. C. Paulini VI. 1293 | 540

Beliſarius Rauennam occupat, Vitigem Oſtrogothorum Regem, Reginam, Gothoſque nobiliores captiuos Conſtantinopolim ad Iuſtinianum Imp. deducit. Quod audientes Oſtrogothi trans Padum reſidentes, duce Oraio, Vitigis nepote, *Theudebaldum* ſibi Regem conſtituunt: vt in Appendice ad Marcellini chronicon legitur.

Coſ. Baſilius iunior V. C. ſolus. 1294 | 541

Hic fuit ordinariorum Conſulum in Occidente poſtremus: ideoque annos deinceps ſequentes, quotusquiſque eſſet poſt Conſulatum Baſilij, computarunt. Childeberto Francorum Rege agente, Avrelianense IV. concilium, Baſilio Conſule, celebratur: cui ſubſcripſerunt Leontius Burdigalenſis, Aſpaſius Eluſanus, Flauius Rotomagenſis, Iniurioſus Turonicus, Archiepiſcopi; Cyprianus Tolonenſis, Ruricius Lemonicus, Prætextatus Aptenſis, Placidus Matiſcenſis, Gallicanus Ebredunenſis, Maximus Aquenſis, Eutherius Antipolitanus, Ætherius Carnotenſis, Rufus Octodorenſis, Daniel Pictauenſis, Alethius Vaſenſis, Gallus Aruernicus, Dalmatius Rutenicus, Heraclius Tricaſtinenſis, Vindemialis Arauſicus, Euanthius Gabalitanus, Agricola Cabillonenſis, Firminus Vceticus, Gramatius Vindonenſis, Auolus Segeſtericus, Iulianus Bigerricus, Paſſiuus Sagienſis, Innocentius Cenomanicus, Deuterius Vincienſis, Eleutherius Autiſiodorenſis, Simplicius Saneſienſis, Proculeianus Auſcenſis, Carterius Aquenſis, Ruſticus Niuernenſis, Clematius Carpentoratenſis, Eumerius Namnetenſis, Lucretius Deenſis, Marcus Aurelianenſis, & per vicarios Amelius Pariſienſis, N. Genauenſis, N. Santonicus, Lupicinus Ecoleſimenſis, Deſiderius Forojulienſis, Claudius Glannatenſis, Suſtratius Cadurcenſis, Leucadius Baiocaſſinus, Lauto Conſtantienſis,

Anni vulgares Christi | Anni V. C. Varroniani.

tienſis, Perpetuus Abrincatinus, Theudobaudes Lexouienſis, Epiſcopi. Ceterùm huic concilio non interfuerunt Epiſcopi quattuor prouinciarum Belgicarum, eò quòd ex Childeberto Regi non ſubeſſent. Oſtrogothi, Theudebaldo occiſo, *Araricum* Regem creant.

542 1295 Poſt Conſulatum Baſilij V. C.

Aratico Rege cæſo, Oſtrogothi *Totilam*, Theudebaldi conſobrinum, ad regnum euehunt; qui rem Gothicam in Italia collapſam reſtituit, & Padum tranſiens Fauentiam, Vrbinum, aliaſque vrbes occupauit: vt in Appendice Marcelliniana legitur, ex qua res à Totila ſequentibus annis geſtas breuiter recenſebimus.

543 1296 Poſt Conſulatum Baſilij V. C. II.

Totilas Campaniam vaſtat, & per ſuos Tibur obſidet.

544 1297 P. C. Baſilij V. C. III.

Totilas Firmum & Aſculum obſidet, & Neapolim inuadit. Ioannes, ex Conſule ordinario Patricius & Præfectus prætorio, mittitur in exilium; eiuſque domus datur Beliſario.

545 1298 P. C. Baſilij V. C. IV.

Totilas, vaſtato Piceno, diſcurrit per Tuſciam, Spoletum deſtruit, & capto Aſſiſio Peruſiam obſidet.

546 1299 P. C. Baſilij V. C. V.

Totilas, Lucania & Brutiis occupatis, Neapolim ſubuertit, & Romam obſidet.

547 1300 Poſt Conſulatum Baſilij Viri Clariſſimi VI.

Theodobertus, Theoderici filius, Metenſium ſeu Auſtraſiæ Rex moritur: ſuccedit filius eius Theodoualdus ſeu *Theodebaldus*, qui annos 7. regnauit: vt Turonenſis lib. 3. ſub finem narrat. Totilas XVI. Kal. Ianuarias Romam occupat, eiuſque muros ſubuertit, & Romanos in Campaniam captiuos abducit. Beliſarius exinde Romam veniens murorum partem inſtaurat, & Totilæ reſiſtit.

548 1301 P. C. Baſilij V. C. VII.

Theodora Iuſtiniani Imp. coniux menſe Iunio moritur; teſte Theophane. Iuſtinianus Imp. vt Francos ſibi obſtringeret, Prouinciæ poſſeſſionem ſuo decreto iis confirmat, vt Procopius lib. 3. narrat. Ex eo tempore Francorum Reges ſolidos aureos, ex Gallicanis metallis, non Romani Imperatoris effigie, vt ceteræ nationes, ſed ſua ſignarunt. Circa hoc tempus Dominico Atrebatenſi Epiſcopo defuncto ſucceſſit *Vedulfus*, qui ſedem Epiſcopalem inde Camaracum tranſtulit.

549 1302 Poſt Conſulatum Baſilij V. C. VIII.

AVRELIANENSE V. concilium celebratur; cui ſubſcripſerunt Sacerdos Lugdunenſis, Aurelianus Arelatenſis, Eſychius Viennenſis, Nicetius Teuerenſis, Deſideratus Bituricus, Aſpaſius Eluſanus, Conſtitutus Senonicus, Metropolitani; Placidus Matiſcenſis, Firminus Vceticenſis, Agricola Cabillonenſis, Vrbicus Veſontienſis, Rufus Octodorenſis, Gallus Aruernicus, Saffaracus Pariſiacus, Domitianus Tungrenſis, Eleutherius Antiſiodorenſis, Deſideratus Veredunenſis, Grammatius Vindonenſis, Tetricus Lingonicus, Nectarius Auguſtodunenſis, Euſebius Sanctonicus, Proculeianus Auſcenſis, Maximus Cadurcinus, Bebianus Agennenſis, Aptonius Ecoliſmenſis, Deuterius Vincienſis, Lauto Conſtantienſis, ſeu Brioucrenſis, Paſſiuus Sagenſis, Clematius Carpentoratenſis, Velleſius Vappincenſis, Aregius Neuernenſis, Hilarius Dinienſis, Clemen-

mentinus Aptenſis, Palladius Tolonenſis, Baſilius Glannatenſis, Auolus Aquenſis, Febediolus Redonenſis, Gallus Valentinus, Leubenus Carnotenſis, Theudebaudes Lexouienſis, Alodius Tullenſis, Licinius Ebroicenſis, Medouens Meldenſis, Liberius Aquenſis, Amelius Conuenicus, Aletius Lactorenſis, Gonotigernus Siluanectenſis, Ægidius Abrincatinus, Beatus Ambianenſis, Ambroſius Tricaſſinus, & per vicarios Antoninus Auennicus, Magnus Cemelenſis & Nicæenſis, Melanius Albenſis, Lucretius Deenſis, Pappulus Genauenſis, Leucadius Baiocenſis, Fauſtus Regienſis, Expectatus Foroiulienſis, Euſebius Antipolitanus, Prætextatus Cabellicus, Vindemialis Arauſicus, Gallicanus Ebredunenſis, Agreſtius Turonicus, Leontius Burdigalenſis, Auolus Segeſtericus, Ruricius Lemouicinus, Ambroſius Albigenſis, Theodorus Conſoranicus, Mappinius Remenſis, Gennobaudus Lugduni clauati, Albinus Andegauenſis, Epiſcopi.

Arvernense II. concilium habetur: cui Heſychius Viennenſis, Nicetius Treuerenſis, Deſideratus Bituricus, Aſpaſius Eluſenſis, Agricola Cabilonenſis, Vrbicus Veſontienſis, Rufus Octodorenſis, Baſilius Glannatenſis, Auolus Aquenſis, Hilarius Dinienſis, Epiſcopi interfuerunt.

Poſt Conſulatum Baſilij V. C. IX. 1303 550

Nicetius Treuerorum Epiſcopus Francos aliquos, ob inceſtas nuptias, excommunicarat. Quod cùm illi ægriùs ferrent, & contumelioſè in Epiſcopum agerent, indicta eſt, Theodebaldi Regis nutu, Synodus in vrbe Tullenſi circa hunc annum: ad quam inter ceteros vocatus fuit Mappinius Epiſcopus Remenſis. Victor Capuæ Epiſcopus hoc anno, Indictione XIII. ſcripſit librum de Paſchate, contra Victorij Aquitani Canonem Paſchalem: qui liber Victoris Capuani non exſtat, quòd ſciam.

Poſt Conſulatum Baſilij V. C. X. 1304 551

Mauri in Africa his temporibus per Ioannem Patricium domantur.

Poſt Conſulatum Baſilij V. C. XI. 1305 552

Circa hoc tempus, hoc eſt, circa 25. Iuſtiniani Imper. annum (vt Procopius lib. 4. de bello Gothico ſcribit) monachi quidam, ex India venientes, ſericum conficiendi rationem Conſtantinopolitanos alioſque Græcos docuerunt, ouis inde tranſlatis; cùm anteà non niſi factum ſericum mercatores ex Perſide in Græciam & Italiam adueherent.

Poſt Conſulatum Baſilij V. C. XII. 1306 553

Totilas Oſtrogothorum Rex à Narſete, Iuſtiniani Imper. duce egregio, acie vincitur: qui è prælio fugiens interemptus eſt, cùm annis XI. regnaſſet, & rem Gothicam in Italia collapſam, fuſis ſæpè Romanis, reſtituiſſet. Poſt hunc *Teias* Gothis præfuit, poſtremus illorum in Italia Rex: vt Procopius lib. 4. fuſè narrat. Clotarius Francorum Rex Saxones ad Viſurgim rebellantes magna cæde domat, & Thuringiam peruaſam deuaſtat; vt Appendicis Marcellinianæ ſcriptor teſtatur. Leutharis & Bucellinus, Theodebaldi Regis Auſtraſiæ duces, cum ſuis Francis & Alemannis in Italiam irrumpunt: qui Narſete nequidquam obſiſtente, magnam Italiæ partem Siciliamque vaſtarunt, & onuſti præda dum bifariam diuiſi domum redire cogitant, ſub autum-

num anni 555. peſte vniuerſi ferè conſumpti ſunt: vt Agathias lib. 1. refert.

Poſt ConſulatumBaſilij V. C. XIII.

554 1307 Gothorum ſeu Viſegothorum in Hiſpania ac Gallia Narbonenſi regnum poſt Agilam obtinet *Athanagildus*: cuius filia Brunechildis poſteà Sigeberto Auſtraſiæ Regi, Geleſuinta Chilperico Sueſſionum Regi nupſit. ARELATENSE V. concilium III. Kalen. Iulias celebratur: quod Sapaudus Arelatenſis, Simplicius Saneſienſis, Antoninus Auennicus, Hilarius Dinienſis, Clementinus Aptenſis, Prætextatus Cauellicus, Magnus Cemelenſis, Auolus Aquenſis, Expectatus Foroiulienſis, Matthæus Arauſicus, & per vicarium Palladius Telonenſis, Epiſcopi, ſignarunt. Theodebaldus Auſtraſiæ Rex, Theodeberti F. Theoderici N. anno 7. regni ſui moritur, eiuſque regnum *Clotarius* Clodouei Magni F. occupat: vt Agathias lib. 11. & Turonenſis l. 4. c. 9. referunt. Leutharis & Bucellinus ad fines vſque Italiæ populando perueniunt, ſed paulò pòſt pereunt. *Agath. l.* 2. Teia cæſo in prælio, Gothorum ſiue Oſtrogothorum in Italia regnum deſiit: vt Procopius in fine lib. 4. fusè narrat. Exinde Narſes eam rexit; ſed poſteà à Theodora Iuſtiniani Imperat. vxore irritatus, Langobardos in Italiam euocauit. Vigilius Papa Conſtantinopoli Romam cogitans, in Sicilia moritur; & ſuccedit Pelagius. Vigilio Papæ Arator poëta librum ſuum dicauit.

555 1308 Poſt Conſulatum Baſilij V. C. XIV.

Saxones iterùm contra Clotarium Francorum Regem rebellant; Francorum exercitum fugant & cædunt: vt in Appendice Marcellini legitur. Sub hunc annum PARISIENSE II. concilium eſt celebratum, quod ſignarunt Sapaudus Arelatenſis, Eſychius Viennenſis, Nicetius Treuerenſis, Probianus Bituricenſis, Conſtitutus Senonicus, Leontius Burdigalenſis, Placidus Matiſcenſis, Firminus Vceticus, Agricola Cabilonenſis, Tetricus Lingonenſis, Clematius Carpentoratenſis, Velleſius Vappincenſis, Lucretius Deenſis, Aridius Neuernenſis, Clementinus Aptenſis, Prætextatus Cauellicus, Medouechus Meldenſis, Leubinus Carnotenſis, Expectatus Foroiulienſis, Matthæus Arauſicus, Vincentius Belicenſis, Syagrius Gratianopolitanus, Epiſcopi.

556 1309 Poſt Conſulatum Baſilij V. C. XV.

Saxones, factione Childeberti, in Francia prædas agunt. Childebertus Remenſem Campaniam populatur; vt Marcellini continuator refert. Pelagius Papa ad Childebertum Pariſiorum Regem ſcribit, anno XV. poſt Conſulatum Baſilij.

557 1310 Poſt Conſulatum Baſilij V. C. XVI.

In Britannia Bridus Rex Pictorum efficitur: vt in Appendice ad Marcellini chronicon legitur. Pelagius Papa Sapaudo Arelatenſi Epiſcopo vices ſuas in Gallia delegat, eique vſum pallij impertitur, per epiſtolam datam III. Nonas Februarij, anno XVI. poſt Conſulatum Baſilij. Circa hoc tempus *Pariſienſe* III. concilium eſt habitum, cui ſubſcripſerunt Probianus Bituricenſis, Prætextatus Rotomagenſis, Euphronius Turonenſis, Gonothigernus Siluanectenſis, Paternus Abrincenſis, Chaletricus Carnotenſis, Domitianus, & alij Epiſcopi.

Poſt

Poſt Conſulatum Baſilij V. C. XVII. 1311 558

Turonenſis S. Martini baſilica igne crematur.

Poſt Conſulatum Baſilij V. C. XVIII. 1312 559

Childebertus Pariſienſium Rex in honorem S. Vincentij martyris Cæſarauguſtani (cuius ſtolam ao. 542. ab illius vrbis ciuibus dono acceperat) baſilicam in ſuburbano Pariſienſi ædificat: quæ eſt hodie Abbatia monachorum Benedictinorum S. Germani de pratis. Apud Aimoinum 2. c. 20. exſtat diploma Childeberti anno regni 48. hoc eſt, Chriſti 559. editum. Pelagius Papa moritur: Ioannes III. ſuccedit.

Poſt Conſulatum Baſilij V. C. XIX. 1313 560

Childebertus Pariſienſium Rex moritur. CLOTARIVS Clodouei Magni F. fratribus tribus eorumque liberis ſuperſtes, ſolus monarchiam Francorum biennio ferè tenuit. *Agathias l. 2. Turon. 4. c. 20.* Sub finem huius anni idem Clotarius *Chramnum* filium, ex concubina ſuſceptum, ſæpiùs rebellantem, cum vxore ac liberis, in Britannia minore, igne in tuguriolum, cui incluſi erant, iniecto comburi iuſſit: vt Turonenſis citato loco narrat. Caſſiodorus, ex Conſule Romano monachus Benedictinus, in Calabria prope Rhegium, circa annum 560. obiit, in monaſterio à ſe ibidem condito ſepultus.

Poſt Conſulatum Baſilij XX. 1314 561

S. Medardus Nouiomagenſis ac Tornacenſis Epiſcopus 8. Iunij moritur, & à Clotario Rege, ab expeditione contra Chramnum redeunte, apud Sueſsiones ſepelitur. S. Medardi vitam ſcripſit Venantius Fortunatus presbyter Italicus, pòſt Pictauienſis in Gallia Epiſcopus, qui paucis annis antequam Langobardi Italiam inuaderent, Rauenna diſcedens, religionis cauſſa, ad Turonenſe S. Martini ſepulcrum ſe contulit. Clotarius Clodouei Magni F. anno regni ſui 51. in fine huius anni moritur. *Turon. 4. c. 21.* Notet Lector, in Marcellini Appendice de Regibus Francorum ferè omnia præpoſterè narrari & collocari.

Poſt Conſulatum Baſilij XXI. 1315 562

Clotarij defuncti regna filij quattuor inter ſe partiuntur: *Charibertus* Pariſiorum, *Guntramnus* Burgundionum, *Chilpericus* Sueſsionum, & *Sigebertus* Auſtraſiæ ſeu Metenſium, Reges fiunt. Horum ſoror *Blitildis* nupſit Ansberto, & ex ea genuit Arnoldum, S. Arnulfi Metenſis Epiſcopi patrem. Altera eorumdem ſoror *Clodoſuinda* maritum habuit Alboinum Regem Langobardorum.

Poſt Conſulatum Baſilij V. C. XXII. 1316 563

Hoc anno aut ſequenti Nicetius Treuerorum Epiſcopus ad Iuſtinianum Imperat. inſignem epiſtolam ſcripſit, qua ipſum ab errore Eutychiano reuocare conatur: exſtatque tomo 1. Conciliorum Galliæ apud Sirmondum. Chuni ſeu Hunni Galliam appetentes, à Sigeberto Auſtraſiæ Rege fugantur, & pacem per legatos obtinent. Chilpericus interim Sigeberti, fratris abſentis regnum peruadit. Sed Sigebertus victor rediens vrbem Sueſſionenſem occupat, Theodebertum Chilperici filium capit, annum totum detinet, & pace pòſt facta reddit. *Greg. Turonen. lib. 4. c. 23.*

Poſt Conſulatum Baſilij V. C. XXIII. 1317 564

Iuſtiniano imperãte Facundus Hermianenſis in Africa Epiſcopus,

Anni vulgares Chriſti. Anni V.C. Varroniani.

Capitulorum trium propugnator, Victor Tununenſis in Africa item Epiſcopus & Marcellinus Comes, Chronicorum ſcriptores, Procopius & Agathias, Hiſtorici vixerunt.

565 1318 Poſt Conſulatum Baſilij V. C. XXIV.

Beliſarius die 13. Martij moritur, cùm biennio anteà de conſpiratione in eumdem ſuſpectus, domoque egredi vetitus, ſed paulò pòſt reconciliatus, omnia bona, quæ adempta erant, cum honore recuperaſſet. Eodem anno, die 14. Nouemb. *Iuſtinianus* Imp. deceſſit, cùm annos 38. menſes 8. imperaſſet. Succeſſit IVSTINVS genere Thrax, Vigilantia Iuſtiniani ſorore & Dulciſſimo patre natus, qui *Sophiam*, Theodoræ vxoris Iuſtiniani neptem duxerat: vt Procopius, Victor Tunnonenſis, Euagrius, Theophanes, Cedrenus & Paulus Diaconus fusè narrant. Hoc item anno aut proximè ſequenti Sigebertus Rex (vt Gregorius Turonenſis l. 4. c. 27. narrat) duxit Brunechildem, Athanagildi Gothorum in Hiſpania Regis filiam.

His temporibus in Britannia inſula Chriſtiana religio multùm propagata eſt *Columbani* viri ſanctiſſimi atque eruditiſſimi labore ac ſtudio: qui ex Hibernia anno 565. profectus Pictos, Septemtrionalem Britanniæ partem incolentes, Chriſti doctrina imbuit: vt Beda libro 3. Hiſtor. Anglican. capite 4. narrat. Fuit is natione Hibernus (vt ipſemet teſtatur in carmine ad Hunaldum diſcipulum) & multa ſcripſit vel ad canendum digna, vel ad docendum vtilia: vt Sigebertus libro de Scriptoribus eccleſiaſticis loquitur. Quod eius ad Hunaldum carmen contra auaritiam, vt & Monoſtichon eiuſdem, apud Caniſium tomo 1. Lectionis antiquæ & alibi exſtat. Idem ſcripſit Regulam monaſticam, quam prorſus aliam à S. Benedicti Regula fuiſſe exiſtimo: de qua Ionas monachus in vita S. Euſtaſij, Abbatis Luxouienſis, & nos infrà ad annum 627. agemus. Idem porrò Ionas ex eiuſdem Euſtaſij Abbatis ſchedis vitam S. Columbani concinnauit, nec vſpiam S. Benedicti aut eius Regulæ meminit. Quod ad Anglo-Saxones attinet, qui Auſtralem inſulæ partem occuparant, vt ſuprà retuli, illos Gregorius Magnus Papa ad Chriſti fidem conuertit, anno 596. miſſo illuc Auguſtino aliiſque monachis Benedictinis, vt ſuo infrà loco ex Ioanne Diacono in vita S. Gregorij & ex eiuſdem Gregorij epiſtolis dicemus.

566 1319 Poſt Conſulatum Baſilij V. C. XXV.

Æra ſiue Epocha Conſularis, ſiue annis Conſulum Romanorum notata, itemque Appendix Chronici Marcelliniani, ſuprà anno 378. & 534. memorata, hîc deſinunt. Subſequentium verò aliquot ſæculorum res geſtæ non Conſulum Romanorum, ſed Regum Franciæ & Imperatorum annis apud veteres ſcriptores notantur. Quibus demum omiſſis, Epocha Chriſtiana ſeu Dionyſiana, ſuprà anno 525. explicata, per vniuerſum orbem Chriſtianum obtinuit, atque in communem vſum eſt deducta. S. Germanus Pariſienſis Epiſcopus, anno 5. Chariberti Regis, XII. Kal. Decembris, monaſterio S. Vincentij prope Pariſios, ſuprà an. 559. memorato, priuilegium immunitatis concedit, quod Aimoinus l. 3. c. 2. recitat. Ab eodem S. Germano, poſteà hîc an. 576. ſepulto, monaſterium iſtud Vincentianum nomen S. *Germani* accepit.

LVG-

LVGDVNENSE II. concilium, Guntramni Regis hortatu, in ipſius regno celebratur: quod ſignarunt Philippus Viennenſis, Nicetius Lugdunenſis, Agricola Cabilonenſis, Vincentius Belicenſis, Syagrius Æduorum, Æoladius Neuernenſis, Salonius Genauenſis, Chelidonius Matiſcenſis, & per vicarios Syagrius Gratianopolitanus, Lucretius Deenſis, Victor Tricaſtinenſis, Tetricus Lingonenſis, Tetradius Veſontionenſis, Maximus Valentinus, Epiſcopi. De Salonio Ebredunenſi & Sagittario Vapingenſi Epiſcopis, in hac Synodo Lugdunenſi, Epiſcopatus honore priuatis, Greg. Turonenſis l. 5. c. 20. conſuli poterit. 567

Eodem anno TVRONENSE II. concilium menſe Nou. eſt habitum: cui ſubſcripſerunt Euphronius Turonicus, Prætextatus Rotomagenſis, Germanicus Pariſiacus, Felix Namneticus, Caletricus Carnotenſis, Domitianus Andegauenſis, Victurius Redonicus, Domnulus Cenomanenſis, Leudebaudes Sagenſis, Epiſcopi. Ad hos Epiſcopos, cùm vnà eſſent cõgregati, *S. Radegundis* Abbatiſſa Pictanienſis ſcripſit epiſtolam, pro tutela & ſtabilitate Congregationis ſuæ nuper inſtitutæ. In qua interalia hæc dicit: *Remunerante domino Rege Clotario, monaſterium puellarum Pictaua urbe conſtitui: inſuper congregationi per me, Chriſto præſtante, collectæ Regulam, ſub qua S. Cæſaria deguit, quam ſollicitudo B. Cæſarij Antiſtitis Arelatenſis ex inſtitutione ſanctorum Patrum conuenienter collegit, adſciui. Cui conſentientibus huius ciuitatis & reliquis Pontificibus, electione etiam noſtræ congregationis, dominam & ſororem meam Agnetem, quam ab ineunte ætate loco filiæ colui & eduxi, Abbatiſſam inſtitui, ac me poſt Deum eius ordinationi regulariter obedituram commiſi.* Notat autem Sirmondus, duas eiuſdem nominis & muneris *Cæſarias* fuiſſe. Vna S. Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi ſoror germana fuit, quam Cæſarius frater condito à ſe monaſterio Abbatiſſam præfecit, eidemque Regulam, ſub qua cum ſuis viueret, dedit. Altera poſterior; quæ priori (ſuperſtite adhuc Cæſario) defunctæ in Abbatiſſæ munere ſucceſſit: vt auctor eſt Cyprianus in vita S. Cæſarij, quam Cæſariæ huius rogatu compoſuit. Ab hac eadem Radegundis Abbatiſſa Regulam Cæſarij, quam monaſterio ſuo traderet, expetiit.

Athanagildo Gothorum in Hiſpania Rege defuncto, *Leuua* Narbonenſi regno contentus, Hiſpaniæ regnum *Leuuigildo* fratri ſuo conceſſit. Circa hoc tempus Nicetius Treuerorum Epiſcopus ad *Clodoſuindam*, Clotarij Francorum Regis filiam, Langobardorum Reginam, eruditam ſcripſit epiſtolam, qua ipſam hortatur, vt maritum ſuum *Albuinum* Regem ad Fidem catholicam adducat. Exſtat ea apud Sirmondum tom. 1. Conc. Galliæ.

Leuuigildus itaque Gothorum in Hiſpania regnum obtinet: cuius filio ſeniori *Herminigildo* Ingundis Sigeberti Auſtraſiæ Regis, *Recaredo* autem iuniori Riguntlis Chilperici Sueſſionum Regis filia nupſit.

Origo regni Langobardorum in Italia, & Exarchatus Rauennæ.

De Langobardis Paulus Varnefridus, Sigebertus Gemblacenſis, & alij mediæ ætatis ſcriptores mira fabulantur: quaſi anteà in Scandinauia (quæ Oceani peninſula Sueciam ac Norwegiam hodie comprehendit) Winili dicti fuerint; poſtmodùm verò, circa tempora Imp. Theodoſij, in continentem Germaniam tranſierint, Langobardorum nomen ſortiti. Sed hæc falſa eſſe ac conficta ex vetuſtis ac claſſicis ſcriptoribus conſtat. Siquidem longè ante Theodoſij tempora Paterculus, Strabo, Taci-

Tacitus & Ptolemæus Langobardorum meminerunt : qui omnes in illo Germaniæ tractu eos collocant, quem hodie Brandeburgenſes & Magdeburgenſes ad dextram Albis ripam incolunt. De nomine tamen Langobardorum vera tradidiſſe lib. 1. cap. 9. Varnefridum facilè crediderim, his verbis: *Certum & Langobardos ab intacta ferro barba longitudine appellatos. Nam iuxta illorum linguam*, lang *longam* bard *barbam ſignificat*. Ceterùm anno 526. Langobardi, *Audoino* Rege Pannoniam inuaſerunt. Huius filius *Alboinus* circa annum 568. in Italiam primus peruenit, vt Varnefridus tradit. Idem Mediolanum, Ticinum, & alias plures Italiæ vrbes ſubegit. Sicque paulatim Langobardi magnam Italiæ partem obtinuerunt; Roma tamen & Ravenna exceptis. Ab ijs item tractum eſt Langobardiæ nomen, quod penes amplam Italiæ prouinciam hodieque manet. Poſtremus eorum Rex *Deſiderius* à Carolo Magno Francorum Rege an. 778. captus, Leodicum in exilium eſt miſſus. Eius filius *Adalgiſus* Conſtantinopolim fugit; vbi à Conſtantino Copronymo Patriciatus honorem eſt adeptus.

Eodem tempore quo Langobardi in Italia dominabantur, Rauennam *Exarchi* tenuerunt. Græci erant Præfecti, qui Conſtantinopoli ab Imperatore eò mitti conſueuerant; & contra Langobardos reliquias illic Imperij Romani tutabantur. Sub annum 568. *Longinus* Patricius primus Rauennam Exarchus eſt miſſus, amoto Narſete. Poſtremus Eutychius fuit, ſub quo Aiſtulphus Langobardorum Rex Rauennam circa annum 752. armis occupauit. Et ſic annis circiter 185. Exarchi Græci Rauennæ præfuerunt.

569 Chariberrus Pariſiorum Rex Clotarij F. Clodouei Magni N. Nonis Maij ſine liberis moritur: regnum eius fratres inter ſe partiti ſunt. *Turon. l.* 4. *c.* 26.

570 Charentinum Coloniæ Agrippinæ Epiſcopum circa hunc annum floruiſſe, ex Venantio Fortunato l. 3. poëm. 17. conſtat. Quod notet Lector, ad mancum primorum illius vrbis Epiſcoporum catalogum ſupplendum: quem & alibi infrà ſupplebimus.

571 Sigeberto Auſtraſiæ Regi ex Brunechilde filius *Childebertus* die feſto Paſchæ naſcitur: vt Greg. Turonenſis l. 8. c. 4. & l. 5. c. 1. Aimoinus l. 3. c. 83. narrant.

572 Ioannes Papa III. Idus Iulij moritur. Sedes vacat menſes decem.

573 Maij 16. die Benedictus fit Papa. PARISIENSE IV. concilium celebratur : cui interfuerunt Philippus Viennenſis, Sapaudus Arelatenſis, Priſcus Lugdunenſis, Conſtitutus Senonicus, Laban Eluſanus, Felix Bituricus, Metropolitani; Germanus Pariſiacus, Lucretius Deenſis, Felix Namneticus, Clementinus Aptenſis, Syagrius Æduorum, Optatus Antipolitanus, Gallomagnus Trecaſſinus, Salonius Genauenſis, Quinidius Vaſenſis, Salonius Ebredunenſis, Sagittarius Vappicenſis, Promotus Glannatinus, Geneſius Segeſtericus, Polemius Agennenſis, Annacharius Autiſiodorenſis, Eſychius Gratianopolitanus, Palladius Sanctonicus, Silueſter Veſontienſis, Victor Tricaſtinus, Pappolus Lingonicus, Claudianus Regienſis, Heraclius Dinienſis, Tetradius Vendaſcenſis, Licerius Eloronenſis, Leudobaudes Sagenſis, Deſiderius Telonenſis, & per vicarium Ricomerus Aurelianenſis, Epiſcopi.

Anno 173. à tranſitu ſeu obitu S. Martini (ſic enim legendum, non 172.) anno 12. Sigeberti Auſtraſiæ Regis, moritur S. *Euphronius* Turonenſis Epiſcopus die 4. Auguſti: cui poſt dies 19. ſufficitur *Gregorius*,

histo-

hiſtoriæ Francorum ſcriptor: vt ex eodem Gregorio lib. 2. c. 1. mirac.
S. Martini datur colligi.

Tiberivs Excubitorum Comes renuntiatur Cæſar; qui Rempubli-
cam deinceps adminiſtrauit, cùm Iuſtinus Imp. graui clade in Orien- 574
te, per Choſroem Perſarum Regem, affectus ac conſternatus, in amen-
tiam incidiſſet. Sub hoc tempus S. Germanus Epiſcopus Pariſienſis
ad Brunechildem Auſtraſiæ Reginam ſcripſit epiſtolam, qua rogat vt
maritum ſuum Sigebertum reuocet à bello quod fratri ſuo Chilperico
Pariſiorum Regi parabat.

Sigebertus Auſtraſiæ Rex contra fratrem ſuum Chilpericum Pa- 575
riſiorum Regem mouens, Theodebertum Chilperici filium occidit;
Chilperico Turnacum fugato. Cuius vrbis Epiſcopus *Craſmarus*, ac
ciues eum humaniter exceperunt, & contra fratrem armis tutati ſunt.
Sigebertus cùm Chilpericum perſecutus fuiſſet Turnacum vſque,
dolo Fredegundis vxoris Chilperici, gladio confóſſus eſt, & Lambris
prope Duacum ſepultus; inde poſteà ad S. Medardi Sueſſionenſe mo-
naſterium tranſlatus. Chilpericus porrò beneficij accepti memor
Eccleſiam Turnacenſem copioſè dotauit, diplomate anno regni ſui pri-
mo, Indictione XIII, edito, quod in Notitia noſtra eccleſiarum Belgij
cap. 3. exſtat. Sigeberto filius *Childebertus* ſucceſſit, in die Natali Domini
ſub finem huius anni coronatus. *Turon. l. 5. c. 1. & l. 8. c. 4.*

Choſroes Perſarum Rex à Iuſtiniano, Iuſtini Imp. duce, in Arme- 576
nia circa hunc annum ſuperatur & caſtris exuitur, auctore Tiberio, qui
tunc omnia gubernabat: vt Theophylactus Simocatta, Euagrius &
Ioannes Biclarienſis referunt.

Hoc anno (qui erat Childeberti iunioris Regis ſecundus) Turo- 577
nenſis eccleſia Paſcha eius anni die 18. Aprilis; aliæ autem multæ ci-
uitates Gallicæ cum Hiſpanis 21. Martij, ipſo Æquinoctij die celebra-
runt. Bucherium ad Victorij Canonem Paſchalem cap. 10. conſule. Be-
nedictus Papa 31. Iulij moritur: Pelagius die 11. Nouembris ſuccedit.
Pariſiis 45. Epiſcoporum conuentus habetur: in quo Prætextati Epi-
ſcopi Rotomagenſis cauſſa, Chilperico Rege accuſante, diſcutitur.
Infenſus iam anteà Prætextato Chilpericus, quòd *Merouæum* ipſius fi-
lium cum Brunechilde Regina, poſt Sigeberti mortem, matrimonio
copulaſſet, cùm alio etiam nomine delatus fuiſſet, Epiſcopum Pariſios
euocauit, detinuitque, quoad in publica Synodi audientia examina-
retur. Quid porrò actum in hoc conuentu, & quo pacto circumuen-
tus Prætextatus, ad falſam confeſſionem inductus, atque in exilium à
Rege fit eiectus, Turonenſis lib. 5. cap. 19. fusè exponit.

Iuſtinus Imp. morbo ingraueſcente 26. Septembris Tiberivm, mul- 578
tis virtutibus præditum, ex Cæſare creat Auguſtum, & die 4. Octobris
ſequentis moritur.

Alij obitum Iuſtini Imp. ad annum ſequentem, hoc eſt, ad annum
quartum Childeberti Auſtraſiæ Regis referunt. Turonenſem l. 5. c. 30.
& Euagrium conſule. Antiſiodorenſis Synodus ab Aunachario Epiſco-
po cum 7. diœceſis illius Abbatibus & presbyteris ſub annum 578.
celebratur.

Cabilonenſe concilium Guntramno Burgundiæ Rege petente, con- 579
uocatur aduersùs Salonium Ebredunenſem, & Sagittarium Vapincen-
ſem Epicopos: qui iterato iudicio in hac Synodo ab Epiſcopatu deie-
cti, atque in cuſtodiam retruſi ſunt. *Turon. l. 5. c. 28.* Eodem ferè tem-
pore Santonenſis ſynodus habetur, in qua Nantinus Comes Engo-
liſmen-

liſmenſis ab Heraclio Epiſcopo excommunicatus, in gratiam ab eodem (rogante Synodo) eſt receptus.

580 In Brennaco villa, petente Chilperico Pariſiorum Rege, fit conuentus Epiſcoporum: in quo Gregorius Epiſcopus Turonenſis, quem Leudaſtes Comes falsò apud Chilpericum accuſarat, ſacramento ſe purgauit, & Leudaſtes (qui calumniæ ſibi conſcius fugam inierat) publica excommunicatione mulctatus eſt: vt ipſe Gregorius l. 5. c. 49. narrat. Martinus Epiſcopus Gallecienſis moritur.

581 Matiſconenſe I. concilium, Guntramni Burgundiæ Regis hortatu, Kalendis Nouembris, Indictione XV. celebratur: quod ſignarunt Priſcus Lugdunenſis, Euantius Viennenſis, Artemius Senonicus, Remedius Bituricenſis, Gallomagnus Tricaſſinenſis, Siluester Veſontienſis, Syagrius Æduenſis, Aunacharius Autiſiodorenſis, Heſychius Gratianopolitanus, Victor Tricaſtiuenſis, Heraclius Dinienſis, Ragnoaldus Valentinenſis, Namatius Aurelianenſis, Euſebius Matiſconenſis, Agricola Neuernenſis, Mummolus Lingonenſis, Flauius Cabilonenſis, Hiconius Mauriennas, Pappus Aptenſis, Artemius Vaſenſis, Martianus Tarantaſienſis, Epiſcopi.

582 Tiberius Imp. die 14. menſis Auguſti, Indictione XV. moritur, cùm pridie MAVRITIO ex Cappadocia oriundo, virtute militari claro, *Conſtantinam* filiam in coniugem dediſſet, eumque ſibi ſucceſſorem deſignaſſet: vt ex Chronico Alexandrino & Vita S. Eutychij Petauius ſupputat. Alij obitum Tiberij ad annum 583. referunt. Apud Sirmondum to. 1. Conc. Galliæ exſtat epiſtola Pelagij Papæ ad Aunacharium Epiſc. Autiſiodorenſem III. *Nonas Octobris, imperante domno Tiberio Conſtantinopoli Auguſto, anno VII.* data.

Eutychius Ep. Conſtantinopolitanus moritur, quem de Reſurrectione haud rectè ſentientem edocuit Gregorius, Pelagij tum Pontificis Rom. Apocriſarius, & ipſe poſteà anno 590. Pontifex creatus.

583 Lugdunenſe III. concilium celebratur: cui ſubſcripſerunt Priſcus Lugdunenſis, Euantius Viennenſis, Syagrius Æduorum, Heſychius Gratianopolitanus, Ragnoaldus Valentinus, Euſebius Matiſcenſis, Agricola Neuernenſis, Flauius Cabilonenſis, Epiſcopi.

584 Valentinum II. concilium, Guntramno Rege petente, X. Kalendas Iunij celebratur: cui interfuerunt Sapaudus Arelatenſis, Priſcus Lugdunenſis, Euantius Viennenſis, Eſitius Gratianopolitanus, Ragnoaldus Valentinenſis, Trapidius Arauſicus, Euſebius Matiſcenſis, Flauius Cabilonenſis, Pappus Aptenſis, Vrbicus Regenſis, Aridius Vappicenſis, Artemius Vaſenſis, Martianus Tarantaſienſis, Pologronius Sigeſtaricenſis, Euſebius Tricaſtinenſis, Cariatto Genauenſis, Boetius Carpentoratenſis, Epiſcopi. Ex his Sapaudus & Euantius anno 586. obierunt: vt Turonenſis lib. 9. cap. 39. notauit. Chilpericus Pariſiorum Rex, ex venatione rediens, à Landerico vxoris ſuæ Fredegundis adultero occiditur, conſilio eiuſdem, vt ſuſpicio fuit: quod tamen Turonenſis tacuit. Succeſſit filius eius Clotarius II. puer quattuor menſium. *Turon. l. 6. c. 46.* S. Saluius Albigenſis Epiſcopus moritur. Baronius ad an. 586 id refert.

585 Childeberto Auſtraſiæ Regi Theodebertus filius naſcitur, & à S. Magnerico Epiſcopo Treuerenſi baptizatur. *Turon. l. 8. c. 37.* Matiſconenſe II concilium indicitur: cui ſubſcripſerunt Priſcus Lugdunenſis, Euantius Viennenſis, Prætextatus Rotomagenſis, Bertechrannus Burdigalenſis, Artemius Senonicus, Sulpitius Bituricus, Archiepiſcopi; Syagrius Æduorum, Fauſtus Auſciorum, Oreſtes Vaſaticus, Aunacharius

charius Autiſiodorenſis, Eſitius Gratianopolitanus, Silueſter Veſontionenſis, Theodorus Maſſilienſis, Ferreolus Lemouicinus, Palladius Santopicus, Ragnoaldus Valentinus, Pappolus Carnotinus, Heraclius Dinienſis, Euſebius Matiſcenſis, Namatius Aurelianenſis, Agricola Neuernenſis, Ragnemodus Pariſiorum, Mummolus Lingonicus, Marius Auenticus, Trapetius Arauſicus, Flauius Cabilonenſis, Veranus Cabellicenſis, Autidius Agennenſis, Carterius Petrocoricus, Ruſticus Vicoiulienſis ſeu Aturenſis, Sauinus Benaruenſis ſeu Laſcarenſis, Rufinus Conuenicus, Nicaſius Aquilimenſis ſeu Engoliſmenſis, Baudigiſilus Cenomannenſis, Cariatto Genauenſis, Lucerius Eloronenſis, Amelius Bigorritanus, Vrſicinus Cadurcinus, Vrbicus Regienſis, Aredius Vappicenſis, Emeritus Ebredunenſis, Hiconius Mauriennas, Agroecius Glannatinus, & per Miſſos ſeu vicarios Sapaudus Arelatenſis, Optatus Antipolitanus, Deuterius Ventionenſis, Deſiderius Telonenſis, Pientius Aquenſis, Paulus Deenſis, Laban Eluſanus, Magnulfus Toloſanus, Pologronius Segeſtericus, Martianus Tarantaſienſis, Artemius Vaſionenſis, Boëtius Carpentoratenſis, Pappus Aptenſis, Euſebius Tricaſtinenſis, Catulinus Nicienſis, Heliodorus Sedunenſis, Ioannes Auenionenſis, Vigilius Senetienſis, Epiſcopi. Ex his Marcus, vt tradunt, ſedem Epiſcopalem Auentico Lauſanam tranſtulit.

Hoc ipſo anno *Hermenigildus*, Leouigildi Gothorum in Hiſp. Regis filius, martyrio eſt coronatus: de cuius patre hæc habe. Leouigildus à Liuba patre in regni ſocietatem vocatus, anno Chriſti 568. Goſuintham coniugem duxit; cùm iam ex Theodoſia, Seueriani ducis Carthaginenſis filia, SS. Leandri & Iſidori ſorore, liberos haberet duos, *Hermenigildum* & *Recaredum*. Atque is Gothorum in Hiſpania res plurimum victoriis quidem amplificauit; ſed Ariana imbutus hæreſi Catholicos crudeliter inſecutus eſt: adeò vt Hermenigildum eam ob cauſſam morte damnauerit. Huic *Ingundis*, Sigeberti Auſtraſiæ Regis filia, nupſerat, cuius hortatu ab Arianis ad Catholicos tranſiit, patriſque iram veritus, ab eo defecit; & ad Tiberium Imp. legatum miſit S. Leandrum. Sed cunctante illo, Leouigildus interim Hermenigildum bello inſecutus in poteſtatem redegit, & Valentiam an. 584. relegauit. Anno autem ſequente, ipſa nocte Paſchatis, cum Arianis communicare detrectantem vita priuauit: cuius mortem plurimis illuſtratam miraculis fuiſſe Gregorius Papa teſtatur. 585

Leouigildus Gothorum in Hiſp. Rex anno 586. Toleti obiit, eiuſque loco regnauit *Recaredus* filius, Is, auctore Leandro, regnum omne paulatim ad Eccleſiæ catholicæ Communionem adduxit, & Gothorum imperium mirificè auxit. Vedulfo defuncto S. Gaugericus Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus creatur; Childeberto Rege promouente. Baldericum in Chron. Cameracenſi l. 1. & 2. conſule. 586

S. Radegundis Abbatiſſa Auguſtoriti Pictonum anno XII. Childeberti Regis, hoc eſt, Chriſti 587. die 13. Auguſti, feria quarta in Domino obdormiuit, vt Turonenſis lib. 9. c. 2. narrat. Apud Andelaum, diœceſis Lingonenſis nunc oppidum, conuentus Epiſcoporum & procerum habetur: in quo inter Guntramnum Burgundiæ & Childebertum Auſtraſiæ Regem, Epiſcoporum procerumque conſilio, pax firmatur, mutuique fœderis pactio conſcribitur. De ea lib. 9. cap. 11. ſic G. Turonenſis: *Rex Guntramnus, cum nepote ſuo* 587

ac Reginis, id eſt, cum Childeberto Rege, & cum Brunechilde matre, ac Faileuba vxore Childeberti, *pacem firmauit, & conſcriptis pactionibus regreſſus eſt vnuſquiſque in ciuitatem ſuam.* Pactionis exemplar apud eumdem cap. 20. extat.

588 Apud Aruernam vrbem Sulpitius Metropolitanus Bituricenſis Synodum celebrar cum ſuis Epiſcopis prouincialibus; in quorum numero cenſebantur Ruthenenſis & Cadurcinus Antiſtites, cum reliquis Aquitaniæ primæ. In hac Synodo parochiæ Cadurcinæ repetẽti Epiſcopo Ruthenenſi ſunt adiudicatæ, vt Turonenſis l. 6. c. 38. narrat.

589 Biennio poſt S. Radegundis obitum, in Pictauienſi eiuſdẽ monaſterio grauis orta eſt perturbatio, cuius auctrix fuit *Chrodieldis*, Chariberti quondam Regis filia. Hæc enim Leubouerae Abbatiſſæ ſuæ imperiũ non ferens, cum *Baſina* cõſobrina, Chilperici filia, & aliis ampliùs quadraginta puellis, quas in partes ſuas traxerat, monaſterio egreſſa, Turonos ad Gregorium Epiſcopum, inde ad Guntramnum Regem in Burgundiam profecta eſt, multis vbique Abbatiſſam conuitiis inſectans. Poſt hæc cum ſodalibus, quas Turonis reliquerat, Pictauos reuerſa, S. Hilarij baſilicam inſedit, collectaque perditorum hominum manu, ibi ſe communiit, negans ſe ad monaſterium, niſi eiecta Leubouera, redituram. Quin etiam cùm Gundegiſilus Burdigalenſis Metropolitanus, cum Nicaſio Engoliſmenſi, Saffario Petragorico, & Maroueo Pictauienſi, ad monaſterium eas reducere cupiens adueniſſet, & reluctantibus excõmmunicationem indiceret, ſic in eos illa perditorum hominum turba graſſata eſt, vt clericis ſanguine reſperſis Epiſcopi vix euaſerint. Cùm has ergò Gundigiſilus à communione ſubmouiſſet, epiſtolam, ſuo fratrumque nomine, conſcripſit ad Epiſcopos, qui tunc, Guntramni Regis hortatu, vt hoc Chrodieldis cum Abbatiſſa diſſidium diſcuterent, erant congregati. Sed epiſtolæ huius exemplar non extat. Reſcriptum autem Epiſcoporum ad Gundigiſilum ac ſocios Gregorius Turonenſis l. 9. c. 41. recitat.

Guntramni Burgundiæ Regis exercitus, cui Boſo dux præerat, à Claudio Recaredi Gothorum Regis duce, in Gothia Narbonenſi fugatur ac cæditur. Eodem Recaredo Rege (qui præter Hiſpaniam cum ſuis Gothis & Galliam Narbonenſem tunc tenebat) hortante, Narbonense I. concilium Kalendis Nouembris habetur: cui interfuerunt Nicetius Narbonenſis, Sedatus Biterrenſis, Benenatus Elnenſis, Boëtius Magalonenſis, Pelagius Nemauſienſis, Tigridius Agathenſis, Sergius Carcaſſonenſis, Agrippinus Loteuenſis, Epiſcopi. Atq; hi quidem prouinciæ Narbonenſis Epiſcopi Toletano III. concilio (quod hoc ipſo anno, hortatu eiuſdẽ Regis, menſe Maio celebratum fuit) aut præſentes ipſi, aut per vicarios interfuerunt. Choſroes ob parricidium ſuis inuiſus, cùm Baramus dux in eum inſurgeret, ad Mauritiũ Imp. fugit; per quem, Narſetis operâ victo Baramo, reſtitutus eſt in regnum. Ita bello Perſico, quod an. 572. cœptum erat, finis hoc anno eſt impoſitus. Perſico ſucceſſit bellum Auaricum.

590 Pictaviense concilium ab Epiſcopis, ex Guntramni & Childeberti regnis in vnum conuocatis, habetur: in quo Pictauienſis monaſterij cauſſa, inter Abbatiſſam & Chrodieldem, Baſinam ac ſocias controuerſa, diſcuſſa ac iudicata eſt. Sirmondus exiſtimat ſex omnino iudices ad hanc rem fuiſſe delectos; tres è regno Childeberti, Ebregiſilũ Agrippinenſẽ, Gregoriũ Turonenſẽ & Maroneũ Pictauienſẽ; totidẽ è regno Guntramni, Gundegiſilũ Burdigalenſem, Nicaſiũ Engoliſmenſem

menſem & Saffarium Petrocoricum. Turonenſem l. 10. c. 16. conſule. Ab Ebregiſilo iſto Agrippinenſi Epiſcopo fuit alius Ebregiſus Tungrenſis Epiſcopus, de quo infrà an. 631. dicemus. Eodem anno, ſed aliquanto pòſt, menſe Maio (vt ex eiuſdem Turonenſis narratione l.9.c.9. conſtat) METENSE concilium eſt celebratum: in quo Ægidius Remorum Epiſcopus, ob crimen maieſtatis, Epiſcopatus gradu deiectus eſt: itemque Chrodieldis & Baſina in communionem ſunt receptæ. Pelagio Papa defuncto, S. Gregorius Magnus eligitur, & menſe Septembri conſecratur.

In Nemetodorenſi vico conuentus habetur, in quo Clotarius II. Rex puer baptizatus, & de ſacro fonte à Guntramno patruo ſuo Rege ſuſceptus eſt. Fredegundis, Chilperici Sueſſionum Regis vidua, Turnaci tres viros Francos in conuiuio bipenne interimit. Turnacenſes eam interimere volentes, ad Childebertum Auſtraſiæ Regem legatos mittunt: ſed illa Pariſios aufugit. *Turon. l. 10. c. 27. 28.* 591

Virgilius Arelatenſis & Theodorus Maſſilienſis Epiſcopi florent: quos anni ſuperioris menſe Iunio, Indictione IX. per epiſtolam Gregorius Magnus Papa monuit, Iudæos non eſſe ad baptiſmum cogendos, ſed ad Chriſtianam fidem amplectendam ſuauiter excitandos. 592

Idem Gregorius Papa, menſe Aprili, Indictione XI. cum epiſtola ad Dynamium Patricium Galliarum miſit Crucem ſacris reliquiis refertam. Sirmondus opinatur hunc Dynamiũ eſſe, qui ante annos 10. Maſſilienſis prouinciæ, ſub Rege Guntramno, rector fuerat: de quo Turonenſis l. 6. c. 11. agit. Extant & lib. 6. Venantij Fortunati ad eumdem Dynamium Maſſilienſem verſus. 593

INDICTIONVM porrò apud Romanos & apud Gallos olim diuerſum fuit exordium. Romani cum reliqua Italia, ſicut & Græci, nouas Indictiones incohabant à Kalendis Septembris, quod in Gregorij Magni, Ioannis VIII. & Gregorij VII. Pontificum epiſtolis obſeruare licet. Verbi gratia, Gregorij VII. epiſtola 19. lib. 1. Rodulpho Duci Sueuiæ data dicitur; *Capua Kalendis Septembris, Indictione incipiente XII.* & apud Paulum Diaconum de geſtis Langobardorum cap. 25. dicitur *Alboinus Italiam ingreſſus, Indictione ingrediente III. tertio Nonas Septembris.* Galli verò Indictionum exordium ducebant ex die VIII. ante Kalendas Octobris. Vnde in Capitularibus Caroli Calui, coronatus is dicitur Metis in regno Lotharij V. Idus Septembris, anno Chriſti 869. Indictione XI. nondum mutata ſcilicet Indictione: quæ alioqui numeranda erat III. ſi ex Kalendis Septembris, Romano more, fuiſſet incohata. Eodem modo Ludouici Balbi exſtat diploma, pro Hugone Abbate S. Martini Trecis datum anno 978. Nonis Septembris, Indictione XI. non XII. Sic ferè Sirmondus in ſuis Notis ad tomum I. Conciliorum Galliæ. Indictionum verò originem ſunt qui ad ſextum Conſtantini Imp. annum referunt; ſed nullo teſte idoneo: vt ſuprà pag. 51. ex Petauio retulimus.

Circa menſem Martium huius anni Gregorius Epiſcopus Turonenſis ſuos Hiſtoriarum Francicarum libros abſoluit, ordinationis ſuæ 21. anno, qui eſt Gregorij Papæ annus quintus iniens, Guntramni Regis XXXIII. non XXXI. Childeberti iunioris XIX. à tranſitu S. Martini CXCIIII. non CCXVIII. vt corruptè legitur. Ita Bucherius ſentit. Guntramnus Burgundiæ Rex moritur V. Kal. Aprilis: ſuccedit Sigeberti fratris eius filius *Childebertus*, tunc Auſtraſiæ Rex. Guntramni Regis ſomnium (quod Aimoinus lib. 3. cap. 3. narrat) marmori 594

inſculptum hodieque viſitur in Palmenſi monialium cœnobio vetuſtiſſimo, quod eſt eiuſdem nominis opido incluſum, decimo milliari à Veſontione.

595 Gregorius Magnus Papa Indictione XIII. Virgilio Epiſcopo Arelatenſi vices ſuas in regno Childeberti Burgundiæ & Auſtraſiæ Regis concedit: mandatque Epiſcopis Galliarum, vt Virgilio obediant, ab eoque vocati ad Synodum veniant.

596 Childebertus Auſtraſiæ & Burgundiæ Rex anno ætatis 25. menſe circiter Aprili, cum vxore, veneno tollitur. Cui filij eius, *Theodericus* in Burgundia, & *Theodebertus* in Auſtraſia ſucceſſerunt, ſub Brunechildis auiæ tutela.

Reges Auſtraſiæ, quorum ſedes fuit Metis.

Galliam Romanis bello ereptam victores Franci in *Auſtraſiam* & *Neuſtriam* diuiſerunt. AVSTRASIA (quam S. Remigius in ſuo Teſtamento *Auſtriam* nuncupat) ab extremis Burgundionum finibus vſque ad mare Friſium, inter Rhenum, Moſam & Scaldim porrigebatur. Itaque Mediomatrices, Treueros, Vbios, Moguntiacũ, Cliuos, Gelriam, Brabantiam, Hannoniam, Hollandiam, Zelandiam, Hasbaniam, Eburones, Tungros, Limburgenſem & Luxeburgenſem Ducatum, denique Alſatiam, Lotharingiam, Palatinatum Rheni, Burgundiam & Arduennam comprehendebat. Regni titulo decorata ſuos olim *Reges* habuit: quorum ſedes potiſſimùm fuit vrbs Mediomatricum ad Moſellam, quam hodie Metas nuncupamus. Ceterùm rebus, vt fit, temporis lapſu variantibus, ditio illa ampliſſima, omiſſo Auſtraſiæ vocabulo, à Lothario Lotharij I. Imp. filio (qui Placentiæ in Italia anno 869. obiit) *Lotharingiæ* nomen accepit. Habuitque Lotharingia ſuos quoque *Reges* ex ordine, ac poſteà *Duces*: de quibus infrà dicemus. NEVSTRIA ſeu VVeſtraſia, regnum olim Francorum in Gallia occidentale, Flandriam, Arteſiam, Picardiam, Comitatum Bononienſem, Normanniam, & alias omnes regiones inter Scaldim, Sequanam & Ligerim ſitas complectebatur. Cuius quidem regni metropolis erat Lutetia Pariſiorum. Errant igitur qui ampliſſimum iſtud regnum vnius Normanniæ anguſtiis includunt.

Primus Auſtraſiæ ſeu Metenſium Rex fuit *Theodericus*, Clodouei Magni F. naturalis, cui an. 534. *Theodebertus* filius, & huic an. 547. *Theodebaldus* filius ſucceſſit. Theodebaldo an. 554. ſine liberis defuncto, *Clotarius*, eiuſdem Clodouei Magni F. legitimus, Auſtraſiam cum reliquis Francorum regnis tenuit. Facta deinde anno 561. inter quattuor Clotarij filios partitione, *Sigeberto* Auſtraſia obuenit. Is ex Brunechilde *Childebertum*, Childebertus Theodericũ Burgundiæ & *Theodebertum* Auſtraſiæ, Reges reliquit. *Theodericus*, fugato fratre Theodeberto, anno 612. Coloniam Agrippinam cepit, & Auſtraſiam vniuerſam occupauit. Theoderici filio *Sigeberto* ſine prole an. 614. ſublato, *Clotarius* II. Chilperici filius integram Francorum monarchiam eſt adeptus. Huius filius *Dagobertus*, an. 622. in Auſtraſia à patre regnare iuſſus, ex Gomatrude Clodoueum II. Neuſtriæ ac Burgundiæ, itemque S. *Sigebertum* Auſtraſiæ Regem procreauit. Sigeberti filium paruulum *Dagobertum* Grimoaldus, Maior domus regiæ, an. 654. tonſum in Scotiam ablegauit, Childebertum filium ſuum ad Auſtraſiæ regnum euehere conatus. Sed Grimoaldo capto atque è viuis ſublato, Clodoueus II. ſuprà memoratus filium ſuum iuniorẽ *Childericum* an. 660. in Auſtraſia regnare iuſſit. Cui per Bodilonem an. 667. cæſo

frater

frater *Theodericus* in regno eſt ſuffectus. Manſitque deinceps Auſtra-
ſia cum reliquo Francorũ regno coniuncta. Theuderico *Clodoueus* III.
huic *Childebertus* frater, Childeberto *Dagobertus* II. filius ſucceſſit.
Huic an. 715. defuncto quemdam Danielem ſubſtituerunt, quem
mutato nomine Chilpericum vocarunt. Illo mortuo, Carolus Mar-
tellus *Theodericum* II. Dagoberti II. filium, Regem conſtituit. Exinde
poſt ſeptem annorũ interregnũ *Childericus* III. Theodorici II. filius,
Merouei ſtirpe poſtremus, an. 742. iniit, & vſque ad annum 752.
regni ſpeciem habuit; *Carolomanno* Martelli filio (poſteà monacho)
in Auſtraſia, & *Pipino* eius fratre in Neuſtria interim dominante. Chil-
derico autem in monachum detonſo, idem PIPINVS, ex Maiore Do-
mus an. 752. Rex Francorum appellatus, ad poſteros regnum tranſ-
miſit. Ex his liquet quinam Principes Merouingi rebus apud Belgas
ex ordine præfuerint. De Carolingis & aliis infrà ſuis locis dicetur.

Gregorius Papa menſe Septembri Indictione XIV. per epiſtolam
Candido presbytero, Rectori patrimonij Eccleſiaſtici in Gallia, man-
dat vt ex ſolidis, quos acceperit, veſtimenta pauperum, vel pueros
Anglos, qui ſint ab annis decem & ſeptem, vel decem & octo (vt
in monaſteriis dati Deo proficiant) comparet. Idem Theoderico &
Theodeberto Francorũ Regibus, eorumque auiæ Brunechildi Augu-
ſtinum & alios monachos, Euangelij prædicandi cauſſa, in Angliam
euntes commendat. Qui quidem eò à Gregorio Papa hoc anno miſſi,
Anglo-Saxones, Auſtralem Britanniæ partem incolentes, ad Chriſti
fidem conuerterunt. Pictos verò Septemtrionales iam anteà S. Co-
lumbanus ad eam tranſtulerat, eò ex Hibernia anno 565. profectus.

Fredegundis impia Regina, Chilperici Regis vidua moritur, & in 597
ſuburbana Pariſienſi S. Vincentij baſilica ſepelitur. Sub hoc tempus
S. Monulfus, Tungrenſis Epiſcopus, in vrbe Traiectenſi ad Moſam
deceſſit, ibidem conditus. Is caſtrum ſuum Dionantum Eccleſiæ do-
nauit: quod hodieque Leodicenſis Eccleſia poſſidet. Monulfo ſuc-
ceſſit S. Gondulfus.

Gregorius Papa priuilegium immunitatis Claſſenſi monaſterio 598
concedit, cùm ab Epiſcopo Rauennate dura pateretur.

Langobardorum duces, cùm in Gallias circa an. 575. temerè irru- 599
piſſent, victique ad Ebredunum à Mummolo fuiſſent, Auguſtam &
Seguſium vrbes amplas, cum integro illarum territorio, Guntram-
no Regi (vt Fredegarius cap. 45. ſcribit) mulctæ nomine ceſſerunt.
Seguſium porrò Guntramnus, cum pago vniuerſo, ab Italis recep-
tum, Maurienenſi Eccleſiæ ſubiecit. Quapropter cùm ab Vrſicino
Epiſcopo Taurinenſi, cuius anteà fuerant, eædem parochiæ repete-
rentur, Gregorius Papa ad Theodericum & Theodebertum Franco-
rum Reges hoc anno ſcripſit & vrſit, vt eidem Vrſicino reſtituerен-
tur.

Gregorius Magnus Papa Virgilio Arelatenſi, Ætherio Lugdunen- 600
ſi, & aliis Galliarum Epiſcopis commendat monachos, cum Mellito
Abbate & Laurentio presbyterò in Angliam ad Auguſtinum Epiſ-
copum, ſuo iuſſu, euntes.

Idem Gregorius Papa menſe Iulio, Indictione IV. Mennæ Tolo- 601
ſano, Sereno Maſſilienſi, Lupo Cabilonenſi, Aigulfo Metenſi, Sim-
plicio Pariſienſi, Melantio Rotomagenſi & Licinio Andegauenſi,
Epiſcopis, itemque Theoderico, Theodeberto & Clotario, Franco-
rum Regibus, & Brunechildi Reginæ commendat monachos, quos
in

in Angliam ad Auguſtinum mittebat. Recaredo Gothorum in Hiſpania Regi filius *Leuua* I I. anno 601. ſucceſſit: huic autem anno 603. Witericus, anno 610. Gundemarus, 612. Siſebutus, 621. Recaredus II. 621. Suintilla, 631. Siſenandus, 636. Chintila, 640. Tulga, 642. Chindoſuindus, 649. Receſuindus F. 672. Wamba, 680. Eruigius, 687. Egica, 701. Witiza F. 710. Rodericus, ex ordine ſunt ſuffecti. Roderico regnante Saraceni ab Africa profecti, regno Gothorum intra biennium deleto, Hiſpanias occuparunt. Inde poſteà in Gallias tranſgreſſi à Carolo Martello multis prælijs cæſi fugatique ſunt, & Gothia vniuerſa in Francorum poteſtatem an. 736. eſt redacta.

602 Phocas centurio lingua promptus, & ob id gregariis militibus carus, exercitu in Mauritium Imp. concitato, die 6. Nouembris Imperator ſalutatur. Mauritius, trucidatis in conſpectu eius filiis, ad Chalcedonem, die 27. menſis eiuſdem, Phocæ iuſſu, capite plectitur. Conſtantina autem eius vidua, cum tribus filiabus, triennio pòſt eſt perempta. Vna vox, in tanta afflictione, Mauritij eſt excepta: *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Auguſtodunenſe Xenodochium à Syagrio Epiſcopo & Brunechilde Regina fundatum, itemque Auguſtodunenſe virginum S. Mariæ monaſterium, & S. Martini eccleſiam in ſuburbano Auguſtodunenſi ſitam Gregorius M. Papa hoc anno aut ſequenti priuilegijs ornauit.

603 Deſiderium Viennenſem Epiſcopum, Brunechilde Regina inſtigante, hoc anno exauctoratum fuiſſe Gallici ſcriptores tradunt: qui & certatim Brunechildem vt impiam feminam exagitant. Sunt qui ſuſpicantur ſcelera à Fredegunde, Francorum item Regina, eodem æuo patrata, Brunechildi fuiſſe affiicta, fama, vt fit, mentiente ac nomina commutante. Brunechildem namque religioſam ac probam feminam fuiſſe, indicio ſunt geminæ à Gregorio Magno Papa ad ipſam epiſtolæ, ampliſſimis laudibus plenæ; multa item templa ac monaſteria eius ſumptibus per Galliam conſtituta, magnuſque captiuorum numerus eiuſdē pecunia redemptus. Accedit Gregorij Turonenſis Epiſcopi, qui illo ipſo tempore ſcripſit, de flagitiis, quæ ab aliis ipſi adſcribuntur, altum ſilentium. Nec eſt quòd id gratiæ datum putemus à Gallico ſcriptore. An qui Fredegundæ ſcelera omnia & dolos expoſuit, externæ feminæ (fuit enim Hiſpana Brunechildis) pepercisset? Non arbitror. At dices Siſebutum Regem in vita Deſiderij Viennenſis Epiſcopi multa Brunechildæ ſcelera accuſare. Reſponderi fortaſſe queat, ſcriptorem illius Vitæ non Regem fuiſſe, ſed potiùs eo nomine alium, ætate poſteriorem, qui vulgi rumores collegerit: adeoque Brunechildem fuiſſe innocentem, & perditiſſimis temporibus aliena inuidia flagraſſe; quod primus Boccatius obſeruauit.

604 S. Gregorius Magnus Papa 12. Aprilis moritur: Sabinianus 1. Sept. ſuccedit. His ferè temporibus & Goudulfo Tungrenſi ſeu Traiectenſi ad Moſam Epiſcopo defuncto ſufficitur S. Perpetuus, Dionantenſium patronus.

605 Sabinianus Papa moritur XI. Kal. Martij: Sedes vacat menſes amplius XI.

606 Bonifacius III. fit Papa XV. Kal. Martij, & poſt menſes 8. moritur, die 12. Nouembris.

Theo-

Theodericus Burgundiæ Rex Ermenbergam ducit: quam poſt 607
annum repudiauit; vt in Appendice Gregorij Turon. narratur. Bonifacius IV. Papa menſe Septembri creatur, qui Pantheon, à M. Agrippa Romæ ſtructum, honori omnium Sanctorum conſecrauit.

In ſuburbano templo Genauenſi S. Victoris martyris, apud Solo- 608
durum paſſi, corpus ſub hoc tempus inuenitur ab Euchonio Epiſcopo Maurianenſi, præſente Theoderico Rege.

Sub finem huius anni, aut initium ſequentis, anno certè 14. Theo- 609
derici Regis, S. Columbanus Luxouio pellitur, & à S. Nicetio Veſontionenſi Epiſcopo humaniter excipitur.

Choſroes Perſarum Rex tamquam Mauritij Imp. necem, cum quo 610
pacem inierat, vindicaturus, Orientem populabundus vaſtat; Phoca Imp. domi interim ſedente, & obſcœnis ſe libidinibus ſatiante. Hoc cùm ferre diutiùs non poſſet, Heraclivs Heraclij F. Præfectus Africæ, an. 610. menſe Octobri, inde ſoluens, Conſtantinopolim cum Imperio occupat, & de Phoca capto ſupplicium ſumit: vt Theophanes, Paulus Diaconus l. 17. Zonaras & Cedrenus narrant.

Auſtregiſilum Epiſcopum Bituricenſem hoc anno obiiſſe Baro- 611
nius tradit.

Theodericus Burg. Rex fratrem ſuum Theodebertum Auſtraſiæ 612
Regem apud Tullum vincit, qui Coloniam verſus fugit. Theodericus fugientem inſequitur, & percurſa Arduenna fratrem rurſus ad Tolbiacum ſuperat, Coloniam capit, & in tota Auſtraſia dominatur. *Append. c. 38.*

Theodericus Rex Metis profluuio ventris exſtinguitur. *Clotarius II.* 613
Arnulfi Metenſis Epiſcopi & Pipini Landenſis conſilio, regnū Theoderici obtinet, cæſis illius filiis & auia Brunechilde: ſicque monarchia Francorum potitur. *Aimoin. 4. c. 1. Append. c. 40.* Ceterùm hæc eſt illa Brunechildis, virilis animi femina, quæ Vias militares Romanorum per Galliam Belgicam & Burgundiam inſtaurauit ac refecit.

De Viis militaribus Imperij Romani per Galliam Belgicam.

Vias haſce Gallo-Belgæ *Chauſſees de Brunehault*, Flandro-Belgæ *Groote Caſſye*, Franci *Chemins ferrez*, ſua ſinguli lingua vernacula nuncupant. Marcus Agrippa, Auguſti Imp. gener, eiuſdem auſpiciis primus in Gallia Vias militares quattuor ſtrauit, & à Lugduno Segusianorum exorſus, vnam per Aquitaniam verſus Hiſpaniam, aliam ad Rhenum, tertiam per Bellouacos & Ambianos ad Oceanum, & quartam per agrum Narbonenſem verſus Italiam duxit. Alij deinde Imperatores ac Romanorum duces alias per Belgicam noſtram Vias ſtruxerunt, & lapide quadrato aut glarea minutiſue ſilicibus ſtrauerunt. Quarum quidem Viarum reliquiæ, rudera ac veſtigia plurimis hodieque in locis per Hannoniam, Arteſiam, Flandriam, Brabantiam, Lotharingiam, Campaniam, Picardiam, per agrum Luxenburgenſem, Leodienſem, Ciuenſem, Iuliacenſem, Colonienſem, Treuerenſem, Moguntinum & alibi ſuperſunt, ſummamque intuentibus admirationem excitant. Ceterùm lapſu temporis fractas & barbarorum in Galliam eruptionibus neglectas haſce Vias *Brunechildis* Auſtraſiæ & Burgundiæ Regina, vt ſuprà monui, inſtaurauit: vnde & Viæ Brunechildicæ, *Chauſſees de Brunehaut*, à Belgis; Burgundis, aliiſque populis vulgò nuncupantur.

Huiuſmodi porrò Vias octo hodieque Bauacum Hannoniæ oppidum (Ptolemæo & Antonino in Itinerario Bagacum Neruiorum) oſtentat

Anni vulgares Chriſti.

oſtentat & iactitat, videlicet *Tungrenſem Treuerenſem, Remenſem, Sueſſionenſem, Cameracenſem, Turnacenſem, Gandenſem* & *Montenſem*. Ex his PRIMA à Bauaco per Vogdoriacum, Geminiacū, Peruiciacū, Aduatucam Tungrorum, Coriovallum, Iuliacum, tendit vſque Coloniam Agrippinam: vt ab eodem Antonino & in Tabula itineraria Peutingeriana deſctibitur. Vtque vocabulis hodie notis vtar, tranſit hæc Via, ducto initio à Bauaco, per vicos *Taiſnieres, Aulnoit, Goignies, Giury, Eſtines, Wandré* propè Binchium opidum, *Morlaves* propè Mariæmontem, *Peruwez*, & inde verſus *Tongre, Maſtricht, Iuliers* & *Cologne*. SECVNDA Via, ducto ſimiliter initio à Bauaco, tranſit per vicos *Longueuille, Fegnies, Bouſſoit, Marpen* (vbi Sabim tranſmittit) *la Thure, Chaſteau de Montigny, Pry, Caſtre*, & inde per agrum Namurcenſem; tranſitoque Moſa per Arduennam & agrum Luxeburgenſem ducit ad vrbem Treuerenſem. TERTIA Via, ab eodem Antonino in Itinerario deſcripta, lambit ſiluam Mormaliam haut procul à Bauaco ſitam, inde ad vicum *Pont* Sabim fluuium tranſmittit, & per vicos *S. Remy cauchie, Friſiel, Eſtrun-cauchie*, perque opida *Capelle en Tiraße & Veruin*, defertur ad Axonam ſeu Axuennam fluuium, *Aixne*; illoque tranſito per vicum *Brimont* (aliàs *Cren de Brimont*, vbi Romani montem ſecuerunt) ducit ad vrbem Remenſem. QVARTA Via, tranſito vico *Bauegnies* & ſilua Mormalia, ducit ad opidum *Chaſteau en Cambreſis*, & inde per Auguſtam Veromanduorum, nunc S. Quintini opidum, ducit ad vrbem Sueſſionenſem. QVINTA Via, per vicos *S. Vaaſt, petit Warny, Viller Pol, Vemegis, Saulſoy, Ville en cauchie* & *Nane* ducit Camaracum & inde per vicos *Fonteine, Bourſy*, alioſque ducit Samarobrigam, hodie *Amiens*. SEXTA Via, ab eodem Antonino in Itinerario deſcripta, à Bauaco ducit ad Pontem Scaldis, *Eſcaut Pont*, obſcurum hodie vicum, primo lapide à Condato Hannoniæ opido ſitum, tranſitoque Scaldi ſiluam Abbatiæ S. Amandi à ſilua Mortanienſi ſeparat, & inde fertur ad Caſtellum, Abbatia Canonicorum Ord. Præmouſtratenſis famoſum, vulgò *Chaſteau l'Abbaye*. Tranſitoque illic Scarpo fluuio, per vicum *Lolain* rectà Turnacum; & inde Minariacum, vulgò *Pont d'Eſterre*, ad Caſtellum Morinorum, *Caſſel*, & ad portum Mardicenſem, *Mardick*, ducit. SEPTIMA Via per vicos *Bellegnies, Audrigny, Henſy, Pont à la Haine, Grantgliſe, S. Anne, Aubechies, Meaux, la Hamaide, Cocambe*, alioſque vicos fertur vſque Gandauum, ad Scaldis, Liſæ & Liuiæ confluentes ſitum. OCTAVA Via per vicos *Goumegnies, Hon, Sars, Genly, Noirchin, Supplie, Belian, Hyon*, & vrbe Montenſi, vicisque *Nimy* & *Mazieres* ad ſiniſtram relictis, tranſit per vicos *Maiſny S. Iean, Maiſny S. Pierre, Cauchie noſtre Dame*: Exinde Augia, vulgò *Enghien*, Hannoniæ opido limitaneo ad ſiniſtram relicto, per vicos *Caſtre* ſeu *Keſtregate*, *Goycke, Wambeke, Nath, Aſche, Merchtem, Londerzele, Rusbroke* & *Hallegate*, vſque ad Rupelam fluuium pertingit. Exinde Scaldi tranſito, vt arbitror, per municipium *Hochſtrate* & *Langheſtrate*, pergit ad Moſam, eoque tranſito ad Traiectum Rheni, nunc *Vtrecht*.

Hactenus de VIIS militaribus Bauacenſibus: de reliquis per Arteſiam, Flandriam, aliaſque prouincias nobis vicinas ducentibus, conſule Typum Galliæ Belgicæ veteris, Antuerpiæ anno 1633. noſtra cura æri inciſum. Ceterùm vt olim Romæ, ſic hodieque Bauaci in foro medio COLVMNA MILLIARIA exſtat, in veteris locum ſubſtituta, à qua Viæ iſtæ octo militares ſuprà memoratæ ordiuntur vel finiuntur.

finiuntur. In eodem opido etiamnum viſuntur muri ac ruinæ antiqui CIRCI à Romanis ſtructi, forma oblonga: vulgus *Caſtel* vocat. Circus iſte in longitudine ad nongentos plus minùs pedes, & in latitudine ad trecentos circiter olim patuit: vt ex fundamentis ac rudetibus colligi datur. Sub ipſo templo parochiali Bauacenſi parietinæ velut cryptæ reſtant, quas THERMARVM reliquias eſſe, eruditi ſuſpicantur. Similium Thermarum, aut certè ampliſſimi palatij fundamenta, marmora & ſaxa prægrandia in agro ſuburbano, ad portam Valentinianenſem Bauaci, anno 1633. eruebantur, cùm ad luſtrandas illius loci antiquitates Romanas, V.Cl. Gaſpare Genartio comite, excurriſſem. Porrò vt Metis in Lotharingia, & Veſontione in Burgundia, ſic & Bauacenſi in agro viſitur *Aquæductus*, à Romanis ſimiliter ſtructus: per quem à vico Floriaco, *Floruſies*, quattuor circiter milliaribus Belgicis diſtante, aqua fontana vltra Sabim fluuium in opidum Bauacenſe, editiore loco ſitum, olim deducebatur. Muri ipſius Aquæductus multis in locis, & præſertim propè vicos *Vieux Meiſnil* & *Limon*, & ad Sabim inter Abbatiam Altimontenſem & vicum Quartenſe, adhuc extant & ab accolis *Murs de Ajdu* nuncupantur. *Aj* noſtris maioribus idem quod aqua; *Du* id eſt, ductus. Fuit autem Bauacum ſeu Bagacum, *Bauay*, olim vrbs potens, ampla ac ſplendida; vt ipſæ latentium ac reſtantium operum moles, & numiſmata Romana, quæ plurima hodieque illic & in vicinia eruuntur, teſtatum reddunt. Ex Ptolemeo certè conſtat, Bauacum olim fuiſſe caput Neruiorum: ideoque exiſtimo *Superiorem* Neruiorum Epiſcopum (quem Concilio Agrippinenſi, cum S.Seruatio Tungrorum Epiſcopo, anno 347. interfuiſſe ſuprà dixi) non Tornaci, ſed Bauaci reſediſſe; ſedemque Epiſcopalem Bauaco Camaracum tranſlatam fuiſſe; Bauaco à Vandalis, Francis, Hunnis aliiſque barbaris, cum Belgica pænè vniuerſa, vaſtato. Hæc breuiter de Bauaco, ROMA inquam BELGICA, iſto loco dixiſſe ſufficerit.

Bonifacius IV. Papa 8. Maij moritur: Deuſdedit 13. Nou. ſufficitur. Hieroſolymitana vrbs à Choſroe Perſarum Rege, menſe Iunio, Indictione II. capitur, & Crux Dominica in Perſidem aſportatur: vt Theophanes & auctor Chronici Alexandrini tradunt. 614

Saes Choſroës dux Chalcedonem cum ſuis Perſis obſidet, non Carthaginem; vt Paulus diaconus perperam vertit. Nam Choſroës aut Perſæ numquam Africam tenuerunt. Eodem anno Perſæ Ægyptum, Alexandriam & Libyam inuaſerunt. Quibus calamitatibus perculſus Heraclius Imp. pacem ſupplex à Choſroë petiit, ſed non obtinuit. *Theoph. Paul. diac. l.* 18. PARISIENSIS V. Synodus, agente Clotario II Rege, hoc anno eſt indicta. Is poſt Theodeberti & Theoderici mortem, illorum quoque in regno ſucceſſerat, vniuerſumque, ſicut Clotarius alter, ipſius auus, Francorum imperium adeptus erat. Quo factum, vt maximo ad eam Synodum numero Epiſcopi conuenerint. Septuaginta nouem adfuiſſe tradunt, quot in nullo anteà Francorum concilio fuiſſe memorantur. S.Columbanus Abbas ſuprà non ſemel memoratus in Domino obdormit. 615

Agilulphus Langobardorum Rex, cùm annos 25. regnaſſet moritur. Adalwaldus filius natu maior, ſub tutelà matris Theodolindæ, ſuccedit. 616

S Perpetuus Tungrenſis ſeu Traiectenſis ad Moſam Epiſcopus his fere temporibus in Domino obdormit, & Ebregiſus ſufficitur. 617

618 Deuſdedit Papa 8. Nouembris moritur: Bonifacius 24. Decembris ſuccedit.

619 Hiſpalenſis Synodus in Hiſpania celebratur, cui Iſidorus illius vrbis Epiſcopus præfuit. Siſebutus Hiſp. Rex moritur, relicto Recaredo filio paruulo. Quo poſt 6. menſes itidem defuncto, ſucceſſit Suintilla anno ſequenti.

620 S. Ioannes Epiſc. Alexandrinus, cognomento Eleëmoſynarius, in Cypro inſula ſibi patria, piè obdormit: cuius vitam Leontius ſcripſit.

621 Tranſportatis in Aſiam copiis, Heraclius Imp. cum Choſroïs Perſarum Regis ducibus acie dimicat non ſemel, & quidem feliciter.

622 Mauritio imperante *Mahometes*, Arabum princeps, exitialem condidit ſectam, quam & armis longiùs extendit. Hic ex camelorum paſtore locupletis heræ coniux factus, in Palæſtinā abiit: vbi cum Chriſtianis Iudæiſque colloquens, adiutore Sergio monacho, qui ob hæſim eiectus ab Eccleſia fuerat, ex diuerſis diſciplinis, Chriſtiana, Iudæa & Ethnica, nouam ac monſtroſam conflauit ſectam, cui ſtolido mendacio auctoritatem addidit. Cùm enim à dæmone & comitiali morbo iactatus, identidem corrueret, mœrenti ob id vxori perſuaſit, Gabrielis ſe Angeli conſpectu & alloquio conſternatum ſic affici. Id confirmante Sergio, mulierculæ operâ latiùs diſſipatum ac vulgò creditum eſt. Scribit Theophanes occultam hæreſim illum habuiſſe decem annis; ac nouemdecim poſteà vi ferroque per Arabiam aliaſque prouincias propagatam aſſeruiſſe. Illud conſtat, anno Chriſti 622 Iulij 16. die, feria 6. fugam ipſum arripuiſſe, cùm ob erroris nouitatem de vita periclitaretur. Ab hac fuga, quam *Hegiram* vocant Arabes, id eſt, *perſecutionem*, Æra ſeu Epocha Arabum incipit: vt Petauius in libris de Doct. temp. fuſè docet.

623 Clotarius Dagobertū filiū ſuum apud Auſtraſios Septemtrionales Regē conſtituit, vt Aimoinus l. 4. c. 8. narrat. Florebāt tunc in Auſtraſia S. Arnulfus Metenſis, & Pipinus Landenſis, duo directores Dagoberti.

624 S. Gaugericus Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus circa an. 624. in Domino obdormit. Natus is fuerat in Epoſio, *Iuois*, Ducatus Luxeburgenſis opido, quod Antoninus in Itinerario & alij memorant. Cameraci in colle, vbi nunc arx à Carolo V. Imp. 1540. ſtructa viſitur, baſilicam conſtruxit, addito clericorū collegio. Quod S. Gaugerici fundatoris ſui cognomen poſteà aſſumpſit, & arci locum cedens ſedem in media vrbe nunc habet.

625 Eduuinus Nordanhumbrorum ſiue Anglorum Borealium Rex ethnicus, Eboraci commorans, cum Edelburga virgine Chriſtiana, Eadualdi Cantuariæ Regis filia matrimonium contrahit. Paulinus (qui à S. Gregorio Papa cum Mellito, Iuſto & aliis in Britanniam miſſus fuerat) in Edelburgæ comitatu exiſtens, hoc ipſo anno ab eodem Iuſto Dorouernenſi ſeu Cantuarienſi Archiepiſcopo cōſecratur Epiſcopus Eboracenſis iiſque Anglos Boreales ad Chriſtum conuertit. *Beda l. 2. hiſt. Angl. c. 8. & ſeqq.* Bonifacius Papa 25. Octob. moritur.

626 Honorius Petronij F. natione Campanus fit Papa.

627 Perſarum deletis exercitibus varijs, Heraclius Imp. in Perſidem irrumpit. Choſroës Rex, deſperatis rebus, in fuga *Merdaſen* iuniorem filium, ſibi in regno ſucceſſorem deſtinat. Quod ægrè ferens Siroes maior natu, cum Perſarum primoribus in patrem conſpirans, eum ſagittis obiici iuſſit, fratreſque ſuos omnes, ſpectante patre, iugulauit.

Exinde

Exinde pacem cum Heraclio pepigit. Warnacharius Maior domus regiæ anno 43. regni Clotarij moritur; vt Fredegarius cap. 54. ſcribit. Eo ipſo tempore habitam Synodum Matiſconenſem, & in ea Regulam S. Columbani, ab Agreſtini calumniis per eumdem Euſtaſium Abbatem defenſam fuiſſe, cenſet Sirmondus. At Baronius Synodum Matiſconenſem decennio antiquiorem facit; vt & alij Euſtaſium ante annum 627. obiiſſe contendunt.

Choſroe cum filiis ſublato, & pace cum Heraclio Imp. pacta Siroës Perſarum Rex prouincias quas Choſroës Romanis ademerat, itemque Crucem Dominicam reſtituit: quam inſequentis anni vere Hieroſolymam Heraclius ſuis humeris ſumma veneratione tranſtulit. Clotarius Francorum Rex anno principatus 45. moritur, cuius regnum DAGOBERTVS filius in ſolidum accepit; fruſtrà obnitente *Chariberto* fratre, ex Sichilde poſteriore coniuge ſuſcepto, cùm ex Bertrude natus eſſet Dagobertus: qui fratris demùm miſertus, maximam ei partem Aquitaniæ conceſſit. Atque hic Toloſæ regni ſede conſtituta totam ſibi Vaſconiam ſubiecit. Dagobertus S. Arnulfi Metenſis Epiſcopi, & Pipini Landenſis vſus conſiliis, ſumma regnum prudentia gubernauit. Prolixus in egenos, & pietati deditus fuit. S. Dionyſium Pariſiorum Epiſcopum præcipuè veneratus eſt: cui monaſterium haut procul à Lutetia condidit, Regum hodie Mauſoleum. 628

S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, libris editis clarus, floret. Bellarminus lib. de Script. eccleſ. cenſet illum an. 636. obiiſſe. 629

Circa an. 630. REMENSE conciliū celebratur: cui interfuerūt Sonnatius Remenſis, *Arnulfus* Metenſis, Theodoricus Lugdunenſis, Sindulfus Viennēſis, Sulpitius Bituricenſis, Modegiſilo Turonenſis, Sehocus Eloſanenſis, Leontius Santonenſis, *Modoaldus* Treuerenſis, *Cunebertus* Colonienſis, Richerius Senonenſis, *Donatus* Veſontionenſis, Auſpicius Auguſtodunenſis, Modoaldus Lingonenſis, Ragnebertus Baiocenſis, Childoaldus Abrincatenſis, Bertegiſilus Carnotenſis, Palladius Antiſiodorenſis, Gondoaldus Meldenſis, *Leudebertus* Pariſiacenſis, *Chainoaldus* Lauduni clauati, *Godo* Virdunenſis, *Anſericus* Sueſſionenſis, Claudius Reienſis, *Bertoaldus* Camaracenſis, *Agomarus* Siluanectenſis, Cæſarius Aruernenſis, Verus Rutenenſis, Agricola Gabalenſis, *Lupoaldus* Moguntiacenſis, VVillegiſelus Toloſanus, Conſtantius Albienſis, Namatius Ecoliſmenſis, Ruſticus Cadurcenſis, Audericus Auſcenſis, Emmo Ariſitenſis, Felix Catalaunenſis, Hadoindus Cenomanenſis, Magnebodus Andegauenſis, Ioannes Pictauenſis, Leobardus Namneticus, Epiſcopi. Flodoardum l. 2. Hiſt. Rem. c. 5. & Baldericum in Chron. Camar. l. 1. c. 14. conſule. Circa hunc item annum aut ſequentem *S. Audomarus* fit Morinenſis ſeu Taruanenſis Epiſcopus. 630

Mahometes moritur, vt Theophanes in Miſc. l. 18. cap. 58. tradit. Ex quo tempore illius ſucceſſores Saraceni paulatim Palæſtinam, Syriam, Ægyptum, Heraclio regnante, ſibi ſubiecerunt; qui in & Perſidem anno 640. fugato Rege Hormiſda, ceperunt. Tot imperij calamitatibus originem Heraclius dedit, prouocata in ſe Numinis ira, dum Monothelitarum hæreſim temerè ſuſceptam pertinaciùs tuetur. Ebregiſus Tungrenſis ſeu Traiectenſis ad Moſam Epiſcopus moritur: ſuccedit Ioannes cognomento Agnus. 631

632 Dagobertus Francorum Rex, Gomatrude coniuge ſterili repudiata, ducit Nanthildem: vt ex Aimoino l.4.c.19. Baronius ſupputat.

633 Eduuinus Anglorum Rex à Carduella, veterum in ea inſula Britonum Rege, & à Penda Merciorum Rege ethnico in prœlio victus, occumbit: cui Oſuualdus anno ſequenti ſucceſſit. *Beda lib. 2. cap. 17. & lib. 3. c. 1.* S. Liuinus Gandenſium patronus floret.

634 Oſuualdus Rex, ex Eduuini ſorore natus, Carduellam Regem bello vincit & occidit. Exinde S. Aidanum Epiſcopum, anteà monachum, ex Scotia ad ſe euocat, qui Berniciorum gentem ad Chriſtum conuertit. Idem Rex Deo adiuuante omnes nationes Britanniæ, quæ in quattuor linguas, hoc eſt Britonum, Pictorum, Scotorum & Anglorum, diuiſæ erant, ſub ditione ſua demum poſſedit. *Beda lib. 3. c. 1. & ſeqq.* Saraceni in Syria multa Romanorum millia occidunt, Damaſcum capiunt, & in ea parentes S. Ioannis Damaſceni. Religio tamen Chriſtiana ibidem perdurauit: vt Theophanes & Ioan. Damaſcenus narrant.

635 S. Cunibertus Colonienſis Epiſcopus floret; vt Fredegarius c. 58. & Aimoinus l. 4. c. 19. teſtantur. Saraceni Hieroſolymam obſident. Ruſtico Epiſcopo Cadurcenſi, qui ex clerico palatino Dagoberti creatus Epiſcopus, ſeptem annis præfuerat, ſucceſſor hoc anno datur Deſiderius.

636 Dagoberto Regi ex Ragintrude naſcitur filius Sigebertus: qui infans 40. dierum, cùm baptizaretur à S. Amando, reſpondit, Amen. Saraceni Hieroſolymam occupant, quam annis 463. tenuerunt, hoc eſt, vſque ad tempora Godefridi Bullonij, qui an. 1099. Belgarum virtute bellica, eam Chriſtianis reſtituit.

637 Ioanni Agno Epiſcopo Tungrenſi ſeu Traiectenſi ad Moſam, VIII. Kal. Auguſti defuncto, ſufficitur *S. Amandus*, & VII. Kal. Nouembris conſecratur. Chariberto Vaſconiæ Rege, eiuſque filio, defunctis, regnum iſtud obtinet Dagobertus, Chariberti frater. Antiochia à Saracenis occupatur.

638 Honorius Papa moritur, & IV. Idus Octobris ſepelitur. Sedes annum vnum & menſes 7. vacat, Seuerini electi conſecratione dilata; vt Anaſtaſius Bibliothecarius Sedis Apoſtolicæ in Collectaneis, quæ in gratiam Ioannis Diaconi, cùm Hiſtoriam eccleſiaſticam meditaretur, è Græcis verſa concinnauit, & Sirmondus Pariſiis 1620. edidit. Quæ quidem Collectanea res multas illuſtres, ab hoc anno vſque ad annum 668. geſtas continent.

639 Sergio Patriarchæ Conſtantinopolitano mortuo, Pyrrhus Indictione XII. ſuccedit; teſte eodem Anaſtaſio. Dagobertus Francorum Rex Sigebertum filiū ſuum creat Auſtraſiæ Regem, ſub tutoribus Cuniberto Epiſcopo Colonienſi & Adagiſilo palatij Rectore. *Fredeg. c. 75. Aimoin. 4. c. 26.*

640 Seuerinus Papa 30. Maij ordinatus, ſepultus eſt IV. Nonas Auguſti. Sedes menſibus 4. diebus 29. vacat: Ioannes ſucceſſor pridie Kal. Ianuarias ordinatur. Hormiſda Rege fugato, Saraceni Perſidem occupant.

Dagobertus Rex Kalendis Maij, Indictione II. anno XI. regni ſui, dat Amando Tungrenſi Epiſcopo (qui filium eius Sigebertum baptizauerat) locum ſitum inter duos fluuios *Scarp* & *Elnone*, ad ædificandum monaſterium: quod hodie eſt Benedictinorum, & S. Amandi dicitur, in diœceſi Tornacenſi ſitum. Diploma Pariſiis datum Gerardus

dus Notarius, ad vicem Dadonis Cancellarij, recognouit; extatque
cap. 4. in noſtra Notitia eccleſiarum Belgij. Sunt autem hæc ad an-
num Chriſti 640. aut præcedentem referenda.

Heraclius Imp. ætatis 66. imperij 30. anno, menſe Martio moritur 641
ex aqua intercute, aliiſque morbis; quibus inceſtas cum Martina fra-
tris filia nuptias luiſſe creditur. Heraclio CONSTANTINVS ex priore
coniuge filius ſuccedit, & quarto pòſt menſe à nouerca Martina ve-
neno tollitur. *Heracleonas* ſeu Heraclianus cum Martina matre ſex
menſibus regnat: quibus exactis, nares illi Senatus decreto, matri
lingua præciditur, & fit Imperator CONSTANS Conſtantini filius,
Heraclij nepos. S. Amandus, exacto triennio in Epiſcopatu, Euange-
licæ prædicationis officio per varias prouincias fungitur, Landoaldo
vices eius Epiſcopales per nouennium gerente. Fuit enim Amandus
vir verè Apoſtolicus, qui non ſolùm apud ſuos Tungros, ſed etiam
apud Brabantos, Flandros, alioſque populos Chriſti doctrinam longè
latéque diſſeminauit. *Infra caſtrum Antverpis ſuper fluuium Scalde in ho-*
norem SS. Petri & Pauli Apoſtolorum eccleſiam conſtruxit; vt ex Rohingi
Antuerpienſium Principis diplomate, in citata Notitia cap. 15. à me
producto conſtat. *Gandaui*, opibus S. Bauonis, illuſtre monaſterium
(quod nunc eſt cathedrale Canonicorum collegium) itemque alte-
rum in monte Blandinio excitauit; *Truncinij*, in agro ſuburbano Gan-
denſi, clericorum collegium (quod nunc eſt ord. Præmonſtratenſis
Abbatia) & alterum *Rotnaci* tertio ab Aldenarda lapide, inſtituit:
quorum poſterius hodieque Canonicorum XV. eſt collegiũ, exinde
à Ludouico Imp. Lotharij filio amplè dotatum. *In agro Namurcenſi*, ad
Sabim fl. in honorem S. Petri monaſterium conſtituit, quod nunc
eſt nobilium virginum Canonicarum XVII. & Canonicorum X. col-
legium, vulgò *Monſtier* nuncupatum. In *Monte littoris* (qui locus nunc
eſt opidum, in confinibus Brabantiæ & Hollandiæ ſitum, Latinè
Mons S. Gertrudis, vulgò *Gertrudenberghe*) cellam conſecrauit: vt
conſtat ex tabulis eccleſiæ Thorenſis an. 992. datis, quas in cit. Noti-
tia cap. 73. recitaui. Eiuſdem S. Amandi hortatu, Itta ſeu Iduberga,
Pipini Laudenſis vidua, eiuſque filia S. Gertrudis *Niuellenſe* in Gallo-
Brabantia nobilium Canonicarum collegium, & S. Rictrudis ma-
trona piiſſima *Marchianenſe* cœnobium ad Scarpum fl. excitarunt.
Sunt qui putant ab eodem Amando Argentoratenſem in Alſatia Epi-
ſcopatum fuiſſe conditum: alij alium à noſtro Amandum Argentora-
tenſem fuiſſe exiſtimant.

Dagobertus Rex Vaſcones rebelles, per ſuos legatos, ſubigit. Ioan- 642
nes Papa IV. Idus Octobris ſepelitur: Theodorus menſe Nouembri
poſt eum ordinatur. *Anaſtaſ.*

S. Reginulfa virgo claret, & quieſcit in Aicuria Gallo-Brabantiæ 643
vico; vbi olim Canonicorum fuit collegium, ab eiuſdem patre inco-
hatum, quod inde Nicolai V. Papæ auctoritate anno 1456. tranſla-
tum eſt Louanium ad S. Iacobi ædem.

Dagobertus Francorum Rex 19. Ianuarij moritur: cui filius Clo- 644
doueus II. in Neuſtriæ & Burgundiæ regno ſuccedit; Sigeberto al-
tero filio in Auſtraſiæ regno annum iam ſextimum agente. Apud Clo-
doueum Æga, apud Sigebertum Pipinus Landenſis (ſic dictus à
Landa peruetuſto Brabantiæ opido) Magiſtrum palatij egit. *Fredegar.*
c. 79. Aimon. l. 4. c. 33.

Aurelianenſe concilium hoc ferè tempore habetur: in quo hære- 645

Ragnericus Ebroicenſis, Betto Iuliobonenſis, & per vicarios Latinus Turonicus, Salappius Namneticus, *Audebertus* Pariſiacus, Felix Lemouicenſis, Chadoindus Cenomannicus, & Durioterus Redonicus, Epiſcopi.

S. Eligius Nouiomagenſis ac Tornacenſis Epiſcopus Flandris & Andouerpis Euangelicam doctrinam prædicat; vt in eius vita Audoënus commemorat. 651

Sigebertus Auſtraſiæ Rex, anno regni ſui 14. Stabulenſi & Malmundarienſi monaſteriis, à ſe fundatis, multa prædia largitur, petente Remaclo Traiectenſi Epiſcopo & Abbate. 652

Martinus Papa Indictione XI. (ſi non eſt mendum in exemplari diplomatis Pontificij, ad me miſſo) concedit immunitatem aliaque priuilegia monaſterio Elnonenſi, petente Amando Traiectenſi Epiſcopo. Idem Martinus Papa menſe Iunio, à Calliopa Exarcho Rauennate, Roma in exilium abducitur; & eius loco Eugenius, menſe Septembri ſubſtituitur: vt Anaſtaſius in ſuis Collectaneis ſuprà memoratis narrat. Stabuletum ſponte ſecedenti S. Remaclo in Epiſcopatu Traiectenſi ſuccedit S. Theodardus. 653

S. SIGEBERTVS Auſtraſiæ Rex, Stabulenſis & Malmundarienſis monaſteriorum in Arduenna, Surburgenſis in Alſatia propè Hagenoam, itemque cœnobij S. Martini propè Metas in Lotharingia, & aliorum alibi fundator, 16. regni ſui anno, Kalendis Februarij in Domino obdormit. Vitam eius & miracula Sigebertus Gemblacenſis monachus deſcripſit. Anno 1552. ſæuientibus bellis, cùm ſuprà memoratum S. Martini cœnobium (in quo ſepeliri voluerat Sigebertus) eſſet dirutum, oſſa eius indè primùm Metas, poſteà Nanceium ſunt tranſlata: vbi quieſcunt capſæ argenteæ incluſa, in primatiali Canonicorum baſilica, cuius fundamenta 1603. Carolus III. Lotharingiæ Dux, eiuſque filius Carolus Cardinalis poſuerunt. Martinianam verò Abbatiam Clemens VIII. ſuppreſſit, eiuſque prædia nouo iſti collegio Nanceiano pro dote adſignauit. Cæterùm Sigebertus cùm de prole ſuſcitanda deſperaret, Childebertum Grimoaldi filium an. 651. adoptarat, eumque ſibi ſucceſſorem deſtinauerat. Sed cùm præter ſpem *Dagobertum* genuiſſet, illo in fidem Grimoaldi tradito, demum obiit. Grimoaldus itaque attonſum Dagobertum in Scotiam miſit, & *Childebertum* filium ſuum ad regnum euehere conatus eſt. Qua perfidia offenſi Franci, comprehenſum Grimoaldum Clodouei Neuſtriæ Regis iudicio ſiſtunt: qui eo ad carceres damnato, & Childeberto deiecto, CHILDERICVM filium ſuum (quem ex Bathilde Saxonica, cum duobus fratribus Clotario & Theoderico, ſuſtulerat) Auſtraſiis Regem dedit. *Aimoin. l. 4. c. 42.* 654

Adroaldus vir nobilis S. Bertino, eiuſque ſociis S. Mummoleno & Ebertrando, anno XI. Clodouei Regis, VIII. Idus Septembris, dat villam *Sithiu* in pago Teruanenſi, ad ædificandum monaſterium, quod hodie S. Bertini dicitur. Diploma donationis c. 5. in noſtra Notitia eccleſ. Belgij exſtat. Fuit autem S. Bertinus patria Conſtantienſis, qui cum S. Mummoleno (pòſt Nouiomenſi ac Tornacenſi Epiſcopo) & Ebertrando, ex Luxonio Burgundiæ cœnobio & oppido, ad S. Audomarum Morinenſem Epiſcopum veniens, primus Abbas Sithienſis fuit, & ibidem an. 698. obiit. Idem porrò Adroaldus, præter villam Sithiu, S. Bertino dedit & Alciacum prædium, in diplomate Sithienſi memoratum: quod hodie ſimiliter eſt Benedictino-

diſtinorum Abbatia in Arteſia, vulgò *Aulcy les moines.* Conſtans Imp. contra Saracenos infeliciter nauali prœlio certat, ſuiſque pertæſus ex Græcia in Italiam traijcit: vbi cum Langobardis infeliciter quoque pugnauit. *Theoph.*

655 S. Martinus Papa Conſtantinopoli diris modis vexatus, Cherſonem relegatur. Byzantio digreſſus die Cœnæ Domini, Cherſonem peruenit Idibus Maiis; obiitque ibidem exul hoc ipſo anno, Indictione XIV. die 16. Septembris. *Anaſtaſ.* Grimoaldo in carcere Pariſiis amara morte conſumpto, *Childericus* Clodouei filius toti Auſtraſiæ imperat. Ad Childericum S.Theodardus Traiectenſis Epiſc. opus hoc anno cùm tenderet, vt bona Eccleſiæ ſuæ recuperaret, martyrio coronatur, 10. Septembris.

S.Furſeus natione Hibernus, primus Abbas Latiniaci, & patronus vrbis Peronenſis, SS.Foillani & Vltani frater, circa hunc annum Peronæ (vbi monaſterium fundauerat, Erchenualdo Maiore domus dotante) deceſſit. Cuius corpus, quarto poſt obitum anno incorruptum, S. Aubertus Camaracenſis, & S. Eligius Noniomenſis Epiſcopi, è terra eleuarunt. S.Furſei frater *S. Foillanus* in ſilua Carbonaria apud Hannones martyrio fuit coronatus: quo loco hodie illuſtris Canonicorum ord. Præmonſtratenſis Abbatia viſitur, propè Rodium, *Reux* Hannoniæ opidum, titulo Comitatus clarum, ad gentem Croyam pertinens.

Tertius frater *S.Vltanus* villam, ex ſitu loci Foſſas nuncupatam, à S.Gertrude Niuellenſi (cui pia familiaritate coniunctus fuit) dono accepit, in eoque loco *monaſterium Scottorum* (vt Eginhartus in Hiſtoria SS.Marcellini & Petri vocat) exſtruxit, quod nunc eſt Canonicorum collegium, Foſſis, Leodicenſis diœceſis opido incluſum. Huius monaſterij Abbas cùm eſſet, fratrem ſuum Foillanum martyrio coronatum cognouit. Idem in regimine Peronenſis monaſterij (quod nunc quoque Canonicorum in Picardia eſt collegium) Furſeo fratri ſuo ſuffectus, ibi S. Amatum Epiſc. Senonenſem exulantem diu fouit. De his tribus fratribus Beda l.3.c.19. Hiſt. Angl. fusè agit.

656 S. Lambertus fit Traiectenſis ad Moſam Epiſcopus. Eugenius (quem S.Martini Papæ loco ſuffectum fuiſſe diximus) 2. Iunij moritur: & Vitalianus fit Papa, qui annos 14. menſes 6. ſedit; vt Anaſtaſius in ſuis Collectaneis teſtatur.

657 S. Vedaſti corpus per S.Aubertum Camaracenſem & Atrebatenſem Epiſcopum transfertur ex baſilica cathedrali Atrebatenſi ad Nobiliacum monaſterium; S.Lamberto Traiectenſi, & S.Audomaro Taruanenſi, Epiſcopis præſentibus. Ex quibus Audomarus, dum ſacræ illæ reliquiæ transferrentur, viſum, quem præ ſenio perdiderat, recepit; vtque eodem rurſus careret, à Deo obtinuit, mentis aciem ratus potiorem oculorum incolumitate.

Præter hos ſanctos Antiſtites, in noſtra vicinia iis temporibus floruerunt *S.Landelinus* Abbas, qui Laubienſe, Alnenſe & Criſpinienſe monaſteria fundauit; *S.Giſlenus* Abbas Cellenſis; *S.Vincentius*, qui Sonegienſem & Altimontenſem eccleſias excitauit, eiuſque vxor *S. Waldetrudis* Montenſis in Hannonia collegij Canonicarum virginum nobilium auctrix, & eorumdem liberi quattuor, *S.Landricus* Meldenſis Epiſcopus, *SS. Aldetrudis* & *Madelberta*, Abbatiſſæ Melbodienſes ex ordine, & *S.Dentlinus* Reſæ in Cliuia patronus. De quibus & aliis cùm viris tum feminis vitæ morumque ſanctitate claris Faſtos noſtros Belgicos,

Belgicos, qui volet, conſulat. Præter Furſeum, Foillanum & Vlta-
num ſuprà memoratos, alij inſuper multi, vt *SS. Etto, Bertuinus, Elo-
quius, Adalgiſus, Mombulus, Waſnulfus* & *Autbodus* ex Hibernia, Scotia
& Anglia venientes Belgicam noſtram Euangelicâ prædicatione
illuſtrarunt.

Namnetenſe concilium celebratur: cuius conſenſu Niuardus Re- 658
menſis Epiſcopus monaſterium Altiuillarenſe ad Matronam fl. in-
ſtaurauit & renouauit. *Flodoardus l.2.c.7.* Anno 15. regni Chludouici
Regis, menſe Iulio, priuilegium libertatis monaſterio S. Dionyſij à
Landerico Ep. Pariſienſi conceditur: quod ſignarunt idem Landeri-
cus Pariſienſis, Munemundus, Gouualdus, Vulfolenus Bituricenſis,
Armentarius Senonenſis, Rauracus Neuernenſis, Malehardus Car-
notenſis, Eligius Nouiomenſis, Gratus Cabilonenſis, Ioannes, Bur-
gundofar Meldenſis, Richoaldus, Baldomerus Lugdunenſis, Audoë-
nus Rotomagenſis, Taurinus, Euſtorgius, Karioendus, Bertefridus
Ambianenſis, Audobertus Camaracenſis, Clarus Gratianopolitanus,
Caſtadius, Litterius, Palladius Autiſiodorenſis, Ætherius Ebredu-
nenſis, Ingildus Valentinus, Epiſcopi. S. Rictrudis, vidua Adal-
baldi Ducis, Marchianis in agro Duacenſi floret, cum prolibus
S. Mauronto, & S. Euſebia: de quibus in Faſtis & Annalibus Belgicis
latè egimus.

S. Gertrudis virgo & Abbatiſſa Niuellenſis, anno ætatis 33. die 17. 659
Martij, qui erat Dominicus, ad meliorem vitam tranſit: vt ex ſe-
rie illius vitæ colligi datur. Quod nota contra Sigebertum Gembla-
cenſem, qui eius obitum ad annum 666. refert. Hiſtoria porrò vitæ
S. Gertrudis, iuſſu Dominicæ IV. Abbatiſſæ Niuellenſis conſcripta,
apud nos & alibi ms. exſtat.

Celeberrimo Epiſcoporum conuentu Cliplaci, *Clichy*, in agro Pa-
riſienſi, habito, Clodoueus Rex S. Dionyſij monaſterium, quod
Dagobertus pater eius exſtruxerat, ab Epiſcoporum omnium iu-
riſdictione immune declarandum curauit; petens, *vt ſicut tempore ge-
nitoris ſui chorus pſallentium per turmas fuit inſtitutus, vel ſicut ad mona-
ſterium S. Mauritij Agaunis, & S. Martini Turonis, die noctúq; tenetur, ita in
loco ipſo per omnia futura tempora celebretur.* Priuilegium iſtud, præter
Chludouium Regem, ſignarunt Munemundus, Chaoaldus, Rauracus
Neuernenſis, Audemarus Taruanenſis, Ætherius, Eligius Nouiomen-
ſis, Richoaldus, Rigobertus, Landericus Pariſienſis, Droglendus,
Palladius, Clarus, Armentarius Senonenſis, Malchardus, Rado, Amal-
bertus, Waldelmarus, Sichelmus, Chiloaldus, Sanderadus; Tancul-
fus, Guinemarus, Bobo, Deſideratus, Hathodo, Epiſcopi; Gautio-
bertus & Gerecrannus, Diaconi; Bodolenus, Ebroinus, Raimbertus,
Arnebertus, Radobertus Maior domus, Merulfus, Bertolando, Aigul-
fus Comes palatij, Tilpingus Comes, & alij proceres. Datum die
X. Kal. Iulij, anno XVI. regni Chludouij Regis, in Clipiaco.

Clodoueus II. Neuſtriæ & Burgundiæ Rex moritur: filius *Clota-* 660
rius III. ſuccedit. S. ELIGIVS Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus
Kalendis Decembris in Domino obdormit, cùm ad initium regni
Clotarij Regis peruenisset: vt in eius vita Audoënus cõmemorat. Eli-
gius porrò *multũ laborauit in Flandris, iugi inſtantia Andouerpis decertauit, &
multos erroribus implicatos Sueuos* (ſeu Zelandos, vulgò *Zeeuwen*) *conuertit:*
vt idem Audoënus loquitur. Idẽ Sollemniacũ monaſteriũ in diœceſi

Lemonicenſi fundauit, & præter Homilias XVI. (quæ in Bibliotheca veterum Patrum exſtant) ſcripſit Sermonem ad omnem plebem, qui in Appendice tomi 9. operum S. Auguſtini, tractatu 20. ſine nomine auctoris legitur. Reuerà autem eſſe S. Eligij Noniomenſis Epiſcopi, veterum exemplarium manuſcriptorum conſenſus & Audoëni teſtimonium comprobant. Ceterùm Eligio in Nouiomenſi ac Tornacenſi cathedra *S. Mummolenus* ſucceſſit.

661 S. Avdomarvm Taruanenſem Epiſcopum nonagenarium hoc anno obiiſſe, vetera monumenta tradunt, cùm annos 30. præfuiſſet. Audomaro per ſenium ad cęcitatem redacto *Drautius*, aliàs Drauſcius ſiue Drauſcio (vt ſuſpicor) Suffraganeus ſiue Coëpiſcopus fuit: quod colligi poſſe videtur ex Corbeienſi diplomate infrà an. 664. recitando. Quod quidem diploma vtrique, hoc eſt, Audomaro & Drauſcioni eſt inſcriptum, & vtrique à Bertefrido Ambianenſi Epiſcopo fortaſſe miſſum. Sed Audomaro interim defuncto (vt coniici datur) ſolus Drauſcio priuilegium iſtud ſignauit. Sub finem huius anni S. Amandus eccleſiam ſuam Elnonenſem conſecrat; Reolo Remenſi, Vindiciano Camaracenſi, & Mummoleno Nouiomenſi, Epiſcopis præſentibus.

662 Idem *S. Amandus* Tungrenſis Epiſcopus, Antuerpienſium Flandrorum, aliorumque populorum Apoſtolus, 6. Februarij moritur, & in Eluonenſi ſuo monaſterio ſepelitur, anno 662. iuxta ſtilum Romanum, qui annum à Kalendis Ianuariis orditur. Sed iuxta Sigebertum Gemblacenſem & ſtilum Gallicanum (qui anni initium à Paſchate ducit) an. 661. deceſſit. Alij eius obitum aliquot annis poſteriorem faciunt. Exſtat S. Amandi codicillus, anno ſecundo regni Theoderici (aliis *Clotarij*) Regis, xv. Kal. Maij ſcriptus: quo mandat corpus ſuum in Elnonenſi monaſterio ſepeliri, nec inde auehi. Dicto codicillo ſubſcripſerunt Reolus Remenſis, Mummolenus Nouiomenſis Vindicianus Camaracenſis, Bertinus Abbas Sithienſis, Aldebertus Abbas S. Banonis Gandenſis, Ioannes Abbas Blandinienſis, & Baudemundus tunc Notarius, pòſt Abbas tertius Blandinienſis, qui vitam S. Amandi à Surio editam conſcripſit. Codicillus iſte in Faſtis noſtris Belgicis 6. Februarij legitur.

Clotarius III. Francorum Rex, eiuſque mater S. Balthildis ſeu Baldechildis *Corbeienſe* monaſterium ad Somonam fl. in diœceſi Ambianenſi fundant: *Nos & præcelſa genitrix noſtra, domna Baldechildis Regina, monaſterium in honore SS. Petri & Pauli Apoſtolorum & S. Stephani protomartyris ſuper fluuium Somna, in loco qui dicitur Corbeia, quem Gunilandus quondam poſſederat, & ad fiſcum noſtrum peruenerat, vbi præeſt venerabilis vir Theodefridus Abba, pro æterni numinis intuitu ædificari præcepimus, vt monachi ſub ſancta regula ibidem debeant conuerſari*: vt in diplomate fundationis per Clotarium Regem dato legitur. Exſtat & alterum eiuſdem Regis diploma, quo à teloneis omnibus immune facit monaſterium Corbeienſe: quod diploma ſcriptum eſt die 23. Decembris *anno V. regni eius in Stirpiniaco*; ſi tamen non ſit mendum in annis regni. Sirmondum tom. 1. Conc. Galliæ conſule.

663 Conſtans Imp. Romam veniens à Vitaliano Papa honorificè excipitur: inde poſt dies 12. digreſſus, primò Neapolim, & anno ſequenti Syracuſas ſe recepit: vt Anaſtaſius in Vitaliano, & Paulus diac. de geſt. Long. l. 5. c. 6. & ſeqq. narrant.

S. Al-

S. Aldegvndis Abbatiſſa & fundatrix Melbodienſis in Hannonia 664
cœnobij 30. Ianuarij moritur, biennio poſt S. Amandi obitum. In regimine Melbodienſis eccleſiæ ſucceſſit *S. Aldetradis*, ex Waldetrude ſorore S. Aldegundis genita. His ferè temporibus Bertefridus Epiſcopus Ambianenſis Corbeienſi monaſterio priuilegium libertatis conceſſit: *Dominis ſanctis & ſummi culminis apice pontificalis cathedræ ſpecula præſidentibus in Chriſto fratribus*, Niuoni, Geneſio, Ethoaldo, Emmoni, Audoni, Audomaro, Audoino, Audeberto, Burgundofaroni, *item* Audeberto Drauſcioni, Berthefridus *Ambianenſis eccleſiæ Epiſcopus. Quia Chlotarius Rex & Balthildis Regina monaſterium ſuo opere in loco nuncupante* Corbeia *conſtruxerunt, religioſam petitionem noſtris auribus patefecerunt. Hoc itaque priuilegium plena voluntate, vnà cum conſenſu fratrum meorum, indulſiſſe viſus ſum, quod &* Agaunenſium *&* Lirinenſium *& Baſilica domni* Marcelli *& monaſterium* Luxouienſe *videntur habere conceſſum. Illud etiam addi placuit, vt monachi ſub regula S. Benedicti vel S. Columbani viuere debeant. Quam definitionem manus noſtræ ſubſcriptionibus roborauimus, & Coëpiſcopos domnos & fratres noſtros oramus, vt ipſum in omnibus confirmare debeant.* Bertefridus *Ambianenſium vrbis Epiſcopus*, Geneſius, Chaoldus, Gantiobertus, Boſo, Ragnobertus, Mummolenus, Audobertus, Audoënus, Dado, Emmo, Leodeboldus, Chrodobertus, Paternus, Drauſcio *&* Audebertus, *Epiſcopi ſubſcripſerunt. Factum eſt hoc priuilegium VIII. Idus Septembris, anno VII. regnante Clotario Rege, Captonnaco in palatio publico.*

Diploma iſtud to. 1. Concil. primus Sirmondus publicauit: quod quidem Clotario III. Regi annos ſeptem attribuit: ſi tamen non ſit mendum in nota annorum. Nam de eorum numero apud Chronographos magna eſt quæſtio; & nonnulli Clotarium hunc anno 664. alij anno 666. obiiſſe volunt. Sunt item qui huic Clotario *Childericum* fratrem, alij *Theodericum* fratrem immediatè in regno Neuſtriæ ſuffectum fuiſſe ſcribunt. Hoc conſtat, poſt obitum huius Clotarij, diſſenſionem inter proceres fuiſſe de Rege ſubſtituendo; ac demum præualuiſſe Childericum, qui anteà in Auſtraſia regnarat.

S. Wandregiſilus Abbas Fontanellenſis moritur 22. Iulij, Indictione 665
VIII. anno IX. Vitaliani Papæ, Clotarij Regis (lege *Childerici*) vndecimo: vt in eius vitæ hiſtoria emendandum Bucherlus cenſet. Childericus Rex, eiuſque vxor Blidechildis dant S. Amando Tungrenſi Epiſcopo Bariſiacum, Laudunenſis agri villam. *Datum ſub die Kalend. Auguſti, anno II. regnante Childerico Rege.* Diploma exſtat c. 8. in Notitia eccleſ. Belgij.

Clotarium III. Neuſtriæ Regem hoc anno obiiſſe, & Theodericum 666
eius fratrem ad regnum primò à Francis fuiſſe admiſſum, ipſoque poſteà repudiato ob Ebroini inſolentias, *Childericum* fratrē ex Auſtraſia ad regnum Neuſtriæ à Francis euectum fuiſſe, Sigebertus in Chron. & alii nonnulli tradunt. Alij aliter ſupputant, vt ſuprà monui.

Childericus Rex à Bodilone nobili Franco, quem ad ſtipitem liga- 667
tum virgis affici iuſſerat, cum vxore grauida interficitur. Huius filius *Chilpericus* in diplomate quodam Corbeienſi (vt Sirmondus in Notis ad to. 1. Concil. aſſerit) ſubſcriptus legitur anno primo regni ſui; vocatque Childericum genitorem ſuum, Baldechildem auiam, Clotarium auunculum, id eſt, patruum. Cuius quidem Chilperici, Childerico geniti, Annales Gallici nuſquam meminerunt. Poſt Childerici cædem Theodoricvs eius frater regnum tenuit, & ad poſte-

ros tranſmiſit. Sub hoc Rege *Leudeſius*, Erchenualdi filius, Magiſter palatij fuit: quem Ebroinus è Luxonienſis monaſterij latebris erumpens poſteà occidit, Præfectura aulæ occupara. Maricolenſi monaſterio, *Maroilles* in Hannonia (quod vir illuſtris *Chonebertus* in pago Fano-Martenſi ad Helpram fl. conſtruxerat) anno XII. Childerici Regis, S. HVMBERTVS Abbas partem villæ Macerienſis, in pago Laudunenſi ad Iſaram fl. ſitæ, dedit. Diploma donationis, à Vindiciano Ep. Camaracenſi & Fulberto S. Humberti fratre ſignatum, Baldericus in Chron. Camer. l. 1. c. 24. recitar: quod emendatum atque illuſtratum in noſtra Notitia eccleſ. Belgij cap. 9. exſtar. Fuit autem *S. Humbertus* ſocius S. Amandi Tungrenſis Epiſcopi, cùm in peregrinatione Romana, tum in prædicatione Euangelij apud Antuerpienſes & alibi. Quieſcit in ſuo Maricolenſi Benedictinorum coenobio, in pago Fano-Martenſi, ſic dicto à Fano Martis, *Famars*; qui vicus Hannoniæ altero lapide à Valentinianis abeſt, vbi hodieque vetus caſtellum à Romanis ſtructum viſitur.

668 Vulfoaldus fit Maior domus in Auſtraſia. Conſtans Imp. Syracuſis occiditur: filius *Conſtantinus Pogonatus* ſuccedit.

669 Wolfetrudis cognata S. Gertrudis, & poſt eam Abbatiſſa Niuellenſis, IX. Kal. Decembris, anno ætatis 30. præfecturæ vndecimo, moritur. Wolfetrudi Agnes & Agneti Dominica (cuius iuſſu vita S. Gertrudis fideliter eſt conſcripta) ſucceſſit. Ab Agnete Abbatiſſa Niuellenſi *S. Begga*, Anſegiſi ſuprà memorati vidua & S. Gertrudis Niuellanæ ſoror, virgines petiit ad ſuum Andennenſe monaſterium (quod nunc eſt nobilium Canonicarum collegium ad Moſam fl. in agro Namurcenſi) fundandum, piiſque moribus inſtruendum.

670 Vitaliano Papa defuncto, Adeodatus pontificatum tenuit. Circa huuc annum mortua putatur *S. Waldetrudis*, quæ Caſtrilocenſe ſeu Montenſe illuſtrium virginum Canonicarum in Hannonia collegium fundauit. Eremberti Abbatis Corbeienſis, à Theodefredo Ambianenſi Epiſcopo in Chrodegarii demortui locum ſuffecti, electionem Theodericus Francorum Rex confirmar. Diploma apud Sirmondum to. 1. Concil. exſtar. Circa hunc item annum Auguſtodunenſe concilium à S. Leodegario Epiſcopo celebratum fuiſſe cenſet idem Sirmondus.

671 Saraceni Ciliciam inuadunt, & Conſtantinopoli minantur.

672 Ebroinus, Maior domus ſub Theoderico Rege, diuerſis temporibus multos Epiſcopos innocentes exilio aut morte damnauit. Ex illis *S. Amatus* Senonenſis Epiſcopus ſede ſua pulſus, in Broilenſi monaſterio ad Liſam fl. in Flandria, à S. Rictrude Marchianenſi eiuſque filio S. Mauronto humaniter exceptus ac fotus fuit. Vbi & anno 688. aut 689. obiit; inde, ob Normannorum incurſiones, poſteà Duacum tranſlatus, vnà cum Broilenſi monaſterio, quod hodie Canonicorum S. Amati eſt collegium, quodque permiſſu Ioannis Ep. Cameracenſis, Caroli Francorum Regis, & Balduini Ferrei Flandriæ Comitis, an 874. ibi ſedem fixit. Inter morte mulctatos, iuſſu Ebroini, fuit *S. Leodegarius* Auguſtodunenſis Epiſcopus, quem in territorio Atrebatenſi decollari fecit in loco, qui dicitur Silua S. Leodegarij: ſepultuſque eſt in villa quæ dicitur *Setein*, in confinio Cameracenſis Epiſcopij & Morinenſis: vt Baldericus in Chron. Camerac. l. 1. c. 20. loquitur. De anno cædis S. Leodegarij inter Chronographos magna eſt quæſtio.

Gri-

Grimoaldus Langobardorum Rex moritur; cui filius, annos 9. 673
natus, Garibaldus ſucceſſit. Huius paulò pòſt mortui locum excepit Bertaridus, Ariperti Regis filius, cui regnum debebatur. *Paul. Diac. l. 5. c. 33.*

Vulfoaldus (qui S. Michaelis monaſterium ad Moſam in diœceſi 674
Virdunenſi fundauit) Maior domus in Auſtraſia, circa hunc annum obijt. Poſt quem Martinus Dux, & Pipinus Herſtallius, Anſegiſi filius, in Auſtraſia dominantur, contra Ebroinum pugnant & vincuntur. Martinus exinde dolo Ebroini occiditur. *Fredeg. c. 97. Aim. l. 4. c. 45.* Atrebatenſis eccleſiæ poſſeſſiones Ioannes Papa (alijs Adeodatus) diplomate edito confirmat, cui Leodegarius Auguſtodunenſis, Vindicianus Cameracenſis, Audoënus Rotomagenſis, & alij Epiſcopi ſubſcripſerunt. Diploma (ſi tamen genuinum eſt) apud Baldericum in Chron. Cameracenſi l. 1. c. 25. reperies, *datum VIII. Idus Maias, anno VII. Theoderici Regis, Indictione ſecunda*, hoc eſt, iuxta æram noſtram, Chriſti anno 674. Cuius quidem anni, menſe Maio, ſecunda erat Indictio; vt Sirmondus in Notis ad to. 1. Concil. ſupputat.

Toletanum XI. & Bracarenſe III. concilia in Hiſpania celebrantur. 675

S. Philibertus Abbas Gemeticenſis ab exilio domum redit. Giſle- 676
marus Warathonis filius, Maior domus in Francia, contra Pipinum Herſtallium pugnat apud Namucum, hodie Namurcum: vt Fredegarius cap. 98. & Aimoinus l. 4. c. 46. narrant. S. Audoënus Epiſ. Rotomagenſis, ad Giſlemarum & Pipinum conciliandos, Coloniam Agrippinam abit, & facta pace domum reuerſus 24. Aug. obijt: vt ex eius vita c. 27. & 29. colligi datur. Æra 714. vt Rodericus Toletanus l. 3. c. 1. aſſerit, hoc eſt, anno Chriſti 676. Bamba Hiſpaniæ regnum, conſenſu omnium ſibi delatum, vt coactus ſuſcipit: quod poſtquam ad annum vſque decimum geſſiſſet, eo abdicato monachum induit.

Adeodatus Papa VI. Kal. Iulias moritur: Donus ſeu Domnio Ka- 677
lendis Nouembris ſuccenturiatur.

Conſtantinus Pogonatus Imp. pridie Idus Auguſti, Indictione 678
VI. ſcribit ad Donum Papam.

Donus Papa III. Idus Aprilis moritur: ſuccedit Agatho Nonis Iulij. 679

Romæ Concilium contra Monothelitas ab Agathone habetur. 680

S. Wilfridus Ep. Eboracenſis, Roma in Britanniam reuerſus, An- 681
glo-Saxones Auſtrales Chriſti doctrina imbuit. *Beda l. 4. c. 13.* His ferè temporibus S. Amatus Ep. Senonenſis, in Flandria exulans, Broilenſi monaſterio præficitur à S. Rictrude Marchianenſi, eiuſque filio S. Mauronto.

Agatho Papa IV. Idus Ianuarij moritur. Sede Apoſtolica pòſt Aga- 682
thonis obitum vacante, anno 16. Theoderici Regis, Indictione X. *Rotomagenſe* concilium à S. Anſberto Ep. Rotomagenſi celebratur: vt Sirmondus ſupputat. Huic concilio interfuerunt Ratbertus, Regulus, Airardus Carnotenſis, Anſoaldus Pictauienſis, Aquilinus Ebroicenſis, Cadoënus, Armonius Saluius, Deſiderius, Fulcrandus, Ioannes, Willebertus, Gerebaldus Baiocaſſinus, Taurinus, Aunobertus Sagienſis, Epiſcopi; Celſus, Audomarus, Secladio & Boſochindus, Abbates; Gerardus Vicedominus Anſberti Ep. Rotomagenſis & alij: vt Aigradus monachus in vita eiuſdem S. Anſberti memorat. His ferè temporibus *S. Berta* Sigeberti Comitis Pontiuenſis vxor, Blangiaci in

ſuo fundo monialibus cœnobium ædificauit, quod nunc eſt monachorum Benedictinorum in Arteſia à temporibus Balduini Barbati Flandriæ Comitis.

683 Leo II. Papa creatur die 15. Auguſti.

684 Leoni Papæ IV. Kal. Iulij defuncto Benedictus 20. Auguſti ſufficitur. S. Madelberta Abbatiſſa Melbodienſis in Hannonia hoc anno aut proximè ſequenti in Domino obdormiuit.

685 Benedictus Papa 7. Maij moritur, cui Ioannes V. die 22. Iulij ſucceſſit. Huius Pontificis anno primo, Theoderici Regis 18 (vt Sirmondus & Petauius, Sigebertum Gemblacenſem ſecuti, cenſent) Concilium in Villa regia habetur: in quo Epiſcopi aliquot gradu deiecti, & S. Leodegarius Auguſtodunenſis (qui per biennium ferè in Fiſcanenſi cœnobio ſub cuſtodia reſederat) Ebroini factione, à Theoderico Rege damnatus eſt: vt narrat vetus auctor, qui S. Leodegarij vitam ſcripſit ad Hermenarium eius ſucceſſorem. Alij S. Leodegarium multis annis anteà cæſum fuiſſe exſtimant. Conſtantinus Imp. menſe Septembri moritur: cui filius *Iuſtinianus II.* ab præciſis naribus cognomento *Rhinotmetus*, annos 16. natus, ſucceſſit: vt Theophanes, Paul. Diac. Zonar. & Cedrenus narrant.

686 Waratho, Maior domus Franciæ, moritur: ſuccedit gener eius Bertharius, quem proceres Franci deſerentes, ad Pipinum in Auſtraſiam ſe conferunt, & cauſſam belli ferunt. *Fredeg. c.* 99. Ioannes V. Papa moritur: Cuno ſuccedit.

687 Theoderico Franciæ occidentalis regnum, quod Neuſtriam vocabant, nomine tenus obtinente, Ebroinus Maior domus regiæ, vt ſuprà dixi, immani tyrannide ſæuiebat. Auſtraſiæ regnum Præfectis itidem palatij parebat. Vulfoaldo mortuo, Pipinus Herſtallius, Anſegiſi filius, eam dignitatem capit. Is contra Theodericum Regem & Bertharium, anno 687. Textricij in Veromanduis, pugnans vincit. Bertharius à ſuis occiditur. Pipinus Maior domus etiam in Neuſtria factus, inde in Auſtraſiam redit, relicto in Neuſtria vicario Nordeberto. *Fredeg. c.* 100. Pipinorum ſtemma, in tabulas redactum, in noſtra Notitia eccleſ. Belgij c. 20. exſtat. S. Anſbertus Ep. Rotomagenſis, Pipino ſuſpectus, in Altum Montem Hannoniæ monaſterium, ad Sabim fl. ſitum, relegatur.

688 S. Anſbertus Ep. Rotomagenſis in Alto Monte exul 9. Februarij moritur. Hoc ipſo anno aut proximè ſequenti, & *S. Amatus* Ep. Senonenſis, ſimiliter exul, in Broilo deceſſit. Ebroinus Maior domus hoc item anno, id eſt tertio poſt S. Leodegarij necem, ab Hermenfrido confoditur: vt Petauius & alij ſupputant.

689 S. Vulframnus (pòſt Epiſcopus Senonenſis) in Friſia prædicare incipit, vt Odorannus in Chron. teſtatur. His ferè temporibus S. *Trudo* anno ætatis 65. in Domino obdormiuit. Quieſcit in ſui nominis opido & monaſterio à ſe fundato in diœceſi Leodicenſi. Ceterùm S. Trudo, cùm eſſet vrbis Brugenſis dominus, cœnobium condidit, vbi nunc intra vrbem templum eſt D. Virginis; in quo Abbatem cum 80. monachis collocauit. Sed Danis ac Normannis Belgicam vaſtantibus cœnobium euerſum fuit, iacuitque deſertum vſque ad tempora Balderici Ep. Noniomenſis ac Tornacenſis, qui illud inſtaurauit. Idem poſteà traditum Canonicis regularibus: quibus deinde moniales an. 1119. acceſſerunt. Carolo autē Dano apud Flandros rerum potito, monaſterium extra muros vrbis collocatum fuit, in

in loco qui *Odegem* nuncupatur. Sed poſt annum 1134. Theodericus Alſatius Flandriæ Comes rurſus intra mœnia locum conceſſit, qui à quercuum multitudine *Quercetum* hodieque dicitur. Viri tamē ſolummodò traducti fuere, remanentibus virginibus in veteri extra vrbem loco; manente item communi prædiorum poſſeſſione. Qua in rerum communione vſque ad an. 1248. perſtiterunt: quo tempore moniales, quoad prædia à Quercetanis prorſus ſunt ſeiunctæ, Margarita Flandriæ Hannoniæque Comitiſſa apud Walterum Ep. Tornacenſem agente. Decimo tertio pòſt anno, cùm monaſterium fulmine tactum exuſtumque fuiſſet, moniales locum illum velut execrantes, haut procul inde, propè viam Curtracenſem, nouum à fundamentis cœnobium ædificarunt: quod ad noſtra vſque tempora inhabitarunt, donec belli tempeſtas ad vrbem Brugenſem illas migrare compulit. Plura qui volet, Faſtos & Annales noſtros Belgicos conſulat. Circa hunc annum Pipinus Herſtallius, Maior domus, ad Doreſtatum caſtrum, hodie *Wyck te Durſtede*, prælio ſuperat Radbodum Regem Friſonum, & citeriorem Friſiam cum Traiectenſi vrbe ad Rhenum ſita occupat.

Sigebertus in Chronico & Annales Pithœani notant, ſolutis in luxum & inertiam Francorum Regibus, ad palatij Præfectos paulatim rerum ſummam perueniſſe: cùm per eos adminiſtrarentur omnia; Reges verò ſolo contenti nomine, in regia ſe continerent, nec niſi ſemel quotannis Kalendis Maiis in conſpectum populi venirent. Quod & Græcorum in Annalibus apud Theophanem l. 22. legitur, cum hac ineptiſſima fabula: Francorum Reges, porcorum inſtar, ſetoſum tergum habuiſſe, appellatoſque ideò *Trichorachatos*.

Theodericvs Francorum Rex anno regni 24. moritur, & in monaſterio S. Vedaſti apud Atrebates, quod copioſe dotauerat, cum *Doda* coniuge ſua ſepelitur. Tumulo eius verſus iſti hodieque inſcripti leguntur: 690

Rex Theodericus, ditans vt verus amicus
Nos ope multimoda, iacet hic cum coniuge Doda.
Regis larga manus & Præſul Vindicianus
Nobis Regale dant & ius Pontificale.
In decies nono cum quinquagies duodeno
Anno defunctum ſciet hunc, qui quattuor addet.
Qua legis hac hora, Dominum pro Regibus ora,
Muneribus quorum ſtat vita Dei famulorum.

Idem Theodericus Rex monaſteriū *S. Ioannis in Monte* propè Taruanam, in expiationem cędis S. Leodegarij Ep. Auguſtodunenſis, fundauit. Deſtructâ au. 1553. Taruanâ, monachi primò Balliolum, inde Ipras migrarunt, vbi hodieque ſedem habent. Theoderico defuncto filius Clodovevs III. in regno ſuccedit.

S. Willibrordvs, Suitbertus, & alij decem ſocij Anglo-Saxones ex Britannia in Friſiam tranſeunt, & Vltraiectum veniunt, prædicandi Euangelij cauſſa, indeque ad Pipinum Herſtallium ſe conferunt. *Beda.* Atque hi quidem Friſię & Hollandiæ Apoſtoli illam Fidei doctrinam, quam ab Auguſtino, Mellito, aliiſq; monachis, per Gregoriū Magnum Papam an. 596. in Britanniam miſſis, eorumque diſcipulis acceperāt, Friſiis, Hollandis, Zelandis, Gelris, aliiſq; vicinis populis prædicarunt ac tradiderunt. Qualis ea doctrina fuerit, ex Bedæ Hiſto-

ria Anglicana certò diſcere licet: quam vt Nouatores feriò euoluant, opto & voueo.

691 Pipinus Herſtallius, cum vxore ſua Plectrude, viſitat ſepulcrum S. Trudonis, ac dotat illius monaſterium. S. Vindicianus Ep. Camaracenſis & Atrebatenſis circa hunc annum obiit: ſucceſſit Hildebertus.

692 S. Lambertus Ep. Tungrenſis ſeu Traiectenſis Taxandriam (quæ hodie eſt pars Campaniç Brabantinæ) verbo prædicationis excolit, & cum S. Willibrordo coràm ſçpiùs confert de propaganda Fide.

693 Drautio ſeu Drauſcioni Morinenſi Epiſcopo mortuo, ſuccedit *S. Bainus*, anteà monachus Fontanellenſis; cuius loci Chronicon ms. apud me exſtat. Duo Euualdi fratres, natione Anglo-ſaxones, martyrio coronantur, in prouincia antiquæ Saxoniæ, quę nunc Weſtphalia dicitur. Horum corpora ad ſe aduecta Pipinus Herſtallius Coloniæ Agrippinæ condidit, vbi hodieque adſeruantur in collegiata S. Cuniberti baſilica. *Beda.*

694 Clodoueus III. Francorum Rex improlis moritur: frater eius *Childebertus* ſuccedit, & annis 17. imperat. Circa hunc annum Pipinus Herſtallius Plectrudi coniugi Alpaïdem pellicem ſuperinduxit, ex qua anno ſequenti natus eſt illi Carolus Martellus.

965 Anno primo Childeberti II. Francorum Regis, Heremarus vir nobilis villam ſuam *Wormhoult*, in Flandria ſupra Pena fl. S. Bertino tradidit. Bertinus verò conſiderans viros Dei *Winocum*, & tres fratres eius in Dei ſeruitio plus ceteris profeciſſe, eos illò miſit monaſterium conſtruere, Chriſtique pauperibus hoſpitia præparare. Quibus Heremarus dictam villam cum appendiciis priuilegio ſuo firmauit; *Actum in Sithiu monaſterio Kalendis Nouembris, anno Hildeberti Regis primo.* Illi conuenticulo B. Bertinus conceſſit prçeſſe S. Winocum, vbi miraculis concomitantibus, Domino finetenùs inſeruiuit. Sic Iperius in Chronico ms. Bertiuenſi. De S. Winoco einſque fratribus plura ſi voles, Ordericum Vitalem lib. 3. Hiſt. eccleſ. & noſtros Annales ac Faſtos Belgicos conſulere poteris. Leontius Patricius Iuſtinianum II. Imp. comprehendit, naſoque mutilatum in Cherſonam relegat; ſicq; principatum adeptus eſt, quem triennio tenuit.

696 S. Lambertvs Traiectenſis ad Moſam Epiſcopus, cùm Pipinum Herſtallium adulterij argueret, eiuſque intemperantiam caſtigaret, à Dodone, Alpaidis pellicis fratre, obtruncatur. Quieſcit Leodici in baſilica cathedrali, eſtque patronus vrbis. Eius locum anno proximè ſequenti S. Hvbertvs impleuit. S. VVillibrordus Romæ à Sergio Papa conſecratur Friſonum Archiepiſcopus, in baſilica & die S. Cæciliæ. *Beda l. 5. c. 12.*

697 S. Hubertus Roma rediens, Epiſcopatus Tungrenſis poſſeſſionem init. Dodo S. Lamberti percuſſor miſerè moritur. S. Willebrordus, Roma item redux, ſedem Epiſcopalem Vltraiecti ſtatuit in eccleſia S. Saluatoris: vt ex epiſtola S. Bonifacij, in Codice Donationũ piarũ c. 9. à mę edita, conſtat. Succeſſu temporis, cathedra Pontificalis inde ad baſilicam S. Martini tranſlata fuit. Laubienſis monaſterij eccleſia VII. Kal. Septembris conſecratur: vt Fulcuinus Abbas Laubienſis in ſui monaſterij Chronico ms. teſtatur.

698 Leontio imperante, Carthago à Saracenis expugnatur. Ad quam recuperandam naualis à Leontio exercitus miſſus, re malè geſta offen-

offenſionem illius veritus, *Apſimarum* quemdam ad imperium prouexit, eumque TIBERIVM appellauit. Tiberius Apſimarus anno eodem Leontium pari, ac Iuſtinianum II. hic affecerat, truncatione naſi deformem reddidit, monaſterioque incluſit.

S. CLAVDIVS Ep. Veſontionenſis, poſt ſeptennium relicto Epiſcopatu, aſceticæ vitæ ſtudio ductus, ad Iurenſe S. Eugendi monaſterium ſe recepit: in quo & anno 4. Childeberti II. Regis obiit. Monaſterium iſtud hodie *S. Claudij* dicitur, in diœceſi quidem Lugdunenſi, ſed in Comitatu Burgundiæ ſitum. S. Bainus Morinorum Epiſcopus, cum S. Mauronto, è terra eleuat corpus S. Amati Ep. Senonenſis. S. Bertinus Abbas Sithienſis moritur: quod monaſterium hodie intra muros vrbis Audomaropolitanæ in Arteſia eſt ſitum, S. Bertini nomine ac reliquiis clarum.

S. VRSMARVS, per interuentum *Hildulfi* Ducis (vt Sigebertus in Chron. loquitur) Laubienſe cœnobium (à S. Landelino, S. Autberti Ep. Cameracenſis diſcipulo, fundatum) ſuſcipit regendum, Pipino Herſtallio vrgente, Fuit autem *S. Vrſmarus* Abbas primus Laubienſis, & ſimul Epiſcopus ad fidelium conuerſionem: cui in vtroque munere ex ordine ſuffecti fuere, *Erminus, Theodulfus, Vlgiſus, Amoluinus* & *Abel*, omnes in Diuorum numerum relati. Horum ſex Epiſcoporum (vt & *S. Hildulfi* Ducis, qui fundum S. Landelino ad monaſterium Laubienſe ædificandum dono dedit, itemque *S. Amelberga*, quæ S. Gudilæ Bruxellenſium patronæ mater exſtitit) oſſa adſeruantur Binchij, Hannoniæ opido, octo feretris argenteis incluſa, Laubio 1409. illuc tranſlata. Hildulfi Ducis vxor *S. Aia* quieſcit in feretro argenteo, Montibus Hannoniæ in baſilica S. Waldetrudis, quam ampliter dotauit. De ſingulis fusè in Faſtis Belgicis egimus. *S. Beggam*, Pipini Herſtallij matrem, hoc anno obijſſe, Sigebertus in Chron. tradit. Quieſcit Andennæ in agro Namurcenſi, in baſilica Canonicarum virginum nobilium, à ſe condita. SS. Beggæ & Amelbergæ ſtemma in noſtra Notitia Eccleſ. Belgij cap. 20. reperies.

Anno IV. Childeberti Regis, Kalendis Nouembris, hoc eſt, anno 699
Chriſti 698. aut 699. *S. Irmina*, Dagoberti I. Francorum Regis filia,
monaſterij Horreenſis in vrbe Treuerenſi fundatrix & Abbatiſſa, dat
S. Willibrordo Epiſcopo Vltraiectino medietatem Epternaci, opidi
in Ducatu Lutzeburgenſi nunc ſiti, itemque baſilicas à ſe ibidem
ædificatas cum variis prædiis. Diploma exſtat cap. 11. in noſtra Not.
eccleſ. Belgij.

S. Maurontus, S. Rictrudæ Marchianenſis F. vrbis Duacenæ Pa- 700
tronus (vbi & quieſcit) hoc anno aut ſequenti moritur. S. Vulfram-
nus Ep. Senonenſis apud Friſios Chriſtum prædicat; vt Ionas mona-
chus in eius vita narrat.

Sergio Papæ IV. Idus Sept. defuncto Ioannes VI. die 29. Oct. ſuf- 701
ficitur. Egicane Hiſp. Rege defuncto, filius eius Witiza ſolus regnat,
ſed impiè; vt Lucas Tudenſis narrat.

S. Willibrordus vir verè Apoſtolicus longè lateque doctrinam 702
Chriſtianam apud Belgas & Friſios propagat.

Cunipertus Langobardorum Rex moritur, relicto regni herede 703
Luitberto filio paruulo, cui Aſprandum dedit tutorem. *Paul. Diac.*
lib.6. cap.12.

704 S.Bonifacius in Friſiam, Euangelij prædicandi cauſſa, primùm venit; vt Nic. Serarius in Hiſt. Moguntina docet.

705 S.Wilfridus Eboracenſis in Anglia Epiſcopus, & ante Willibrordum Apoſtolus Friſiorum, moritur. *Beda lib. 5. cap. 5. Hiſt. Angl.*

706 Pipinus dat S.Willibrordo medietatem fiſci Epternacenſis anno XII. Childeberti Regis, III. Idus Maij. Alteram verò medietatem dedit ipſi *S. Irmina*, Dagoberti Regis filia, Kalendis Decembris: vt Theofridus in ms. vita S.Willibrordi tradit.

707 Ioannes VII. Papa moritur XV. Kal. Nouembris: cui anno, proximè ſequenti ex ordine ſucceſſerunt Siſinnius & Conſtantinus. *Baron.*

708 S.Suitbertus Epiſcopus Coloniam venit, ad Plectrudem Pipini coniugem, inde Iupiliam ad Pipinum, cum Alpaide pellice ibi agentem: à quo *Werdam*, hoc eſt, inſulam impetrat. Quo loco monaſterium ædificauit, quod nunc eſt Canonicorum collegium, in opido Werda ad Rhenum, in diœceſi Colonienſi.

709 S.Hubertus, diuinitus admonitus, corpus S. Lamberti Traiecto Leodicum transfert, & vnà ſedem Epiſcopalem, die 28. Aprilis: qui annus Sigeberto eſt 710. Chriſti annus.

710 S.Erkembodus, S.Bertini Abbatis Sithienſis diſcipulus, fit quartus Abbas monaſterij Sithienſis ſeu Bertiniani; pòſt & Epiſcopus Morinenſis.

711 S. Oda, vxor Boggis Ducis Aquitanorum, ſanctitate claret in Gallia, quæ eccleſias Dei ſua ditauit munificentia, & moriens in Leodienſi quieuit parochia, in villa ſuper Moſam ſita, quæ dicitur Ammanium. *Sigeb.* Iuſtinianus II. Imp. ob crudelitatem inuiſus, cum filio ſuo Tiberio, ſub finem huius anni aut ſubſequentis initium iugulatur, iuſſu *Bardanis Philippici*, quem proceres efferatæ crudelitatis odio commoti Imperatorem elegerant. *Niceph. Theoph.* Childebertus Rex Francorum moritur: filius eius *Dagobertus* ſuccedit.

712 S. Gudila virgo, Bruxellenſium patrona, circa hoc tempus ſanctiſſimè obijt; in vico *Ham* prope Aloſtum primò ſepulta, inde Morteſellam tempore Caroli Magni, ac demum Bruxellas tranſlata. Faſtos noſtros Belgicos vide.

S. Hubertus an. 712. ædem parochialem vici *Emal*, prope Traiectum Moſæ, in honorem B. Mariæ conſecrat: cuius rei teſtimonium exſtat ibidem marmori inſcriptum his verſibus, vetuſtiſſimo charactere exaratis:

Baſilicam ſacer hanc Hugbertus Epiſcopus olim
Seruitio Domini, populo ſpectante, ſacrauit:
Quippe Decembris erant in primo Sole Kalendæ,
Annorum Domini ſeptingenti & duodeni.

Idem traditur conſecraſſe vetus templum parochiale Heuerlenſe prope Louanium, & alia plura per Brabantiam. Philippicus Imp. Monothelitarum hæreſim redintegrat.

713 S.Vrſmarus Epiſcopus & Abbas Laubienſis moritur hoc anno: vt Fulcuinus illius loci Chronographus & Sigebertus tradunt. Philippicus Imp. ab Artemio ſuo Secretario oculis priuatur, & ipſe Artemius Orientis imperium occupat, *Anaſtaſij* nomine aſſumpto. *Theoph.*

714 Anno IV. Dagoberti Regis, VI. Nonas Martij, Pipinus contulit S. Willibrordo villam, in pago Moſariorum, à præter-

fluente

fluente rivo *Sueſtra* nomen ſortitam, per Plectrudem ab ingenuis coemptam: vt Theofridus Abbas Epternacenſis in mſ. vita S. Willibrordi loquitur. Sueſtra porrò ſeu Suſtera nunc eſt ditionis Iuliacenſis opidum, diœceſis Leodicenſis, in quo hodie reſidet illuſtre virginum nobilium Canonicarum collegium à S. Willibrordo fundatum.

Annales Francorum ab an. 714. vſque ad an. 883. ab anonymo, ſed vetuſto auctore ſcripti, & à Petro Pithœo editi, deinceps citabuntur titulo *Annalium Pithœanorum*. Eoſdem titulo *Annalium Fuldenſium* recudendos curauit Marquardus Freherus, cum aliquot annorum acceſſione. Auctor vixit Moguntię, Lothario imperante, Rabani Maurięuo. Grimoaldus Maior domus regiæ an. 714. venit ad Pipinum Herſtallium, patrem ſuum, Iupiliæ ad Moſam fl. ægrotantem: ſed cùm Leodici ante altare S. Lamberti oraret, à Raingario, ſatellite Radbodi Ducis Friſonum, perimitur, & Theodoaldus filius Drogonis ab auo ſuo Pipino Maior domus ſtatuitur. Venit ad eumdem & S. Suitbertus. Pipinus menſe Decembri demùm moritur. *Annales Pithœani.*

Ceterùm PIPINVS HERSTALLIVS ex Plectrude coniuge ſuſtulit *Grimoaldum* & *Drogonem*; ex Alpaide pellice *Carolum Martellum* & *Childebrandum*, patrem Nebelungi: qui Nebelungus ſcripſit Chronicon nondum typis editum; vt Quercetanus in ſua Hiſt. Burgundiæ l. 2. c. 1. tradit. Alpais verò demum pœnitens, Orpij in Gallo-Brabantia monaſterium ſtruxit, in eoque veteris vitæ delicta eluit, &. Hugardienſe Canonicorum collegium incohauit. S. Hubertus conſtruit & reditibus dotat monaſterium S. Petri in Leodico, quod nunc eſt Canonicorum collegium: vt in Sigebertini Chronici Lipſiano exemplari legitur.

Milites THEODOSIVM patria Adramyttenum, tributorum exactorem, hominem quietum, ad capeſſendum Imperium orientale, inuitum ac latitantem adigunt. Anaſtaſius Imp. rebus ſuis diffiſus, acceptâ fide, poſitiſque Imperij inſignibus, monachum induit. Plectrudis, Pipini vidua, Carolum Martellum Coloniæ captiuum tenet, & cum nepote ſuo Theodoaldo Maiore domus, principatum regni vſurpat. Martellus è cuſtodia elapſus contra Radbodum Regem ſeu Ducem Friſonum, qui Coloniam vſque venerat, menſe Martio pugnat *Ann. Pith.* Dagobertus Rex moritur, cui Franci *Danielem* quendam clericum ſubſtituunt, regiæ, ſed haut ſatis compertæ familiæ, quem nomine mutato CHILPERICVM vocarunt. Huic Raginfredus vt Maior domus adiungitur. *Ann. Pith.* 715

Chilpericus & Raginfredus, eius Maior domus, fines Colonienſium cum exercitu vaſtant, acceptiſque à Plectrude muneribus reuertuntur. LEO ISAVRVS militaribus ſuffragiis electus, VIII. Kalendas Aprilis hoc anno imperiũ iniit; quod ipſi ceſſit Imp. Theodoſius, cum filio in clericum detonſus, ac demùm Epheſi defunctus; teſte Cedreno. 716

S. Suitbertus Epiſcopus, Teiſterbandiæ, Weſtfaliæ, Friſiæ, Boructuariorum & Saxonum Apoſtolus, in Werda Cæſaris, vulgò *Keyſers Werdt*, ad Rhenum fl. moritur, & in ſuo ibidem monaſterio ſepelitur; poſt in Diuos à Leone III. Papa relatus. Acta eius per Marcellinum presbyterum, piæque peregrinationis comitem, exſtant apud 717

apud Surium, ſed quod dolendum, corrupta & violata à recentiore manu. Chilpericus Rex & Raginfredus, infeliciter pugnant aduerſus Car. Martellnm, die Dominica, ante Paſcha, Vinciaci in pago Cameracenſi: quos fugientes Martellus Pariſios vſque perſequitur. *Ann. Pith.* Vinciacum hodie villula, vulgò *La cenſe de Vincy*, ad Abbatiam S. Auberti Cameracenſem pertinet, ſita prope Crepicordium opidum. S. Winocus Abbas moritur, ſepultus in cœnobio à ſe condito, hodie illuſtri Benedictinorum Abbatia in opido Flandriæ, quod Bergas S. Winoci nuncupant.

718 Car. Martellus victor regrediens, Coloniam Agrippinam capit, theſauros patris ſui à Plectrude recipit, & Regem ſibi conſtituit nomine, non re, Clotarium. S. Bonifacius hoc ipſo anno aut ſuperiore Romam proficiſcitur, & à Gregorio II. Papa poteſtatem prædicandi doctrinam Euangelicam in Germania accipit.

719 Martellus, miſſis ad Eudonem Aquitaniæ Ducem legatis, Chilpericum Regem, qui ad eum confugerat, recipit. Clotarius Rex hoc ipſo anno obiit. *Ann. Pith.* Rabbodus item Friſonnm Rex moritur idololatra: inde *Rabbout* noſtratibus idem quod nequam. S. Bonifacius Roma in Germaniam reuerſus, annis aliquot proximè ſubſequentibus in Friſia hæſit, & S. Willibrordum in Euangelica prædicatione iuuit. Leo Iſaurus Orientis Imperator Tiberium in Sicilia tyrannum per duces ſuos opprimit, & Occidentem pacat. *Theoph.*

720 Chilpericus Daniel Rex Nouiomi moritur: poſt quem Martellus THEODERICVM II. Dagoberti II. filium in ſede regni conſtituit. *Ann. Pithœani.* Is anno regni ſui primo, die 3. Martij, prædia monaſterij Sithienſis ſeu Bertiniani confirmauit, petente S. Erkembodo Abbate.

721 Anno ſecundo regnante glorioſo Theodorico Rege, Martellus in villa publica *Herſtallio* exiſtens, Kalendis Ianuarij, dedit monaſterio, quod eſt infra muros in Traiecto çaſtro conſtructum, vbi Apoſtolicus vir VVillibrordus præeſſe videtur, omnem rem in Fiſci ditionibus, quidquid eſt in ipſo Traiecto caſtro, tam infra muros, quàm foris cum appendiciis, & ſimiliter villam vel caſtrum nuncupatum *Fecha*, ſitum in Inſterlaco. Diploma donationis Heda recitat in Hiſtoria Epiſcoporũ Vltraiectinorũ, cum his ſubſcriptionibus: *Signum illuſtris viri Caroli, Maioris domus, S. Carlomanni filij eius, S. Garinonis, Odonis, Baldrici, Abonis, Engilbaldi.* Martellus Raginfredum æmulum ſuum perſequens, Andegauenſem vrbem capit: poſteà Saxones vaſtat, & victor redit. *Ann. Pith. Aimoin.* S. Rigobertus Remenſis, & S. Eucherius Aurelianenſis, ex ſuis Epiſcopatibus pelluntur, eòquòd Martello, contra Raginfredum eunti, vrbes ſuas aperire noluiſſent, ſibi à Raginfredo metuentes.

722 Martellus, Rheno tranſito, Alemannos & Baioarios ſubigit. *Ann. Pith.* Leone Imperatore anno VI. poſt Conſulatum eius anno VI. ſed & Conſtantino Imperatore eius filio anno IV. Indictione VI. Bonifacius Germaniæ Apoſtolus, Romæ exiſtens, à Gregorio Papa ordinatur Epiſcopus: vt conſtat ex Indiculo ſacramenti, quem ipſe tunc Romæ edidit & manu ſuâ obtulit. In quo Indiculo (ex codice Remenſi & Pithœano) *Leonis anno VI.* non *anno VII.* legendum eſſe Sirmondus in Notis ad Concilia Galliæ obſeruauit. Ceterùm Leo Iſaurus, vt ſuprà dixi, imperium iniit VIII. Kalendas Aprilis, & mox, vt coniectura eſt, Conſulatũ proximis Kalendis, anno Chriſti DCC. XVII. Indictione XV. Bonifacius porrò Epiſcopus, vt eius vitæ hiſtoria docet,

docet, conſecratus eſt pridie Kalendas Decembris, Indictione VI. Quare is annus erat Imperij & Conſulatus Leonis ſextus, non ſeptimus, Chriſtique annus DCC.XXII. non, vt aliis placet. DCC.XXIII. Tum enim menſe Nouembri ſeptima fuiſſet Indictio. Ita Sirmondus loco citato.

723 Iconoclaſtarum hæreſim hoc anno in Oriente primitus excitatam fuiſſe, Baronius in Annalibus tradit ex Theophane & aliis.

724 Martellus Eudonem Aquitaniæ Ducem, tranſito Ligere, fugat, & regionem eius vaſtat. *Ann.* S. Bonifacius Martellum adit, & acceptis ab eo litteris ſecuritatis, ad Chattos ſeu Haſſos, Thuringos & Alt-Saxones proficiſcitur.

725 Saraceni, cum Rege ſuo Abdirama, ex Hiſpania ab Eudone in auxilium contra Martellum euocati, Burdigalam veniunt, Galliæ eccleſias vaſtant: in his baſilicam S. Hilarij Pictauis incendunt. *Ann. Pith.* S. Luglius Epiſcopus, & eius frater S. Luglianus Hibernię Regulus, relictâ patriâ ſuâ, more gentis, primùm in Angliam, poſtea in Galliam Euangelij prędicandi cauſſa, tranſierunt. Prædicarunt autem Boloniæ ad mare, & Taruanæ Morinorum: quos ad ſe venientes S. Bainus, Taruanenſis Epiſcopus, humaniter excepit. Suntque paulò pòſt à ſicariis occiſi in territorio Morinenſi. Horum oſſa Lillerij (quod eſt Arteſiæ opidum) quieſcunt. Hoc anno Indictione VIII. S. Auguſtini corpus ex Sardinia (quò ex Africa tranſportatum fuerat, ſæuiente VVandalicâ perſecutione) Ticinum ſeu Papium transfertur, opera Luitprandi Langobardorum Regis.

726 Martellus in campis Turonenſibus immenſam Saracenorum multitudinem, cum Rege eorum Abdirama, proſternit. *Ann. Pith.* Anno ſexto regnante Theoderico Rege, Rohingus & vxor eius Bebelina donarunt S. VVillibrordo tertiam partem telonei, & eccleſiam quæ eſt constructa infra caſtrum *Antvverpis* ſuper fl. Scalde, quam Amandus Pontifex in honore SS. Petri & Pauli conſtruxit. Eodem anno S. VVillibrordus teſtamentum ſuum condidit: quod cum Rohingi diplomate in noſtra Notitia eccleſ. Belg. extat. Leone Imperatore, anno X. imperij eius, ſed & Conſtantino Imperatore, eius filio, regni eius VII. Indictione X. hoc eſt, anno Chriſti 726 Gregorius II. Papa, X. Kalendas Decembris, per epiſtolam reſpondet ad varias Bonifacij Germaniæ Apoſtoli interrogationes & conſulta. Hanc epiſtolam Gregorio III. Gratianus & alij non rectè attribuunt: vt Sirmondus in Notis ad Concilia Galliæ obſeruauit. S. Richardus illuſtri apud Anglo Saxones genere natus, SS. Wilibaldi & Winibaldi, & S. Walburgę virginis parens, primò in Germaniam ad Bonifacium tranſiit; poſtea Romam circa hoc tempus adiit, & Lucæ in Italia demum obiit. *Baronius.*

727 S. Hubertus Epiſcopus & patronus Leodicenſium moritur: ſuccedit in Epiſcopatu filius eius Florebertus. Vitæ ac tranſlationis S. Huberti hiſtoriam Ionas Aurelianenſis Epiſcopus concinnauit. Quieſcit in ſui nominis Abbatia in Arduenna, quæ eſt Benedictinorum. S. Willeicus presbyter, S. Suitberti Epiſcopi in Euangelica prædicatione cooperator, & in Werdenſis monaſterij regimine ſucceſſor, in Domino obdormit.

728 Eudo dux Aquitaniæ moritur, eiuſque principatum Car. Martellus armis occupat. *Ann. Pith.* Eudonis filij tres, Aznar, Hunoldus & Vaiferus, ad vindicandam iniuriam, arma corripiunt. Aznar in illam

 Hiſpa-

Hiſpaniæ partem, quæ Vaſconibus finitima eſt, profectus, Iaccam
aliaſque vrbes Mauris eripuit, regni *Aragonum* conditor, quod ab
Arago fl. nomen inuenit. Hunoldus & Vaiferus, ſuorum opibus ſub-
leuati, tranſmiſſo Rhodano, vniuerſæ Galliæ terrorem incutiunt.
Mariana l. 7. hiſt. Hiſp, c. 4. S. Ioannes Damaſcenus in Oriente floret,
qui inter alia ſcripſit pro defenſione ſacrarum imaginum, aduerſus
Imp. Leonem Iſaurum.

729 Martellus nauigiis Friſiam ingreſſus, Popponem eorum Ducem in-
terimit. S. Bainus Morinenſis Epiſcopus corpora SS. Wandregiſili,
Anſberti & Vulframni è terra eleuat ac transfert.

730 Saraceni Auenionem Galliæ vrbem capiunt: quam anno proximè
ſequenti Martellus illis eripuit. *Ann.* Circa annum 730. Adelardus &
Grinuara in proprio fundo ad Moſam *Eikenſe* monaſterium virginum
conſtruxerunt, quibus filiam ſuam S. Harlindem, vt primam Abba-
tiſſam, præeſſe voluerunt. Huic poſteà ſucceſſit ſoror eius S. Relin-
dis. Corpus vtriuſque Franco Ep. Leodicenſis 855. è terra leuauit.
Quieſcunt hodie in Maſeikeoſi opido, ad quod 1571. tranſlatæ ſunt,
vnà cum collegio Canonicorum, qui ſanctimonialibus ſucceſſe-
runt. S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, acerrimus ſa-
crarum imaginum propugnator, ſcriptis clarus moritur.

731 S. Eucherius Ep. Aurelianenſis à Martello in exilium miſſus, anno
exilij ſui decimo, obdormit, in S. Trudonis monaſterio, diœceſis Leo-
dicenſis. Gregorius II. Papa III. Idus Febr. moritur: Gregorius III.
die 16. menſis eiuſdem ſufficitur.

732 Beda finem imponit Hiſtoriæ ſuæ Anglicanæ, ætatis ſuæ 59. anno,
cùm S. VVillibrordus 36. in Epiſcopatu Vltraiectino annum ageret:
vt idem Beda in fine Hiſt. & l. 5. c. 12. teſtatur. Leonis Iſauri, contra
ſacras imagines & antiquæ fidei tenaces, ſæuitiam Gregorius II. Papa
cùm per litteras cohibere non potuiſſet, de Concilij Romani ſenten-
tia, Imperatorem eiuſque aſſeclas anathemati ſubiecerat, Romam-
que & quidquid in Italia reliquum erat, à Græcorum imperio ab-
ſtraxerat. Leo ob id ira feruens contra Italos claſſem adornauit,
quæ hoc anno 732. in mari Adriatico tempeſtate periit. Paulò antè
per Exarchos Rauennates ac Langobardorum Regem Luitprandum,
Romam cum Pontifice ipſo conatus fuerat opprimere. Sed Pontifex
imminentem Vrbi Langobardum adiit, eumque oratione ſuâ ſic in-
733 flexit, vt ad pedes accidens, quidquid rogatus erat, faceret. Ad Nar-
bonem Gothorum vrbem Martellus Saracenos vſque ad internecio-
nem delet. Vaifero & Hunoldo, filiis Eudonis, prælio victis, Martel-
lus Aquitaniam ſubiugat. *Ann. Pith.* Irene Chagani Regis Auarum
filia Leoni Iſauro nubit, quæ Chriſtianis ritibus imbuta orthodoxam
religionem conſtanter tenuit.

734 S. Erkembodus, S. Bertini diſcipulus, Abbas Sithienſis & Epiſco-
pus Taruanenſis, hoc anno aut 732. obiit, in baſilica S. Mariæ Audo-
maropoli conditus. Exſtat vita eius ms. auctore Ioanne Iperio, Ab-
bate & Chronographo Bertinenſi. In Epiſcopatu ſucceſſit Adalgerus.

735 Hoc anno aut circiter *Theodericus II.* Francorum Rex deceſſit. Quo
defuncto, interregnum fuit annorum circiter ſeptem. Martellus nam-
que ſolus, ſine Rege, annis ſeptem plùs minùs imperauit, hoc eſt,
vſque ad annum 741. quo obiit.

736 Gothicam regionem Martellus cum Francis ingrediens, Nemau-
ſum, Agaten & alias vrbes capit ac deſtruit. *Ann. Pith.*

S. Er-

S. Erminus Epiſcopus & Abbas ſecundus Laubienſis 25. Aprilis moritur: Fulcuino & Sigeberto teſtibus. Succedit Theoduinus, & poſt eum S. Theodulphus: vt idem Fulcuinus in Chron. ms. Laubienſi tradit. Martellus Saxones tributarios facit. *Ann. Pith.* 737

Prouinciam ſeu Narbonenſem ditionem Martellus ingreſſus, Mauros & Saracenos fugat. Anno verò proximè ſequenti Prouinciam vniuerſam & cuncta eius loca maritima ſubegit. *Ann. Pith.* 738

S. Willibrordus, Archiepiſcopus Vltraiectinus, Epternaci in diœceſi Treuerenſi moritur, & in monaſterio à ſe condito ſepelitur, quod hodie eſt illuſtris Benedictinorum Abbatia in Ducatu Luxeburgenſi. Teſtamentum eius exſtat in noſtro Codice Donationum piarum. Vitæ hiſtoria à Theofrido Abbate Epternacenſi conſcripta exſtat ms. ibidem. Fauila Pelagij filio, Hiſpaniæ Rege, ſine prole defuncto, ALPHONSVS Pelagij gener (vt erat poſtremis teſtamenti tabulis ab eodem Pelagio mandatum) anno 739. aut 738. Rex creatur, religionis cultor eximius: vnde *Catholici* cognomen acceſſit. Quod Recaredo olim Regi ſuprà pag. 121. laudato (quo tempore vniuerſam Gothorũ gentem, repudiatis Arij erroribus, ad catholicæ Eccleſiæ caſtra adduxit) in Toletano Epiſcoporum Concilio acclamatum, multiſque ſæculis intermiſſum Iulius II. Papa in Ferdinando Aragonio Hiſpaniæ Rege inſtaurauit, effecitque vt conſequentibus Regibus proprium & hereditarium eſſet. 739

Pax & quies regno Francorum per Martellum redditur, Gothis ſuperatis, Saxonibus & Friſonibus ſubactis, expulſis Saracenis, Prouincialibus receptis. *Aimoinus, Ann. Pith.* 740

Leo Iſaurus Imp. Conſtantinopolitanus (qui primus ſacrarum imaginum cultum niſus eſt ex orbe Chriſtiano tollere) ex inteſtinorum dolore moritur, die 18. Iunij. Ea res ipſi nomen *Iconomachi* dedit. Sed adfuit vltor Deus. Nam Gregorius II. & Gregorius III. ex ordine Pontifices, indictis Conciliis, cùm decreuiſſent imagines ſacras, ad iuuandam imperitæ multitudinis memoriam, in Eccleſia retinendas eſſe, ipſumque Leonem anathemate percuſſiſſent, Romani, Campani, Rauennates & Pentapolitani à Leonis imperio defecerunt. Leo moriens filium reliquit ſe deteriorem, *Conſtantinum Copronymum*, ex eo ſic dictum, quòd infans dum ſacra Baptiſmi aqua ablueretur, lauacrum ſtercore inquinarat. Is grandior factus ſacra omnia (quod S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus prædixerat) polluit, non Diuorum templis, non ſacris reliquiis, non B. Mariæ virginitati parcens. 741

Hoc ipſo anno Carolus Martellus XI. Kalendas Nouembris viuere deſiit, in Dionyſiano Pariſienſis agri monaſterio conditus. Is ex Suanichilde Odilonis Baioariorum Ducis nepte (aliis filia) tres filios genuit, *Carlomannum* Auſtraſiæ, Alemanniæ & Thuringiæ Principem, pòſt anno 747. monachum Caſinenſem, *Pipinum* Franciæ Regem, & Griphonem Ducem XII. Comitatuum inter Sequanam & Iſaram. Præter quos idem Martellus & alios quinque liberos (ſed neſcio ex qua) habuit, *Bernardum*, *S. Remedium* Archiepiſcopum Rotomagenſem, *Hieronymum*, *Hildrudem*, ſeu *Altrudem* Odilonis Baioariæ Ducis coniugem, & *Landradam* Sigiramno ſeu Sigramno, potenti in Haſbania viro nuptam. De Martelli liberis multa leguntur in Annalibus Lauriſhamenſibus, qui ab hoc anno 741. vſque ad an. 829. à monacho Lauriſhamenſi, diœceſis Wormatienſis, ſunt deducti: quem Geſne-

rus

rus & Diuæus *Heribertum*, Marquardus Freherus *Adelmum* nuncupant. Ceterùm pòſt Car. Martelli obitum, eius filij Carlomannus & Pipinus, ſub obtentu Maiordomatus, totius Franciæ regnum ſuſcipiunt, & inter ſe diuidunt. *Ann. Pith.*

Gregorio III. Papæ, IV. Kal. Decembris defuncto, *Zacharias* VIII. Idus Decembris ſufficitur.

742 Childericus, ex Merouei ſtirpe poſtremus, à Car. Martelli filijs ad regnum euehitur; ſed is regni imaginem potiùs habuit, quàm regnum, vſque ad an. 752. quo in monachum detonſus eſt. Beda preſbyter moritur hoc anno, VII. Idus Maij, iuxta quoſdam. Epiſtolam diſcipuli eius apud Baronium an. 731. lege. Carlomannus & Pipinus Hunoldum ſeu Hunaldum Aquitaniæ Ducem, Eudonis filium, bello ſuperant, & ad Vaſcones fugere compellunt. *Ann. Pith.*

Sub Carlomanno Martelli filio, apud Auſtraſios dominante, Concilia duo habita fuerunt; vnum in Germania (cuius locus apud vetuſtos ſcriptores non proditur) anno 742. celebratum; alterum anno proximè ſequenti apud *Liptinas* in diœceſi Cameracenſi: in quo poſteriore ſuperioris quoque Concilij Canones relecti & approbati fuerunt. Quinam ad Germanicam Synodum Ratiſponæ habitam (vt Serarius in ſua Moguntia coniicit) Epiſcopi conuenerint, præfatio declarat: *Ego Carlomannus Dux & Princeps Francorum, anno ab Incarnatione Domini DCC.XLII. XI. Kalendas Maij, cum conſilio ſeruorum Dei, & optimatum meorum, Epiſcopos qui in regno meo ſunt, cum presbyteris ad Concilium & Synodum pro timore Chriſti congregaui: id eſt, Bonifacium Archiepiſcopum, Burchardum, Regenfridum, Wintanum, Witbaldum, Eddanum, ac reliquos Epiſcopos cum presbyteris eorum, vt mihi conſilium dediſſent, quomodo lex Dei & Eccleſiaſtica religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Principum diſſipata corruit. Itaq. per Concilium ſacerdotum religioſorum & optimatum meorum ordinauimus per ciuitates Epiſcopos, & conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopũ Bonifacium, qui eſt Miſſus S. Petri. Seruis Dei per omnia armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum & in hoſtem pergere omnino prohibuimus: niſi illis tantum, qui propter diuinum myſterium, Miſſarum ſolemnia adimplenda & Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi ſunt. Id eſt, vnum vel duos Epiſcopos, cum Capellanis & presbyteris eorum Princeps ſecum habeat: & vnuſquiſque Præfectus vnum presbyterum qui hominibus peccata confitentibus iudicare, & indicare pœnitentiam poſſit.*

Notet hîc Chronologiæ ſtudioſus æram ſeu epocham Chriſti Dionyſianam (de qua ſuprà pag. 106. egimus) anno 742. apud Francos & Auſtraſios in vſu fuiſſe. Quod ad Epiſcopos ſupra nominatos attinet, ex his *Bonifacius* Moguntinus & Vltraiectenſis Archiepiſcopus, *Burchardus* Herbipolenſis, *Wintanus* ſeu Wittanus Birburgenſis, Witbaldus ſeu *Willibaldus* Eichſtatenſis Epiſcopus fuit.

743 Liptinense Concilium anno 743. Kalendis Martijs celebratur: cui *Georgius* Sedis Apoſtolicæ Legatus, cum *S. Bonifacio* ſuprà laudato, præfuit: vt ex epiſtola Epiſcoporum Cariſiaci an. 858. congregatorum, ad Ludouicum Franciæ Regem ſcripta, & à Sirmondo cum Capitulis Caroli Calui edita conſtat. Eidem Synodo Liptinenſi (ſi Serario credimus) interfuerunt *S. Abel* Remenſis, *Grimo* Rotomagenſis, & *Artbertus* ſeu Odobertus Senonenſis, Archiepiſcopi. Liptinas porrò diu à Serario & alijs quæſitas (cùm ante annos plures ad Laubienſe monaſterium diuertiſſem) primus detexi; eſtque nunc vicus Hannoniæ, vulgò *Eſtines* dictus, primo lapide à Binchio opido ſitus;

in

in Via militari Romana ſeu Brunechildica, quæ à Vogdoriaco Bauacum Neruiorum ducit. Quo loco veteris palatij & villæ regiæ veſtigia hodieq; ſuperſunt.

Theoduinus Abbas Laubienſis villam Fontanas, ad Sabim fluuium, impetrat à Carlomanno, Liptinis 6. Februarij, anno ſecundo regnante Childerico: vt Fulcuinus in Chron. teſtatur. Leodici in baſilica S. Petri corpus S. Huberti è terra leuatur, præſente Carlomanno. Idem Carlomannus & Pipinus Odilonem Baioariorum Ducem prælio ſuperant. *Ann. Pith.*

Anno DCC. XLIV. ab Incarnatione Chriſti, V. Nonas Martij, Luna XIV. anno ſecundo Childerici III. Regis Francorum *Sueſſionenſe* Concilium, ſub Pipino Maiore domus regiæ, ab Epiſcopis XXIII. celebratur: quod ſignarunt idem Pipinus, Radbodus, Aribertus & Helmigaudus. Artauaſdo Imperatore anno III. poſt Conſulatum eius anno III. & Nicephoro Imperatore anno III. Indictione XII. Zacharias Papa, epiſtola X. Kal. Iulias ad Bonifacium Archiepiſcopum ſcriptâ, mittit pallia pro tribus Metropolitanis, *Grimone* Rotomagenſi, *Abele* Remenſi, & *Artberto* Senonenſi. Eodem anno Nonis Nouembris, Indictione XIII. idem Pontifex Zacharias Bonifacio ſuas vices non in Baioaria ſolùm, ſed per Galliam omnem delegat. Zachariæ epiſtolas, præter Serarium, & Sirmondus to. 1. Concil. Galliæ recitat. 744

Ceterùm Artauaſdus ſeu ARTABASDVS Annæ Conſtantini Copronymi ſorori nupſerat, Princeps catholicæ doctrinæ ſtudioſus. Copronymo autem, ob hæreſim & malam indolem, Conſtantinopoli pulſo, Artabaſdus triennio imperium tenuit, & catholicos ritus reſtituit. Verum hoc ipſo anno 744. Indictione XII. menſe Septembri, à Copronymo captus & excœcatus fuit cum filio Nicephoro; vt Theophanes Miſ. 22. narrat.

Circa hæc tempora S. Bonifacius ad Fuldam amnem, in ſilua Buchonia, locum à Carlomanno impetrauit, eumque ad vſus monachorum aptare cœpit. Iidem Carlomannus & Pipinus, Saxonum regione vaſtata, capiunt caſtrum *Osburg*. Sigeberto Haſcoburg, hodie Oſnaburgum. *Ann. Pith.* Conſtantino imperante anno XXVI. poſt Conſulatum eius anno V. menſe Octobri, die XXIV. Indictione XIV. præſente Zacharia Papa, in Patriarchio Lateranenſi, in baſilica Theodoti, Concilium Romanum celebratur. In quo Aldebertus & Clemens hæretici condemnantur, quos Bonifacius anteà in Franciæ Synodo condemnarat. Notat hîc Sirmondus, Conſtantini Imp. Conſtantinopolitani duplicem annorum epocham memorari. Prior eſt, ex quo, cum Leone Iſauro patre, XII. Kal. Maias an. 720. regnare cœperat. Altera annorum, quibus poſt patris obitum ſolus imperauit, ex die XIV. Kal. Iulias, Indictione IX. id eſt, anno Chriſti DCC. XLI.

Pridie Kal. Nouembris, imperante Conſtantino anno XXVI. (ſic enim legendum rectè monet Sirmondus, non XXVII.) imperij eius anno V. Indictione XIV. Zacharias Papa ad S. Bonifacium ſcribit de actis in Synodo Romana contra Aldebertum & Clementem hæreticos. & de Metropolitana ſede Coloniæ Agrippinæ conſtituenda: *De ciuitate illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc verò Colonia, iuxta petitionem Francorum, per noſtræ auctoritatis præceptum nomini tuo Metropolim confirmauimus, & tuæ ſanctitati direximus, pro futuris temporibus, eiuſdem Metropolitanæ eccleſiæ ſtabilitatem.* 745

746 Carlomannus Alemannos res nouas molientes compeſcit. S. Florebertus Ep. Leodicenſis 26. Aprilis moritur: ſuccedit Fulcarius. Robertus Haſbaniæ Comes, Lamberti filius, monaſterium S. Trudonis, in villa Sarcinio conſtructum, circa hoc tempus dotauit. Idem Robertus S. Eucherium Ep. Aurelianenſem, exulem, diu in Sarcinio fouerat. Notitiam noſtram eccleſ. Belg. c. 16. conſule.

747 Carlomãnus, relicto Auſtraſiæ, Franciæ orientalis, Sueuiæ ſeu Alemanniæ & Thoringiæ Principatu, Romam vadit, ibiq; à Zacharia Papa in monachum attonſus, primò in Soracte monte cœnobium fundauit, deinde ad montem Caſinũ, S. Benedicti domicilio celebrem, ſeceſſit. *Ann. Pith.* Soractes aut Sorax mons eſt in Etruria propè Tiberim, in finibus Veientum & Faliſcorũ, olim Apollini ſacer, vt Virg. l. 11. & Silius l. 7. c. 11. ſcribunt. Poſteà exploſo idolorum cultu, S. Silueſtri Papæ primùm ſeceſſu ac latebra (ſæuiente perſecutione) deinde templo etiam celebris, mutato nomine, vt opidum ad eius radices Tiberi imminens, ſic mons ipſe S. Silueſtri olim dictus fuit. Hodie tam proximum opidum, quàm Mons S. Hediſtij, vulgò *S. Reſti*, corrupto vocabulo, appellatur. Huic martyri (quem accolæ religiosè colunt) ad radices montis infra opidum eccleſia conſtructa cernitur, diſtans ab Ariniano circiter 3000. paſſuum.

748 Reginfridum Rotomagenſem, Raimbertum Ambianenſem, Deodatum Bellouacenſem, Eliſeum Nouiomẽſem, Fulcarium Tungrenſem, Dauidẽ Spirẽſem, Ætherium Taruanenſem, Treuuardum Cameracenſem, Burchardum VVirtzburgẽſem, Genebaudum Laudunenſem, Romanum Meldenſem, Agilulfum Colonienſem, Heddonem Stratsburgẽſem, Epiſcopos, circa an. 748. Zacharias Papa per epiſtolam hortatur, vt miniſterijs ſuis conſtanter inſiſtant, cũ Bonifacio Archiepiſcopo, Apoſt. Sedis Legato. Kalendis Maij, imperãte Conſtãtino anno 29. poſt Cõſulatum eius anno VII. Indictione I. idem Zacharias reſpondet ad litteras quas Burchardus Epiſcopus Romam detulerat; præcipuè de forma & miniſtro baptiſmi, itemq; de Sede Metropolitana non Coloniæ, ſed Moguntiæ defixa: *Primum*, inquit, *Capitulum pro Synodo prouinciæ, in qua natus & nutritus es, quam & in gentem Anglorum & Saxonum in Britãnia inſula primi Prædicatores ab Apoſtolica Sede miſſi, Auguſtinus, Laurentius, Iuſtus & Honorius, & nouiſſimè tuis temporibus Theodorus, ex Græco Latinus antè Philoſophus & Athenis eruditus, Romæ ordinatus, pallio ſublimatus, ad præfatam Britanniam tranſmiſſus, iudicabat & gubernabat. In illa tale decretum firmiſſimè præceptum eſſe dinoſcitur, vt quicumq; ſine inuocatione Trinitatis lotus fuiſſet, Sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum eſt. Et nos ſcribẽtes Otiloni Duci Baioariorum, euocatorias Virgilio preſbytero mittimus litteras, vt nobis præſentatus, ſi erroneus fuerit inuentus, canonicis ſanctionibus condemnetur. Alia deniq; ſcriptura tuæ fraternitatis continebat, quod iam olim de Agrippina ciuitate ſcripſiſti, quòd Franci non perſeuerauerunt in verbo quod promiſerunt, & nunc moratur tua fraternitas in ciuitate Mogũtina. Petiſti autem vt ſuperueniente tibi ſenectute, ſi inuenire potueris alium, in eamdem Sedem, in qua praes, pro tui perſona, debeas collocare. Nos verò conſilium præbemus, vt Sedem, quam obtines, ſanctæ Moguntinæ eccleſiæ nequaquam relinquas.*

749 Pipinus in Baioariam pergens Taſſilonem, ex Hiltrude ſorore ſua natum, Ducem ibi conſtituit; Griphone & Lanfrido inde eductis.

750 Pipinus Griphoni fratri ſuo in partibus Neuſtriæ dat XII. Comitatus.

tus. Sed is nec ibi ſecurum ſe eſſe ratus, ad Waiferum Aquitaniæ Ducem ſeceſſit. Sic Annales Pithœani, ſed Laurishamenſes ad an. 748. iſta referunt. S. Hilduardus Epiſcopus circa hunc annum Dikeluennæ in Flandria moritur; inde, ſæuientibus Normannis, Teneræmondam ſub annum 846. tranſlatus; vt Meyerus in Flandriæ Annalibus narrat. Rachiſius Langobardorum Rex fit monachus; frater eius Aiſtulfus in regno ſuccedit.

Pipinus, miſsâ Romam legatione, Zachariam Papā orat, vt decernat, quis iuſtè Rex eſſe debeat, an is qui ſecurus domi ſedeat, an ille qui curam totius regni gerat. *Ann. Pith.* Annalium Laurishamenſium ſcriptor hæc anno 749. facta narrat; addens Burchardum Wirtzburgenſem Epiſcopum & Folradum presbyterum à Pipino Romam miſſos fuiſſe. 751

Zacharias Papa, ex auctoritate S. Petri Apoſtoli, mandat populo Francorum, vt PIPINVS, qui poteſtate regiâ vtebatur, nominis quoq; dignitate frueretur. Sic *Childerico* III. Rege, qui vltimus Merouingorum fuit, ob inertiam exauctorato, & in monaſterium miſſo, Pipinus in vrbe Sueſſionenſi, à Bonifacio Archiepiſcopo in Regem vnctus, eſt. *Ann. Pith.* Eadem in Annalibus Laurishamenſibus ad annum 750. narrantur: Onuphrius ad annum 751. refert. Fuit autem Childericus detruſus in monaſterium Bertinenſe; vt in Fontanellenſi, Marchianenſi & Bertinenſi Chronicis legitur. Zacharias Papa moritur die 15. Martij: ſuccedit Stephanus III. die 27. Martij. 752

Pridie Nonas Nouembris, imperante Conſtantino anno XXXII. poſt Conſulatum eius anno XI. Indictione V. Zacharias Papa Moguntinam ſedem in Metropolim erigit, & quinque ciuitates, videlicet Tungrenſem, Colonienſem, Wormatienſem, Spirenſem & Vltraiectenſem eidem ſubijcit: *Sancimus vt eccleſia Moguntina perpetuis temporibus tibi & ſucceſſoribus tuis in Metropolim ſit confirmata; habēs ſub ſe has quinque ciuitates, id eſt, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiraciam & Trectis, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per ſuam prædicationem Chriſti lumen agnoſcere fecit.*

Pipinus Rex Francorum Epternacenſe S. Willibrordi monaſterium, in diœceſi Treuerenſi ſitum dotat. Diploma III. Nonas Maij, anno incarnationis Domini DCC. LII. Indictione V. anno Pipini Regis tertio datum in Compendio, exſtat cap. 20. in Not. eccleſ. Belgij. Notet hîc Chronologiæ ſtudioſus, annos Pipini Regis ab anno 749. aut 750. incohari; ſi non ſit mendum in numeris annorum. Apud Vermeriam palatium (nunc Verberiam in diœceſi Siluanectenſi) præſente Pipino Rege, ſub eius regni, vt videtur, exordia celebratum eſt Concilium, quod Sirmondus to. 2. Concil. Gal. primus edidit.

Gripho frater Pipini, in Italiam cogitans, in valle Maurienna à fratris ſui ſequacibus occiditur. *Ann. Pith.* 753

Stephanus Papa menſe Octobri, Indictione VII. (vt Anaſtaſius Bibliothecarius tradit) Roma egreſſus, auxilij aduerſus Langobardos implorandi cauſsâ, ad Pipinum Regem trāſierat in Franciam. Cumq; in S. Dionyſij monaſterio, altero lapide à Lutetia, exitiali morbo teneretur, eiuſdem martyris beneficio, an. 754. diuinitus fuit liberatus. Idem Papa cùm in Francia eſſet, in Cariſiaco palatio, ad Iſaram fl. ſito, (nunc Creſſiaco, *Creſſy*) & in Brittaniaco monaſterio ſeu Britennaco diœceſis Nomomenſis, Reſponſa dedit ad varia conſulta, de quibus fuerat interrogatus. Exſtant ea apud Iacobum Sirmondum lib. citato. 754

Idem Stephanus Papa apud S. Dionyſium ægrotans commiſit vices ſuas ad experiendum geſta ac miracula S. Suitberti (ſuprà pag. 147. laudati) *Hildolpho* Treuerenſi, *Bonifacio* Moguntino, *Fulcario* Leodicenſi & *Hildegero* Colonienſi, Epiſcopis; vt Ludgerus in epiſtola ad Rixfridum Ep. Vltraiectenſem apud Surium loquitur. De S. Hildolpho ſeu Hildulfo (cuius dies feſtus 11. Iulij agitur) Officium eccleſiaſticum Leo IX. Papa compoſuit. Hildolpho in cathedra Treuerenſi ſucceſſerunt Weomadus, Richbodus, Wazzo, & Amalharius Fortunatus: vt in Faſtis Belg. 7. Iunij diximus.

755 Carlomannus monachus, Pipini Regis frater, Viennæ in Gallia moritur. *Ann. Pith.* S. Bonifacius Archiep. Moguntinus, Batauorum, Friſiorum, aliorumque Germaniæ populorum Apoſtolus, in villa *Dockum* (hodie opido diœceſis Leouardienſis, in Friſia occidentali) ab impiis occiditur. Ita Baronius, Serarius & Bucherius: ſed Annalium Pithœanorum ſcriptor, Sigebertus & alij in annum ſuperiorem eius obitum conijciunt. Succedit in cathedra Moguntina *Lullus* eius diſcipulus. De ſtatu Eccleſiæ Vltraiectinæ poſt obitum S. Willibrordi, vide epiſtolam à Bonifacio ad Stephanum Papam circa an. 754. ſcriptam: quæ in Codice noſtro Donationum piarum c. 9. & apud Serarium exſtat. In Verno palatio V. Idus Iulij, anno quarto Pipini Regis, Concilium celebratur.

756 Pipinus Rex, Alpes tranſgreſſus, Aiſtulfum Langobardorum Regem Papiæ incluſum obſidet, Rauennam cum Exarchatu, itemque Pentapolim (quæ Anconam & alias quattuor Piceni vrbes continet) reddere compellit, & per Fulradum S. Dionyſij Abbatem, Miſſum ſuum, Stephano Papæ tradit. *Ann. Pith.* Quæ omnia ab Aiſtulfo Græcis Imperatoribus erepta Conſtantinus Copronymus à Pipino per legatos fruſtrà repetebat. Idem Stephanus II. Papa dat priuilegium dicto Fulrado Abbati eiuſque ſucceſſoribus, ſcriptum Romæ IV. Kal. Martias, imperante Conſtantino anno XXXVIII. poſt eius Conſulatum anno XVIII. & Leone eius filio imperante anno quarto, Indictione X.

757 In Compendio palatio publico Concilium celebratur. Haiſtulfus Rex moritur: ſuccedit Deſiderius. Conſtantinus Imp. Pipino Regi inter cetera munera Organum muſicum mittit. *Ann. Pith.* Inde primus Organorum vſus apud Gallos, Belgas ac Germanos. Stephanus Papa moritur VI. Kal. Maij: ſufficitur Paulus die 28. menſis eiuſdem.

758 Chrodegangus Ep. Metenſis, ex Landrada Pipini Regis ſorore natus, claret in Gallia, qui Gorziam cœnobium fundauit in Metēſi diœceſi. *Sigebertus in Chronico.*

759 S. Gengulfus claret in Burgundia, qui etiam martyrij claruit gloria. *Sigeb.*

760 Pipinus Rex Paſcha in Iopilia villa ad Moſam celebrat. *Ann. miſſ.* Eſt ea villa ſita haut procul à Leodico, & nomen retinet.

761 Fulcarius Epiſcopus Leodicenſis moritur: ſuccedit Agilfridus, qui primus vitam S. Lamberti per Godeſcalcum Canonicum Leodicenſem ſcribi mandauit. Pipinus Rex cōuentum Francorum an. 761. habuit in Duria villa publica, in pago Ripuarienſi: vt in Chronico monaſterij S. Arnulfi, & lib. 6. Collectionis hiſtoricæ apud Caniſium to. 2. Antiquæ lectionis legitur. Rhegino Abbas Prumiēſis Synodum vocat, & Pipino, cùm in ea verſaretur, de Waifarij iterata defectione, nun-

Anni vulgares Chriſti.

nuntiatum ſcribit. Quam ob rem ab eodem Rege ſuſcepta eſt altera
in Aquitaniam expeditio, in qua Biturici, Aruerniq́ue pagi aliquot,
caſtra & opida euerſa vel incenſa, & Blandinus Aruernenſis Comes
captus eſt. Duria porrò ſeu Dura, hodie *Duren*, opidum eſt Ducatus
Iuliacenſis.

Pipinus, cum Carolo filio, Burbonem, Canitelam, Claromontem, 762
Biturigas, aliaſque vrbes capit. *Ann. Pith.* At Rhegino in annum præ-
cedentem hæc conijcit.

Pipinus Rex habuit placitum generale Francorum in Niuernis: cui 763
præter Francos interfuit *Taſilo* Baioariorum Dux. Is poſtmodum,
ſepoſito iureiurando, quod Pipino Regi auunculo ſuo quondam præ-
ſtiterat, ſine licentia ſe ſubducens, in Baioariam fugit. Pipinus autem
Rex, ob infidelitatem Waifarij Ducis, quartum iter in Aquitaniam
direxit. *Chronicon S. Arnulfi.* Cancor Comes Rhenenſis, eiuſque ma-
ter Williſwinda monaſterium Laurishamenſe, in diœceſi Worma-
tienſi, fundant: quod, amotis Benedictinis, an 1246. traditum eſt Præ-
monſtratenſibus incolendum. *Not. eccleſ. Belg. c. 22.*

Pipinus Rex placitum ſuum habet Wormatiæ, & filijs ſuis, Carolo 764
& Carlomanno, Comitatus adſignat. *Rhegino.* Chrodegangus Ep. Me-
tenſis corpora SS. martyrum, Gorgonij, Naboris & Nazarij Româ in
Galliam transfert. Ex his Gorgonium in Gorzia, Naborem in Hili-
riaco, Nazarium in Laurishamo, monaſterijs, collocauit.

Pipinus Rex placitum ſuum habet apud Attiniacum, quod erat pa- 765
latium ad Axonam fl. in diœceſi Remenſi. *Rhegino.* Mancio, Waifarij
conſobrinus, ab Auſtraldo & Galimanno Comitibus, & Hilpingus
Comes Aruernorum ab Adalardo Comite Cabillonenſi, acie vincun-
tur in Burgundia. Amanugus Comes apud Turones à Vulfardi Abba-
tis S. Martini hominibus interficitur. *Chron. S. Arnulfi.* Pipinus Natalem
Chriſti celebrat Aquiſgrani. *Rheg.* Cæleſtinus Scotus, Abbas Blandi-
nienſis, moritur Rotnaci. *Chron. ms. Gandenſe.*

Waifarius cernens quòd nulla ciuitas Pipino Regi reſiſtere poſſet, 766
muniti ſſimas Aquitaniæ ciuitates deſtruxit. Quod audiens Rex con-
uentum Francorum in Aurelianis adunauit, pergenſque in Aquita-
niam, ciuitates & caſtella, quæ Waifarius deſtruxerat, reædificari iuſ-
ſit: in quibus cuſtodes poſuit, qui VVaifario reſiſterẽt. *Chron. S. Arnulfi.*
Pipinus Rex Paſcha in Nouo Caſtello ſeu Aquiſgrani celebrat, vt Rhe-
gino teſtatur. Aquiſgranenſem porrò S. Mariæ eccleſiam primus am-
pliter dotauit Pipinus Herſtallius; vt ex Caroli Magni tabulis con-
ſtat, quas in Not. eccleſ. Belg. c. 23. produxi.

In agri Pariſienſis villa Gentiliaco, præſente Pipino Rege, Conci- 767
lium habetur; qui & illius anni Paſcha ibidem celebrauit. *Rhegino.* Pau-
lus Papa moritur, & Conſtantinus quidam inuadit ſedem. *Baron.*

Pipinus Rex, cùm in poſtrema expeditione Aquitanica (in qua 768
Vaifarius victus occubuit) febre vexari apud Santonas cœpiſſet, per
Pictauos ad Turonenſe S. Martini monaſterium acceſſit. Ex Turoni-
bus deinde, cum Bertrada Regina & filijs ſuis Carolo & Carloman-
no vſque ad S. Dionyſij monaſterium propè Pariſios venit. *Ibi moratus
aliquamdiu, cernenſq́; quòd vitæ periculum euadere non poſſet, omnes proceres
ſuos, Duces & Comites, tam Epiſcopos quàm ſacerdotes, ad ſe venire præcepit.
Ibique vnà cum conſenſu Francorum & procerum ſuorum; ſeu & Epiſcopo-
rum, regnum Francorum, quod ipſe tenuerat, æquali ſorte inter prædictos fi-
lios ſuos Carolum & Carlomannum, dum adhuc ipſe viueret, inter eos diuiſit.*

Ideſt, Auſtraſiorum regnum Carolo ſeniori filio regnum inſtituit: Carolomanno verò iuniori filio regnum Burgundiæ & Prouinciæ, Aleſas & Alemaniam tradidit. Aquitaniam, quam ipſe Rex acquiſierat, inter eos diuiſit. Ita legitur in Collectione hiſtorica, quam Caniſius l. 6. Antiq. lect. edidit. His porrò geſtis Pipinus Rex poſt paucos dies vita exceſſit, VIII. Kalendas Octobres. At filij eius Reges, vno pariter die CAROLVS apud Nouiomum vrbem, CAROLOMANNVS apud Sueſſiones ab Epiſcopis & ſacerdotibus conſecrati ſunt VII. Idus Octobres. Ex his Carolus poſteà cognomento Magnus, anno 747. natus, tunc annum ætatis viceſimum ſecundum, Carolomannus, anno 751. natus, annum decimum octauum, tunc agebant, cùm patris regnum adepti fuerunt.

Stemma Pipini Francorum Regis.

Ansbertus duxit Blitildem, Clotarij Francorum Regis filiam, Clodouei Magni neptem, & ex ea Arnoldum ſiue Arnualdum Comitem Palatinum genuit. Arnoldus S. Arnulfum, ex Maiore domus Regiæ Metenſem Epiſcopum, procreauit. Arnulfus, ex Doda ante Pontificatum coniuge, genuit Anſegiſum ſeu Anchiſum, S. Clodulfum Metenſem Epiſcopum (qui in Layo Lotharingiæ vico, primo lapide à Nanceio, quieſcit) & Wandregiſilum ſeu Walgiſum, patrem S. Wandregiſili Abbatis. Anſegiſus Maior domus regiæ duxit S. Beggam, Pipini Landenſis filiam, S. Gertrudis Niuellanæ ſororem, & ex ea Pipinum Herſtallium ſuſtulit. Hic Carolum Martellum, Martellus Pipinum Regem Francorum genuit. Hæc ex Genealogia Regum ac Principum, anno 1261. ſcripta, hauſimus, quam Titulo Genealogiæ S. Arnulfi P. Pithœus primus edidit. Vide & Notitiam noſtram eccleſiarum Belgij c. 3. 20. & 26.

- Ansbertus duxit Blitildẽ.
  - Arnoldus obijt 601.
    - S. Arnulfus duxit Odã, obijt Epiſc. Metẽſis.
      - Anſegiſus duxit S. Beggam.
        - Pipinus Herſtallius obijt 714.
          - Grimoaldus.
            - Theodoldus.
          - Drogo.
            - Arnulfus.
            - Hugo.
            - Godefridus.
              - Theudebaldus.
            - Pipinus.
          - Car. Martellus.
            - Pipinus Rex Fràcorum duxit Bertam.
              - Carolus Magnus Imp. ob. 814.
          - Childebrandus.
            - Nibelungos.
      - S. Clodolfus Ep. Metenſis.
      - VVandregiſilus.
        - S. VVandregiſilus Abbas.

Pipinus Rex ex Berta coniuge (quæ an. 783. obijt, iuxta ms. Chronicon Vltraiectinum) liberos ſuſtulit, *Pipinum* qui puer obijt, *Carolum Magnum* Imperatorem, *Carolomannum* Regem Burgundiæ & Prouinciæ (qui an. 771. Salmontiaci deceſſit) *Ægidium* monachum in monte Soracte in Italia, & *Giſlam* Abbatiſſam.

769 A Stephano III. Papa Romæ in baſilica Lateranenſi Concilium celebratur, in quo ſelecti è Gallia Epiſcopi XII. adfuerunt, Wilicarius Senonenſis, Lullus Moguntinus, Gauienus Turonenſis, Addo Lugdunenſis, Herminardus Biturícenſis, Daniel Narbonenſis, Tilpinus Remen-

Remenſis, Herulfus Lingonenſis ; item Herembertus, Babulfus, Giſelbertus & Ioſeph, de quorum ſedibus certò non conſtat.

770 Carolus Magnus Paſcha celebrat in Leodio vico publico : exinde Synodum habet Wormatiæ , & Natalem Domini celebrat Moguntiæ. *Rhegino ms.* Berta , Caroli Magni mater , in Italiam profecta, connubium procurat inter ipſum & Deſiderij Langobardorum Regis filiam. Id hoc anno contractum , anno ſequenti reſciſſum eſt, quòd ipſa clinica & ad matrimonium inhabilis haberetur. Rheginonem & Baronium lege. Diſplicuit id S. Adelhardo Abbati, ideoque Corbeiam ſeceſſit: vt in huius vita legitur.

771 Carolus M. Paſcha celebrat in *Hariſtallo* ad Moſam , haut procul à Leodico. Inde Synodum habet ad Valētianas ſeu Valentinianas, Hannoniæ nunc opidum ad Scaldim. *Rhegino, & Ann. Pith.* Carolomannus Rex pridie Nonas Decembris in villa Salmontiaco moritur, & Remis ad S. Remigium ſepelitur. *Rheg. & Sigeb.* Quo exſtincto, CAROLVS cognomento Magnus, eius frater, integro Francorum regno ſolus potitus eſt.

772 Stephanus IV. Papa moritur Kalendis Februarij : ſuccedit die IX. menſis eiuſdem Hadrianus. S. Amalberga virgo moritur Tamiſiæ ad Scaldim ; inde poſt tranſlata ad Blandinienſe S. Petri monaſterium, Gandauo vicinum. Obeliatus Venetis primus Epiſcopus ab Hadriano Papa datur. *Sabellicus Ænead.* 8. *l.* 8. Wormatienſe II. Concilium celebratur.

773 Carolus M. Paſcha in Hariſtallo celebrat. Cumque is in villa, quæ dicitur Theodonis (hodie *Theonville*, opidū eſt Ducatus Luxeburgenſis ad Moſellā) hiemaret, venit ad ipſum Miſſus Hadriani Papæ nomine Petrus, poſtulans vt ad defendendam Eccleſiam Romanam, contra Deſiderium Langobardorum Regem, in Italiam feſtinaret. Carolus itaque ad Italicam expeditionem pergens, Concilium in Genaua (*Geneue*) vrbe tenuit. In quo Conuentu exercitum diuiſit, partem ſecum retinens, vt per *Ciniſium* montem tranſiret: partem verò reliquam (cui auunculum ſuum Bernardum præfecit) per *Iouis montem* in Italiam intrare præcepit. *Chron. S. Arnulfi.*

774 Carolus M. tranſmiſſo ſub finem anni ſuperioris trans Alpes exercitu, Langobardis arma intulit ; nec antè deſtitit quàm illorum Regem *Deſiderium*, longâ Ticini obſidione fatigatum, ad deditionem compelleret. Capto Rege, & filio eius *Adalgiſo* ex Italia pulſo, nouum regnum adeptus, in Franciam victor an. 774. regreſſus eſt; Langobardorumque exinde Rex appellatus, Hadriano Papæ (præter prouincias à Pipino patre conceſſas) territorium inſuper Sabinenſe, Ducatum Spoletinum & Benenentanum dono dedit. Deſiderium Regem captiuum, cum vxore ac filia, ſecum in Franciam deduxit : quem poſteà in exilium ad Agilfridum Leodicenſem Epiſcopum miſit. Adalgiſus autem Deſiderij filius Conſtantinopolim fugit. *Ann. Pith. Rhegino.*

775 Conuentum in villa Duria ſeu Dura (*Duren*) à Carolo M. hoc anno habitum fuiſſe cenſet Sirmondus ; cùm is aduerſus Saxones expeditionem alteram ſuſcepiſſet. De quibus rebus ſic in eiuſdem Vita legitur: *Celebrauit Carolus Natale & Paſcha in Cariſiaco: tunc habuit Synodum in villa Duria, & inde abiens ad partes Saxoniæ, Sigiburgum caſtrum cepit, & Ereſburgum readificauit.* S. Rumoldus Epiſcopus & Mechlinienſium patronus ab impijs occiditur : vt in ms. Sigeberti Chronico Lipſiano legitur.

legitur. Conſtantinus Copronymus Imp. CP. 14. Sept. moritur: filius eius Leo IV. ſufficitur.

776 Concilium Wormatienſe III. habetur, cui occaſionem dedit rebellio Saxonum: qui oportunitatem ex Caroli abſentia nacti (cùm is aduerſus Rotgaudum Ducem Fotoiulienſem, Italiæ regno inhiantem, in Italia hoc ipſo anno pugnaret) Francicum iugum excutere conabantur. Quo cognito, Carolus publicum Wormatiæ Conuentum egit, tertioque in Saxoniam profectus, & velut ingens tempeſtas, vt Rhegino loquitur, omnia proſternens, Saxones iterùm ſubegit, & Chriſti caſtris adiecit: *Perterriti Saxones, omnes ad locum, vbi Lippia conſurgit, venerunt, & ſpoponderunt ſeſe eſſe Chriſtianos. Carolus autem reædificauit Eresburgum caſtrum, & fecerunt aliud caſtrum ſuper Lippiam: quò venientes Saxones, vnà cum vxoribus & infantibus baptizati ſunt. Diſponensq; Rex Francos per caſtella Saxoniæ, reuerſus eſt in Franciam:* vt in eiuſdem vita legitur. Anno exeunte Carolus Natalem Domini Hariſtalli celebrat.

777 Carolus Paſcha celebrat Nouiomagi ad fl. Vahalim, & Paderbornæ in Weſtfalia Synodum habet: quò tres Saracenorum proceres, Regi ſuo rebelles, ex Hiſpania venerunt; auxilium petituri. *Ann. Rheg.* Anno IX. regni, VII. Idus Iunij, Carolus baſilicam cathedralem S. Martini in Traiecto veteri ſubter Dorcſtadum (cuius vrbis Epiſcopus tunc erat *Albericus*) dotat; tabulis Numagi ad Vahalim in palatio publico datis. *Not. eccleſ. Belg.* c. 24.

778 Expeditione in Hiſpaniam contra Saracenos ſuſceptâ, idem Carolus Cæſarauguſtam occupat, Pompelonem deſtruit, Vaſcones & Nauarros ſubigit. Saxones interim, Windechindo duce, Werdam, Dauentriam & vicina loca vaſtant. *Ann. Pith. Rheg. Sigeb.* In bello iſto Hiſpanienſi contra Saracenos Carolus ſemper triumphauit: præterquam quòd in Pyrenæis montibus Vaſcones, poſitis inſidijs, nouiſſimum in Franciam redeuntis agmen magna clade affecerunt. Quo in prælio Rutlandus ſeu *Rolandus*, Britannici littoris Præfectus, cum pluribus occubuit: vt Eginhartus in Caroli M. vita narrat. De Rolando iſto variæ exſtant fabellæ, varijs linguis conſcriptæ. Illam cladem ab Aldefonſo Caſto Hiſpaniæ Rege, qui Carolum in Hiſpaniam euocauerat, illatam Annales illius gentis aſſerunt: quos Baronius ex Eginharto & alijs illorum temporum ſcriptoribus meritò refellit. Nam inter ambos illos Reges ſanctiſſimum amicitiæ fœdus fuiſſe, ijdem memorant.

779 Taſſilo Dux Baioariæ contra Carolum M. rebellat, hortatu vxoris ſuæ, quæ erat Deſiderij Langobardorum Regis filia, & exilium patris ſui per maritum ſuum vindicare tentat. *Sigeb.*

Anno XI. Caroli, menſe Martio, Capitulare, in Hariſtallo, eſt editum; vbi congregatis Epiſcopis & Abbatibus, vnà cum Rege Carolo, conſenſerunt, vt ſuffraganei Epiſcopi ſubiecti ſint Metropolitanis, vtque Epiſcopi ordinentur vbi non ſunt. Et quia anno 779. Carolus, Eginharto teſte, hibernos menſes apud Hariſtallum egit, ibique Natalem Domini ac Paſcha celebrauit, Sirmondus rectè cenſet Capitulare hoc ibidem factum, & Decretum Hariſtallenſe dici poſſe. Eodem anno factum eſt alterum Capitulare, ſeu Decretale precum à quibuſdam Epiſcopis; quas preces famis belliq; tempore fieri decreuerunt: *Id eſt, vt vnuſquiſque Epiſcopus tres Miſſas & pſalteria tria cantet; vnum pro Rege, alterum pro exercitu Francorum, tertium pro præſenti tribulatione. Preſbyteri verò vnuſquiſque Miſſas tres, monachi & monachæ & Canonici vnuſ-*

quiſque

quiſque pſalteria tria. Chronicon porrò ms. monaſterij S. Galli diſertè teſtatur, anno 779. famem magnam & mortalitatem in Francia fuiſſe.

Idem Carolus M. in Hariſtallo ſeu Herſtallo palatio exiſtens, V. Nonas Maij, anno XI. Francici, & V. Langobardici regni ſui, poſſeſſiones eccleſiæ Aquiſgranenſi à Pipino Herſtallio donatas confirmauit: *Proauus noſter Pipinus, eccleſiæ S. Mariæ in Nouo Caſtello conſtructæ diuerſas res dedit: vnde præcipimus, vt quidquid in denominandis villis, vt ſunt Harimalla in pago Haſbanienſi, Budilio in Taxandria, Filfurdo in Bragbando, in pago Haginao, in pago Luminſe Fraxino, tenent, deinceps poſſideant.* Filfurdum porrò nunc dicitur Filfordia ſeu Viluordia, *Viluorde*, opidum ad Sennæ & Voluulæ confluentes, altero à Bruxella lapide. Decimas agri Vilfordienſis moniales Cameræ, ord. Ciſtercienſis propè Bruxellam, hodie poſſident ſub onere annui cenſus, quem Canonicis S. Mariæ Aquiſgranenſis pendunt.

Hadrianus Papa per epiſtolam à Carolo M. petit auxilium aduerſus Hildebrandum Spoletinum, Arigiſum Beneuentanum, Reguibaldum Cluſinum, & Rodganſum Foroiulianum, Duces Italiæ; qui cum Græcis & Adalgiſo Deſiderij Langobardorum quondam Regis filio conſpirarant contra Eccleſiam Romanam. Leo IV. Imp. CP. tyrannidis ſuæ & ſacrilegij manifeſtas diuino Numini dat pœnas. Cùm namque coronam auream, gemmis inſignem, ex templo ſublatam, capiti ſuo impoſuiſſet, ſtatim peſtilenti tactus febre abſumitur. Et ne dubia morbi cauſſa foret, in eius capite carbunculi exſtiterunt. Heredem reliquit filium CONSTANTINVM VI. ſub Irenes matris tutela. Carolus M. ſecundò pergit Romam orationis cauſſa, & vnà cum coniuge Hildegarda celebrat Natalem Domini in vrbe Papia. *Rhegino.* 780

Carolus Papia egreſſus celebrauit Paſcha Romæ: & ibi baptizatus eſt filius eius Pipinus ab Hadriano Papa, quem & ipſe de ſacro fonte ſuſcepit. Et duo filij eius ab eodem Pontifice vncti ſunt in Reges, *Pipinus* ſuper Italiam, *Ludouicus* ſuper Aquitaniam. Inde reuerſus venit Mediolanum: vbi baptizata eſt filia eius *Giſla* à Thoma Archiepiſcopo, quam & de ſacro fonte leuauit. His peractis reuerſus eſt in Franciam. *Rhegino.* De hac ſecunda Caroli in Vrbem profectione exſtant verſus antiqui, quos Guil. Catellus l. 1 1, c. 3. Hiſt. Comitum Toloſanorum recitat. 781

Carolus M. in loco, vbi Luppia fl. oritur, prælio Saxones rebelles vincit. Hîc legatos *Sigefridi* Danorum Regis, & quos Caganus & Iugurrus Hunnorum principes ad ſe miſerant, audiuit. *Ann. Pith.* Exinde Carolo in Galliam profecto, Widichindus cum Saxonibus iterùm rebellat contra Francos, & à Carolo in Saxoniam redeunte ſibi metuens, ad Normannos fugit. *Chron. Lauriſh.* S. Willehadus I. Epiſcopus Bremenſis Romam proficiſcitur. 782

Carolus M. Paſcha (vt & anteà Natalem Domini) in Theodonis villa, nunc opido Ducatus Luxeburgenſis ad Moſam, celebrat. Hildegardis eius vxor pridie Kal. Maij, & Berta eiuſdem Caroli mater, IV. Idus Iulij, moriuntur. Idem Carolus *Faſtradam* coniugem Wormatiæ ducit, & Natalem Domini celebrat Hariſtalli. *Ann. Pithœani, Rheg.* 783

Carolus iunior à patre in Saxoniam miſſus Weſtfalos domat. Taraſius vir ſanctiſſimus fit Patriarcha Conſtantinopolitanus, ipſo die 784

 Natali

Natali Chriſti. Agilfridus Epiſcopus Leodicenſis & Abbas Gandenſis circa hunc annum moritur: ſuccedit in Epiſcopatu Gerbaldus.

785 Witichindus Saxonum Dux Attiniacum ad Carolum venit, & baptizatur; Saxoniâ totâ ſubactâ. *Ann. Rheg.* Ingilramno Metenſi Epiſcopo Romæ Hadrianus Papa XIII. Kal. Octobres, Indictione IX. tradit Capitula ex Græcis & Latinis Canonibus, Synodis Romanis, ac decretis Præſulum collecta: de quibus Sirmondi ſententiam vide in Notis ad Concilia Galliæ to. 2.

786 Hadrianus Papa Kalendis Iulijs, Indictione IX. Maginario Abbati monaſterij S. Dionyſij, in Pariſiaco ſiti, dat priuilegium, vt proprium ei liceat habere Epiſcopum. Carolus M. Britanniam Aremoricam ſubigit per Audulfum Seneſcalcum. Lullo Ep. Moguntino defuncto Richolfus ſuccedit. Sub finem huius anni Carolus M. tertiò iter Romanum ingreſſus, Natalem Domini apud Florentiam egit.

787 Ineunte anno 787. Carolus tertiò Romam venit, honorificè ab Hadriano Papa ſuſceptus. Inde aduerſus Arigiſum Beneuentanum Ducem profectus, cùm Capuam intraſſet, vi abſtinuit, & Arigiſi obſidibus cum Grimoaldo filio acceptis, Romam redijt, & Paſcha cum Hadriano celebrauit. Quo tempore in Taſſilonem Baioariorum Ducem diræ à Pontifice ſunt coniectæ, niſi fidelitatem, quam Pipino & Carolo eius filio promiſerat, obſeruaret. Orta porrò per dies feſtos Paſchæ inter Cantores Romanos & Francos, vtri rectiùs canerent, contentione, Carolus Romanis palmam concedens, Cantores ab Hadriano petijt, qui Franciæ Cantores docerent. Datique ſunt duo, Theodorus & Benedictus: quorum alterum Rex Metis, alterum Sueſſionis collocauit. Erudierunt ijdem Francos in arte organandi. At Carolus artis etiam Grammaticæ magiſtros ſecum Roma in Franciam adduxit, & vbique ſtudia litterarum expandi iuſſit, cùm ante ipſum in Gallia liberales artes iacuiſſent. *Ademarus, Rhegino.*

Hoc ipſo anno, vt Sirmondus cenſet, Carolo, cùm Romæ eſſet, oblatus eſt *Codex Canonum*, qui Moguntiæ primùm 1525. poſteà Pariſijs excuſus fuit. Conſtat autem Carolo oblatam fuiſſe non Epitomem, ſed integram Collectionem tum Canonum (ex quibus Epitome illa deinceps conflata eſt, quam Ingolſtadienſes to. 6. Antiquæ lectionis, & Colonienſes to. 3. Conciliorum ediderunt) tum Decretorum etiam Pontificum à Siritio ad Gregorium iuniorem. Hoc enim declarant plurima, quæ in bibliothecis Galliæ viſuntur, Collectionis huius mss. exemplaria: quorum in fronte, velut oblati muneris dedicatio, præfixa eſt Hadriani ad Carolum epiſtola, quæ primis ſingulorum verſuum litteris hunc titulum reddit, *DOMINO EXCELL. FILIO CARVLO REGI HADRIANVS PAPA.* Benedictione demum perceptâ, Carolus Wormatiam, vbi erat coniux eius *Faſtrada*, ſe contulit. Cumque Taſſilo Dux Apoſtolicis monitis nollet obtemperare, Carolus aduerſus eum mouit, armiſque circumſeptum ad deditionem compulit. Is itaque ſacramenta denuò renouauit, & filium ſuum *Theodonem*, alioſque obſides Carolo dedit. *Rhegino.*

Æra 825. hoc eſt, anno Chriſti 787. Aldefonſus Caſtus in Hiſpania regnare cœpit, fortis ac religioſus Princeps, & à perpetua caſtimonia ſic

ſic dictus. *Roder. Tol. l. 4. c. 11.* Nicææ in Bithynia, Indictione XI. die XI. Octobris œcumenica Synodus incohatur, quæ Nouembri menſe anni eiuſdem deſijt. In eo Concilio, quod ſeptimum œcumenicum appellatur, Iconoclaſtarum hæreſis proſcripta & ſactarum imaginum cultus fuit reſtitutus.

Irene Constantinvm filium ſuum (cui Rotrudim Caroli M. filiam an. 786. deſponderat) cogit *Mariam* ex Armenia oriundam ducere. A quibus ille nuptijs abhorrens, & nimiæ Stauracij Patricij potentiæ pertæſus, matrem anno 790. in ordinem redegit, & ſolus annos 8. in Oriente imperauit. Qua poteſtate iuueniliter vſus, Nicephorum patruum & Alexium ducem an. 792. oculis priuauit. Triennio pòſt, Maria coniuge repudiata & in monaſterium detruſa, *Theodotam* cubiculariam duxit. Poſt tertium iter Romanũ adlaborauit Carolus, vt ſcholæ litterariæ in Gallijs conſtituerentur. Præter Cabilonenſe Concilium c. 3. & Pariſienſe ſub Lud. Pio l. 3. c. 12. id teſtatur in eius vita monachus Engoliſmenſis. Exſtat apud Sirmondum Caroli epiſtola generalis hoc ferè anno ſcripta, de ſcholis per ſingula Epiſcopia & monaſteria inſtituendis. 788

Synodus in villa *Ingelheim* propè Moguntiam habetur, Carolo M. præſente. Ad hanc venit & *Taſſilo* Bauariæ Dux, qui de perfidia conuictus, ab eodem Carolo in monaſterium Lauriſhamenſe detruſus eſt, cum filio *Theodone* ſtirpis vltimo. Ceterùm Taſſilo religioſiſſimus Princeps fuit. Natus eodem anno, quo Carolus Magnus, ætatis anno 14. rudimentum militiæ in Pipini Regis caſtris poſuit; proximo anno ſe ſuoſque in Pipini clientelam dedit, quem altero & viceſimo deſeruit, & domũ ad *Vtilonem* patrem refugit. Vxorem dein *Luitburgam*, Deſiderio Langobardorum Rege natam, duxit, cùm annum 28. ageret. Suſcepit ex ea *Gunterum* ab apro in venatione interemptum, & *Theodonem* ſtirpis vltimum, ab Hadriano Papa Romæ ſacro fonte luſtratum. Hoc verò offendit Taſſilo, quòd pactis non ſteterit cum Pipino & Carolo M. initis; quin & arma contrà mouere, Luitburga inſtigante, ſæpiùs conatus, tandem ditione exutus, veniam ea conditione impetrauit, vt in monachum attonſus, priuatam cum filio vitam coleret. Idem Taſſilo *Cremiſſam, Thierhauptum, Matſeum & Chiemſeum*, geminum virorum ac virginum cœnobium à fundamentis excitauit. Denique vitam in Lauriſſa cœnobio ſanctiſſimè finiuit. Exſtat hodieque eius ſepulcrum Lauriſſæ, non procul à Wormatia: quod monaſterium à Cancore Comite an. 763. ædificatum diximus. Carolus Natalem Domini Aquiſgrani celebrat.

Paulino Epiſcopo vices Apoſtolicas Aquiſgrani tenente, & Carolo M. ibidem agente, X. Kal. Apriles an. 789. Indictione XII. Capitulare editur; quod Sirmondus to. 2. Conciliorum primus publicauit. 789

Hunc annum Carolus M. Wormatiæ tranſegit, habito ibidem conuentu, atque à bellis ceſſauit. 790

Carolus M. Ratiſponam proficiſcitur: exinde Francis, Alemannis, Baioarijs, Saxonibus, Thuringis & Friſonibus ſtipatus, Pannoniam ingreditur. Auaribus ſiue Hunnis fugientibus, omnem eorum regionem vſque ad Rabam fl. ferro & igne denaſtat. *Ann. Pith.* Ex Hunnis tantum prædæ partum fuiſſe, quantum nullo ex alio bello, ſcribit Eginhartus. 791

Pipinus, Caroli M. ex concubina filius, gibbo deformis, cõtra patrem coniurat, & conuictus in Prumienſe monaſterium detruditur, vbi & 792

obijt.

obijt. *Ann. Pith.* Ratiſponenſe Concilium celebratur, in quo Felicis Vrgellitani in Hiſpania Epiſcopi hæreſis (quæ Chriſtum adoptiuum Dei filium dicebat) Carolo M. præſente, primùm damnata eſt. Flaccus Albinus Alcuinus, vir eruditiſſimus, Caroli Magni accitu, è Brittannia circa hunc annum in Franciam venit. Alcuini mentio fit in Canone 56. Concilij Francofordienſis, an. 794. habiti.

793 Francicorum Annalium Fragmentum ab an. 741. vſque ad annum 793. (quos Rhegino Prumienſis ſecutum ſe fatetur) deſinit, extatq; apud Caniſium to. 3. Lect. antiquæ. Caroli M. iuſſu, foſſa duci cœpta eſt inter Ardantiam & Alemonem fluuios. *Ann. Pith.*

794 Francofordienſe Concilium ad Mœnum, initio æſtatis, hoc anno celebratum fuiſſe, Eginhartus in Chronico docet. In eo hæreſis Feliciana ab Epiſcopis Italiæ, Galliæ ac Germaniæ (Hadriani Papæ legatis cum Carolo M. præſentibus) tertiò damnata fuit. Ceterùm de Canone II. Concilij Frãcofordienſis, quo reiecta eſt Synodus II. Nicæna, & de Capitulari ſeu libris IV. Caroli Magni, quos aduerſus eamdem Synodum ſcriptos Hadriano Papæ miſit, legatur Admonitio ad Lectorem, quam Sirmondus to. 2. Conciliorum intexuit. Faſtrada Caroli M. vxor Francofurti moritur, & Moguntiæ ad S. Albanum ſepelitur. Inde Rex mouet in Saxoniam, ac reuerſus Natalem Domini Aquiſgrani celebrat.

795 Poſt Paſcha Aquiſgrani celebratum, Carolus in Saxoniam iterum perrexit, omneſque qui trans Albim habitabant, cum mulieribus & infantibus, tranſtulit in Franciam. *Ann. Rheg. Sigeb.* Idem Carolus Aquiſgrani baſilicam rotundam curat exſtruendam, columnis marmoreis Roma & Rauenna aduectis. *Sigeb.* Hadrianus Papa moritur 26. Decembris, cui eodem die ſufficitur Leo III.

796 Carolus Aquiſgrani biemat, & Pipinum filium ex Pannonia reducem ac victorem lætus ibidem excipit. Tuduinus, Hunorum ſiue Pannonum regulus, qui anno ſuperiore Carolo M. ſe ſuamque ditionem ſubmiſerat, ad eumdem veniens baptizatur, & honorificè remittitur. *Ann. Pith.*

797 Barcino Hiſpaniæ vrbs Carolo M. deditur. Idem Rex Aquiſgrani *Adbellam*, Saracenorum in Hiſpania Regem, excipit; quem & paulò pòſt cum filio ſuo Ludouico in Hiſpaniam remittit. Pipinum item in Italiam mittit. *Ann. Pith.*

Irenes matris & Stauracij Patricij dolo comprehenſus Conſtantinus Orientis Imperator, menſe Auguſto immaniter excœcatur: qui paulò pòſt exſpiraſſe dicitur. Poſt cuius obitum IRENE annis ſex imperium tenuit. Ad hæc tempora Sirmondus refert *Theodulfi* Ep. Aurelianenſis Capitulare; in quo ſaluberrima tum presbyterorum propria, tum communia, quibus ſubditas ſibi plebes informare debeant, vitæ Chriſtianæ documenta deſcribuntur. Hos Theodulfi Canones primus in lucem Baronius edidit, & in annum 835. coniecit, ſeriùs omnino quàm par fuit: quia Theodulfum ad ea tempora non perueniſſe oſtendit Ionas, eius in Aurelianenſi cathedra ſucceſſor, qui à Lud. Pio ad Eugenium Papam an. 824. miſſus eſt. Theodulfum porrò per hos annos atque ante Synodum Francofordienſem iam fuiſſe Epiſcopum, Alcuini ad Carolum Regem epiſtola IV. declarat.

798 Carolus M. cum exercitu in Hariſtallo Saxonico hiemat. Aldefonſus Rex Galliciæ & Aſturiæ varia munera eidem Carolo mittit, & Oliſiponem Luſitaniæ metropolim capit ac ſpoliat. Saxonia tota in-

ter

ter Albim & Viſurgim ſubacta, atque obſidibus acceptis, Carolus Aquaſgrani reuertitur: vbi legatos Irenes Imperatricis CP. pro pace miſſos excepit. Cum quibus remiſit & Siſinnium, Taraſij Patriarchæ CP. fratrem, iam olim in Italia prælio captum. *Ann. Pith.*

Feliciana hæreſis, an. 792. in Synodo Ratiſponenſi, vbi & auctor 799
ipſe agnitum, vt præ ſe ferebat, errorem deteſtans eiurauerat, iampridem damnata fuerat, vt & Romæ apud Hadrianum Papam; ad quem Felix à Carolo M. per Angilbertum Abbatem Centulenſem fuerat directus. Poſt hæc in patriam reuerſus, ad priſtinam inſaniam mox redierat. Quo nomine in Synodo Francofordienſi, vnà cum Elipando Ep. Toletano, iterùm an. 794. perſtrictus fuit. Cumque ad epiſtolam Alcuini, qua illum ad meliorem mentem hortabatur, virulento idem libello, priſtinæ hæreſeos pleno, reſpondiſſet; aduerſus hunc eius libellum, *Roma* anno 799. à Leone III. Papa, Caroli M. hortatu, Concilium eſt celebratum: in quo & impius liber confutatus eſt, & Felici, niſi reſipiſceret, anathema dictum. Eodem anno & *Aquiſgrani* Synodus, eodem Rege vrgente, eſt coacta, in qua Felix ab Alcuino victus, catholicam fidem ex animo, poſita ſimulatione, profeſſus eſt.

Leonem III. Papam factioſi quidam Romæ multis iniurijs affectum, erutis oculis & lingua amputata, immaniſſimè tractant. Sed viſu ac linguæ vſu cœleſti ope reſtituto, demum Spoleto (quò ſe poſt acceptam cladem contulerat) diſcedens, iter ad Carolum M. ingreſſus eſt. A quo Paderbornæ in Weſtfalia Pontificem ſummo honore exceptum fuiſſe, Annales Pithœani & alij tradunt. Hoc ipſo anno S. Suitbertum ab eodem Pontifice, Werdæ in diœceſi Colonienſi exiſtente, in Diuos relatum fuiſſe tradunt; Gerbaldo Leodicenſi, Folquino Morinenſi, & alijs multis Epiſcopis præſentibus. Alij ad poſterius Leonis iter, hoc eſt, ad annum 804. id referunt. Quanto autem honore Leo à Carolo ſit ſuſceptus, & cum Hildebaldo Colonienſi, Ieſſe Ambianenſi & alijs Epiſcopis ac Comitibus plurimis Romam remiſſus, & de quæſtione ab ijſdem Romæ habita in eos qui Leonem dehoneſtauerant, Anaſtaſius Bibliothecarius in Leonis ipſius vita, & Ademarus in Caroli vita fusè narrant. Baleares inſulani, accepto Caroli M. auxilio, Mauros expellunt. Britannia ciſmarina per Wittonem ducem tota ſubigitur. Patriarcha Hieroſolymitanus reliquias varias Carolo M. per monachum quemdam tranſmittit. *Ann. Pith.*

Carolus Zachariam presbyterum cum monacho memorato ac do- 800
narijs Hieroſolymam remittit. Ipſe collocatis ad Oceanum Gallicum contra piratas præſidijs, Turones ad S. Martinum, orationis cauſſa, peruenit. Vbi vxor eius *Hildegardis* defuncta & humata eſt. *Ann. Pith.* Auguſto menſe Carolus Moguntiam veniens, iter in Italiam condixit, & Rauennam ſe contulit. Ibi ordinata in Beneuentanos expeditione, Pipinum filium ſuum aduerſus eos cum exercitu miſit. Romam venienti Leo Papa occurrit apud Nomentum XII. ab Vrbe lapide. Sequenti die, qui erat VIII. Kal. Decembris, Carolus Vrbem intrauit. *Ademarus.* Exeunte anno, die Natali Domini, S. Petri baſilicam Carolus cùm eſſet ingreſſus, Leo Pontifex, ob egregia illius in Eccleſiam Romanam Chriſtique Vicarios merita, nihil tale ſuſpicantis capiti coronam impoſuit, populo ter vnanimi voce acclamante; *Carolo piiſſimo, Auguſto, à Deo coronato, magno, pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria.* Ita conſtitutus Imperator, oleo ſancto à Pontifice illicò eſt inunctus, & qui anteà Rex Francorum ac Patricius Romanorum vo-

cabatur, exinde ablato Patricij nomine, Imperator & Auguſtus eſt appellatus. Deinceps itaque & Occidentis & Orientis Imperatores recenſebimus.

801 Poſt Paſcha Romæ celebratum, Carolus Imp. inde diſcedens, VII. Kal. Maij Spoletum venit. Perſica legatione excepta, in Galliam demum redux, Natalem Domini Aquiſgrani celebrauit. *Ann. mss. Rheg.*

S. Saluius Epiſcopus, prope Valentianas Hannoniæ vrbem, cum ſocio occiditur; & quieſcit ibidem in ſui nominis cœnobio, quod eſt monachorum inſtituti Cluniacenſis.

802 Cum Irenes Imperatricis Græcorũ, pro pace ineunda, legatis, Carolus M. ſuos Conſtantinopolim mittit, videlicet Ieſſeum Ep. Ambianenſem & Helmigaudum Comitem, ad procurãdum cum Irene coniugium. Sed his Conſtantinopoli exiſtentibus, Nicephorus Patricius 31. Oct. imperium inuadit. Irene comprehenſa in Lesbum inſulam relegatur, vbi imperio fortuniſque omnibus exuta, anno nondum vertente obijt. *Theoph.*

803 Carolus in Baioariam abit: ibi ad Salam fl. legatos Nicephori Imp. cum ſuis Conſtantinopoli venientes audit, fœdus cum Græcis renouat, & Aquaſgrani demum redit. Alcuinus Philoſophus & Abbas S. Martini Turonenſis moritur: vt Odorannus, monachus S. Petri Viui apud Senones, teſtatur. Is ſexagenarius ab an. 675. vſque ad an. 1015. Chronicon collegit. Bardane, qui inuitus à militibus ad imperium euectus fuerat, amoto, Nicephorus *Stauracium* filium participem imperij adſciſſit, menſe Decembri.

804 Bellum Saxonicũ an. 771. incohatum, cùm annos 33. duraſſet, hoc demum anno 804. eſt finitum. Ex ijs qui vtramq; Albis fl. ripã incolebãt, 10000. cum vxoribus ac liberis Carolus aliò tranſtulit, & per varia Galliæ ac Germaniæ loca diſtribuit: vt Eginhartus, Rhegino, Sigeb. & Annalium Pithœanorum conditor tradunt. Leo III. Papa ad Carolum M. iter alterum trans Alpes an. 804. inſtituit: quod Ademarus in huius vita explicat: *Medio Nouembri allatum eſt, Leonem Papam Natale Domini cum eo celebrare velle. Quem ſtatim, miſſo ad S. Mauritium Carolo filio ſuo, honorificè ſuſcipere iuſſit. Ipſe obuiàm illi ad Remorum ciuitatem profectus eſt, ibiq; ſuſceptum primò Cariſiacum villam (vbi Natale Domini celebrauit) deinde Aquaſgrani perduxit. Et donatum magnis muneribus, per Baioariam ire volentem, reduci fecit vſque Rauennam. Cauſſa aduentus eius hæc erat. Perlatum erat ad Imperatorem, æſtate præterita Chriſti Sanguinem in Mantua ciuitate fuiſſe repertũ. Propter hoc miſit ad Papam, petens vt huius famæ veritatem inquireret. Qui accepta occaſione exeundi, primò in Lãgobardiam, profectus eſt: inde ad Imperatorem veniens, mãſit cum eo dies octo reuerſuſq; eſt Romam.* Hic Chriſti Sanguis ſeu Cruor etiamnum religiosè adſeruatur Mantuæ in baſilica S. Andreæ. In cujus honorem Vincentius Mantuæ Dux an. 1608. ordinem Equeſtrem Redemptoris inſtituit, Paulo V. Papa approbante. Oſnaburgenſis in Weſtfalia Epiſcopatus à Carolo M. dotatur; Græcis ac Latinis ſcholis ibidem inſtitutis. Primus illius loci Epiſcopus fuit S. Wibo, Leouardiæ in Friſia occidentali natus. Ex omnibus porrò eccleſijs, quas Carolus in Saxonia conſtruxit, prima fuit *Oſnaburgenſis*, ideoq; varijs priuilegijs ab eodem donata: vt liquet ex tabulis Aquiſgrani datis, quas in Not. eccleſ. Belg. cap. 26. produxi. Præter Oſnaburgenſem, & alias octo ſedes Epiſcopis nouas in Germania Carolus poſuit, *Monaſterienſem, Mindenſem, Halberſtadienſem, Paderbornenſem, Verdenſem, Hamburgenſem* & *Hildesheimenſem*: duas inſuper

ad

ad dignitatem Archiepiſcopalem prouexit, Iuuanienſem ſeu Saliſ-
burgenſem & Hamburgenſem.

Carolus M. menſe Iulio Aquiſgrani diſcedens, Theodonis villam 805
petit, inde Metas & Vogeſum montem; vbi venationibus ſe oblecta-
nit. In Theodonis villa denique hiemauit, vbi & filios Pipinum ac
Ludouicum excepit. *Ann. Pith. Rheg.* Capitulare Dominicum hoc
anno aut ſequenti datum ad Theodonis Villam, apud Sirmondum in
Concilijs exſtat.

Carolus iunior cum exercitu à patre miſſus verſus fl. Albim, Scla- 806
uorum ducem interficit. Pipinus claſſem contra Mauros mittit: cuius
appulſum non exſpectantes Mauri, Corſicam deſerunt. *Ann. Pith.*

Ab Aarone Rege Perſarum Carolus M. Aquiſgrani exiſtens lega- 807
tionem & munera ſuſcipit. *Ann. Pith. Rheg.*

Godefridus Danorum Rex bellum contra Francos ad Albim gerit. 808
Carolus M. Quadrageſimalis ieiunij tempus & Paſcha Noniomagi ad
Vahalim tranſigit: vbi & Eardulfum Nordanhumbrorum Regem ex
Britannia profugum recipit. *Ann. Pith.*

Carolo M. ex Arduenna Aquaſgrani reuerſo, Concilium ibidem 809
menſe Nouembri celebratur: in quo agitata eſt quæſtio de proceſſio-
ne Spiritus ſancti, miſſique inde Romam legati, Bernarius Worma-
tienſis, Ieſſe Ambianenſis, Epiſcopi, & Adalardus Abbas Corbeienſis.
Ann. Pith. Rheg.

Rotrudis Caroli M. filia natu maxima VIII. Idus Iulij diẽ obit. Ca- 810
rolus M. Aquiſgrani agens, & cõtra *Godefridum* Danorũ Regem parans
expeditionem, nuntium accipit, claſſem 200. nauium ex Nortmannia
ſeu Dania in Friſiam appuliſſe, Danoſque victores Friſonibus tri-
butum impoſuiſſe. Ipſe itaque mox exercitum & claſſem contra
Danos inſtruit, & in itinere nuntium accipit, Godefridum Regem à
ſuis cæſum eſſe: cui in regno ſucceſſit *Hemmingus*, filius fratris eius, &
pacẽ cum Imperatore fecit. Imperator autem Aquaſgrani reuerſus,
legationes audiuit, pacemque cum Nicephoro Græcorum Imperato-
re & cum Abulaz Hiſpaniæ Rege fecit. Nam Nicephoro Venetiam
reddidit, & Haunticum Comitem, olim à Saracenis captum, Abulaz
remittente, recepit. *Ann. Pith.* Gerbaldus Ep. Leodicenſis XV. Kal.
Nouembris moritur, cui anno proximè ſequenti Walcãdus ſeu Walt-
gandus ſucceſſit. Pipinus Caroli Imp. filius Italiæ Rex moritur, reli-
cto Bernardo ex concubina filio.

Nicephorus Imp. CP. à Bulgaris in bello circumuentus 26. Iulij 811
cecidit, cùm annos 9. imperaſſet. STAVRACIVS eius filius in prælio
vulneratus, paucis menſibus regnauit. Nam anno eodem MICHAEL
CVROPALATES, cognomento Rengabe, die 5. Oct. Imperator accla-
matur. Anno ab Incarnatione Domini 811. Carolus M. Aquiſgrani
exiſtens, anno regni ſui in Francia 43. in Italia 36. Imperij II. Indictio-
ne IV. fecit diuiſionem theſaurorum aliarumque rerum ſuarum mo-
bilium, quam poſt obitum ſuum obſeruari iuſſit: Hildebaldo Colo-
nienſi, Richolfo Moguntino, Wolfario Remenſi, Bernoino Veſontio-
nenſi, Ioanne Arelatenſi, Theodulfo Aurelianenſi, Ieſſe Ambianenſi,
Hettone Treuerenſi, Waltgaudo Leodicenſi, Epiſcopis, Adalungo
Abbate Vedaſtino, alijſque præſentibus. *Eginhart.* Carolus, Caroli
M. filius primogenitus, II. Nonas Decembris moritur. *Ann. Pith.* Ad
claſſem luſtrandam Carolus Bononiam petit, & indè Gandam ad
Scaldim venit, ac demum Aquaſgrani. *Rhegino.*

Hem-

812 Hemmingo Danorum Rege defuncto (ſic in mſ. Paderbornenſi legitur) Sigifridus Godefridi Regis nepos, & Anulo Herialdi nepos ſuccedere volentes, cùm de primatu inter ſe conuenire non poſſent, commiſſo prælio vterq; cecidit. Pars tamen Anulonis victrix Herialdum & Raginfridum eius fratres ſibi Reges conſtituit. Claſſis Danorum Hiberniam aggreſſa à Scottis prælio ſuperatur. *Ann. Pith.*

813 Carolus Imp. Amalharium Treuerenſem Epiſcopum & Petrum Abbatem monaſterij Nonanrulas (ſic enim legendum) Conſtantinopolim mittit, ad pacem cum Græcis confirmandam; Ludouicum filium ſuum coronat, & conſortem Imperij facit. Bernardum quoque nepotem ſuum, Pipini filium, Italiæ præficit, & Regem appellari iubet. Pons apud Moguntiacum incendio conflagrat. *Ann. Pith.* Hoc eodem anno *iuſſu Caroli Concilia ſuper ſtatu Eccleſiarum corrigendo per totam Galliam ab Epiſcopis celebrata ſunt: quorum vnum Moguntiaci, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabillone, quintum Arelati congregatum eſt:* vt Eginhartus in Chronico loquitur. Eodem nomine ac numero in Annalibus Pithœanis, & à Rheginone aliiſque recenſentur. Si temporis ſpectanda eſt ratio, Arelatenſe & Remẽſe Maij menſis notam præferunt, Moguntinum Iunij, reliqua duo notam nullam habent: quamquam omnia per æſtatem huius anni habita fuiſſe certò conſtat. Michaël Curopalates an. 813. à Bulgaris victus Leoni Armenio Imperium Conſtantinopolitanum ceſſit, qui à Nicephoro Patriarcha die 2. Iulij coronatus eſt: vt Theophanes narrat, cuius Hiſtoria hoc anno definit.

814 Carolus Magnus Imp. & Rex Francorum, V. Kal. Februarij, Aquiſgrani diem claudit extremum, ætatis 71. regni 47. imperij 14. anno, ibidem conditus. Legitimas coniuges quattuor habuit, videlicet *Bertradam* Deſiderij Langobardorum Regis filiam, *Hermengardem* N. Ducis Sueuiæ filiam, Geroldi Boiorum Præfectis ſanctitatis opinione clari ſororem, *Faſtradam* Rodolfi Comitis Frãci ſororem, & *Luitgardem* Frederici filiam. Ex prima & quarta nullas habuit proles. Ex Hermengarde nati ſunt ei decem liberi, *Carolus* Rex Alemanniæ & partis Burgundiæ, *Pipinus* Rex Italiæ, *Ludouicus* Pius Imperator, *Lotharius* qui infans obijt, *Rotrudis*, Hermanno Conrracto Riddrudis, ſponſa Conſtantini Imp. CP. *Berta* vxor Angilberti, mater Harnidi & Nithardi ſcriptoris; *Giſla, Gertrudis, Hildegardis* & *Adelhaidis:* quarum duæ poſtremæ infantes obierunt, ſepultæ Metis in monaſterio S. Arnulfi. Ex Faſtrada natæ ſunt *Theodrada* & *Hiltrudis*. Septem proles inſuper naturales habuit, videlicet *Pipinũ Gibboſum* monachum Prumienſem, *Rothaidem, Rothildem, Adaltrudem, Drogonem* Epiſcopum Metenſem, *Hugonem Magnum* cognomento, Abbatem, Ducem Burgundiæ, & *Theodericum.*

Ex Mathalgarde Rothildem, ex Gerſuinda Saxonica Adaltrudem, ex quadam nomine Regina Drogonem Epiſcopum & Hugonem Magnum, ex Adalinda ſeu Adaluide Theodericum procreauit. Sed hæc iuuenilis ac militaris ætatis delicta factus prouectior optimus Imperator, vita inter clericos ac monachos ſanctiſſimè tranſacta, egregiè expiauit; plurimis item eccleſijs per Germaniam ac Galliam ædificatis, & Chriſtiana religione apud Saxones, Danos, Hunnos ſeu Pannones, Sclauos, aliosque populos latiſſimè propagata. Viros eruditos, in his *Alcuinum* ſuprà laudatum, *Paulum Diaconum* Foroiulienſem, Warnefridi Langobardi filium, (qui ipſius iuſſu de geſtis Langobardorum

dorum & Epiſcopis Metenſibus ſcripſit) *Eginhardum* ſeu Einhardum cognomento Sapientem, ſuum poſteà præconem, *Vſuardum* Martyrologij concinnatorem æſtimauit ac fouit, & ipſe variè doctus atq; eruditus: vt Epitaphium, quod verſibus Hadriano Papæ ſcripſit, abundè teſtatur. Carolo defuncto filius LVDOVICVS ab inſigni vel in diuinas res vel in ſuos pietate cognomen Pij adeptus, ſucceſſit; reliquis Caroli filijs, ipſo adhuc ſuperſtite, exſtinctis. Caroli Magni, Lud. Pij, & aliorum illius ſtirpis Regum Francicorum ſtemma, in Tabulam genealogicam redactum, exſtat in noſtra Notitia eccleſ. Belgij cap. 26. & 36.

Nouiomenſe Concilium celebratur à Vulfario Archiepiſcopo Remenſi cum ſuffraganeis Epiſcopis, Hildoardo Cameracenſi, Ermenone Siluanectenſi, Ieſſe Ambianenſi, Ragimberto Bellouacenſi, Grimboldo Morinenſi, Rhotaldo Sueſſionenſi, Wendilmaro Nouiomenſi & Oſtroldo Laudunenſi. In hac Synodo compoſita eſt controuerſia, quæ inter Epiſcopum Nouiomenſem & Sueſſionenſem verſabatur de quibuſdam parochijs, quas vterque ad diœceſim ſuam pertinere contendebat: vt Flodoardus lib. 2. Hiſt. Remenſis cap. 18. narrat. 814

Herialdus, Rheginoni Heroldus, primus Rex Danorum Chriſtianus, à filijs Godefridi quondam Regis pulſus, ad Lud. Pium Imperat. venit, auxilium implorat & impetrat. *Annal. Pithœani.* Lud. Pius Imp. Blandinienſi anno 815. & Bauonico anno 819. monaſterijs apud Gandam ad Scaldim ſitis, priuilegia immunitatis conceſſit, Einhardo vtriuſque loci Abbate petente. Diplomata in noſtra Not. eccleſ. Belgij cap. 27. exſtant. In Chronico manuſcripto dicti cœnobij Bauonenſis traditur, Einhardum fuiſſe XV. Bauonenſem & IX. Blandinienſem Abbatem. Idem primus Abbas Selingeſtadenſis monaſterij exſtitit, quod ipſe in diœceſi Moguntina ſuo ære conſtruxit ac dotauit: vt rerum Germanicarum ſcriptores narrant. Romæ quidam primores in necem Leonis III. Papæ conſpirantes interficiuntur. *Annales Pithœani.* 815 816

Leo III. Papa VIII. Kalendas Iunij moritur, cui Stephanus IV. ſucceſſit. Is duobus vix menſibus exactis, in Galliam perrexit: cumque Remos veniſſet, in illius vrbis eccleſia LVDOVICVM PIVM ſacro oleo inunxit, & imperiali diademate, cum *Ermingarde* coniuge hoc ipſo anno coronauit: vt Ademarus in vita Ludouici, Theganus Chorepiſcopus, & ex hoc Flodoardus lib. 2. cap. 19. narrant. Hildoardo Epiſcopo petente, Ludouicus Imperat. eccleſiæ Cameracenſi priuilegium immunitatis concedit; quod Baldericus in Chron. Cameracenſi recitat. AQVISGRANENSE Concilium anno Incarnationis Dominicæ 816. Indictione X. celebratur. In hoc Concilio, Ludouici Pij Imper. iuſſu, duplex libellis duobus, vt præfatio docet, condita eſt Regula, vna *Canonicorum*, quæ ſæpè hactenùs vulgata fuit, altera *Sanctimonialium* canonicè viuentium, quam Sirmondus tomo 2. Concil. Galliæ, ex Nic. Fabri, noſtri olim Pariſijs amici, ms. codice primus dedit in lucem. Qua in re præcipuam operam nauaſſe dicitur *Amalarius* Metenſis eccleſiæ Diaconus, is cuius exſtant ad eumdem Ludouicum libri De diuinis officijs. Ab eo enim ferunt, facta è palatio librorum copia, totum hoc opus ex diuerſis Doctorum ſententijs concinnatum, Concilijque iudicio & auctoritate

comprobatum: quod inter alios tradit Ademarus in Chronico Engoliſmenſi. Ceterùm in iſta Canonicorum Regula multa citantur nomine Proſperi ex libris tribus De vita contemplatiua; quos non eſſe Proſperi, ſed *Iuliani Pomerij*, Iſidorus lib. de Scriptoribus eccleſ. cap. 12. docet. Fuit autem Pomerius hic Afer Maurusque patria, ſed (quod ex vita Cæſarij, & ex Ruricij ad Pomerium ipſum epiſtolis intelligere licet) in Gallia primùm Rhetor, tum presbyter & Abbas apud Arelatenſes floruit. Alius ab iſto fuit Iulianus Toletanus Antiſtes, qui libros tres de Prognoſticis futuri ſæculi, & alios totidem aduerſus Iudæos ſcripſit; vt Sirmondus in Notis ad cit. Concilium Aquiſgranenſe docet. Miſſa ſunt autem vtriuſque Regulæ ſupra nominatæ exemplaria in ſingulas Galliæ ac Germaniæ prouincias, cum epiſtola Lud. Pij Imp. ad vniuſcuiuſque prouinciæ Metropolitanum, vt ea in prouincia ſua diligenter tranſcribi & obſeruari faceret. Hinc epiſtolarum, quæ paſſim occurrunt, tituli ſunt diuerſi. In exemplari quo Sirmondus eſt vſus, quia in Aquitaniam ſecundam miſſum fuit, inſcriptio præfert nomen *Sicharij* Archiepiſcopi Burdigalenſis: in Antiſiodorenſi nomen exprimitur *Magni* Archiepiſcopi Senonicæ vrbis, quæ illius prouinciæ eſt caput. Omnes porrò illæ epiſtolæ eiuſdem ſunt argumenti, tametſi quædam, prout res poſtulabat, in ſingulis ſunt diuerſa. Iſtam verò Regulam ſeu Formulam canonicæ inſtitutionis olim in Canonicorum paſſim manibus fuiſſe, & ex ea quotidie Caput vnum aut partem Capitis in Choro ad finem Primæ Horæ (vt vocant) legi ſolitam, conſtat ex vſu acconſuetudine multarum veterum Eccleſiarum. Sic & anno 817. monachis in Aquiſgranenſi Abbatum conuentu cap. 69. præſcriptum fuit, *vt ad Capitulum primitùs Martyrologium legatur, & dicatur Verſus, deinde Regula aut Homilia legatur, deinde, Tu autem Domine dicatur.* Quod hodieque monachi omnes obſeruant. Vtinam & Canonici ſuam Regulam frequentiùs legant! & vtinam aliquis Antiſtes Regulam virginum Canonicarum (quas vulgò Canoniſſas vocant) ex Latino in linguam Germanicam & Gallicam curet transferendam! in vſum tot illuſtrium ac nobilium illius ſexus collegiorum, quæ in Germania, Gallia Belgica ac Lotharingia potiſſimùm florent, quæque Itali, Hiſpani, Galli, & alij exteri quàm maximè admirari ſolent. De ijs Molanum lib. 1. de Canonicis cap. 15. conſule, & libellum noſtrum De collegijs Canonicorum 1615. Coloniæ editum, ſi placet, lege.

817 Stephano IV. Papa VIII. Kal. Februarij defuncto, Paſchalis poſt biduum ſuccenturiatur. Vt in Aquiſgranenſi Epiſcoporum Concilio tradita ſuperiore anno fuerat Regula Canonicis & Sanctimonialibus, ſic & in Aquiſgranenſi Abbatum conuentu monachis hoc anno Capitula 80. ſunt præſcripta; quæ apud Sirmondum tom. 2. Conc. exſtant, & à Leone Oſtienſi eximiè laudantur. Quanto autem ſtudio adlaborarit Ludouicus, vt ab omnibus obſeruarentur, declarat vitæ ſcriptor: *Conſtituit Imperator Benedictum Abbatem, & cum eo monachos ſtrenuæ vitæ, qui per omnia monaſteria euntes vniformem traderent cunctis monaſterijs, tam viris quàm feminis, viuendi ſecundùm regulam S. Benedicti incommutabilem morem.* Ad hunc ipſum conuentum pertinere videtur & Notitia monaſteriorum, quæ in regno vel Imperio militiam, dona, vel ſolas orationes debebant. Quam Notitiam ex codice monaſterij S. Ægidij apud Septimanos Sirmondus lib. 2. Conciliorum edidit. Ludouicus Imper. donationes Eccleſiæ Romanæ ab auo ſuo Pipino,

&

& à patre Carolo factas, Paſchali Papæ confirmat. Hildegrimus primùm Catalaunenſis,pòſt Halberſtadienſis Epiſcopus moritur, ſepultus Werdenæ, apud fratrem ſuum S. Lutgerum Monaſterienſem I. Epiſcopum: quod monaſterium à Lutgero incohatum Hildegrimus ipſe perfecerat. Oſſa S. Huberti Ep. Leodicenſis per Walcandum Epiſcopum,Leodico(vbi hactenus in eccleſia S. Petri adſeruata fuerant) transferuntur Andainum; quod nunc eſt illuſtris monachorum Benedictinorum Abbatia in Arduenna, S. Huberti titulo & peregrinationibus clara. Qui quidem monachi,amotis clericis,hoc ipſo anno Andaini ſunt collocati à Walcando Epiſcopo; vt Anſelmus rerum Leod.ſcriptor cap. 34 narrat. Ludouicus Imp. filium ſuum primogenitum Lotharium imperij conſortem facit ac coronat: Pipinum verò Aquitaniæ,Ludouicum Baioariæ præficit,& Reges appellat. *Ann. Pithœani.*

Britannia minore debellata,Ludouicus Pius Imp.per Rotomagum, 818
Ambianos.Cameracum & Hariſtallum,redit Aquaſgrani.In eo itinere *Irmingardis* vxor ipſius moritur Andegaui,V.Nonas Octobris. *Ann. Pith.* Bernardus Italiæ ſeu Langobardiæ Rex (qui patrem habuit Pipinum Lud.Pij fratrem, quique anno ſuperiore contra Ludouicum rebellarat) Francorum iudicio excæcatus, moritur. Coniurationis ſocij, aurde ea ſuſpecti, in monaſteria detruduntur; in his numerantur *Drogo*, *Hugo* & *Theodericus*, Caroli Magni naturales filij. Eodem tempore S. Adelhardus Abbas Corbeienſis, calumnijs impetitus, exulare iuſſus eſt in monaſterio Gemeticenſi. Wendilmaro Epiſc. Tornacenſi petente, Ludouicus Imperat. dat fundum ad clauſtra Canonicorum Tornacenſium dilatanda. *Not. eccleſ. Belgij cap.* 28.

Lud. Imp. Aquiſgrani conuentum habet, & Iuditham filiam Wel- 819
fi Comitis ducit vxorem. Pipinus eius filius Vaſcones vincit & ſubigit.S. Bonifacij martyris baſilica in monaſterio Fuldenſi ab Heiſtulfo Archiepiſc. Moguntino in honorem S. Saluatoris dedicatur, & oſſa eiuſdem martyris transferuntur,Kalendis Nouembris. *Annal. Pithœani.*

Normannicæ naues XIII. primò Flandrenſem oram,pòſt circa Se- 820
quanæ oſtium, denique Aquitaniam depopulantur. *Ann. mss.* Leo Armenius Imp. CP. ipſo Natalis Dominici die à Michaële Balbo, quem maieſtatis reum in cuſtodia detinebat, inter ſacra ipſa trucidatur: & poſt eum regnat idem *Michaël*, ab linguæ vitio *Balbus* appellatus, Amorio, quod eſt opidum Phrygiæ, oriundus. Is ſacras imagines & Catholicum nomen omne proſcripſit. *Curop. Zonar. Cedrenus.*

Adelardus Abbas, Gemetico euocatus, monaſterio Corbeienſi 821
redditur. Ludouicus Imper. menſe Februario conuentum Aquiſgrani habet, exinde alium poſt Paſcha Nouiomagi ad Vahalim (quò per Moſam deſcenderat) præſentibus Paſchalis Papæ legatis: vbi diuiſionem regni inter filios anteà ſtatutam confirmat. Deniquè tertium in Theodonis villa conuentum celebrat, in quo Lotharius Ludouici filius Hermingardem duxit vxorem. *Ann. Pithœani.* Concilio iſti apud Theodonis villam, aduerſus percuſſores clericorum, celebrato Epiſcopi 32. interfuerunt; Aiſtolfus Moguntinus, Hildebaldus Colonienſis, Hetto Treuerenſis & Ebbo Remenſis, Archiepiſcopi, cum ſuis ſinguli Suffraganeis:

vt Burchardus l. 6. c. 5. & Ino Parte 10. c. 134. tradunt. De hoc Concilio ſic Eginhartus in Chronico: *Menſe Octobri conuentus generalis apud Theodonis villam, magna Francorum frequentia, celebratur, in quo Lotharius Ludouici Imp. primogenitus Irmingardam, Hugonis Comitis filiam duxit vxorem.* Huic conuentui alio pòſt anno ſucceſſit alter apud Triburiam: in quo Ludouicus, quod in priore Synodo rogatus fuerat ab Epiſcopis, decretum edidit aduerſus percuſſores clericorum. Quem conuentum Triburienſem incautè nonnulli cum eo confundunt, qui plurimis pòſt annis habitus eſt ſub Imp. Arnulfo; vt Sirmondus notat.

822 Rabanus Maurus creatur Abbas Fuldenſis. Ebbo Remorum Epiſcopus genti Nortmannorum ſeu Danorum euangelizat verbum Dei, *Ann. Pith.* Ebboni ſocium in prædicatione Euangelica ſe adiunxit Halitgarius Ep. Camaracenſis. Ludouicus Imp. fratribus ſuis, quos inuitos tonderi iuſſerat, reconciliatus, & tam de hoc facto quàm de ijs quę erga Bernardum, fratris ſui Pipini filium, & erga Adelardũ Abbatem eiuſque fratrem Walachum geſta fuerant, in Concilio Attiniacenſi menſe Auguſto publicam pœnitentiam egit. *Eginhart. in Chron.* Hincmarus huic Synodo legatos Romanæ Sedis interfuiſſe ſcribit in libro de diuortio Lotharij & Tetbergæ.

Ceterùm in hoc cõuentu Attiniacenſi Capitulare iſtud editũ cenſet Sirmondus, quod Anſegiſus Abbas in priorem partẽ libri II. Capitularium retulit; ideoque *Capitulare Attiniacenſe* meritò appellare liceat. Continet id Admonitionem generalem ad vtriuſque ordinis homines, cum Inſtructione Miſſorum dominicorum, quos in diuerſas regni prouincias Lud. Pius tunc deſtinauit. Loca porrò, in quibus Miſſi dominici legatione tunc functi fuerunt, Can. 25. hæc exprimuntur: *In Veſontio, quæ eſt diœceſis Bernoini Archiepiſcopi, Heiminus Epiſcopus & Monogoldus Comes. In Moguntia, quæ eſt diœceſis Heiſtulfi Archiepiſcopi, idem Heiſtulfus Epiſcopus & Ruotbertus Comes. In Treueris Hetti Archiepiſcopus, & Adalbertus Comes. In Colonia Hadaboldus Archiepiſcopus, & Ecmundus Comes. In Remis Ebbo Archiepiſcopus quando potuerit, & quando ei non licuerit, Ruotadus Epiſcopus eius vice, & Ruotfridus Comes ſint ſuper ſex videlicet Comitatus, id eſt Remos, Catalaunem, Sueſſionem, Siluanectem, Beluacum & Laudunum. Super quatuor verò Epiſcopatus, qui ad eamdem diœceſim pertinẽt, id eſt, Nouiomagenſem, Ambianenſem, Taruanenſem & Camaracenſem, Ragenarius Epiſcopus & Berengarius Comes. Senones Hieremias Archiepiſcopus & Donatus Comes. Rotomagum Willebertus Archiepiſcopus & Ingobertus Comes. Turonem Landrannus Archiepiſcopus & Ruotbertus Comes. Lugdunum, Tarentaſia & Vienna, Albericus Epiſcopus & Richardus Comes.*

Ex his liquet Comites in Gallia olim non fuiſſe hereditarios: qualis nec *Berengarius* paulò antè memoratus fuit, quem Lud. Pius ſuper Nouiomenſi Epiſcopatu (qui cum Tornacenſi tunc erat vnitus) & Taruanenſi, hoc eſt, in Flandria Comitem ad tempus conſtituit. Primus autem Flandriæ Comes hereditarius fuit *Bald. Ferreus*, vt infrà dicam.

823 Gundulfo Metenſi Epiſcopo defuncto ſuccedit *Drogo*, Caroli M. ex concubina filius. Corbeia Saxonica ad Viſurgim fl. in diœceſi Paderbornenſi, ſuadente S. Adelardo, à Lud. Pio fundatur. Adalungus Abbas Vedaſtinus ab eodem Ludouico legatus Romam mittitur. S. Vrſmari Epiſcopi & Abbatis Laubienſis oſſa è terra eleuantur. *Sigeb.*

824 Cùm ad Lud. Pium veniſſent Michaëlis & Theophili Græcorum Imp. legati, atque inter cetera diſſidium expoſuiſſent, quod in Eccleſia

ſia Orientali propter Imagines verſabatur,quas alij colendas,alij non colendas eſſe contenderent, ſeque hac de cauſſa Romam quoque ad Eugenium II. Papam ituros ſignificaſſent: Ludouicus,pacis componendæ ſtudio,Epiſcopos Pariſijs in palatio an.824. Kalendis Nouembris conuenire, ſanctorumque Patrum de Imaginibus ſententias colligere iuſſit,quæ Pontifici ad rem definiendam adiumento, vt aiebat, futuræ viderentur. Hanc illorum Collectionem cùm per Halitgarium & Amalarium Epiſcopos accepiſſet Ludouicus, eam mox Romam miſit ad Eugenium cum priuata epiſtola ſua; quam Sirmondus to.2.Concil. ſolam,cum ſubnexo ad Hieremiam & Ionam Epiſcopos Romam miſſos Commonitorio,edidit;ceteris quæ in huius Pariſienſis conuentus actis continentur prætermiſſis, quòd Gallorum eius ſæculi ab Imaginum cultu abhorrentium errorem ſiue hæreſim redoleant. Quæ omnia à Bellarmino & Baronio accuratè refutata,atque à Gallis poſteà ipſis. mutato conſilio receptoq; imaginum cultu, damnata ſunt. Paſchalis Papa 14. Maij moritur: Eugenius II. poſt dies 4. ſufficitur. Ludouicus Imp. filium ſuum Lotharium Romam mittit: ipſe in Britones Aremoricos rebelles mouit. *Ann. Pith.*

Wihomarcus Brito Aremoricus Francorum terminos infeſtare non ceſſat, donec ab hominibus Lamberti Comitis occiditur. Ludouicus Imp. cum filijs Godefridi Danorum Regis pacem confirmat. *Ann. Pith.* 825

Herialdus, Sigeberto Harioldus, Rheginoni Heroldus, Danorum Rex,cum vxore & magna Danorum multitudine,Moguntiæ baptizatur,& pars Friſiæ in beneficium ſeu feudum ipſi à Ludouico Imp. datur. Georgius presbyter Venetus cum Baldrico Comite Foroiulienſi veniens, Organum hydraulicum Aquiſgrani conſtruit. Hilduinus Abbas S. Dionyſij oſſa S. Sebaſtiani Roma in Galliam adfert, & apud Sueſſiones collocat. Ludouicus Imp. Kalendis Iunij ad villam Ingelheim venit,ibidemq; in palatio conuentum habuit, & legationes tam à Sede Romana quàm à Monte Olineti, per Dominicum Abbatem perlatas, audiuit. 826

Anſegiſus Abbas Laubienſis Capitula ſiue Edicta Caroli Magni, Lud.Pij & Lotharij Imperatorum,à ſe in ordinem digeſta, publicat:vt in ſua præfatione teſtatur. Eugenius Papa 11. Auguſti moritur, poſt quem Valentinus 40. diebus præfuit. Huic Gregorius IV. die 24. Septembris ſufficitur. 827

Conuentus Aquiſgrani menſe Februario habetur. Halitgarius Cameracenſis Epiſcopus (qui hortante Ebbone Arch. Remenſi libellos ſex De remedijs peccatorum & ordine pœnitentiæ conſcripſit) legatus à Lud. Pio Conſtantinopolim ad Michaëlem Balbum Imp. mittitur.Inde rediens,SS. Stephani,Coſmæ, Anthimi Nicomedienſis Epiſcopi & Theodori martyris reliquias ſecum attulit, & in cathedrali baſilica Cameracenſi collocauit. *Balder l.1.c.40.* Anno ſuperiore menſe Nouembri, SS. Marcellini & Petri martyrum oſſa ex Vrbe Roma Sueſſionem tranſlata fuerant.Ea hoc anno poſt Paſcha Aquiſgrani,inde Valentianas ad vicinum S. Saluij monaſterium tranſlata, multis miraculis clarent. Adſeruantur eadem hodieque in Haſnonienſi Benedictinorum apud Hannones Abbatia, & pro parte apud Traiectum Moſæ in crypta baſilicæ S. Seruatij. Michaële Balbo apud Græcos imperante, *Creta* à Saracenis Hiſpanienſibus circa annum 823. fuerat occupata. Anno autem 828. *Sicilia* à Saracenis Africanis fuit ſubacta, 828

proditione Euphemij, qui in Syracuſana obſidione confoſſus perfidiæ pœnas dedit. Exinde Calabria, Apulia, & alia Italiæ loca pleraque Saracenis patuerunt. Sub finem anni 828. Aquiſgrani conſtitutum fuit, *qualiter conuentus Epiſcoporum debeat fieri in quatuor locis, id eſt, in Moguntiaco, in quo iſti Archiepiſcopi cum ſuis Suffraganeis conuenire debent, Autgarius, Hadebaldus, Hetti, Bernuinus. In Pariſio Ebbo, Ragnoardus, Lantrannus. Archiepiſcopus Senonis qui fuerit, cum ſuis Suffraganeis. In Lugduno Agobardus, Bernardus, Andreas, Benedictus, Agericus cum ſuis Suffraganeis. In Toloſa Notho, Bartholomeus, Adalelmus, Aiulfus cum ſuis Suffraganeis.* Dicitur autem, *Senonicæ vrbis Archiepiſcopus qui fuerit*, poſt Hieremiam ſcilicet, qui nuper obierat. Is autem fuit Aldricus.

829 Iuxta cōſtitutionem Aquiſgrani ſub finem anni ſuperioris factam, hoc anno varijs locis quattuor Concilia ſunt habita: ex quibus vnicum *Pariſienſe* ordine ſextum, ab Epiſcopis quattuor prouinciarum Rhemenſis, Senonenſis, Turonenſis & Rotomagenſis, VIII. Idus Iunias celebratum, apud Sirmondum exſtat: cætera videntur interijſſe. Hoc ipſo anno Wormatiæ conuentus, menſe Auguſto, præſente Lud. Pio cum Gregorij Papæ legato, eſt habitus. Exinde Ludouicus filium ſuum Lotharium in Italiam mittit, & Bernardum Comitem Barcinonenſem cubiculo ſuo præfecit: quæ cauſſa fuit ſubſequentis diſcordiæ.

830 In Ludouicum Imp. filij ac proceres Compendij conſpirant, ob ſuſpicionem adulterij *Inditha* vxoris illius cum *Bernardo* Cubiculario paulò antè memorato. Quæ conſpiratio anno proximè ſequenti ſuppreſſa fuit in conuentu Nouiomagenſi. *Ann. Pith.* S. Fredericus Epiſcopus Vltraiectinus apud Friſios prædicat contra hæreſim Arianam, quâ tunc illa prouincia laborabat. In ſancto opere coadiutor illi fuit *S. Odulfus* presbyter, Orſchoti in Campania Brabantiæ natus, qui Stauriæ, celebri tunc Friſiæ emporio, monaſterium ædificauit: quod, amotis clericis, Andreas Ep. Vltraiectinus circa an. 1132. Benedictinis Oſtbrouca euocatis tradidit.

831 Buno Hirsfeldenſis & Rabanus Fuldenſis Abbates ponunt fundamenta eccleſiæ S. Wigberti Fritiſlariæ. Ad hunc Bunonem Lupus Seruatus an. 836. ſcripſit vitam eiuſdem S. Wigberti, à Ioanne Buſæo Moguntiæ editam. Villas aliquot monaſterij Rodenacēſis (nunc Rotnacenſis Canonicorum in Flandria collegij) Lud. Pius dat in beneficium Hildefrido ſub annuo cenſu. *Not. eccleſ. Belg. c.* 28.

832 Walcando Epiſcopo Leodicenſi VI Idus Aprilis defuncto, Pirardus ſufficitur. Theodericus, Halitgarij in Epiſcopatu Cameracenſi ſucceſſor, floret, qui hoc ipſo anno XVI. Kal. Decemb. ordinationem clericorum fecit in monaſterio Laubienſi. *Baldericus l. 1. c.* 41. Hirſaugiam hoc anno fundatam tradit Lambertus Scafnaburgenſis. In cœnobio S. Dionyſij propè Pariſios, Hilduino Abbate petente, Lud. Pius monaſticum ordinem, per Aldricum Senonenſem & Ebbonem Remenſem Archiepiſcopos, reſtituendum curat.

833 Apud Compendium palatium Lud. Pius exauctoratur, & regno ad tempus priuatur, agente Lothario Ludouici filio. Inter Epiſcopos Lotharianæ factionis, poſt Ebbonem Remenſem, præcipui memorantur, Agobardus Lugdunenſis, Bernardus Viennēſis, Bartholomæus Narbonenſis, Ieſſe Ambianenſis, Helias Tricaſſinus & Hereboldus Autiſſiodorenſis. Gregorius IV. Papa ad res iſtas componendas Roma in Alſatiam venit, ſed nihil aut parùm obtinere potuit.

S. An-

S. Anſchairus Bremenſis & Hamburgenſis Epiſcopus, cùm in Flandriam hoc ferè tempore veniſſet ad monaſterium Thoroltanum, ſibi in vitæ ſubſidium à Lud. Pio attributum, eodem in loco puerum *S. Rembertum* inuenit, atque in monaſterio Thoroltano inſtituendum curauit. Rectè inſtitutum poſteà comitem habuit, atque in Epiſcopatu ſucceſſorem. Thorolti in diœceſi Brugenſi, loco monaſterij ſuper eſt hodie Canonicorum S. Petri collegium, à Roberto Friſio, Flandriæ Comite, prædijs auctum. 833

In conuentu apud S. Dionyſium habito, Lud. Pius Eccleſiaſticæ communioni reſtitutus, Imperij quoque ornamenta recipit, Dominica 2. Quadrageſimæ, quæ tunc in Kalendas Martias incidebat. Lotharius filius, relictoibi patre, tacita fuga excedit, & Viennam petit. Ludouicus vxorem ex Italia (quò ſe receperat) reductam recipit. *Ann. Pithœani.* 834

In Concilio apud Theodonis villã proximis ante Quadrageſimam diebus celebrato, Lud. Pius ab Epiſcopis iterùm reſtituitur. Vbi cùm ab Epiſcopis ampliùs XL. qui conuenerant, atque inter cęteros ab Ebbone Remorum Antiſtite, approbata fuiſſet Imperatoris reſtitutio, in Metenſium vrbem omnes cum Imperatore regniq́; primoribus profecti ſunt, atque in S. Stephani baſilica, relectis à Drogone Epiſcopo, quæ de reſtitutione Imperatoris acta fuerant, inter Miſſarum ſacra, die Dominica quæ Quadrageſimæ initium præcedebat, ſeptem Archiepiſcopi ſeptem reconciliationis Eccleſiaſticæ orationes ſuper eum cecinerunt, Deoque vniuerſi multas gratias reddiderunt. Poſt hæc ad Theodonis villam denuò regreſſi Synodum inſtaurarunt, Ebbonemq́; Lotharianæ factionis incentorẽ accuſauit Imperator, quòd falſis ab eo criminibus appetitus, regno deiectus atque Eccleſiæ aditu excluſus fuiſſet. Ebbo autem vi conſcientiæ oppreſſus, Epiſcoporumq́ue conſilio vſus, libellum Synodo in abdicationem ſui ſponte obtulit. Quo lecto, omnium ſententijs à pontificali miniſterio ceſſare iuſſus eſt: vt Flodoardus lib. 2. Hiſt. Rem. c. 20. & Hincmarus in poſteriori opere aduerſus Gothefcalcum c. 36. fusè narrant. Eodem tempore & Agobardus Lugdunenſis Antiſtes depoſitus fuit. Normanni Dorestadum vaſtant, Andwerpiam ciuitatem incendunt, ſimiliter & Witthanı emporium iuxta oſtium Moſæ fluminis; & à Friſonibus tributum accipiunt. *Ann. Pith.* 835

Aquiſgranenſe II. Concilium, Lud. Pij iuſſu, VIII. Idus Februarias, Indictione XIV. celebratur, exſtatq́ue apud Sirmondum & alios. Normanni tributum exigentes in Walchram inſulam venerunt, ibiq́; Eggihardum eiuſdem loci Comitem & Hemmingum Halpdani filium, cum alijs multis, XV. Kal. Iulij occiderunt. Doreſtadum iterùm vaſtarunt, acceptoq́ue à Friſonibus tributo reuerſi ſunt. Imperator Aquiſgrani hiemauit. *Ann. Pith.* Walchram ſeu Walachriam *Walcheren*, Comitatus Zelandiæ inſulam primariam (in qua Middelburgum vrbs eſt Epiſcopalis) an. 838. à Normannis vaſtatam, Sigebertus narrat. A Zelandis & Halandis ſeu Holandis Daniæ populis (qui cum reliquis Normannis ſeu Danis his tẽporibus in Germaniam noſtram inferiorem irruperunt) exiſtimo noſtros Hollandos & Zelandos hæc ſua nomina accepiſſe. Berengarius Dux Lud. Pio fidelis moritur. Thegani Treuer. Chorepiſcopi opus De geſtis eiuſdem Auguſti deſinit. Ieſſe Epiſcopus Ambianenſis in Italia moritur. 836

S. Euerardus Comes ſeu Marchio, fundator eccleſiæ Ciſonienſis 837

quæ

(quæ eſt Canonicorum regularium in diœceſi Tornacenſi) anno 24. Lud. Pij, Teſtamentum ſuum condit, lectu digniſſimum, quod nos in Codice Donationum piarum c.21. & in Not. eccleſ. Belgij c. 19. publicauimus: vbi & ſtemma eiuſdem Euerardi ac liberorum exſtat. Idem Euerardus vxorem habuit *Giſlam*, Lud. Pij filiam, ex qua plures vtriuſque ſexus liberos ſuſtulit; inter alios *Berengarium* Italiæ Regem, infrà memorandum. In Ciſonienſi autem monaſterio Rainardus Ar. Remenſis an. 1129. ordinem canonicum inſtituit, Angelone primo Abbate regulari ibidem collocato. In Ciſonio S. Calliſti Papæ oſſa adſeruantur, quæ ex Italia S. Euerardus transferenda curauit: vt Flodoardus in Hiſt. Remenſi narrat. Optima pars regni Francorum Carolo Caluo iuueni datur. Pipinus Lud. Pij F. Rex Aquitanorum menſe Nouembri moritur (*Ann. Pith.*) relictis duobus filijs *Pipino* & *Carolo*; qui cùm Aquitaniam ſibi vindicare poſteà voluiſſent, iuſſu Caroli Calui in monachos attonſi & S. Amandi cœnobio apud Tornacum incluſi fuerunt: vbi eorum aliquando tumulum vidimus.

838 S. Fredericus Epiſcopus Vltraiectinus, Zelandorum Apoſtolus, nobili apud Friſios genere in caſtro Adelenſi prope Franequeram natus, impijs percuſſorum manibus trucidatur, & in Vltraiectina Canonicorum S. Saluatoris baſilica ſepelitur. Ludouicus Pius, Wormatiæ exiſtens, regnum Francorum inter *Lotharium* & *Carolum* filios ſuos diuidit. Lothario, qui natu maior erat, dignitatem Imperialem tribuit; *Ludouico* autem Baioariorum prouinciam tantummodo conceſſit: vt infrà ad an. 843. diſtinctè explicabitur. Inde aſſumpto ſecum Carolo, ad diſponendas Aquitanorum res, in Occidentem ſe contulit. *Ann. Pithœani.*

839 Ludouicus partem regni trans Rhenum, quaſi iure ſibi debitam affectans, facto per Alemanniam itinere, Francofurtum venit armatus. Quo comperto pater eius Lud. Pius ex Aquitania veniens, Drogonem Archicapellanum & Adalbertum Comitem cum alijs multis præmiſit, ad litus Orientale Rheni tuendum. Ipſe verò ſecutus, Paſcha Aquiſgrani celebrauit. Poſt Paſcha autem collecto exercitu, filium à finibus regni in Baioariam redire compulit. *Ann. Pith.*

840 Maio menſe Lud Pius Imp. ægrotare cœpit, & per Mœnum fl. nauigio Francofurtum, inde in quamdam Rheni fl. inſulam propè Ingelheim delatus, XII. Kal. Iulij diem clauſit extremum, anno ætatis 64 vt Rhegino, Flodoardus, Sigebertus & alij ſcribunt. Corpus eius à fratre Drogone Metenſi Epiſcopo ſacrique palatij Archicapellano, magno cleri ac procerum comitatu, Metas tranſlatum & in monaſterio S. Arnulfi eſt conditum. Duas is coniuges habuit *Hermengardem* Engelrami Comitis filiam, & *Iuditham* Welfi Comitis filiam, Henrici Bauariæ Ducis ſororem. Ex priore nati ſunt *Lotharius I* Imperator, *Pipinus* Rex Viennæ (pater Pipini monachi, Caroli Archiepiſcopi Moguntini, Bertæ Gerardo Burgundiæ Comiti nuptæ, & N. Reindardo Comiti Engoliſmenſi nuptæ) *Ludouicus* Rex Germaniæ, *Hildegardis* vxor Theoderici Comitis, & *Alpais* vxor Begonis Comitis. Ex poſteriore nati ſunt *Carolus Caluus* & *Giſla* vxor S. Euerardi Ciſonienſis, ſuprà an. 837. laudati. Ludouici Pij ac liberorum eius ſtemma in Not. eccleſ. Belgij c.26. reperies.

841 Ebbonem Ar. Remenſem, coniurationis in Lud. Pium conflatæ reum, in Synodo apud Theodonis villam depoſitum an. 835. vidimus. Pòſt hanc ille cladem in Ciſalpinis regionibus vſque ad obitum eiuſdem

dem Ludouici latuit. Quo mortuo, ad Lotharium Imp. Wormatiam venit, qui priſtinam illi mox ſedem edicto reſtituit; cui Antiſtites XX. in Engelheim palatio publico menſe Iunio ſubſcripſerunt, videlicet Drogo, Otgarius, Hecti, Amalvvinus, Audax, Archiepiſcopi, Ioſeph, Adalulfus, Dauid, Rodingus, Giſelbertus, Flotarius, Badaradus, Hagano, Hartgarius, Ado, Samuel, Rambertus, Haiminus, Ratoldus & Amalricus Epiſcopi. Hoc edicto armatus Ebbo Remos rediit, ſedemque recepit (quo tempore Carolus Caluus à fratre Lothario pulſus vltra Sequanam profugerat) & clericos ibi aliquot, de quibus magna poſteà fuit controuerſia, ordinauit, atque anno ferè integro Epiſcopatum tenuit. Carolum deinde audiens reſumptis viribus in Belgicam aduentare, relicta iterum Sede Remenſi ad Lotharium Imp. profectus eſt. Idem Ebbo oſſa S. Donatiani VII. Remorum Archiepiſcopi ad Balduinum Ferreum Flandriæ Comitem ſeu Marchionē tranſmiſit, qui ea Brugis in baſilica veteris burgi (hodie cathedrali) collocauit. *Ego Ebbo Remorum Archiepiſcopus hunc theſaurum ſuper gemmas & aurum pretioſum tibi, glorioſe Marchio Balduine, tranſmitto, Donatianum ſcilicet ſeptimum noſtræ diœceſis Epiſcopum, miræ ſanctitatis virum, pium exauditorem & promptiſſimum apud Deum interceſſorem. Quod noſtris & anteceſſorum noſtrorum temporibus ſatis euidenter comprobatum eſt. Eius ſanctiq; Remigij, ac innumerabilium Sanctorum vitæ ſcripta, Wandalorum vaſtatione, ſcias eſſe deleta. Tuæ fidei committo, quatenus eum diuino ſeruitio, in quantum vales, honorifices, & ſecularibus dites.*

Poſt Ludouici Pij obitum inter eius filios de regni iure ac finibus orta eſt contentio. *Lotharius* natu maior cum exercitu Aquaſgrani venit, Imperium occupat; & ad ſe omnia trahere tentat. Huic *Ludouicus* & *Carolus Caluus* coniunctis viribus reſtiterunt, victumque VII. Kal. Iulij ad Fontanetum villam magno prælio in fugam egerunt. Victoriæ huius Fontaneticæ laudem Warino Comiti Chronicon bibliothecæ Memmianæ adſcribit: *Anno* 841. *Lotharius Imp. cum Carolo & Ludouico fratribus certamen apud Fontanetum init, & per Warinum Prouinciæ Ducem ſuperatus fugam capeſſit, Francorum ſtrage innumera peracta.* Idem Warinus olim Comes Aruernorum fuerat, cùm aduerſus Lupum Vaſconem conflixit; vt Lud. Pij vita teſtatur. Pirardus Ep. Leodicenſis moritur, Hircarius ſuccedit. 841

Orientis imperium Theophilus an. 841. moriens *Michaeli* filio relinquit, ſub Theodoræ matris tutela.

Lotharius Imp. reparato exercitu pugnans, iterum à fratribus vincitur. Qui tandem conuenerunt, ac paternum regnum inter ſe diuiſerunt: vt mox dicam. 842

Ludouici Pij Imp. filij, *Lotharius*, *Carolus Caluus* & *Ludouicus* paternum inter ſe regnum Virduni an. 843. diuidunt; vt Nithardus l. 4. docet. Sed quænam cuique fratrum pars regni obtigerit, neque Nithardi liber eo loco mutilus, neque veterum quiſquam ſatis explicat: ceteris tamen accuratiùs Ado Viennenſis in Chronico id præſtitit. Ceſſit itaque *Ludouico* ad Orientem Germania omnis tranſrhenana, cum paucis aliquot cis Rhenum pagis & vrbibus, in his Moguntia, Spira & Wormatia, propter vini copiam. *Carolo* ad Occidentem Gallia obtigit, non vniuerſa, ſed quidquid eius ab Oceano hinc ad Moſam & Scaldim, inde ad Rhodanum & Ararim porrigitur. *Lotharius* Imperator reliquas 843

Galliæ pronincias quæ inter Moſam, Scaldim & Rhenum, quæque inter Rhodanum, Ararim & Alpes ſitæ ſunt, cum Italiæ regno obtinuit. Ita ex vno triplex Francorum regnum factum eſt: omnes enim Francorum Reges appellabantur. Gregorius IV. Papa ſub anni finem moritur: cui Sergius anno ſequenti die 10. Februar. ſucceſsit. In Toloſana vrbe, itemque in villa Colonia, *Couleines* prope Vindinum Cenomannorum vrbem, iuſſu Caroli Calui conuentus habetur: èxſtantque apud Sirmondum Capitula ſeu Decreta ijs in locis edita.

844 Carolus Caluus Bernardum Barcinonenſem Ducem incautum occidit. Pipini duces eiuſdem Calui exercitum VII. Idus Iunij propè Toloſam ſuperant: in quo prælio cecidit *Hugo* Abbas cognomento Magnus, Calui patruus. *Ann. Pith.* Hugo iſte, Lud. Pij ex concubina filius, Vedaſtini, Bertiniani & aliorum monaſteriorum Abbas commandatarius fuit, pro more illius æui, itemque Dux Burgundiæ, non quidem hereditarius, ſed titularis. Ex coniuge ſua (cuius nomen ignoratur) duas reliquit filias, quarum prior nupſit *Roberto Forti*, Aurelianenſium & Andegauenſium Comiti: cuius poſteritas Ducatum Burgundiæ vſque ad tempora Roberti II. Regis tenuit; vt in Annalibus Belgicis fusè explicui. Lotharius Imp. Harimalam, Filfurdum, aliaſque villas eccleſiæ Aquiſgranenſi à Carolo M. & Ludouico Pio datas confirmat. *Not. eccleſ. Belg. cap.* 33.

Nullus hactenùs poſt S. Bonifacij Ar. Moguntini obitum (vt Hincmarus epiſtola 6. cap. 29. docet) honore Vicarij Sedis Apoſtolicæ in Gallia aut Germania fuerat perfunctus. Hoc demùm anno 844. *Drogo* Metenſis Epiſcopus, Romam à Lothario Imp. cum *Ludouico* filio, ibidem coronando, miſſus, regiæ proſapiæ prærogatiua (Lotharij quippe, fratrumque Regum patruus) prælationem hanc à Sergio Papa eſt adeptus. Sergij ad Epiſcopos tranſalpinos epiſtolam, qua Drogoni vices ſuas delegat, Sirmondus to. 2. Concil. publicauit. In qua idem Drogo *Archiepiſcopus* Metenſis appellatur, ſingulari Sedis Apoſtolicæ priuilegio: quo tres Metenſis eccleſiæ Epiſcopos, *Chrodegandum*, *Angilramnum* & hunc *Drogonem*, ornatos fuiſſe conſtat, vt pallij honore fruerentur cum titulo Archiepiſcopi. Hoc ipſo anno tres fratres *Lotharius*, *Ludouicus* & *Carolus* apud Theodonis villam ſimul conuenerunt, & Synodo ibidem Drogo Metenſis præſedit. Decembri menſe in Verno palatio Concilium II. habetur: primum namque ſub Pipino Rege celebratum fuiſſe conſtat.

845 Aprili menſe Indictione VII. apud Bellonacos Synodus habetur, cui interfuerunt Wenilo Senonenſis, Erchanradus Pariſienſis, Immo Noniomagenſis, Rothadus Sueſsionenſis, Simeon Laudunenſis, Lupus Catalaunenſis, Ragenarius Ambianenſis, Helias Carnotenſis, Erpoinus Siluanectenſis, Agius Aurelianenſis, Epiſcopi, & Hincmarus vocatus Remenſis Archiepiſcopus. Exauctorato ſiquidem apud Theodonis villam anno 835. Ebbone, decem annis ſine Archiepiſcopo fuerat Remorum Metropolis, donec in hac Synodo Bellonacenſi ordinatus eſt Hincmarus; vt ipſe lib. aduerſus Gotheſcalcum cap. 36. & Flodoardus lib. 3. Hiſt. Remenſis cap. 3. narrant.

Meldenſe concilium XV. Kalend. Iulias celebratur; cui adfuere Metropolitani Wenilo Senonenſis & Hincmarus Remenſis, cum ſuffraganeis ſuis; Rodulfus item Archiepiſcopus Biturinenſis;

ſis;

ſis; cæteri verò Epiſcopi per litteràs aut legatos. Nortmanni regnum Carol. Calui vaſtantes, Pariſios vſque nauigijs perueniunt, & pecunia tam ab ipſo quàm ab incolis accepta diſcedunt. In Friſia quoque ter conflixerunt, ingenti hominum ſtrage. Caſtellum inſuper in Saxonia, quod vocatur *Hammaburg*, depopulati ſunt. Carolus tempore autumnali in Saxonia apud Padrabrunnum generale placitum habet. *Ann. Pith.*

Pariſienſe concilium XVI. Kal. Martias celebratur, cui præter Me- 846
tropolitanos, qui ad Synodū Meldenſem cōuenerant, interfuit etiam Guntbaldus Ar. Rotomagenſis, cum Epiſcopis ſuæ prouinciæ. In hac ſynodo priuilegium libertatis monaſterio Corbeienſi, petente Ratberto Abbate, eſt confirmatum; quod ſignarunt Hincmarus Remenſis, Herpuinus Siluanectenſis, Guntbaldus Rotomagenſis, Simeon Laudunenſis, Rothadus Sueſſionenſis, Theodericus Camaracenſis, Irminfridus Bellouacenſis, Wenilo Senonenſis, Fulcoinus Taruanenſis, Helias Carnotenſis, Raginarius Ambianēſis, Prudentius Trecaſſinus, Aldricus Cenomanēſis, Agius Aurelianenſis, Erchenradus Pariſienſis, Freculfus Lexouienſis, Saxobodus Sagenſis, Immo Noniomagenſis, Erluinus Conſtantienſis, Baltfridus Baiocenſis, Epiſcopi; Ludouicus S. Dionyſij, Radbertus Corbeiæ, Adalgarius S. Crucis, & Ainaldus S. Carileſi, Abbates. In *Sparnaco* Remenſis eccleſiæ villa ad Matronam fl. hoc ipſo anno varia Capitula ſunt edita, quæ Wenilo, Guntboldus, Vrſmarus, Hincmarus, & Amalus, cum ſuis ſinguli ſuffraganeis, approbarunt. In his Can. 53. ſic habetur: *Vt Canonici in Dormitorio dormiant, & in Refectorio comedant. Hoſpitalia Scottorum* (id eſt Hibernorum) *quæ ſancti homines gentis illius conſtruxerunt, ab hoſpitalitatis officio non alienentur.* Notet Lector, Scottos ſiue Hibernos iamolim (vt & hodie) peregrinationibus deditos fuiſſe. Walafridus Strabo lib. 2 vitæ S. Galli c. 46. de natione Scottorum: *quibus conſuetudo peregrinandi iam penè in naturam conuerſa eſt.* Giſalbertus, Car. Calui vaſallus, Lotharij Imp. filiam rapit, & in Aquitaniam profectus, in coniugem accipit. Mauri ſeu Saraceni cum exercitu Romam vſque excurrentes, cùm non poſſent in Vrbem irrumpere, eccleſiam S. Petri vaſtant. *Annales Pithæani.*

Apud Marſnam menſe Februario conuentus habetur per Imp. Lo- 847
tharium, Ludouicum Germaniæ & Carolum Caluum Franciæ Reges, fratres. Capitula huius conuentus Sirmondus publicauit. Marſna, ſiue vt Rhegino vocat, Marſana, hodie *Merſen*, altero lapide à Traiectu Moſæ, regium olim palatium habuit: quod Gerberga Francorum Regina, vnà cum villa & prædijs adiunctis, an. 968. dono dedit monachis S. Remigij Remenſis. Hi Marſnam nuper ceſſerunt Canonicis regularibus Aquarum curtarum in Arteſia, & prædia nonnulla in regno Franciæ ſita in compenſationem ab Aquicurtenſibus acceperunt. Sergius II. Papa 12. Aprilis moritur, cui eodem die Leo IV. ſuccenturiatur. Hic ille est Leo, qui Saracenis Italiam vaſtantibus, veteri Vrbi Romanæ nouam addidit, quam Leoninam vocant; vt Anaſtaſius in illius vita narrat. Otgario Moguntino Epiſcopo defuncto, Rabanus Maurus Abbas Fuldenſis ſufficitur, & VI. Kal. Iulij ordinatur. *Annal. Pithæani.*

Lotharius & Ludouicus fratres menſe Februario colloquium ha- 848
bent ad Rheni & Mœni Confluentes aquas. Ludouicus in autumno apud Moguntiacum generale placitum celebrat. *Annal. Pithæani.*

in Moguntino & Cariſiacenſi Concilijs Gotheſcalcus monachus de Prædeſtinatianorum hæreſi conuincitur, presbyteri gradu deijcitur, & in ergaſtulum detruditur. Cariſiacenſi Synodo interfuerunt Wenilo Senonenſis, Hincmarus Remenſis, Fulcoinus Morinenſis, Theodericus Camaracenſis, Rothadus Sueſſionenſis, Ragenarius Ambianenſis, Immo Nouiomagenſis, Erpoinus Siluanectenſis, Lupus Catalaunenſis, Irminfridus Bellouacenſis, Pardulus Landunenſis, Teutboldus Lingonenſis, Epiſcopi, Rigboldus Remorum Chorepiſcopus, & Witaus Camaracenſium Chorepiſcopus: vt Hincmarus in opere aduerſus Gotheſcalcum narrat. Godeſcalci hæreſim Gomariſtæ in Batauia ac Friſia noſtrâ ætate ab inferis reuocarunt.

849 Turonenſe IV. Concilium, aduerſus Nomenoium Britannicæ gentis Ducem, ab Epiſcopis quattuor prouinciarum celebratur: cui interfuerunt Landrannus Turonum, Dodo Andegauorum, Aldricus Cenomanorum, Wenilo Senonũ, Heriboldus Antiſiodori, Prudẽtius Tricaſſinorum, Agius Aurelianorum, Ercanradus Pariſiorum, Hucbertus Meldorum, Helias Carnutũ, Herimannus Niuernorum, Hincmarus Remorum, Immo Nouiomagi, Pardulus Lauduni, Rothadus Sueſſionum, Hilmeradus Ambianorum, Erpoinus Siluanecti, Hermenfridus Bellouacorum, Paulus Rotomagi, Saxobodus Saiorum, Freculfus Lexouiorum, Waltfridus Baiocenſium, Epiſcopi. Leo IV. Papa per epiſtolam monet Prudentium Ep. Tricaſſinum, vt monaſterium ab Adremaro ſtructum conſecret.

850 Roruc natione Nortmannus, qui temporibus Lud. Pij cum fratre Harioldo vicum Doreſtadum iure beneficij tenuerat, poſt obitum Imperatoris, defuncto fratre, apud Lotharium de proditione accuſatus, in cuſtodiam eſt miſſus. Inde fuga elapſus, in fidem Ludouici Germaniæ Regis veniens, annis aliquot inter Saxones, qui Nortmannis confines ſunt, vixit, collectaque Danorum manu piraticam exercuit, & loca regni Lotharij, Oceano vicina, vaſtauit. Denique per oſtia Rheni veniens, Doreſtadum occupauit Ex quo cùm à Lothario, ſine damno ſuorum, non poſſet expelli, in fidem receptus eſt, ea conditione vt tributis ad Regis ærarium pertinentibus inſeruiret, & piraticis Danorum incurſionibus obſiſteret. Nortmanni, Godefrido duce per Sequanam aſcendentes, regnum Caroli Calui prædantur. Is arma parans, mutato mox conſilio, Godefridum cum ſuis in ſocietatem regni ſuſcepit, & terram eis ad habitandum delegauit. *Annales Pithœani.*

851 Pipinus Rex Aquitaniæ, Pipini F. Lud. Pij N. comprehenſus à ſuis, Car. Caluo cum regno traditur, & in Sueſſionenſe S. Medardi monaſterium detruditur. Carolus Pipini frater iunior, eiuſdem Calui iuſſu tonſus, ad Corbeienſe monaſterium mittitur. *Ann. Pith.* Idem Pipinus, duorum monachorum opera è monaſterio poſteà elapſus eſt, Reginone teſte. Hincmarus addit, ipſum in illa fuga ſeſe paganis ſeu Nortmannis sociaſſe. Sed è fuga tandem retractum, caſtroque Siluanectenſi incluſum, Rhegino idem narrat. Cuius hiſtoriæ contextum, hoc apud Rheginonem loco deprauatum, Sirmondus ex ms. codice S. Arnulfi Metenſis, in ſuis Notis ad Capitula Car. Calui, reſtituit. Hoc ipſo anno tres fratres, Lotharius, Ludouicus & Carolus in *Marſna* ſecundò conuenerunt, & Capitulis ibidem editis ſubſcripſerunt, quæ idem Sirmondus publicauit. Ebbo, ex Remenſi Archiepiſcopo Hildesheimenſis in Germania Epiſcopus, hoc anno moritur Hildesheimij.

mij. Alij ad an. 854. eius obitum referũt. Radbertus Abbas Corbeien-
ſis (cuius exſtat liber De corpore & ſanguine Domini, & alia do-
ctrinæ monumenta) VI. Kal. Maias in Domino obdormit.

Theodericus Epiſcopus Cameracenſis corpus S. Vedaſti inue- 852
nit Atrebati, & ad facilem tranſlationem in theca collocat, pro-
pter crebras Nortmannorum incurſiones. *Chron. Camerac.* Apud Mo-
guntiacum præſidente Rabano, cum Epiſcopis atque Abbatibus
orientalis Franciæ, Baioariæ & Saxoniæ, Synodus habetur. Ludoui-
cus verò Germaniæ ac Baioariæ Rex publicis cauſſis litibuſq; com-
ponendis inſiſtens, ad Viſurgim generalem conuentum indixit. Inde
tranſiens per Angros, Harudos, Suabos & Holſingos, cauſſas populi
iudicans, Thuringiam eſt ingreſſus. Poſt placitum Erfurti habitum,
profectus Reganesburgum ſeu Ratiſponam, Natalem Domini ibi-
dem celebrauit. *Ann. Pith.*

Nortmāni per Ligerim fl. ad Turones veniunt, & baſilicam S. Mar- 853
tini incendunt: vt in Annalibus Pithœanis legitur. *Sueßionenſe. II.* Con-
cilium, præſente Carol. Caluo, à quinque prouinciarum Epiſcopis
menſe Aprili celebratur: cui interfuerunt, Hincmarus Remenſis,
Wenilo Senonenſis, Amalricus Turonenſis, Theodericus Cameracen-
ſis, Rothadus Sueſſionenſis, Lupus Catalaunenſis, Immo Nouioma-
genſis ac Tornacenſis, Erpuinus Siluanectenſis, Ermenfridus Bello-
uacenſis, Pardulus Laudunenſis, Hilmeradus Ambianenſis, Hucber-
tus Meldenſis, Agius Aurelianenſis, Prudentius Tricaſſinus, Heri-
mannus Niuernenſis, Ionas Auguſtodunenſis, Godelſadus Cabillo-
nenſis, Dodo Andegauenſis, Guntbertus Ebrocenſis, Hildebrannus
Sagienſis, Erloinus Conſtantienſis, Baltfridus Baiocenſis, Heirardus
Lexouienſis, Anſegaudus Abrincatinus, Breidingus Matiſconenſis,
Launus Æquoleſinus, Epiſcopi, Richoldus Remorum Chorepiſcopus,
Dodo S. Sabini, Lupus Ferrarienſis, Bernardus Floriacenſis, Odo
Corbeienſis, Ericus Corbionenſis, Bauo Orbacenſis, Abbates, & alij.
Synodus porrò iſta à Nicolao Papa poſteà reiecta fuit, non vniuersè
quidem, ſed ea tantùm ex parte, quæ ad clericos ab Ebbone Remen-
ſi, poſt eius depoſitionem, ordinatos ſpectabat: quorum cauſſam ite-
rùm in Synodo III. Sueſſionenſi diſcuti iuſſit.

Apud *Vermeriam* palatium regium, hodie Verberiam, ad Iſaram fl.
non procul à Cōpendio Picardiæ opido, mēſe Auguſto Concilium II.
habetur: cui interfuerunt Wenilo Senonum, Hincmarus Remorum,
Paulus Rotomagenſium, & Amalricus Turonum, Archiepiſcopi, cum
ſuis ſuffraganeis iam nominatis. Nouembri menſe Lotharius &
Carol. Caluus Reges apud *Valentianas* colloquium habuerunt: ex-
ſtantque apud Sirmondum Capitula ibidem edita. Valentianæ ſeu
Valentinianæ, *Valenciennes*, illo tempore in ditione Lotharij erant,
quippe nobis Brabantis cis Scaldim poſitæ: at poſteà, in diuiſione re-
gni Lotharij iunioris, Car. Caluo ceſſerunt, cum pago Cameracenſi.
Eodem menſe Nouembri idem Carolus apud *Siluacum* ſeu Siluati-
cum, villam regiam pagi Laudunenſis, Capitula edidit, & Miſſos ſuos,
ſicut ſequitur, per regnum ſuum ordinauit: *Miſſi & Pagi per Miſſaticos
qualiter fuerunt ordinati.* I. HINCMARVS Remenſis Epiſcopus, Ricui-
nus, Engiſcalcus, Miſſi in Remtiano ſeu Remenſi pago, Vonziſo, Sta-
diniſo, Pertiſo, Barriſo, Camiziſo, Catalaunio, Virtudiſo, Baganſoniſo,
Tardaniſo. II. PARDVLVS Laudunenſis Epiſcopus, Altmarus, Theoda-
crus, Miſſi in Lauduniſo, Portiano, Sueſſonico, Vrciſo & Vadiſo.

III. Immo Nouioamgẽſis Epiſcopus, Adalardus Abbas, Waltcandus, Odelricus, Miſſi in Nouiomiſo, Vermandiſo, Adertiſo, Curtriciſo, Flandra, Comitatibus Engilramni, & in Comitatibus Waltcandi. IV. Folcoinvs Taruanenſis Epiſcopus, Adalgarius, Engiſcalcus & Berengarius, Miſſi in Comitatu Berengarij, Engiſcalci, Gerardi, & in Comitatibus Reginarij. V. Lvdovicvs Abbas, Irminfridus Bellonacenſis Epiſcopus, Ingilwinus, Gotſelinus, Miſſi in Pariſiaco, Melciano, Siluanectenſi, Vircaſino, Beluacenſi & Vindoiliſo. VI. Pavlvs Rotomagenſis Epiſcopus, Hilmeradus Ambianenſis Epiſcopus, Herloinus, Hungarius, Miſſi in Rotmenſe, Tellau, Vitnau, Pontiu, Ambianenſe. VII. Eirardvs Lexouienſis Epiſcopus, Theodericus Abbas, Herloinus, Hardoinus, Miſſi in Aprincato, Conſtantino, Bagiſino, Coriliſo, Otlingua Saxonia, & Harduini, Oxmiſo & in Liſuino. VIII. Dodo Andegauenſis Epiſcopus, Rotbertus & Osbertus, Miſſi in Cenomannico, Andegauenſi atque Turonico, Corboniſo & Sagiſo. IX. Bvrcardvs Carnutenſis Epiſcopus, & Rodulfus, & Heinricus Abbas, Miſſi in Bleſiſo, Aurelianenſi, Vinduſniſo, Carentino, Durcaſino, Duniſo, Ebricino, Stampiſo, Caſtriſo, Pinceſiſo, Madreciſo. X. Wenilo Senonenſis Epiſcopus, Odo & Donatus, Miſſi in pago Senonico, Trecaſino, Waſteniſo, Miliduniſo, Moruiſo, Prouiniſo, & in tribus Arciſiſis, & in duobus Brioniſis. XI. Tevtboldvs Lingonẽſis Epiſcopus, Ionas Auguſtodunenſis Epiſcopus, Iſembardus, & Abbo Abbas, Daddo, Miſſi in Comitatibus Milonis, & in Comitatibus Iſembardi, Auguſtoduno ſcilicet, Matiſconenſi, Dinionenſi, Cabillono, Hattuarijs, & in Tornedriſo, & in Belniſo, & in Duſmiſo, Comitatu Attelæ, & in Comitatu Romoldi. XII. Hvgo, Gozſo, Ninilungus, Miſſi in Niuerniſo, Alciodriſo, Aualiſo.

Ceterùm notet hîc Lector, *Miſſos* & *Pagos* olim per Miſſaticos ſeu Miſſatica fuiſſe ordinatos ac diſtributos. Miſſi hodie vulgò *Commiſſarij* nuncupantur. Erant autem varij generis Miſſi. *Miſſi dominici* dicebantur, quos Princeps extra ordinem in diuerſas regni partes ad iuſtitias faciendas (ſic enim loquebantur) cum ampliſſima poteſtate mittebat aut conſtituebat. *Miſſi diſcurrentes* vocabantur, qui in prouincias ad certum aliquod negotium mittebantur; iure ſic dicti, quòd in miſſaticis ſuis non ſubſiſterent (ſicut maiores Miſsi dominici, qui ad iuſtitias faciendas erant conſtituti) ſed impoſitum munus celeriter obirent, eoque perfuncti regrederentur. *Miſſaticos* ſeu Miſſatica vocabant regiones tractuſque prouinciarum, per quos Miſſorum dominicorum legatio & poteſtas porrigebatur. Hi Miſſatici pro arbitrio Principum maiores aut minores inſtitui ſolebant; ſemper tamen ampliſsimi erant, & plures pagos comitatuſque continebant.

In hac porrò legatione Car. Caluus regnum ſuum vniuerſum (excepta *Aquitania*, quæ tunc ſeorſim regebatur, & *Britannia Aremorica*, quæ auctore Nomenoio rebellarat) in XII. regiones ſeu miſſaticos diſtribuit; atque in his XII. Miſſorum dominicorum collegia conſtituit: quorum ſingula, vt mos erat, Epiſcopum vnum alterúmve, aut ſimul etiam Abbatem & Comitem vnum, pluréſue deſignatos habuerunt. *Comites* autem erant Iudices totius pagi, ſed *Vicecomites* nonniſi ciuitatis. Pagus verò, Comitis, id eſt, Comitatus, Gallicè *Pays* & *Comté*, diuidebatur in *Vicarias*, *Centenas* & *Decanias*, in quibus iudices erant Vicarij, Centenarij, noſtratibus *Honderſte-man*, Decani. Ceterùm Caroli M. ac ſucceſſorum ætate, Comites, Marchiones ac Duces non

erant

Anni vulgares Christi.

erant hereditarij ant perpetui, ſed regendis regni prouincijs ad tem-
pus præficiebantur,& ad nutum amoueri poterant. Aimoinus l.5.c.1.
*Anno 793. ordinauit Carolus Magnus per totam terram Aquitaniæ Comites
Abbateſque, nec non alios plurimos, quos Vaſſos vulgò vocant, ex gente Franco-
rum: eisq; commiſit curam regni, finium tutamen, villarumq; ruralium proui-
ſionem. Biturica ciuitati primò Humbertum, paulò pòſt Strunium præfecit Comi-
tem; porrò Pictauis Abonem, Petragorijs Widbodum, ſed & Aruernis Iterum,
nec non Walahiæ Bulum; ſed Toloſæ Corſonem, Burdegalis Seguinum, Albienſi-
bus Haimonem.*

Ceterùm in tertio Miſſatico nobis Belgis notandi ſunt pagi, No-
uiomiſus, id eſt Nouiomenſis, *Noyonnois*, Vermandiſus, id eſt Vero-
manduenſis, *Vermandois*, Adertiſus, id eſt, Adertenſis, *Artois*, Curtri-
ciſus, id eſt, Cortracenſis, *Courtray*, & Flandrenſis, *Flandres*. Cortoria-
cenſium fit & mentio in Notitia Imperij. Flandræ & Lud. Pius Imp.
meminit, in diuiſione regni quam inter filios ſuos fecit; exſtatque
apud Pithœum.

Iunio menſe Lotharius Imp. & Car. Caluus colloquium habent in 854
Attiniaco palatio ad Axonam fl. in diœceſi Remenſi, & poſteà apud
Leudicum ſeu Leodicum. His colloquijs Ludouicus Germaniæ Rex
non interfuit. Cauſſam Annales Pithœani explicant. Idem Caluus,
Immone Nouiomagenſi ac Tornacenſi Epiſcopo petente, poſſeſſio-
nes Canonicorum Tornacenſium confirmat, tabulis in Vermeria pa-
latio regio VIII. Kal. Auguſti datis, quæ in Not. eccleſ. Belgij cap. 35.
exſtant. Nortmanni, qui annis 20. regni Francorum fines nauigijs ac-
ceſſibiles, cædibus, incendijs ac rapinis crudeliter vaſtauerant, in pa-
triam reuertuntur. Ibi inter *Horuc* Regem Danorum, & *Guduim* fi-
lium fratris eius, orta contentione, ſe mutua cæde mactarunt. *Annal.
Pithœani.*

Hoc ferè tempore obijt *S. Folquinus* Ep. Morinenſis, Audomaropoli 855
in S. Bertini monaſterio primùm ſepultus, & an. 928. è terra leuatus,
indeque Alciacum tranſlatus. Vitam eius ſcripſit Folquinus Abbas &
Chronographus Laubienſis, qui ab ineunte ætate monachũ in S. Ber-
tini cœnobio egit. Folquino in Epiſcopatu S. Huntfridus ſucceſſit.
Lotharij Imper. iuſſu, VI. Idus Ianuarias, Indictione III. *Valentinum*
Concilium III. à Lugdunenſis, Viennenſis & Arelatenſis prouincia-
rum Epiſcopis celebratur. Leo IV. Papa 17. Iulij moritur: Benedi-
ctus III. ſuccedit. Inter Leonem IV. & Benedictum III. mediam in-
docti quidam & malè feriati homines *Ioannam Papiſſam* inſeruerunt
apud Sigebertum Gemblacenſem, Marianum Scottum, & Martinum
Polonum. Inſeruerunt, inquam, homines indocti: nam ipſi Chronico-
rum auctores nihil tale vmquam ſcripſerunt aut ſomniarunt. De
Sigeberto id certò mihi conſtat: nam exemplar autographum, aut
illius ſaltem ætate in pergameno ſcriptum, Gemblaci in Braban-
tia noſtra (vbi monachum egit) etiamnum exſtat: ad cuius fidem
Chronicon Sigebertinum contuli, & 1608. typis Antuerpiæ publica-
ui. Vſus item ſum Aquicinctino, Affligemienſi ſeu Lipſiano, & Orte-
liano codicibus manuſcriptis: in quibus nihil prorſus de Ioanna illa
femina ſcriptum, ne ad oram quidem librorum, repperi. Quod ad *Ma-
rianum Scottum* attinet, Chronicon eius in pergameno, charactere ve-
tuſtiſſimo, ipſius Sigeberti ætate, vt videtur, exaratũ in eadem biblio-
theca Gemblacenſi adſeruatur. In eo nulla Ioannæ Papiſſæ fit men-
tio. *Martinum Polonum* nihil tale ſcripſiſſe teſtatur is, qui illius Chroni-

con

con cum manuſcriptis codicibus collatum Coloniæ Agrippinæ annis ſuperioribus edidit. Ex quibus liquet Sigebertum, Marianum & Martinum Polonum, tamquam fabulæ huius auctores & aſſertores à Baronio aliiſque iniuſtè accuſari. Ceterùm pro rei veritate explicanda illud dixiſſe ſuffecerit, Anaſtaſium Bibliothecariũ, Adonem Viennenſem, Rheginonẽ & alios illuſtres huius æui ſcriptores monſtrum illud prorſus ignoraſſe. Qui quidem omnes vno ore illud explodunt, cùm Leoni Papæ Benedictum immediatè ſubnectunt. Anaſtaſij verba ſunt iſta: *Hic Benedictus ob ſanctitatem vitæ, mortuo Leone, vnus dignus ſucceſſor habitus eſt.* Ado in Chronico ſuo ſic loquitur: *Pontifex Gregorius moritur, atque eius loco Sergius ordinatur. Illo defuncto, Leo ſuccedit. Quo obeunte Benedictus in Sede Apoſtolica ſubſtituitur.* Quin etiam Photius ipſe, qui illa ætate vixit, nullo interiecto, Leoni Benedictum, huic Nicolaum, tum Ioannem ſubſtituit: vt Leo Allatius accuratè docet in ſua cõmentatione 1630. Romæ edita. De hac re quid Lipſius, noſter olim Louanij præceptor, ſenſerit, libet apponere. Is in epiſtola an. 1595. V. Kal. Martij data, ſic ſcribit: *De quæſtiuncula, quod petis ſuper Pontifice Ioanna fœmina, vt nugantur, vides quid ſentiam, cùm appello nugas. Reuerà fabella eſt, haut longè ab audacia & ineptiis poëtarum. Vis clarè tu & conſortes illi rem videre? Adite librum Gallicè nuper ſcriptum & editum Burdigalæ, auctore Florimundo Ræmundo, Conſiliario Regio; qui totus eſt in hoc argumento. Auctor ipſe ad me miſit, & ita plenè omnia exſecutus eſt, vt nobis nihil reliqui ſit, præter credere & adſentiri.*

MICHAEL Imp. Conſtantinopolitanus, auunculi ſui Bardæ conſilio vſus, matrem ſuam *Theodoram*, cum qua annis 14. Rempublicam adminiſtrarat, priuatam ad vitam an. 855. extruſit. Rebus deinde omnibus *Bardæ* arbitrio permiſſis, quem Cæſarem fecit, totum ſe ludis ac potationibus dedit. Ad extremũ Bardas Cæſar, aſſentiente Michaele & Baſilio Macedone agente, an. 866. die 1. Aprilis occiditur, & paulò pòſt BASILIVS à Michaele, Maij 26. ipſa die Pentecoſtes, creatur Imperator. Is Michaelem vino obrutum an. 867. trucidauit. *Curop. & Cedr.*

LOTHARIVS Imp. in Prumienſi diœceſis Treuerenſis cœnobio monachum induit, & paulò pòſt ibidem die 27. Septembris deceſſit. *Ann. Pith.* Ex Hermengarde, Hugonis cognomento Ignaui Comitis filia, ſuſtulit *Ludouicum* II. Imperatorem ac Regem Italiæ, *Lotharium* Regem I. Lotharingiæ, *Carolum* Regem Prouinciæ ac Burgundiæ, & *Hermengardem* vxorem Gilleberti Comitis. Regna itaque ſua tres inter filios ſuos Lotharius diſtribuit; *Ludouico* Italiam cum Imperio, *Lothario* eam Galliæ partem, quæ ab illo (non à patre, quod aliis placet) exinde Lotharij regnum & Lotharingia eſt appellata; *Carolo* autem natu minimo Prouinciam inter Rhodanum & Alpes, cum Burgundia, attribuit. Lotharij Imp. eiuſque liberorũ ſtemma in Tabulam genealogicam redactũ Notitia noſtra eccleſ. Belgij c. 36. repræſentat.

Reges Lotharingiæ.

Lotharingia primùm Regibus, poſteà Ducibus paruit. Primus Lotharingiæ Rex fuit LOTHARIVS, Lotharij Imp. filius, qui Placentiæ an. 869. obiit, non relicta prole ex Theutberga coniuge. Ceterùm ex Waldrada pellice liberos reliquit, *Hugonem* an. 885. à Rheginone Prumienſi Abbate tonſum, *Bertam* matrem Hugonis Italiæ Regis, & *Giſlam* Godefrido Nortmannorum Regi nuptam. Lothario defuncto, hereditas iure debebatur eius fratri *Ludouico* II. Imperatori, tunc in

Italia

Anni vulgatæ Chriſti

Italia agenti : pro quo exſtat & Reſcriptum Hadriani Papæ. Sed patrui ipſius *Ludouicus Germanicus* & *Carolus Caluus* obſtiterunt. Nam Carolus vt Lotharium obiiſſe accepit, mox Metas aduolauit, ibiq́ue eodem ipſo anno ab aliquot vtrinſque regni Epiſcopis Rex eſt conſecratus. Ægrè ferente Ludouico, regnum Lotharij vniuerſum à Carolo vſurpari, inita tandem pactione, fratres duo, in Procaſpide ad Moſam fl. prope Hariſtallum conuenientes, regnum iſtud æquis inter ſe portionibus an. 870. diuiſerunt. II. LVDOVICVS cognomento Germanicus, Germaniæ & partis Lotharingiæ Rex ſecundus, anno 876. obiit, relictis ex Emma coniuge filiis, *Ludouico*, *Carlomanno* & *Carolo Craſſo*. III. CAROLVS CALVVS, Franciæ & partis Lotharingiæ Rex, idemq́ue poſteà Imperator, anno 877. viuere deſiit, *Ludouico Balbo* filio regnum Franciæ tranſſcribens. Balbus anno 879. moriens, ex Adelaide vxore reliquit filium in cunis *Carloum* cognomento *Simplicem* ; vt Flodoardus teſtatur. Idem Balbus ex Anſgarde repudiata filios duos ſuſtulerat, *Carlomannum* & *Ludouicum*, qui in Ferrarienſi monaſterio Reges ſunt coronati. IV. At verò LVDOVICVS, Ludouici Germanici filius, *cognita morte æquiuoci ſui* (Ludouici Balbi) *regnum illius inuadere diſpoſuit, & tranſuadato Moſa, Imperij fines occupauit. Cui occurrerunt duo memorati fratres Carlomannus & Ludouicus cum valida manu. : ſed intercurrentibus legationibus, pax eſt roborata:* vt Rhegino loquitur. Sicque Ludouico, Germanici filio, Lotharingia ceſsit, ea conditione vt à regno Franciæ abſtineret. V. Ludouico anno 882. defuncto, frater CAROLVS CRASSVS Imperator in vniuerſo Lotharingiæ regno ſucceſſit, & anno 888. moriens *Arnulfum*, Carlomanni fratris ſui Baioariæ Regis filium, habuit ſucceſſorem. VI. ARNVLFVS Imperator, Rexq́ue Germaniæ ac Lotharingiæ, Nortmannos prope Louanium anno 891. cæcidit, & Wormatiæ in comitiis exiſtens anno 895. *Suendeboldum* filium naturalem Lotharingiæ regno præfecit: vt Rhegino in Chronicis narrat. VII. SVENDEBOLDVS ob crudelitatem, quam in ſuos exercebat, à Stephano, Matfrido, Gerardo & Raginero Haginoenſi, Comitibus, bello impetitus, ac demum prælio prope Moſam victus, anno 900. occubuit, in Suſterenſi monaſterio conditus; filiabus duabus *Benedicta* & *Cæcilia* relictis ex Oda Odonis Francorum Regis filia. VIII. LVDOVICVS Arnulfi Imperatoris ex Vta legitimus filius, poſt patris interitum, apud Germanos Imperium geſſit. Eidem Lotharingia, Suendeboldo fratre occiſo, obtigit, obiitq́ue anno 912. ex Caroli Magni ſtirpe apud Germanos poſtremus. Vxor ipſi fuit Emma ſiue Hemma. IX. Ludouico mortuo CONRADVS vir bello clarus ex Francia Orientali, à proceribus regni electus, Imperium Germanicum, cum parte regni Lotharingiæ, obtinuit, & anno 919. deceſſit. X. CAROLVS SIMPLEX Francorum Rex, Ludouici Balbi filius, anno 898. & 912. magnam Lotharingiæ portionem occupauit, eamq́ue annis aliquot tenuit, Rhegine teſte. XI. HENRICVS AVCEPS, Saxoniæ Dux, Conradi in Germaniæ regno ſucceſſor, anno 921. Carolum Simplicem terrore armorum ad reſtituendam Lotharingiam compulit. Quo quidem anno, menſe Nouembri (vt Flodoardus in Chronico narrat) dicti Reges Carolus & Henricus apud Bonnam caſtellum

con cum manuſcriptis codicibus collatum Coloniæ Agrippinæ annis ſuperioribus edidit. Ex quibus liquet Sigebertum, Marianum & Martinum Polonum, tamquam fabulæ huius auctores & aſſertores à Baronio aliiſque iniuſtè accuſari. Ceterùm pro rei veritate explicanda illud dixiſſe ſuffecerit, Anaſtaſium Bibliothecariũ, Adonem Vienneńſem, Rheginonẽ & alios illuſtres huius æui ſcriptores monſtrum illud prorſus ignoraſſe. Qui quidem omnes vno ore illud explodunt, cùm Leoni Papæ Benedictum immediatè ſubnectunt. Anaſtaſij verba ſunt iſta: *Hic Benedictus ob ſanctitatem vitæ, mortuo Leone, vnus dignus ſucceſſor habitus eſt*. Ado in Chronico ſuo ſic loquitur: *Pontifex Gregorius moritur, atque eius loco Sergius ordinatur. Illo defuncto, Leo ſuccedit. Quo obeunte Benedictus in Sede Apoſtolica ſubſtituitur.* Quin etiam Photius ipſe, qui illa ætate vixit, nullo interiecto, Leoni Benedictum, huic Nicolaum, tum Ioannem ſubſtituit: vt Leo Allatius accuratè docet in ſua cõmentatione 1630. Romæ edita. De hac re quid Lipſius, noſter olim Louanij præceptor, ſenſerit, libet apponere. Is in epiſtola an. 1595. V. Kal. Martij data, ſic ſcribit: *De quæſtiuncula, quod petis ſuper Pontifice Ioanna femina, vt nugantur, vides quid ſentiam, cùm appello nugas. Reuerà fabella eſt, haut longè ab audacia & ineptiis poëtarum. Vis clarè tu & conſortes illi rem videre? Adite librum Gallicè nuper ſcriptum & editum Burdigalæ, auctore Florimundo Ramundo, Conſiliario Regio; qui totus eſt in hoc argumento. Auctor ipſe ad me miſit, & ita plenè omnia exſecutus eſt, vt nobis nihil reliqui ſit, præter credere & adſentiri.*

MICHAEL Imp. Conſtantinopolitanus, auunculi ſui Bardæ conſilio vſus, matrem ſuam *Theodoram*, cum qua annis 14. Rempublicam adminiſtrarat, priuatam ad vitam an. 855. extruſit. Rebus deinde omnibus *Bardæ* arbitrio permiſſis, quem Cæſarem fecit, totum ſe ludis ac potationibus dedit. Ad extremũ Bardas Cæſar, aſſentiente Michaele & Baſilio Macedone agente, an. 866. die 1. Aprilis occiditur, & paulò pòſt BASILIVS à Michaele, Maij 26. ipſa die Pentecoſtes, creatur Imperator. Is Michaelem vino obrutum an. 867. trucidauit. *Curop. & Cedr.*

LOTHARIVS Imp. in Prumienſi diœceſis Treuerenſis cœnobio monachum induit, & paulò pòſt ibidem die 27. Septembris deceſſit. *Ann. Pith.* Ex Hermengarde, Hugonis cognomento Ignaui Comitis filia, ſuſtulit *Ludouicum* II. Imperatorem ac Regem Italiæ, *Lotharium* Regem I. Lotharingiæ, *Carolum* Regem Prouinciæ ac Burgundiæ, & *Hermengardem* vxorem Giſleberti Comitis. Regna itaque ſua tres inter filios ſuos Lotharius diſtribuit; *Ludouico* Italiam cum Imperio, *Lothario* eam Galliæ partem, quæ ab illo (non à patre, quod aliis placet) exinde Lotharij regnum & Lotharingia eſt appellata; *Carolo* autem natu minimo Prouinciam inter Rhodanum & Alpes, cum Burgundia, attribuit. Lotharij Imp. eiuſque liberorũ ſtemma in Tabulam genealogicam redactũ Notitia noſtra eccleſ. Belgij c.36. repręſentat.

Reges Lotharingiæ.

Lotharingia primùm Regibus, poſteà Ducibus paruit. Primus Lotharingiæ Rex fuit LOTHARIVS, Lotharij Imp. filius, qui Placentiæ an. 869. obiit, non relicta prole ex Theutberga coniuge. Ceterùm ex Waldrada pellice liberos reliquit, *Hugonem* an. 885. à Rheginone Prumienſi Abbate tonſum, *Bertam* matrem Hugonis Italiæ Regis, & *Giſlam* Godefrido Nortmannorum Regi nuptam. Lothario defuncto, hereditas iure debebatur eius fratri *Ludouico* II. Imperatori, tunc in

Italia

Italia agenti: pro quo exſtat & Reſcriptum Hadriani Papæ. Sed patrui ipſius *Ludouicus Germanicus* & *Carolus Caluus* obſtiterunt. Nam Carolus vt Lotharium obiiſſe accepit, mox Metas aduolauit, ibique eodem ipſo anno ab aliquot vtrinſque regni Epiſcopis Rex eſt conſecratus. Ægrè ferente Ludouico, regnum Lotharij vniuerſum à Carolo vſurpari, inita tandem pactione, fratres duo, in Procaſpide ad Moſam fl. prope Hariſtallum conuenientes, regnum iſtud æquis inter ſe portionibus an. 870. diuiſerunt. II. LVDOVICVS cognomento Germanicus, Germaniæ & partis Lotharingiæ Rex ſecundus, anno 876. obiit, relictis ex Emma coniuge filiis, *Ludouico*, *Carlomanno* & *Carolo Craſſo*. III. CAROLVS CALVVS, Franciæ & partis Lotharingiæ Rex, idemque poſteà Imperator, anno 877. viuere deſiit, *Ludouico Balbo* filio regnum Franciæ transſcribens. Balbus anno 879. moriens, ex Adelaide vxore reliquit filium in cunis *Carlo(u)m* cognomento *Simplicem*; vt Flodoardus teſtatur. Idem Balbus ex Anſgarde repudiata filios duos ſuſtulerat, *Carlomannum* & *Ludouicum*, qui in Ferrarienſi monaſterio Reges ſunt coronati. IV. At verò LVDOVICVS, Ludouici Germanici filius, *cognita morte æquiuoci ſui (* Ludouici Balbi *) regnum illius inuadere diſpoſuit, & tranſuadato Moſa, Imperij fines occupauit. Cui occurrerunt duo memorati fratres Carlomannus & Ludouicus cum valida manu: ſed intercurrentibus legationibus, pax eſt roborata:* vt Rhegino loquitur. Sicque Ludouico, Germanici filio, Lotharingia ceſsit, ea conditione vt à regno Franciæ abſtineret. V. Ludouico anno 882. defuncto, frater CAROLVS CRASSVS Imperator in vniuerſo Lotharingiæ regno ſucceſſit, & anno 888. moriens *Arnulfum*, Carlomanni fratris ſui Baioariæ Regis filium, habuit ſucceſſorem. VI. ARNVLFVS Imperator, Rexque Germaniæ ac Lotharingiæ, Nortmannos prope Louanium anno 891. cæcidit, & Wormatiæ in comitiis exiſtens anno 895. *Suendeboldum* filium naturalem Lotharingiæ regno præfecit: vt Rhegino in Chronicis narrat. VII. SVENDEBOLDVS ob crudelitatem, quam in ſuos exercebat, à Stephano, Matfrido, Gerardo & Raginero Haginoenſi, Comitibus, bello impetitus, ac demum prælio prope Moſam victus, anno 900. occubuit, in Suſterenſi monaſterio conditus; filiabus duabus *Benedicta* & *Cæcilia* relictis ex Oda Odonis Francorum Regis filia. VIII. LVDOVICVS Arnulfi Imperatoris ex Vta legitimus filius, poſt patris interitum, apud Germanos Imperium geſſit. Eidem Lotharingia, Suendeboldo fratre occiſo, obtigit, obiitque anno 912. ex Caroli Magni ſtirpe apud Germanos poſtremus. Vxor ipſi fuit Emma ſiue Hemma. IX. Ludouico mortuo CONRADVS vir bello clarus ex Francia Orientali, à proceribus regni electus, Imperium Germanicum, cum parte regni Lotharingiæ, obtinuit, & anno 919. deceſſit. X. CAROLVS SIMPLEX Francorum Rex, Ludouici Balbi filius, anno 898. & 912. magnam Lotharingiæ portionem occupauit, eamque annis aliquot tenuit, Rhegino teſte. XI. HENRICVS AVCEPS, Saxoniæ Dux, Conradi in Germaniæ regno ſucceſſor, anno 921. Carolum Simplicem terrore armorum ad reſtituendam Lotharingiam compulit. Quo quidem anno, menſe Nouembri (vt Flodoardus in Chronico narrat) dicti Reges Carolus & Henricus apud Bonnam caſtellum

con cum manuſcriptis codicibus collatum Coloniæ Agrippinæ annis ſuperioribus edidit. Ex quibus liquet Sigebertum, Marianum & Martinum Polonum, tamquam fabulæ huius auctores & aſſertores à Baronio aliiſque iniuſtè accuſari. Ceterùm pro rei veritate explicanda illud dixiſſe ſuffecerit, Anaſtaſium Bibliothecariū, Adonem Viennenſem, Rheginonē & alios illuſtres huius æui ſcriptores monſtrum illud prorſus ignoraſſe. Qui quidem omnes vno ore illud explodunt, cùm Leoni Papæ Benedictum immediatè ſubnectunr. Anaſtaſij verba ſunt iſta: *Hic Benedictus ob ſanctitatem vitæ, mortuo Leone, vnus dignus ſucceſſor habitus eſt.* Ado in Chronico ſuo ſic loquitur: *Pontifex Gregorius moritur, atque eius loco Sergius ordinatur. Illo defuncto, Leo ſuccedit. Quo obeunte Benedictus in Sede Apoſtolica ſubſtituitur.* Quin etiam Photius ipſe, qui illa ætate vixit, nullo interiecto, Leoni Benedictum, huic Nicolaum, tnm Ioannem ſubſtituit: vt Leo Allatins accuratè docet in ſua cōmentatione 1630. Romæ edita. De hac re quid Lipſius, noſter olim Lonanij præceptor, ſenſerit, libet apponere. Is in epiſtola an. 1595. V. Kal. Martij data, ſic ſcribit: *De quæſtiuncula, quod petis ſuper Pontifice Ioanna fœmina, vt nugantur, vides quid ſentiam, cùm appello nugas. Reuerà fabella eſt, haut longè ab audacia & ineptiis poëtarum. Vis clarè tu & conſortes illi rem videre? Adite librum Gallicè nuper ſcriptum & editum Burdigalæ, auctore Florimundo Ræmundo, Conſiliario Regio; qui totus eſt in hoc argumento. Auctor ipſe ad me miſit, & ita plenè omnia exſecutus eſt, vt nobis nihil reliqui ſit, præter credere & adſentiri.*

Michael Imp. Conſtanrinopolitanns, auunculi ſui Bardæ conſilio vſus, matrem ſuam *Theodoram*, cum qua annis 14. Rempublicam adminiſtrarat, priuatam ad vitam an. 855. extruſit. Rebus deinde omnibus *Bardæ* arbitrio permiſſis, quem Cæſarem fecit, totum ſe ludis ac potationibus dedit. Ad extremū Bardas Cæſar, aſſentiente Michaele & Baſilio Macedone agente, an. 866. die 1. Aprilis occiditur, & paulò pòſt Basilivs à Michaele, Maij 26. ipſa die Pentecoſtes, creatur Imperator. Is Michaelem vino obrutum an. 867. trucidauit. *Curop. & Cedr.*

Lotharivs Imp. in Prumienſi diœceſis Treuerenſis cœnobio monachum induit, & paulò pòſt ibidem die 27. Septembris deceſſit. *Ann. Pith.* Ex Hermengarde, Hugonis cognomento Ignaui Comitis filia, ſuſtulit *Ludouicum* II. Imperatorem ac Regem Italiæ, *Lotharium* Regem I. Lotharingiæ, *Carolum* Regem Prouinciæ ac Burgundiæ, & *Hermengardem* vxorem Giſleberti Comitis. Regna itaque ſua tres inter filios ſuos Lotharius diſtribuit; *Ludouico* Italiam cum Imperio, *Lothario* eam Galliæ partem, quæ ab illo (non à patre, quod aliis placet) exinde Lotharij regnum & Lotharingia eſt appellata; *Carolo* autem natu minimo Prouinciam inter Rhodanum & Alpes, cum Burgundia, attribuit. Lotharij Imp. eiuſque liberorū ſtemma in Tabulam genealogicam redactū Notitia noſtra eccleſ. Belgij c. 36. repræſentat.

Reges Lotharingiæ.

Lotharingia primùm Regibus, poſteà Ducibus paruit. Primus Lotharingiæ Rex fuit Lotharivs, Lotharij Imp. filius, qui Placentiæ an. 869. obiit, non relicta prole ex Theutberga coniuge. Ceterùm ex Waldrada pellice liberos reliquit, *Hugonem* an. 885. à Rheginone Prumienſi Abbate tonſum, *Bertam* matrem Hugonis Italiæ Regis, & *Giſlam* Godefrido Nortmannorum Regi nuptam. Lothario defuncto, hereditas iure debebatur eius fratri *Ludouico* II. Imperatori, tunc in

Italia

Italiæ agenti: pro quo exſtat & Reſcriptum Hadriani Papæ. Sed patrui ipſius *Ludouicus Germanicus* & *Carolus Caluus* obſtiterunt. Nam Carolus vt Lotharium obiiſſe accepit, mox Metas aduolauit, ibiq́ue eodem ipſo anno ab aliquot vtriuſque regni Epiſcopis Rex eſt conſecratus. Ægrè ferente Ludouico, regnum Lotharij vniuerſum à Carolo vſurpari, inita tandem pactione, fratres duo, in Procaſpide ad Moſam fl. prope Hariſtallum conuenientes, regnum iſtud æquis inter ſe portionibus an. 870. diuiſerunt. II. LVDOVICVS cognomento Germanicus, Germaniæ & partis Lotharingiæ Rex ſecundus, anno 876. obiit, relictis ex Emma coniuge filiis, *Ludouico*, *Carlomanno* & *Carolo Craſſo*. III. CAROLVS CALVVS, Franciæ & partis Lotharingiæ Rex, idemq́ue poſteà Imperator, anno 877. viuere deſiit, *Ludouico Balbo* filio regnum Franciæ tranſſcribens. Balbus anno 879. moriens, ex Adelaide vxore reliquit filium in cunis *Carloum* cognomento *Simplicem*; vt Flodoardus teſtatur. Idem Balbus ex Anſgarde repudiata filios duos ſuſtulerat, *Carlomannum* & *Ludouicum*, qui in Ferrarienſi monaſterio Reges ſunt coronati. IV. At verò LVDOVICVS, Ludouici Germanici filius, *cognita morte æquiuoci ſui (* Ludouici Balbi *) regnum illius inuadere diſpoſuit, & tranſuadato Moſa, Imperij fines occupauit. Cui occurrerunt duo memorati fratres Carlomannus & Ludouicus cum valida manu. : ſed intercurrentibus legationibus, pax eſt roborata:* vt Rhegino loquitur. Sicque Ludouico, Germanici filio, Lotharingia ceſsit, ea conditione vt à regno Franciæ abſtineret. V. Ludouico anno 882. defuncto, frater CAROLVS CRASSVS Imperator in vniuerſo Lotharingiæ regno ſucceſſit, & anno 888. moriens *Arnulfum*, Carlomanni fratris ſui Baioariæ Regis filium, habuit ſucceſſorem. VI. ARNVLFVS Imperator, Rexq́ue Germaniæ ac Lotharingiæ, Nortmannos prope Louanium anno 891. cæcidit, & Wormatiæ in comitiis exiſtens anno 895. *Suendeboldum* filium naturalem Lotharingiæ regno præfecit: vt Rhegino in Chronicis narrat. VII. SVENDEBOLDVS ob crudelitatem, quam in ſuos exercebat, à Stephano, Matfrido, Gerardo & Raginero Haginoenſi, Comitibus, bello impetitus, ac demum prælio prope Moſam victus, anno 900. occubuit, in Suſterenſi monaſterio conditus; filiabus duabus *Benedicta* & *Cæcilia* relictis ex Oda Odonis Francorum Regis filia. VIII. LVDOVICVS Arnulfi Imperatoris ex Vta legitimus filius, poſt patris interitum, apud Germanos Imperium geſſit. Eidem Lotharingia, Suendeboldo fratre occiſo, obtigit, obiitq́ue anno 912. ex Caroli Magni ſtirpe apud Germanos poſtremus. Vxor ipſi fuit Emma ſiue Hemma. IX. Ludouico mortuo CONRADVS vir bello clarus ex Francia Orientali, à proceribus regni electus, Imperium Germanicum, cum parte regni Lotharingiæ, obtinuit, & anno 919. deceſſit. X. CAROLVS SIMPLEX Francorum Rex, Ludouici Balbi filius, anno 898. & 912. magnam Lotharingiæ portionem occupauit, eamq́ue annis aliquot tenuit, Rhegino teſte. XI. HENRICVS AVCEPS, Saxoniæ Dux, Conradi in Germaniæ regno ſucceſſor, anno 921. Carolum Simplicem terrore armorum ad reſtituendam Lotharingiam compulit. Quo quidem anno, menſe Nouembri (vt Flodoardus in Chronico narrat) dicti Reges Carolus & Henricus apud Bonnam caſtellum

con cum manuſcriptis codicibus collatum Coloniæ Agrippinæ annis ſuperioribus edidit. Ex quibus liquet Sigebertum, Marianum & Martinum Polonum, tamquam fabulæ huius auctores & aſſertores à Baronio aliiſque iniuſtè accuſari. Ceterùm pro rei veritate explicanda illud dixiſſe ſuffecerit, Anaſtaſium Bibliothecariũ, Adonem Viennenſem, Rheginonẽ & alios illuſtres huius æui ſcriptores monſtrum illud prorſus ignoraſſe. Qui quidem omnes vno ore illud explodunt, cùm Leoni Papæ Benedictum immediatè ſubnectunt. Anaſtaſij verba ſunt iſta: *Hic Benedictus ob ſanctitatem vitæ, mortuo Leone, vnus dignus ſucceſſor habitus eſt.* Ado in Chronico ſuo ſic loquitur: *Pontifex Gregorius moritur, atque eius loco Sergius ordinatur. Illo defuncto, Leo ſuccedit. Quo obeunte Benedictus in Sede Apoſtolica ſubſtituitur.* Quin etiam Photius ipſe, qui illa ætate vixit, nullo interiecto, Leoni Benedictum, huic Nicolaum, tum Ioannem ſubſtituit vt Leo Allatius accuratè docet in ſua cõmentatione 1630. Romæ edita. De hac re quid Lipſius, noſter olim Lonanij præceptor, ſenſerit, libet apponere. Is in epiſtola an. 1595. V. Kal. Martij data, ſic ſcribit: *De quæſtiuncula, quod petis ſuper Pontifice Ioanna femina, vt nugantur, vides quid ſentiam, cùm appello nugas. Reuerà fabella eſt, haut longè ab audacia & ineptiis poëtarum. Vis clarè tu & conſortes illi rem videre? Adite librum Gallicè nuper ſcriptum & editum Burdigalæ, auctore Florimundo Ræmundo, Conſiliario Regio; qui totus eſt in hoc argumento. Auctor ipſe ad me miſit, & ita plenè omnia exſecutus eſt, vt nobis nihil reliqui ſit, præter credere & adſentiri.*

MICHAEL Imp. Conſtantinopolitanus, auunculi ſui Bardæ conſilio vſus, matrem ſuam *Theodoram*, cum qua annis 14. Rempublicam adminiſtrarat, priuatam ad vitam an. 855. extruſit. Rebus deinde omnibus *Bardæ* arbitrio permiſſis, quem Cæſarem fecit, totum ſe ludis ac potationibus dedit. Ad extremũ Bardas Cæſar, aſſentiente Michaele & Baſilio Macedone agente, an. 866. die 1. Aprilis occiditur, & paulò pòſt BASILIVS à Michaele, Maij 26. ipſa die Pentecoſtes, creatur Imperator. Is Michaelem vino obrutum an. 867. trucidauit. *Curop. & Cedr.*

LOTHARIVS Imp. in Prumienſi diœceſis Treuerenſis cœnobio monachum induit, & paulò pòſt ibidem die 27. Septembris deceſſit. *Ann. Pith.* Ex Hermengarde, Hugonis cognomento Ignaui Comitis filia, ſuſtulit *Ludouicum* II. Imperatorem ac Regem Italiæ, *Lotharium* Regem I. Lotharingiæ, *Carolum* Regem Prouinciæ ac Burgundiæ, & *Hermengardem* vxorem Giſleberti Comitis. Regna itaque ſua tres inter filios ſuos Lotharius diſtribuit; *Ludouico* Italiam cum Imperio, *Lothario* eam Galliæ partem, quæ ab illo (non à patre, quod aliis placet) exinde Lotharij regnum & Lotharingia eſt appellata; *Carolo* autem natu minimo Prouinciam inter Rhodanum & Alpes, cum Burgundia, attribuit. Lotharij Imp. eiuſque liberorũ ſtemma in Tabulam genealogicam redactũ Notitia noſtra eccleſ. Belgij c. 36. repræſentat.

Reges Lotharingiæ.

Lotharingia primùm Regibus, poſteà Ducibus paruit. Primus Lotharingiæ Rex fuit LOTHARIVS, Lotharij Imp. filius, qui Placentiæ an. 869. obiit, non relicta prole ex Theutberga coniuge. Ceterùm ex Waldrada pellice liberos reliquit, *Hugonem* an. 885. à Rheginone Prumienſi Abbate tonſum, *Bertam* matrem Hugonis Italiæ Regis, & *Giſlam* Godefrido Nortmannorum Regi nuptam. Lothario defuncto, hereditas iure debebatur eius fratri *Ludouico* II. Imperatori, tunc in

Italia agenti: pro quo exſtat & Reſcriptum Hadriani Papæ. Sed patrui ipſius *Ludouicus Germanicus* & *Carolus Caluus* obſtiterunt. Nam Carolus vt Lotharium obiiſſe accepit, mox Metas aduolauit, ibiq́ue eodem ipſo anno ab aliquot vtriuſq́ue regni Epiſcopis Rex eſt conſecratus. Ægrè ferente Ludouico, regnum Lotharij vniuerſum à Carolo vſurpari, inita tandem pactione, fratres duo, in Procaſpide ad Moſam fl. prope Hariſtallum conuenientes, regnum iſtud æquis inter ſe portionibus an. 870. diuiſerunt. II. L V D O V I C V S cognomento Germanicus, Germaniæ & partis Lotharingiæ Rex ſecundus, anno 876. obiit, relictis ex Emma coniuge filiis, *Ludouico*, *Carlomanno* & *Carolo Craſſo*. III. C A R O L V S C A L V V S, Franciæ & partis Lotharingiæ Rex, idemq́ue poſteà Imperator, anno 877. viuere deſiit, *Ludouico Balbo* filio regnum Franciæ tranſſcribens. Balbus anno 879. moriens, ex Adelaide vxore reliquit filium in cunis *Carolum* cognomento *Simplicem*; vt Flodoardus teſtatur. Idem Balbus ex Anſgarde repudiata filios duos ſuſtulerat, *Carlomannum* & *Ludouicum*, qui in Ferrarienſi monaſterio Reges ſunt coronati. IV. At verò L V D O V I C V S, Ludouici Germanici filius, *cognita morte æquiuoci ſui (* Ludouici Balbi *) regnum illius inuadere diſpoſuit, & tranſuadato Moſa, Imperij fines occupauit. Cui occurrerunt duo memorati fratres Carlomannus & Ludouicus cum valida manu. : ſed intercurrentibus legationibus, pax eſt roborata:* vt Rhegino loquitur. Sicque Ludouico, Germanici filio, Lotharingia ceſſit, ea conditione vt à regno Franciæ abſtineret. V. Ludouico anno 882. defuncto, frater C A R O L V S C R A S S V S Imperator in vniuerſo Lotharingiæ regno ſucceſſit, & anno 888. moriens *Arnulfum*, Carlomanni fratris ſui Baioariæ Regis filium, habuit ſucceſſorem. VI. A R N V L F V S Imperator, Rexq́ue Germaniæ ac Lotharingiæ, Nortmannos prope Louanium anno 891. cæcidit, & Wormatiæ in comitiis exiſtens anno 895. *Suendeboldum* filium naturalem Lotharingiæ regno præfecit: vt Rhegino in Chronicis narrat. VII. S V E N D E B O L D V S ob crudelitatem, quam in ſuos exercebat, à Stephano, Matfrido, Gerardo & Raginero Haginoenſi, Comitibus, bello impetitus, ac demum prælio prope Moſam victus, anno 900. occubuit, in Suſterenſi monaſterio conditus; filiabus duabus *Benedicta* & *Cæcilia* relictis ex Oda Odonis Francorum Regis filia. VIII. L V D O V I C V S Arnulfi Imperatoris ex Vta legitimus filius, poſt patris interitum, apud Germanos Imperium geſſit. Eidem Lotharingia, Suendeboldo fratre occiſo, obtigit, obiitq́ue anno 912. ex Caroli Magni ſtirpe apud Germanos poſtremus. Vxor ipſi fuit Emma ſiue Hemma. IX. Ludouico mortuo C O N R A D V S vir bello clarus ex Francia Orientali, à proceribus regni electus, Imperium Germanicum, cum parte regni Lotharingiæ, obtinuit, & anno 919. deceſſit. X. C A R O L V S S I M P L E X Francorum Rex, Ludouici Balbi filius, anno 898. & 912. magnam Lotharingiæ portionem occupauit, eamq́ue annis aliquot tenuit, Rhegino ne teſte. XI. H E N R I C V S A V C E P S, Saxoniæ Dux, Conradi in Germaniæ regno ſucceſſor, anno 921. Carolum Simplicem terrore armorum ad reſtituendam Lotharingiam compulit. Quo quidem anno, menſe Nouembri (vt Flodoardus in Chronico narrat) dicti Reges Carolus & Henricus apud Bonnam caſtellum

Anni vulgares Christi.

III. Immo Nouioamgēſis Epiſcopus, Adalardus Abbas, Waltcandus, Odelricus, Miſſi in Nouiomiſo, Vermandiſo, Adertiſo, Curtriciſo, Flandra, Comitatibus Engilramni; & in Comitatibus Waltcandi. IV. Folcoinus Taruanenſis Epiſcopus, Adalgarius, Engiſcalcus & Berengarius, Miſſi in Comitatu Berengarij, Engiſcalci, Gerardi, & in Comitatibus Reginarij. V. Ludovicus Abbas, Irminfridus Bellouacenſis Epiſcopus, Ingilwinus, Gotſelinus, Miſſi in Pariſiaco, Melciano, Siluanectenſi, Vircaſino, Beluacenſi & Vindoiliſo. VI. Paulus Rotomagenſis Epiſcopus, Hilmeradus Ambianenſis Epiſcopus, Herloinus, Hungarius, Miſſi in Rotmenſe, Tellau, Vitnau, Pontiu, Ambianenſe. VII. Eirardus Lexouienſis Epiſcopus, Theodericus Abbas, Herloinus, Hardoinus, Miſſi in Apriucato, Conſtantino, Bagiſino, Coriliſo, Otlingua Saxonia, & Harduini, Oxmiſo & in Liſuino. VIII. Dooo Andeganenſis Epiſcopus, Rotbertus & Osbertus, Miſſi in Cenomannico, Andegauenſi atque Turonico, Corboniſo & Sagiſo. IX. Burcardus Carnutenſis Epiſcopus, & Rodulfus, & Heinricus Abbas, Miſſi in Bleſiſo, Aurelianenſi, Vinduſniſo, Carentino, Durcaſino, Duniſo, Ebricino, Stampiſo, Caſtriſo, Pinceſiſo, Madreciſo. X. Wenilo Senonenſis Epiſcopus, Odo & Donatus, Miſſi in pago Senonico, Trecaſino, Waſteniſo, Miliduniſo, Moruiſo, Prouiniſo, & in tribus Arciſiſis, & in duobus Brioniſis. XI. Teutboldus Lingonēſis Epiſcopus, Ionas Auguſtodunenſis Epiſcopus, Iſembardus, & Abbo Abbas, Daddo, Miſſi in Comitatibus Milonis, & in Comitatibus Iſembardi, Auguſtoduno ſcilicet, Matiſconenſi, Diuionenſi, Cabillono, Hattuarijs, & in Tornedriſo, & in Belniſo, & in Duſmiſo, Comitatu Attelæ, & in Comitatu Romoldi. XII. Hugo, Gozſo, Ninilungus, Miſſi in Niuerniſo, Alciodriſo, Avaliſo.

Ceterùm notet hîc Lector, *Miſſos* & *Pagos* olim per Miſſaticos ſeu Miſſatica fuiſſe ordinatos ac diſtributos. Miſſi hodie vulgò *Commiſſarij* nuncupantur. Erant autem varij generis Miſſi. *Miſsi dominici* dicebantur, quos Princeps extra ordinem in diuerſas regni partes ad iuſtitias faciendas (ſic enim loquebantur) cum ampliſſima poteſtate mittebat aut conſtituebat. *Miſsi diſcurrentes* vocabantur, qui in prouincias ad certum aliquod negotium mittebantur; iure ſic dicti, quòd in miſſaticis ſuis non ſubſiſterent (ſicut maiores Miſsi dominici, qui ad iuſtitias faciendas erant conſtituti) ſed impoſitum munus celeriter obirent, eoq́ue perfuncti regrederentur. *Miſſaticos* ſeu Miſſatica vocabant regiones tractuſque prouinciarum, per quos Miſſorum dominicorum legatio & poteſtas porrigebatur. Hi Miſſatici pro arbitrio Principum maiores aut minores inſtitui ſolebant; ſemper tamen ampliſsimi erant, & plures pagos comitatuſq́ue continebant.

In hac porrò legatione Car. Caluus regnum ſuum vniuerſum (excepta *Aquitania*, quæ tunc ſeorſim regebatur, & *Britannia Aremorica*, quæ auctore Nomenoio rebellarat) in XII. regiones ſeu miſſaticos diſtribuit; atque in his XII. Miſſorum dominicorum collegia conſtituit: quorum ſingula, vt mos erat, Epiſcopum vnum alterúmve, aut ſimul etiam Abbatem & Comitem vnum, pluréſue deſignatos habuerunt. *Comites* autem erant Iudices totius pagi, ſed *Vicecomites* nonniſi ciuitatis. Pagus verò, Comitis, id eſt, Comitatus, Gallicè *Pays* & *Comté*, diuidebatur in *Vicarias*, *Centenas* & *Decanias*, in quibus iudices erant Vicarij, Centenarij, noſtratibus *Honderſte-man*, Decani. Ceterùm Caroli M. ac ſucceſſorum ætate, Comites, Marchiones ac Duces non erant

erant hereditarij aut perpetui, ſed regendis regni prouincijs ad tempus præficiebantur,& ad nutum amoueri poterant.Aimoinus l.5.c.1. *Anno 793. ordinauit Carolus Magnus per totam terram Aquitaniæ Comites Abbateſque, nec non alios plurimos, quos Vaſſos vulgò vocant, ex gente Francorum: eiſq; commiſit curam regni, finium tutamen, villarumq; ruralium prouiſionem. Bituricæ ciuitati primò Humbertum, paulò pòſt Strunium præfecit Comitem; porrò Pictauis Abonem, Petragorijs Widbodum, ſed & Aruernis Iterum, nec non Walahia Bulum; ſed Toloſæ Corſonem, Burdegalis Seguinum, Albienſibus Haimonem.*

Ceterùm in tertio Miſſatico nobis Belgis notandi ſunt pagi, Nouiomiſus, id eſt Nouiomenſis, *Noyonnois*, Vermandiſus, id eſt Veromanduenſis, *Vermandois*, Adertiſus, id eſt, Adertenſis, *Artois*, Curtriciſus, id eſt, Cortracenſis, *Courtray*, & Flandrenſis, *Flandres*. Cortoriacenſium fit & mentio in Notitia Imperij. Flandræ & Lud. Pius Imp. meminit, in diuiſione regni quam inter filios ſuos fecit; exſtatq́ue apud Pithœum.

Iunio menſe Lothatius Imp.& Car. Caluus colloquium habent in *Attiniaco* palatio ad Axonam fl. in diœceſi Remenſi, & poſteà apud *Leudicum* ſeu Leodicum. His colloquijs Ludouicus Germaniæ Rex non interfuit. Cauſſam Annales Pithœani explicant. Idem Caluus, Immone Nouiomagenſi ac Tornacenſi Epiſcopo petente, poſſeſſiones Canonicorum Tornacenſium confirmat, tabulis in Vermeria palatio regio VIII. Kal. Auguſti datis,quæ in Not.eccleſ.Belgij cap.35. exſtant. Nortmanni,qui annis 20.regni Francorum fines nauigijs acceſſibiles,cædibus,incendijs ac rapinis crudeliter vaſtauerant,in patriam reuertuntur. Ibi inter *Horic* Regem Danorum, & *Guduim* filium fratris eius,orta contentione, ſe mutua cæde mactarunt. *Annal. Pithœani.* 854

Hoc ferè tempore obijt *S. Folquinus* Ep. Morinenſis, Andomaropoli in S. Bertini monaſterio primùm ſepultus,& an. 928.è terra leuatus, indeq́ue Alciacum tranſlatus. Vitam eius ſcripſit Folquinus Abbas & Chronographus Laubienſis, qui ab ineunte ætate monachū in S. Bertini cœnobio egit. Folquino in Epiſcopatu S. Huntfridus ſucceſſit. Lotharij Imper. iuſſu, VI. Idus Ianuarias, Indictione III. *Valentinum* Concilium III. à Lugdunenſis, Viennenſis & Arelatenſis prouinciarum Epiſcopis celebratur. Leo IV. Papa 17. Iulij moritur: Benedictus III. ſuccedit. Inter Leonem IV. & Benedictum III. mediam indocti quidam & malè feriati homines *Ioannam Papiſſam* inſeruerunt apud Sigebertum Gemblacenſem, Marianum Scottum, & Martinum Polonum. Inſeruerunt, inquam, homines indocti: nam ipſi Chronicorum auctores nihil tale vnquam ſcripſerunt aut ſomniarunt. De *Sigeberto* id certò mihi conſtat: nam exemplar autographum, aut illius ſaltem ætate in pergameno ſcriptum, Gemblaci in Brabantia noſtra (vbi monachum egit) etiamnum exſtat: ad cuius fidem Chronicon Sigebertinum contuli, & 1608. typis Antuerpiæ publicaui. Vſus item ſum Aquicinctino, Affligemienſi ſeu Lipſiano, & Orteliano codicibus manuſcriptis: in quibus nihil prorſus de Ioanna illa femina ſcriptum, ne ad oram quidem librorum, repperi. Quod ad *Marianum Scottum* attinet, Chronicon eius in pergameno, charactere vetuſtiſſimo, ipſius Sigeberti ætate, vt videtur, exaratū in eadem bibliotheca Gemblacenſi adſeruatur. In eo nulla Ioannæ Papiſſæ fit mentio. *Martinum Polonum* nihil tale ſcripſiſſe teſtatur is, qui illius Chroni- 855

con

Anni vulga-
ris Christi.

Italia agenti: pro quo exſtat & Reſcriptum Hadriani Papæ. Sed pa-
trui ipſius *Ludouicus Germanicus* & *Carolus Caluus* obſtiterunt. Nam
Carolus vt Lotharium obiiſſe accepit, mox Metas aduolauit, ibiq́ue
eodem ipſo anno ab aliquot vtriuſque regni Epiſcopis Rex eſt con-
ſecratus. Ægrè ferente Ludouico, regnum Lotharij vniuerſum à
Carolo vſurpari, inita tandem pactione, fratres duo, in Procaſpide ad
Moſam fl. prope Hariſtallum conuenientes, regnum iſtud æquis inter
ſe portionibus an. 870. diuiſerunt. II. Lvdovicvs cognomento
Germanicus, Germaniæ & partis Lotharingiæ Rex ſecundus, anno
876. obiit, relictis ex Emma coniuge filiis, *Ludouico*, *Carlomanno* &
Carolo Craſſo. III. Carolvs Calvvs, Franciæ & partis Lo-
tharingiæ Rex, idemq́ue poſteà Imperator, anno 877. viuere deſiit,
Ludouico Balbo filio regnum Franciæ tranſſcribens. Balbus anno
879. moriens, ex Adelaide vxore reliquit filium in cunis *Carlo[l]um*
cognomento *Simplicem*; vt Flodoardus teſtatur. Idem Balbus ex
Anſgarde repudiata filios duos ſuſtulerat, *Carlomannum* & *Ludo-
uicum*, qui in Ferrarienſi monaſterio Reges ſunt coronati. IV. At
verò Lvdovicvs, Ludouici Germanici filius, *cognita morte
æquiuoci ſui* (Ludouici Balbi) *regnum illius inuadere diſpoſuit*, *&
tranſuadato Moſa*, *Imperij fines occupauit. Cui occurrerunt duo memorati
fratres Carlomannus & Ludouicus cum valida manu.* : *ſed intercurren-
tibus legationibus*, *pax eſt roborata*: vt Rhegino loquitur. Sicque Lu-
douico, Germanici filio, Lotharingia ceſsit, ea conditione vt à re-
gno Franciæ abſtineret. V. Ludouico anno 882. defuncto, fra-
ter Carolvs Crassvs Imperator in vniuerſo Lotharingiæ
regno ſucceſſit, & anno 888. moriens *Arnulfum*, Carlomanni fra-
tris ſui Baioariæ Regis filium, habuit ſucceſſorem. VI. Arnvl-
fvs Imperator, Rexq́ue Germaniæ ac Lotharingiæ, Nortman-
nos prope Louanium anno 891. cæcidit., & Wormatiæ in comitiis
exiſtens anno 895. *Suendeboldum* filium naturalem Lotharingiæ re-
gno præfecit: vt Rhegino in Chronicis narrat. VII. Svende-
boldvs ob crudelitatem, quam in ſuos exercebat, à Stephano,
Matfrido, Gerardo & Raginero Haginoenſi, Comitibus, bello im-
petitus, ac demum prælio prope Moſam victus, anno 900. occu-
buit, in Suſterenſi monaſterio conditus; filiabus duabus *Benedicta*
& *Cæcilia* relictis ex Oda Odonis Francorum Regis filia. VIII. Lv-
dovicvs Arnulfi Imperatoris ex Vta legitimus filius, poſt pa-
tris interitum, apud Germanos Imperium geſſit. Eidem Lotha-
ringia, Suendeboldo fratre occiſo, obtigit, obiitq́ue anno 912. ex
Caroli Magni ſtirpe apud Germanos poſtremus. Vxor ipſi fuit
Emma ſiue Hemma. IX. Ludouico mortuo Conradvs vir
bello clarus ex Francia Orientali, à proceribus regni electus, Impe-
rium Germanicum, cum parte regni Lotharingiæ, obtinuit, &
anno 919. deceſſit. X. Carolvs Simplex Francorum
Rex, Ludouici Balbi filius, anno 898. & 912. magnam Lotharin-
giæ portionem occupauit, eamq́ue annis aliquot tenuit, Rhegino-
ne teſte. XI. Henricvs Avceps, Saxoniæ Dux, Conradi
in Germaniæ regno ſucceſſor, anno 921. Carolum Simplicem
terrore armorum ad reſtituendam Lotharingiam compulit. Quo
quidem anno, menſe Nouembri (vt Flodoardus in Chronico nar-
rat) dicti Reges Carolus & Henricus apud Bonnam caſtellum

conuenerunt, & pacem inter ſe facientes fœdus inierunt: *& Carolus numquam ſibi ampliùs Lotharienſe regnum vſurpaturum promittens, eſt regreſſus*: vt continuator Rheginonis loquitur. Qui tamen ad annum 925. iſta non rectè refert: pactum namque iſtud Bonnenſe ad annum 921. eſt referendum; vt ex Flodoardo, illorum temporum ſcriptore, conſtat. Exinde Henricus Auceps viro forti atque induſtrio GISLEBERTO, Ragineri I. Comitis Hannonienſis filio, Lotharingiam gubernandam commiſit, ipſiq́ue filiam ſuam *Gerbergam* anno 929. dedit vxorem, vt idem continuator Rheginonis teſtatur. Primus itaque Dux Lotharingiæ fuit hic Giſlebertus, infrà ſuo loco laudandus.

856 Anno 856 ineunte, Franco ſufficitur in locum Hircarij Leodicenſis Epiſcopi, III. Kal. Octobris anno ſuperiore defuncti. Apud Bonoilum, Pariſienſis agri vicum, generale placitum menſe Auguſto habetur.

857 Ludouicus Germaniæ Rex menſe Februario, colloquium habet in Confluente caſtello cum Lothario Rege Lotharingiæ: tempore verò Quadrageſimæ placitum celebrat apud Vangionum ciuitatem. *Ann. Pith.* A Remenſis & Rotomagenſis prouinciarum Epiſcopis XVI. Kal. Martij, præſente Car. Caluo, Synodus habetur apud Cariſiacum palatium: cuius Capitula exſtant apud Sirmondum. *Ruoruc* Nortmannus, qui Doreſtado præerat, cum conſenſu domini ſui Lotharij Regis, claſſem duxit in fines Danorum, & conſentiente *Horico* Danorum Rege, partem regni, quæ eſt inter mare & Egidoram, cum ſociis ſuis poſſedit. Circa Kalendas Octobres Synodus Moguntiæ habetur, præſidente Carolo Archiepiſcopo. *Annal. Pithœani.*

858 Benedictus III. Papa 16. Februarij moritur: Nicolaus ſufficitur. Ludouicus Germaniæ Rex Vlmæ placitum, & Francofurti Paſcha celebrat. Auguſto menſe per Aliſatiam profectus, Car. Calui fratris ſui regnum inuadit. *Ann. Pith.* Ante cuius aduentum, cùm ſuſpectos ſuos Carolus haberet; id egit, vt XII. Kal. Aprilis iteratis inuicem ſacramentis illorum animos placaret, ſibiq́ue obſtringeret. Sacramentorum formulæ apud Sirmondum exſtant, quibus ſubſcripſerunt Hincmarus Remenſis, Immo Nouiomagenſis, Irminfridus Bellouacenſis, Hincmarus Laudunenſis, Epiſcopi; Hilduinus Abbas S. Dionyſij, Hungarius, Engilramnus, Iſemburdus; & alij proceres. Quo verò tempore Ludouicus in Gallia hæſit, partem in Attiniaco palatio exegit. In eo igitur loco cùm eſſet, Epiſcopi prouinciarum Remenſis & Rotomagenſis, Caroli partium ſtudioſi, in Cariſiaco palatio conuentum habentes, menſe Nouembri, longam epiſtolam Ludouico ſcripſerunt; & per Wenilonem Rotomagenſem & Erchanraum Catalaunenſem Epiſcopos tranſmiſerunt. Exſtat ea apud Sirmondum tit. 23. in Capitulis Caroli Calui. Flodoardus lib. 3. cap. 20. ſignificat illius epiſtolæ auctorem fuiſſe Hincmarum Remenſem. Vltraiectenſi vrbe à Nortmannis vaſtata Lotharius Lotharingiæ Rex *Bergenſe* ſancti Petri monaſterium, propè Ruræmondam in pago Maſau ſuper fl. Rura, à Pipino Herſtallio per S. Wironem Epiſcopum eiuſq́ue ſocios fundatum, Canonicis eccleſiæ cathedralis Vltraiectenſis tradit. *Notitia eccleſ. Belgij cap. 36.*

Ludo-

Ludouicus Germaniæ Rex verno tempore e Gallia rediens, Wormatiam venit. Cumque frequentibus legatorum vtrimque diſcurſibus, Caroli fratris ac Lotharij nepotis animos, ſuperiore expeditione offenſos, ſibi reconciliare ſtuderet, menſe Maio, ex Synodo Metenſi, ad Ludouicum Wormatiæ exiſtentem legatio IX. Epiſcoporum eſt decreta, cum mandatis vt indulgentiam certis ipſi legibus offerrent. Inter legatos fuerunt Hincmarus Remenſis, Guntharius Colonienſis, Wenilo Rotomagenſis, Aduentius Metenſis, Hincmarus Laudunenſis, & Erchanraus Catalaunenſis, Epiſcopi. Tandem condicto tempore, iuxta Andernacum caſtellum, in Rheni fl. inſula, ſinguli cum æquali procerum ſuorum numero, colloquium habuerunt. *Annales Pithæani.* 859

Hoc ipſo anno, circa Kalendas Iunias, in *Andemantunno Lingonum*, ab Epiſcopis regni Caroli (qui fuit frater minor Lotharij Lotharingiæ Regis) Synodum habitam fuiſſe, Flodoardus l. 3. Hiſt. c. 16. teſtatur. Præter ipſum Carolum Prouinciæ Burgundiæque Regem, huic Concilio interfuerunt Remigius Lugdunenſis, Agilmarus Viennenſis, Ebbo Gratianopolitanus, cum ſuis ſuffraganeis. Eodem anno menſe Iunio ab Epiſcopis XII. Prouinciarum celebrata eſt Synodus apud villam *Saponarias*, in ſuburbano vrbis *Tullenſis*; adſidentibus *Carolo Caluo*, eiuſque nepotibus *Lothario* iuniore, & *Carolo* Prouinciæ Rege. Tullenſi huic ſynodo inter alios adfuerunt Guntharius Agrippinenſis, Hincmarus Remenſis, Arduicus Veſontionenſis, Teutgaudus Treuerenſis, Wenilo Rotomagenſis, Immo Nouiomagenſis, Ionas Æduorum, Vngerus Traiectenſis, Arnulfus Tullenſis, Rothadus Sueſſionenſis, Ermenfridus Bellonacenſis, Aduentius Metenſis, Atto Virdunenſis, Æneas Pariſienſis, Rataldus Argentarienſis, Erpuinus Silnanectenſis, Franco Tungrenſis, Agius Aurelianenſis, Hildegarius Meldenſis, Hincmarus Laudunenſis, Erchanraus Catalaunenſis, Iſaac Lingonenſis, & Hilmeradus Ambianenſis, Epiſcopi.

Ludouicus, Carolus Caluus & Lotharius, cum Epiſcopis & primatibus ſuis in monaſterio S. Caſtoris prope Confluentes conueniunt, pacemque inter ſe mutuam firmant menſe Iunio. Adfuerunt inter alios Hincmarus Remenſis, Guntharius Colonienſis, Aduentius Metenſis, Atto Virdunenſis, Franco Leodicenſis, & Theudericus Camaracenſis, Epiſcopi. Lotharius Imp. S. Hermetis martyris corpus Roma Indam (quod nunc eſt S. Cornelij monaſterium in agro Aquiſgranenſi) an. 851. tranſtulerat. Ludouicus Imp. patris ſui Lotharij voluntatem adimplere volens, idem corpus Inda Rotnacum in Flandriam an. 860. attulit, vnà cum reliquiis S. *Cornelij* Papæ ac martyris, S. *Cypriani* Epiſcopi Carthaginienſis, & S. *Celeſtini* I. Papæ. Quo loco etiamnum quattuor iſtorum cælitum oſſa à Canonicis piè adſeruantur. 860

Tullenſe II. concilium, apud villam Tuſiacum, Car. Calui & Lotharij Regum iuſſu, XI. Kal. Nouembres celebratur, ab Epiſcopis XIV. prouinciarum, Lugdunenſis, Treuerenſis, Remenſis, Viennenſis, Arelatenſis, Senonenſis, Moguntinæ, Agrippinenſis, Biturigenſis, Turonenſis, Burdigalenſis, Narbonenſis, Rotomagenſis & Veſontionenſis. Huic concilio inter alios ſubſcripſerunt, Arduicus Veſontionenſis, Hincmarus Remenſis, Ado Viennenſis, Teudgaudus Treuerenſis, Guntharius Agrippinenſis, Aduentius Metenſis, Æneas Pariſienſis, Atto Virdunenſis, Erpuinus Siluanectenſis, Hincmarus

 Laudu-

Laudunenſis, Adabulfus Barcinonenſis, Erchanraus Catalaunenſis, Huntfridus Morinenſis, Rainelmus Nouiomagenſis, Wiſadus Orgellitanus, Arnulfus Tullenſis, Rataltus Stratburgenſis, Franco Tungrenſis, Immo Nouiomagenſis, Vogerius Traiectẽſis, Rothadus Sueſſionenſis, Irminfridus Bellouacenſis, & Hilmeradus Ambianenſis, Epiſcopi. Nomenoius Rex Britonum Aremoricorum cùm regnum Francorum depopulari intenderet, moritur; & filius eius *Heriſpous* in regno ſuccedit. *Sigebertus in Chron.* Inter Analecta cum Capitulis Car. Calui à Sirmondo edita exſtat Indiculus in monaſterio S. Michaëlis in mari repertus, quomodo Nomenoius, de quatuor Epiſcopatibus ſeptem fecerit, tribus nouis, Dolenſi, Briocenſi & Trecorenſi, conſtitutis: *Nomenoius vrbem Namneticam & Redonicam, Andegauenſe territoriũ ac Cenomannenſe inuaſit, & adhibuit teſtes falſos aduerſus Subſannũ Venetenſem, Salaconem Aletenſem, Felicem Coriopitenſem, Liberalem Oximenſem, Epiſcopos: & loco ipſorum Pſeudoepiſcopos conſtituit. Cogitans autem Epiſcopos, quos elegerat, à Metropolitano Turonenſi benedictionem non poſſe conſequi, ex quatuor Epiſcopatibus ſeptem compoſuit. Quorum apud Dolum monaſterium vnum conſtituit, quem Archiepiſcopum fieri decreuit. Monaſterium verò S. Brioci ſedem conſtituit Epiſcopalem; ſimiliter etiam S. Rabutuali. Hos tres vſurpatitios Epiſcopos inſtituit, cæteris quatuor in antiquis vrbibus relictis. Nomenoius itaque in Dolo monaſterio Epiſcopos ſuos congregans, ſe in Regem vngere fecit.* Exordium hoc fuit diuturnæ illius controuerſiæ, quæ inter Turonenſem & Dolenſem Epiſcopos ſub Nomenoio nata, vſque ad Innocentij III. Papæ tempora perdurauit.

861 Iuditha Car. Calui filia primùm Edilulfo Regi Anglorum nupſerat: quo mortuo cùm ipſa rediiſſet in Galliam, *Baldinum Ferreum* Comitem Flandriæ ipſius nuptias appetentem, patre inſcio, ſed Lud. Balbo fratre (vt ferunt) approbante, volens an. 861. ſecuta eſt. Balduinus tamen quaſi raptor eſt accuſatus, & metu Car. Calui, in regno Lotharij & alibi delituit, quoad Nicolaus I. Papa litteris Carolum flexit ac pacauit. Nortmanni monaſterium S. Bertini & totum penè Taruanenſe territorium incendunt. Heriſpous, Nomenoij filius, Rex Britonum, Car. Caluo confœderatur, & muneratus eius ſe dominationi ſubdit. *Sigeb. in Chron.* Pro Nortmannis Caroli Calui regno imminentibus exactio fuit indicta: ſuntque iis tunc numerata quinque millia librarum argenti, quæ de regno ſuo, ne deprædarentur, exigi Caluus præcepit: vt in ms. Chronico monaſterij Montis Dei apud Nortmannos legitur.

862 Lothario Lotharingiæ Rege Theutbergæ vxoris repudium meditante, cùm diuortij cauſſa quæreretur, fama eſt ſparſa, Theutbergam flagitium olim ab Hucberto fratre paſſam fuiſſe. Atque hoc illa crimen vi ac dolo, vt poſteà patuit, fateri compulſa eſt an. 860. in duplici Epiſcoporum conuentu, quorum alter menſe Ianuario, alter Februario *Aquiſgrani* eſt habitus. In tertio demum conuentu anno 862. ibidem habito, permiſſum eſt Lothario, vt aliud coniugium iniret. Nicolao itaque Papa reclamante, idem Lotharius *Waldradam* Guntharij Colonienſis ſororem aut cognatam ſuperinduxit, & ex ea genuit *Hugonem* monachum Prumienſem, *Bertam* Theobaldo Comiti, & *Giſlam* Godefrido Nortmannorum Regi nuptam.

Carolus, Lotharij Imp. filius, Prouinciæ ac Burgundiæ Rex an. 862. moritur: vt in vetere ms. Chronico ſe legiſſe Sirmondus affirmat. Quod nota contra Rheginonẽ & alios, qui illum an. 858. obiiſſe volunt.

volunt. Carolo mortuo eius regnum inter fratres diuiſum fuit, & ex
eo Lotharius Lugdunum, Veſontionem ac Viennam obtinuit. Car-
lomannus, Ludouici Germaniæ Regis filius, qui Carantanis præerat,
Reganesburgum venit, & patri ſuo reconciliatur. *Ann. Pith.* Epiſcopi
amplius XXX. Synodum celebrant in loco quem Piſtas vocant ad fl.
Sequanam, vbi aliquamdiu ſedes fuit Nortmannorũ. Piſtas in diœ-
ceſi Rotomagenſi olim ſitas fuiſſe Sirmondus exiſtimat; adeoque
non eſſe Pixiacum, *Poiſſy*, ad Sequanam. Nicolaus Papa, epiſtola ad
Hermentrudem Car. Calui coniugem ſcripta, pro Balduino Ferreo
(qui ad opem implorandam in Vrbem venerat) intercedit.
Concilium in Conuicino villa publica propè Siluanectum con- 863
tra Rothadum Ep. Sueſſionenſem celebratur; ſed acta illius Nicolaus
Papa mox reſcidit. Theodericus Cameracenſis & Atrebatenſis Epi-
ſcopus an. 863. Nonis Auguſti moritur: vt Baldericus in Chron. l. 1.
c. 47. narrat. Ad Lothariani diuortij cauſſam diſcutiendam, Nico- 863
laus Papa præceperat, vt Metenſi huius anni Synodo cum Legatis
Apoſtolicis intereſſent bini Epiſcopi ex regno Caroli Calui, toti-
demque ex Germania & Burgundia, vbi Ludouicus & Carolus alter
imperabant. Sed horum nullus adfuit; Lothario ſatagente, vt ſoli
regni ipſius Epiſcopi conuenirent: quia conſilium ſuum aliis omni-
bus improbari ſentiebat. Nam tametſi Sedis Apoſtolicæ iudicium
expetierat, illudque expectaturus videbatur, anteuertit tamen, &
Waldradam, reiecta Theutberga, ſibi copulauit. Quod factum (vt &
Synodus iſta Metenſis) in Concilio Romano hoc ipſo anno damna-
tum fuit: Guntharius inſuper Colonienſis & Thetgaudus Treueren-
ſis, Archiepiſcopi, Lothariani diuortij aſſertores primarij, fuerunt
depoſiti. Errat autem Rhegino, dum Metenſe Concilium Aquiſgra-
nenſi præponit, ordine, vt res docet, præpoſtero. Carolus Ar. Mo-
guntinus moritur; Luibertus ſuccedit. *Annal. Pithœani.*
Inter Balduinum Ferreum Comitem Flandrenſem & Iuditham 864
Car. Calui filiam nuptiæ ſolemnes (Caluo Nicolai Papæ litteris iam
pacato) Autiſiodori an. 864. celebrantur: vt ex Hincmari Remenſis
ad eumdẽ Nicolaum epiſtola colligere licet, ſcripta menſe decimo
poſt obitũ Theoderici Ep. Camaracenſis, quem an. 863. Nonis Au-
guſti obiiſſe ex Balderico ſuprà docui, Car. Caluus prædia Gandenſi
S. Bauonis monaſterio in Mempiſco Bracbantenſi, Camaracenſi aliiſ-
que pagis olim donata, an. 864. confirmat, petente Reinelmo Tor-
nacenſi Epiſcopo, & Adelmo Comite eodemque Abbate commen-
datario dicti monaſterij.
In Concilio Romano Rothadus Ep. Sueſſionenſis in priſtinum ho- 865
norem à Nicolao Papa XII. Kal. Februarij reſtituitur, cùm Romæ
ſextum iam menſem egiſſet. Arſenius Hortenſis Epiſcopus, Nicolai
Papæ legatus, primò Francofurtum, inde Coloniam Agrippinam
venit, ibique duos fratres Reges Ludouicum & Carolum inter ſe
conciliauit. Exinde Theutbergam thoro Lotharij reſtituit, Waldra-
dam verò concubinam abduci in Italiam præcepit. *Annal. Pithœani.*
Lotharius rurſus cum Waldrada ab Italia reuocata coniungitur. 866
Annal. Pithœani.
Sueſſionenſe III. concilium, Nicolai Papæ iuſſu, XV. Kal. Sep- 867
tembris celebratur: cui ad alios interfuerunt Hincmarus R[e]mo-
rũ, Leutbertus Moguntiæ, Rothadus Sueſſionum, Erpuinus Siluane-
cti, Huntfridus Morinenſis, Erchanraus Catalaunenſis, Hincmarus

Landuni, Odo Bellouaci, Rainelmus Tornacenſis, & Ioannes Camaracenſis, Epiſcopi. In diœceſi Lemouicenſi eſt monaſterium *Solemniacum*, à S. Eligio Noniomenſi ac Tornacenſi Epiſcopo fundatum, quod huius Concilij Sueſſionenſis Antiſtites priuilegiis honorarunt. *Notitia eccleſ. Belg. c.* 38.

Heriſpoo à ſuis perempto, *Salomon* filius eius ſuper Britones regnat, & cum Car. Caluo contra ſe veniente confœderatur. *Sigeb.* Is fuit tertius & poſtremus Rex Britonum Aremoricorum. Normanni Galliam repetentes, Namnetenſem, Andegauenſem, Pictanienſem & Turonenſem agrum depopulantur. Quibus occurrentes *Ramnulfus* ſeu Rainulfus Dux Aquitaniæ, & *Rotbertus* cognomento *Fortis* Marchio ſuprà memoratus, dum incantè, præliantur, à Normannis cum ſuis perimuntur. *Sigeb. & Rheg.* Theodericus Ep. Camaracenſis è viuis an. 863. exceſſerat. In defuncti locum Lotharius Lotharingię Rex primò Guntbertum, poſteà Tetboldum, denique Hilduinum cognatum & Capellanum ſuum contra ſacros Canones intrudere conatus fuerat. Sed Hincmarus Remenſis, vt Metropolitanus, ipſum conſecrare noluit: vt ex epiſtola ad Nicolaum I. Papam an. 864. ab ipſo ſcripta conſtat. Hilduino itaque expulſo, *Ioannes* an. 866. Camaracenſis Epiſcopus legitimis ſuffragiis conſtitutus fuit. *Baldericus l. 1. c. 48. & 49.*

867 Basilius Macedo, obſcurogenere illa in prouincia natus, vt ſcribit Zonaras, Michaele Imp. trucidato, ſolus in Oriente an. 867. regnare cœpit. Is Rempublicam Michaelis ignauia perditam recreauit, Catholicam pietatem in primis coluit, & S. Ignatium Patriarcham CP. Michaelis Curopalatæ Imp. filium, expulſo Photio, ab exilio reuocauit. Tricaſſinum concilium, Nicolai Papæ iuſſu, ab Epiſcopis, qui præcedenti anno apud Sueſſiones conuenerant, VIII. Kal. Nouembris celebratur. Idem Papa Idibus Nouembris moritur: Hadrianus ſuccedit.

868 Wormatiæ menſe Maio Synodus habetur; præſente Ludonico Rege. In monaſterio S. Arnulfi Metenſis Ludouicus Germaniæ & Carolus Galliæ Reges conueniunt; Hincmaro Remenſi, Luitberto Moguntino, Witgario Auguſtano, Hincmaro Laudunenſi, & Odone Bellouacenſi, Epiſcopis præſentibus. Waſda, nunc Waſia; à Ludouico Germaniæ Rege datur Theoderico Comiti. Diploma in noſtro Codice Donationum piarum cap. 23. exſtat. Sunt qui putant hunc Theodericũ Comitem fuiſſe patrem Gerolfi, & auum Theoderici I. Hollandiæ Comitis.

869 Concilium apud Vermeriam habetur, cui præter alios interfuerunt Hincmarus Remorum, Folericus Auguſtæ Tricorum, Hilmeradus Ambianorum, Rainelmus Nouiomagenſium, Ioannes Camaracenſium, Epiſcopi. Hi prædia Vedaſtini apud Atrebates monaſterij ſuo diplomate firmarunt. *Not. eccleſ. Belgij c.* 39. Lotharius Lotharingiæ Rex in Italiam à Ludouico Imp. contra Saracenos vocatus, menſe Iunio Placentiæ moritur, nulla prole relicta ex Hermentrude coniuge. De prolibus ex Waldrada pellice ſuſceptis ſuprà diximus. Hic nuntius ſimul ac in Galliam perlatus eſt, Car. Caluus, ad vacuum Lotharij regnum occupandum, Metas aduolauit, ibique ab aliquot vtriuſque regni Epiſcopis, in his Hincmaro Remenſi, Aduentio Metenſi, Attone Virdunenſi, Arnulfo Tullenſi, & Francone Tungrenſi eſt conſecratus, V. Idus Septembris, in baſilica cathe-

thedrali S. Stephano ſacra. Coronationis acta & Adnuntiationes, quæ coronationem anteceſſerunt, Sirmondus edidit. In Adnuntiationibus fit mentio chriſmatis cælitus accepti, quo Clodoueus primus Rex Francorum Chriſtianus vnctus, & in Regem eſt ſacratus. Ceterùm Carolus etſi regni Lotharij poſſeſſionem integram non retinuit, ſucceſſionis tamen huius epocham ſuis deinceps diplomatibus adiecit. Sclaui, qui vocantur Bohemi, fines Baioariorum infeſtant, quibus Ludouicus Rex ſuos oppoſuit. *Annal. Pithœani.*

Synodus X. prouinciarum apud Attiniacum menſe Maio habetur; 870
Car. Caluo præſente. Attiniacum porrò palatium octauo lapide à Metropoli Remorum ad Axonam fl. olim ſitum fuit; vbi hodieque municipium Attiniacum, vulgò *bourg d'Attigny*, viſitur; eſtque Fiſcus ſeu patrimonium regium. Palatium iſtud à Carolo Magno extructum tradunt, quod poſteà Nortmanni, cum eccleſia S. Walburgis virginis, à Car. Caluo ædificata, funditus euerterunt. Eccleſiam S. Walburgis pòſt reædificatam *Hugo* Campaniæ Comes an. 1102. Moliſmenſibus monachis tradidit: quæ in vico *Dyonne* ſita, eſt hodie monachorum Benedictinorum cella ſeu Prioratus, à Moliſmenſi Abbatia dependens, diſtatque non procul à municipio Attiniaco. Diplomata noſtra Belgica c. 15. conſule. Ludouico Germaniæ Rege non ferente, regnum fratris ſui Lotharij, anno ſuperiore defuncti, vniuerſum à fratre ſuo altero Car. Caluo vſurpari, inita tandem per vtriuſque legatos pactione, conuentum eſt vt regnum iſtud vacuum inter ipſos æquis portitionibus diuideretur. In quem finem legatorum conuentus Aquiſgrani hoc anno pridie Nonas Martij habitus fuit, cui Leutbertus Moguntinus, Altfridus & Odo Bellouacenſis Epiſcopi, Adalelmus, Ingelramnus, Luitfridus, Theodericus & Radulfus, Comites, interfuerunt. Diuiſio autem facta eſt in Procaſpide ad Moſam fl. inter Hariſtallum & Marſanam, VI. Idus Auguſti, hoc ipſo anno. Et hæc eſt portio, quam ſibi Ludouicus accepit: Colonia, Treueris, Vtrecht, Stratsburg, Baſula, Abbatia Sueſtre, Berch, Niu monaſterium, Caſtellum, Inda, S. Maximini, Epternacum, Horreum, S. Gangulfi, Fauerniacum, Polemniacum, Luxouium, Lutera, Balma, Offonis villa, Megeni monaſterium, S. Deodati, Bodonis monaſterium, Stiuagium, Romerici mons, Morbach, S. Gregorij, Mauri monaſterium, Eboresheim, Homowa, Maſonis monaſterium, Homburch, S. Stephani in Stratburg, Erenſtein, S. Vrſi in Salodoro, Grandis villa, Alta petra, Iuſtina, Vallis cluſa, Caſtellum Carnones, Herisbodesheim, Abbatia de Aquis, Hoenchirche, Auguſtchirche, Comitatus Teſtrebant, Batua, Hattuariæ, Maſau ſubterior de iſta parte, item Maſau ſuperior de iſta parte, Liuga de iſta parte, diſtrictus Aquenſis, diſtrictus Trectis, in Ribuariis Comitatus V. Megenenſium, Bedagoua, Nitachoua, Sarachoua ſubterior, Bleſitchoua, Selme, Albechoua, Suentiſium, Calmons, Sarachoua ſuperior, Odornenſe, Solocenſe, Baſiniacum, Eliſchowe, Waraſch, Seudingum, Emaus, Baſalchoua, in Eliſatio Comitatus II. de Friſia duæ partes De regno quod Lotharius habuit, ſuper iſtam diuiſionem, propter pacis cuſtodiam, ſuperaddidimus ciuitatem Mettis, cum Abbatia S. Petri & S. Martini, & Comitatu Moſlenſi. De Arduenna, ſicut flumen Vrta ſurgit inter Biſlanc & Tumbas, ac decurrit in Moſam; & ſicut recta Via pergit in Bedenſi; excepto quod de Condustro eſt ad partem

Orientis

Orientis trans Vrtam; & Abbatias Prumiam & Stabulau. Et hæc eſt portio quam Car.Caluus de eodem regno ſibi accepit: Lugdunum, Veſontium, Vienna, Tungris, Virodunum, Camaracum, Viuariæ, Vcetia, Mons Falconis, S.Michaelis, Culdini monaſterium, S.Mariæ in Biſontio, S.Martini in eodem loco, S.Eugendi (nunc S.Claudij,) S. Marcelli, S Laurentij Leudenſis, Sennone, Abbatia Mella, Melbodium, Laubium, S. Gaugerici Camaracenſis, S. Salnij, Criſpinium, Foſſæ, Mariliæ, Hunulcurtis, S Seruatij Traiectenſis, Malinæ, Ledi (nunc Lira,) Sunniacum, Antonium, Condatum, Merebeca, Ticliuinnum, Luitoſa, Calmons, S.Mariæ in Deonant, Echa, Andana, Walloium, Altus mons, Comitatus Taxandriæ, in Bracbanto Comitatus IV. Camaracenſis; Hainoienſis, Lomenſis (nunc Namurcenſis.) in Hasbanio Comitatus IV. Maſau ſuperior de iſta parte Moſæ, Maſau ſubterior de iſta parte, Liuga quæ de iſta parte eſt & pertinet ad Velſatum, Scarponenſe, Virodunenſe, Dulminſe, Arlon, Vaurenſe, Comitatus II. Moſminſe, Caſtricium, Condruſt; de Arduenna ſicut flumen Vrta ſurgit inter Biſlanc & Tumbas, ac decurrit ex hac parte in Moſam, & ſicut recta Via ex hac parte Occidentis pergit in Bedenſi, Tullenſe; Odornenſe, Barrenſe, Portenſe, Salmoringum, Lugdunenſe, Viennenſe, Viuariæ, Vcetia, de Friſia tertia pars. Diuiſionem hanc Notis à me illuſtratam in Codice Donationũ piarum cap.20.reperies. Anno eodem 870. Luitbertus Ar. Moguntinus, Ludouico Rege petente, in locum Guntharij Willibertum ordinat Epiſcopum Colonienſem. Idem Luitbertus cum Williberto, itemque Bertulfo Treuerenſi, & Saxoniæ Epiſcopis, VI. Kal. Octobris, *Colonia* Synodum celebrat, & cathedralem S. Petri baſilicam conſecrat. *Annal.Pith.* Car.Caluus Temſecam Waſiæ villam dat Monachis S. Petri Blandinienſis iuxta Gandauum. *Not. eccleſ.Belg.c.41.*

871 Duſiacenſe concilium menſe Auguſto celebratur, in quo Hincmarus Laudunenſis Epiſcopali gradu deiectus eſt. Nomen hodieque retinet locus vltra Moſam, haut procul à Moſomo, in finibus Remenſis diœceſis. Olim Duodeciacus vocabatur. Normanni monaſterium S.Bertini, agrumque Morinenſem incendiis vaſtant. Temporibus Car.Calui (non Car.Martelli, vt vulgò creditur) Gerardus Roſſillonius Comes nobiliſſimus floruit, qui multa prædia in Burgundia, Belgio & alibi poſſedit. Patrem habuit *Luithardum* ſeu Luitharium, matrem *Grimildem*, vxorem *Bertam* Pipini ſenioris Aquitaniæ Regis filiam, liberos *Theodoricum & Euam*, qui in iuuenili ætate obierunt. Fundauit in Burgundia duo monaſteria, Vizeliacenſe (*Vezelay*) & Pulterienſe (*Poultieres,*) quæ protectioni Sedis Apoſtolicæ ſubmiſit, epiſtola ad Nicolaum Papam miſſa. Exſtat Hincmari Remenſis epiſtola ad hunc Gerardum ſcripta, quam Flodoardus in Hiſt. Remenſi l.3.c.26.recitat. Obiit autem poſt annum 870. in Pulterienſi ſuo monaſterio conditus cum vxore; vbi vtriuſque tumulus etiamnum viſitur: vt Quercetanus in Hiſt.Burgundiæ c.53. teſtatur. Idem Gerardus poſſedit Lutoſam in Hannonia, & eò miſit partem reliquiarum S.Mariæ Magdalenæ ex Vizeliaco, per S.Badilonem Abbatem. Cuius rei Baldericus in Chron. Camaracenſi l.2.c.3. meminit.

872 Ianuario menſe, Baſilij Græcorum Imperatoris legati cum muneribus ad Ludouicum Germaniæ Regem Ratiſponam veniunt, atque inter alia non modicam ſalutiferæ Crucis portionem offerunt. *Ann. Pith.*

Pith. Adalgiſus Dux Beneuentanus ab eodem Baſilio ad defectionem ſollicitatus, Ludouicum II. Imp. Beneuenti in palatio captiuum tenet; nec inde valuit eximi, donec pollicitus eſſet ſeruare quæ ipſi pacta ſeruanda proditor obtulit. *Rhegino.* Apud *Gundulfi villam*, palatium regium ad Moſellam, Tullo vicinum, à Car. Caluo menſe Septembri placitum generale habetur. Hadrianus Papa Kalendis Nouembris moritur: Ioannes VIII. die 14. Decemb. ſuccedit. Ludouicus Germaniæ Rex Natalem Domini Francofurti celebrat.

Ludouicus Germaniæ Rex, poſt Paſcha Francofurti celebratum, in villa *Biſeſtat* propè Wormatiam placitum habet. Veneruut illuc *Sigefridi* Danorum Regis legati, ad pacem ſtabiliendam. Inde Aquaſgrani, Metas, Argentoratum, ac demum menſe Nouembri Ratiſponam ſeſe contulit. Nortmannis Andegauo pulſis, Car. Caluus ineunte Septembri ad Ambianos venit, indeque ad Atrebatenſe S. Vedaſti monaſterium: vbi & Natalem Domini celebrauit. *Aimoinus l.* 5. *c.* 28. 873

Carlomannum Car. Calui filium, Meldenſis eccleſiæ Diaconum, propter rebellionem, in cuſtodiam apud Siluanectum anno 870. miſſum fuiſſe, Aimoinus lib. 5. c. 24. narrat. Eum inde, deprecantibus Hadriani Papæ legatis, ſolutum, patremque in expeditione aduerſus Gerardum Comitem ſequi iuſſum, idem auctor c. 25. tradit. At fuga mox elapſus in Belgicam, quòd direptionibus omnia fœdaret, patris iuſſu primùm ab Epiſcopis excommunicatus, tùm deinde Synodi Siluanectenſis (qua in vrbe iterata cuſtodia tenebatur) ſententia anno 873. Diaconi gradu exauctoratus, atque in laicorum ordinem reiectus eſt.

Ludouicus Germaniæ Rex, in Italiam per Alpes Noricas tranſiens, cum Ioanna Papa & Ludouico II. Imp. fratris ſui filio, haut procul ab vrbe Verona, colloquium habet. Indeque reuerſus, menſe Decembri cum fratre ſuo Car. Caluo Leodici apud S. Lantbertum coràm tractat. Suis demum redditus Francofurti Natalem Domini celebrat. *Ann. Pith.* Apud *Duſiacum* Idibus Iuniis Concilium II. habetur, Car. Caluo præſente, aduerſus inceſta coniugia & rerum Eccleſiaſticarum peruaſiones. 874

Ludouicus II. Imp. deceſſit Mediolani, in baſilica S. Ambroſij conditus. Ex coniuge ſua *Angelberga* (pòſt Abbatiſſa in vrbe Ticinenſi) vnicam reliquit filiam *Hermengardem*, nuptam Boſoni Duci Italiæ, eidemque poſteà Regi Prouinciæ. Nuntio de Ludouici Imp. obitu accepto, CAR. CALVVS menſe Septembri Alpes tranſgreſſus, Italiæ regnum occupauit: *Ludouico* interim fratre Germaniæ Rege ex vna parte, ex altera proceribus, qui à Carolo defecerant, ipſius regnum hoſtili more depopulantibus. At Carolus Romam, inuitante Ioanne Papa, profectus, die Natalis Domini vnctus, coronatus atque Imperator appellatus eſt. *Ann. Pith.* Anaſtaſius S. R. E. Bibliothecarius floret, qui hoc ipſo anno, vt eius præfatio declarat, rogante Martino Epiſcopo Narnienſi, duplicem narrationem de S. Martini Papæ martyris exilio, ſuprà pag. 135. memorato, è 875

Græco in Latinum tranſtulit: exſtatque inter alia eiuſdem Anaſtaſij Collectanea, Lutetiæ 1620. edita. Idem Vitas Pontificum Romanorum à S. Petro Apoſtolo vſque ad Nicolai I. obitum, hoc eſt, vſque ad annum 867. conſcripſit. Quod opus Guilielmus itidem S. R. E. Bibliothecarius vſque ad annum 890. continuauit.

876 Nonis Ianuarijs Car. Caluus Roma digreſſus, Papiæ conuentum habuit menſe Februario. Boſone Italiæ Duce conſtituto, in Galliam redijt; eius fratre Ludouico iam ante in Germaniam reuerſo. Paſchæ ſolemnibus in S. Dionyſij monaſterio peractis, Caluus Synodo apud *Pontigonem*, villam regiam pagi Catalaunenſis, menſe Iulio interfuit. Huic Synodo ſubſcripſerunt inter alios Hincmarus Remenſis, Ragenelmus Tornacenſis, Hildeboldus Sueſſionenſis, Ingelwinus Pariſienſis, Geroldus Ambianenſis, Ioannes Cameracenſis, Hadebertus Siluanectenſis, Odo Bellonacenſis, Hedenulfus Laudunenſis, Adalbertus Morinenſis, Berardus Virdunenſis, Arnaldus Tullenſis & Franco Tungrenſis, Epiſcopi. Friſij occidentales (quos hodie Hollandos Boreales vocamus) cum Nortmannis dimicant & vincunt. *Ann. Pith.* Ludouicus Germaniæ Rex IV. Kal. Septembris in palatio Francofurtenſi diem claudit extremum, in Laurisheimenſi S. Nazarij monaſterio conditus. Ex coniuge ſua Emma (quæ paulò ante maritum obierat) tres filios, *Carlomannum*, *Ludouicum* & *Carolum Craſſum* reliquit. Caluus fratris ſui Ludouici morte comperta, regnum illius inuadens Aquaſgrani petijt, pòſt in Colonia Agrippinenſi conſedit. Occurrit illi cum exercitu Ludouicus, Ludouici nuper defuncti filius, & non longè ab Andernaco, VIII. Idus Octobris, prælium cum eo commiſit. Carolus videns ſuos cædi ac fugere, & fuga ſibi ipſe conſuluit. Ludouicus, poſt Caroli fugam, Aquaſgrani perrexit, indeque victor Francofurtum redijt. Sequenti menſe *Carlomannus*, *Ludouicus* & *Carolus*, Ludouici Regis filij, paternum inter ſe regnum diuiſerunt. *Carlomannus* Bajoariam, Pannoniam, Carantanum, regna item Sclauorum Boheimenſium & Marahenſium; *Ludouicus* orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Friſiam, & regni Lotharij partem; *Carolus* verò Craſſus Alemanniam, & vrbes aliquot ex regno Lotharij obtinuit. *Ann. Pith. Rhegino.*

877 Apud *Cariſiacum* à Car. Caluo menſe Iunio placitum habetur. Cumque Romam ſecundò cogitaret, inter alia ſtatuit, qualiter filius ſuus *Lud. Balbus* in regno Franciæ remaneat, & qui debeant eſſe, quorum auxilio vtatur. Videlicet ex Epiſcopis aſſiduè ſint cum illo Ingilwinus Pariſienſis, aut Reinelmus Tornacenſis, ſiue Odo Bellouacenſis, ſeu Hildeboldus Sueſſionenſis, Epiſcopi. Ex Abbatibus aſſiduè ſint cum eo, Welpho, Gauzlinus & Folco. Ex Comitibus verò aut Theudericus, aut Balduinus (Ferreus Comes Flandrenſis) ſiue Chuonradus, ſeu Adalelmus alternatim cum illo conſiſtent: & quantò ſæpiùs potuerint, Boſo & Bernardus. Si verſus Moſam perrexerit, ſint cum eo Franco Leodicenſis, Ioannes Cameracēſis, Epiſcopi; Arnulfus Comes, Giſlebertus, Letardus, Matfridus, Widricus, Gotbertus, Adalbertus, Ingelgerus & Rainerus (Comes Hannoniæ.) Si vltra Sequanam perrexerit,

Hugo

Hugo Abbas S. Martini Turonenſis, Walterus, Wala, Giſlebertus, Epiſcopi. Carolus Caluus *Niuellenſis,Marchianenſis, Haſnonienſis* & *Dononienſis* eccleſiarum poſſeſſiones ſuis tabulis confirmat; quæ in Notitia eccleſ. Belgij cap. 41. & 42. leguntur. Marchianenſe porrò, Haſnonienſe, & alia nonnulla Belgij vetuſtiora cœnobia, olim ſexus vtriuſque fuerunt. Marchianenſe cœnobium S. Rictrudis, Adalbaldi vidua, hortatu S. Amandi Ep. Tungrenſis, conſtruxit. Sed poſt annos 336. aut circiter, monialibus amotis, Leduinus Abbas Vedaſtinus monachos Benedictinos ſubſtituit. Haſnonium à V. N. Ioanne eiuſque ſorore Eulalia an. 670. fundatum Balduinus VI. Flandriæ Hannoniæque Comes Monachis Benedictinis an. 1070. attribuit. Carolus Caluus Romam ſecundò proficiſcitur, & inde rediens, die 6. Octobris prope Vercellas moritur, Imperij anno tertio; veneno à Sedechia Iudæo ſublatus, quo is Medico plurimùm vtebatur. Duas habuit coniuges, *Hermentrudem* & *Richildim* Boſonis ſororem. Ex Hermentrude nati ſunt ei quattuor filij, *Lud. Balbus, Carolus, Carlemannus* & *Lotharius*. Carolus iuuenis Rex Aquitaniæ, & Lotharius puer Abbas an. 966. obierunt: Carlemannus etiam clericus ante patrẽ deceſſit. Tres item filias Caluus habuit, *Iuditham* Balduini Ferrei Comitis Flandrenſis vxorem, *Hermentrudem* Haſnonienſem in Hannonia Abbatiſſam, & *Rothildem*. Horum ſtemma in tabulam genealogicam redactũ in Not. eccleſ. Belgij cap. 42. reperies. Ex filijs porrò ſolus ſuperſtes LVD. BALBVS patri in regno Francorum (non item in Imperio) ſucceſſit. Hunc VI. Idus Dec. Compendij Hincmarus Ar. Remenſis coronauit. *Aimoinus l. 5. c. 36.* Fuit is iuſtitiæ ac religionis amans, ſed neſcio quo vitio, duabus vxoribus *Anſgarde* & *Adelaide* impeditus. Harum tamen priorem (ex qua Carlemannus & Ludouicus ſunt geniti) repudiauit ſeu iuſſu patris, quod indicat Rheginó, ſeu impulſu aliorum, antequam Rex conſecraretur.

Anno 878. ineunte, Lambertus Widonis F. Comes Spoletanus, & Adelbertus Bonifacij F. Marchio Tuſciæ, Romam occupant, & Romanos proceres in verba Carlomanni (erat is Lud. Balbi filius, & defuncto Car. Caluo Italiam intrarat) iurare cogunt. Ioannes VIII. Pontifex, conſcenſis nauibus, per mare Tyrrhenum in Galliam venit, & à Boſone Rege Prouinciæ, eiuſque coniuge Hermengarde humaniſſimè excipitur. *Rhegino.* A Ioanne VIII. Papa Trecis agente, & ab Epiſcopis Gallicanis illa in vrbe, præſente Lud. Balbo Rege, menſe Auguſto & Septembri Concilium II. celebratur. Quod inter alios ſignarunt Hincmarus Remenſis, Tendericus Veſontionenſis, Ingelwinus Pariſienſis, Edenulfus Laudunenſis, Adebertus Siluanectenſis, Berno Catalaunenſis & Arnaldus Tullenſis, Epiſcopi. Eumdem Lud. Balbum Hincmarus Ar. Remenſis anno ſuperiore Regem Francorum coronarat. Hoc anno iterùm à Ioanne Papa Trecis coronam accepit, exemplo Pipini abaui ſui, quem à Bonifacio primùm Ar. Moguntino, deinde iterùm à Stephano Papa Regem coronatum meminerat. Sunt autem qui Ludouicum ab Ioanne coronam hoc loco non regni, ſed Imperij ſuſcepiſſe putent. Inde enim Lud. Balbum inter Imperatores pleriq; numerant cùm exteri, tum Francici etiã ſcriptores. Quod falſum eſſe videtur, cùm Ioannes ipſe Papa in epiſtola 47. & in alijs quas ad Ludouicum poſteà ſcripſit, ipſum Regem, non Imperatorem vocet; & in epiſtola 71. ad Ludouicum & Carlomannum, Ludouici Balbi filios, Caroli Calui nepotes, Carolo eorum auo Imperatoris no- 878

men tribuat, Ludouico patri nomen Regis; Imperatorem haud dubiè appellaturus, ſi Imperator fuiſſet. Eodemque modo Hincmarus in epiſtolis, quarum meminit Flodoardus l. 3. c. 19. fratres iſtos Reges, Ludouici Regis non Imperatoris filios nominet. Quid quòd ipſius Lud. Balbi, vt alia omittam; diploma exſtat pro eccleſia Niuernenſi, IV. Idus Septembres, hoc eſt triduo pòſt coronationem iſtam Trecis datum: in quo non alium ſe quàm Regem vocat his verbis, *Ludouicus miſericordia Dei Rex?* Fuit ergò Rex, non Imperator. Imperatoris verò titulum, antiquis ignotum, alij poſteà temere adfinxerunt. Ita Sirmondus & poſt eum Petauius. Apud Mantalam in territorio Viennenſi menſe Octobri Concilium celebratur, in quo *Boſoni* nomen Regis ab Arelatenſis regni Epiſcopis ac proceribus eſt delatum. Anno eodem 878. Kalendis Nouembris, in loco qui vocatur *Furonis*, inter Lud. Balbum & Ludouicum Ludouici Germanici filium facta eſt conuentio, cuius Capitula Sirmondus edidit. Annalium Pithœanorum conditor narrat, Balbum menſe Octobri, Aquaſgrani perrexiſſe, & haut procul inde colloquium cum Ludouico habuiſſe. Aimoinus l. 5. c. 38. tradit, Balbum veniſſe Hariſtallum, ipſoſque Reges apud Marſanam conueniſſe. Ex quibus liquet Furonos ſeu Furonenſem villam illo in tractu fuiſſe. Retinet ea in tractu nobis Brabantis tranſmoſano hodieque nomen vetus, & *Foron* vulgò nuncupatur, Latinè *Forum Comitis*: quo in loco Comites olim Dalemienſes ſedem habuerunt, atque etiamnum eſt ibi primarium tribunal illius tractus. Eſt autem *Foron* municipium amplum, ſecundo lapide à Traiectu Moſæ & quarto ab Aquiſgrani ſitum: exſtantque ibi foſſæ & aggeres, cum ruderibus fundamentorum veteris caſtelli in colle, quod *op de Saele* vocant. In valle eſt locus *Steenhoſch* nuncupatus, vbi hodieque rudera plurimorum veterũ ædificiorum ſuperſunt. Raginerus (poſteà primus Hannoniæ Comes hereditarius) Rolloni Nortmannorum Duci in Walachriam Zelandiæ inſulam irrumpenti an. 876. fortiter reſtiterat. Is ab eodem Rollone an. 878. Condati in Hannonia, ad Scaldis & Haine confluentes aquas captus, & paulò pòſt dimiſſus fuit: vt Dudo l. 2. & Guil. Gemeticenſis l. 2. c. 8. narrant.

879 Lud. Balbus Francorum Rex IV. Idus Aprilis, die Paraſceues, Compendij moritur. Filios ex Anſgarde repudiata ſuſceperat duos, *Ludouicum* & *Carlomannum*: ex Adelaide verò *Carolum Simplicem* in cunis moriens reliquit: vt Flodoardus teſtatur. Poſt altercationem demùm Ludouicus & Carlomannus in Ferrarienſi monaſterio Reges coronati ſunt. *Aimoinus l. 5. c. 39.* Ludouicus Lotharingiæ & Germaniæ Rex, audita Balbi morte, Virdunum venit, & tranſmiſſo Moſa Franciæ fines inuaſit. Cui occurrerunt duo memorati fratres Reges cum valido exercitu: ſed intercurrentibus vtrimque legatis pax initur. Adoleſcentes fratres portionem regni Lotharij, quam auus paterque tenuerant, Ludouico conceſſerunt, addita Vedaſtina apud Atrebates Abbatia. *Rhegino.* Facta pactione, cùm Ludouicus Rex in regnum ſuum reuerteretur, Nortmannos (qui ad Scaldim fl. longo tempore reſederant) cum ingenti præda ad claſſem redeuntes, in ſilua Carbonaria (nunc Hannonia) aggreſſus, quinque ampliùs millia ex eis proſtrauit. In quo prælio *Hugo*, Ludouici Lotharingiæ & Germaniæ Regis ex pellice filius, cecidit. Ita Rhegino & Sigebertus: ſed Annales Pithœani ad annum ſequentem hæc referunt. Milo monachus in monaſterio B. Amandi claret: cuius nepos ac diſcipulus fuit Hucbal-

Hucbaldus. *Sigeb.* Vtriuſque ſcripta ſunt in manibus. Balduinus Ferreus Flandriæ Comes moritur, & in monaſterio S. Bertini ſepelitur.

Flandriæ Comites hereditarij.

I. BALD. FERREVS ex Iuditha Car. Calui filia ſuſtulit *Balduinum Caluum* ſuum in Comitatu Flandriæ ſucceſſorem, & *Rodulfum* Cameraci Comitem, Balduini patrem. II. BALD. CALVUS ex Elſtrude, Elfredi Anglorum Regis filia, genuit *Arnulfum Magnum* Flandriæ, & *Ardolfum* ſeu Adolfum Bononiæ ac Taruanæ Comitē. Obijt 918. in Blandinienſi monaſterio iuxta Gandauum conditus. III. ARNVLFVS MAGNVS Aleidem ſeu Adelam Heriberti Veromanduorum Comitis filiam an. 939. duxit; Flodoardo teſte. Ex ea genuit *Balduinum, Herbertum, Lietgardem* & *Elſtrudem.* Idem an. 961. Canonicos XII. Brugis in baſilica S. Donatiani conſtituit. Annos 92. vixit, demum Blandinij 964. ſepultus. Elſtrudem eius filiam rapuit Sifridus Danus, familiæ Comitum Giſnenſium conditor. Altera filia, Lietgardis Wicmanno Comiti Gandenſi nupſit. IV. BALDVINVS III. Arnulfo patre adhuc ſuperſtite, ſed ætate fracto, an. 958. Flandriæ regimen ſuſcepit, & 961. viuere deſijt. Ex Mathilde, Herimanni Saxonum Ducis filia, genuit *Arnulfum* Iuniorem. Mathildis ſecundò nupſit Godefrido Captiuo, Virdunenſi & Eihamēſi Comiti, obijtque 1009. Blandinij ſepulta. V. Arnulfus II. ſeu Iunior ex Roſella (vt volunt) Berengarij II. Italiæ Regis filia *Balduinum Barbatum* procreauit; an. 989. ſtilo Romano, conditus Blandinij iuxta auum. Roſella, aliàs Suſanna, ſecundò nupſit Roberto Capeto Franciç Regi, & 1003. deceſſit VI. BALDVINVS IV. Barbatus ex Otgiua, Frederici Comitis Luxeburgenſis filia, Balduinum Inſulanum ſuſtulit, & 1036. obijt, Blandinij cum coniuge inhumatus. VII. BALDVINVS V. Inſulanus ex Adela Roberti Francorum Regis filia, Meſſinenſis Abbatiæ apud Ipras conditrice, ſuſtulit *Balduinum Haſnonium, Robertum Friſium, Machtildem* Guilielmo Notho Normanniæ Duci, pòſt Anglorum Regi, *Iuditham* Toſtico Heraldi Regis Angliæ fratri, pòſt Welfoni Bauariæ Duci, & *Idam* Ludolfo Marchioni in Saxonia, nuptas. Sunt qui his addunt *Fdonem* Ar. Treuerenſem *Henricum* clericum & *Arnoldum.* VIII. BALDVINVS VI. Haſnonius, ex Richilde Ragineri IV. Hannoniæ Comitis filia herede, *Arnulfum Infelicem* Flandriæ, & *Balduinum Hieroſolymitanum* Hannoniæ, Comites genuit, conditus an. 1070. in Haſnonienſis monaſterij à ſe inſtaurati templo, vnde & cognomentū induit. IX. ARNVLFVS INFELIX prope Caſtellum Morinorum, vulgò Caſletum, prælio contra patruum Robertum Friſium dimicans, 1072. cecidit, ad S. Bertinum conditus, nulla prole relicta. X. ROBERTVS FRISIVS, Bald. Inſulani filius, Comitatum Flandriæ, Balduino Hieroſolymitano Hannoniæ Comiti iure debitum, an. 1072. occupauit. Gertrudis vxor, Herimanni Saxoniæ Ducis filia, Florentij I. Hollandiæ Comitis vidua, tres ipſi filios ac totidem filias dedit, *Robertum Hieroſolymitanum, Philippum* Loēnſis monaſterij fundatorem, *Guilielmum, Adelam* S. Canuto Daniæ Regi, pòſt Rogerio Calabriæ Duci, *Gertrudem* Henrico III. Comiti Louanienſi, pòſt Theoderico Alſatio Lotharingiæ Moſellanæ Duci, nuptas, & *Otgiuam* Abbatiſſam Meſſinenſem. XI. ROBERTVS II. Hieroſolymitanus, ex Clementia Guilielmi Burgundiæ Comitis filia, Calixti II. Papæ ſorore, genuit *Balduinum* cognomento *Securim, Guilielmum* & *Philippum*; obijtque Atrebati an. 1111. ad S. Vedaſtum conditus.

 XII. BAL-

Anni vulgares Chriſti.

XII. Baldvinvs VII. Selvris ex Agnete Alani Britanniæ Comitis filia prolem non ſuſtulit. Moriens an. 1118. aut 1119. amitinum ſuum Carolum Bonum ex aſſe ſcripſit heredem, Audomaropoli ad S. Bertinum marmoreo tumulo honoratus. XIII. Carolvs Bonvs, S. Canuti Daniæ Regis & Adelæ ſuprà memoratæ filius, Roberti Friſij nepos, vxorem habuit Margaritam, Rainoldi Comitis Claromontani filiam, ſed nullam ex ea ſobolem. Ab impiis 1127. in templo S. Donatiani Brugis cæſus eſt. Vitam & cædis hiſtoriam ſcripſerunt Gualterus Archidiaconus Morinẽſis & Gualterus Notarius Brugenſis. XIV. Gvilielmvs Nortmannvs, Roberti Nortmanniæ Ducis & Machtildæ Inſulanę filius, Carolo cæſo, Flandriæ principatum obtinuit, agente Ludouico Craſſo Francorum Rege. Ex Reineri Montferratẽſis & Giſlæ Burgundicæ filia (de qua agit Quercetanus in Hiſtoria Drocenſi ex Orderico Vitali) prolem non reliquit, obiitque 1188. ad S. Bertinum inhumatus. XV. Theodericvs Alsativs, Theoderico Lotharingiæ Moſellanæ Duce, & Gertrude Roberti Friſij Flandriæ Comitis filia genitus, duas habuit coniuges, Suanahildem & Sibyllam Andegauenſem, Fulconis Hieroſolymitani Regis filiam. Ex Suanahilde genuit *Laurentiam* Iuano Comiti Aloſtano nuptam. Ex Sibylla nati ſunt, *Balduinus* ſine liberis defunctus, *Philippus*, *Matthæus* Comes Bolonienſis, *Gerardus*, *Petrus*, *Margarita*, *Gertrudis*, & *Eliſabetha*. Obijt 1168. Watenis in Canonicorum regularium cœnobio (quod nunc Societas Ieſu poſſidet) ſepultus. Terram ſanctam quater adijt, & inde Cruorem D.N. Ieſu Chriſti attulit, & Brugis collocauit. Ex filijs eius Petrus, abdicato Epiſcopatu Cameracenſi, duxit Mathildem Comitiſſam Niuernenſem. De Matthæo infrà agemus in ſerie Comitum Bolonienſium. Ex filiabus Margarita Rodulfo Veromandiæ; pòſt Balduino V. Hannoniæ Comiti nupſit. Gertrudis fuit vxor Lamberti Comitis Montis acuti. XV. Philippvs Alsasivs parenti ſuo Theoderico in Comi. Flandriæ, & Rodulfo Comiti Veromanduorum, ſocero ſuo, in Comitatu Veromanduenſi ſucceſſit: obijtque 1191. in Syria ſine liberis, in Clara Valle ſepultus. Eius vxor Eliſabetha an. 1182. deceſſit, Atrebati in templo cathedrali ſepulta, ante aram maiorem. XVI. Succeſſit in Comitatu Flandriæ Baldvinvs VII. Magnanimvs, Hannoniæ Comes, qui Margaritam Alſatiam Philippi ſororem, duxerat. Horum liberi fuerunt, *Balduinus* VIII. Flandriæ Hannoniæque Comes, pòſt Imp. Conſtantinopolitanus, *Philippus* Comes Namurcenſis, *Henricus* Balduini fratris ſui in Imperio C P. ſucceſſor, *Iſabella* Philippo Auguſto Franciæ Regi, *Sibylla* Guichardo III. Montpenſerij Domino, & *Iolenta* Petro Curteniaco Imperatori C P. nuptæ. Margarita porrò Alſatia Flandriæ Hannoniæque Comitiſſa 1194. deceſſit, Brugis ad S. Donatianum ſepulta. Cui Baldvinvs filius ſucceſſit: ſicque Comitatus Flandrenſis ad iuſtum Balduini Haſnonij ſuprà memorati heredem redijt, quem ab anno 1072. Roberti Friſij poſteritas poſſederat. XVII. Baldvinvs VIII. Flandriæ Hannoniæque Comes, ex maſcula Balduini Ferrei ſtirpe Princeps apud Flandros poſtremus, ad Imperium Conſtantinopolitanum euectus, an. 1204. à Bulgaris captus, miſerè in carcere perijt. Ex Maria, Henrici Campaniæ Comitis filia, duas reliquit filias ex ordine heredes, *Mariam* & *Margaritam*, cognomento *Conſtantinopolitanas*: de quibus ſuo infrà loco dicemus. Primorum Flandriæ Comitum Tabulam genealogicam

logicam in Notitia eccleſ. Belgij cap. 92. dedimus.

Carlomannus & Ludouicus, Lud. Balbi ex Anſgarde filij, re- 880
gnum paternum apud Ambianos menſe Martio diuidunt: vt Chro-
nicon Floriacenſe docet. LVDOVICVS Franciam & Neuſtriam,
CARLOMANNVS (quem natu maiorem fuiſſe Rhegino ſcribit)
Burgundiam & Aquitaniam eſt ſortitus. Ludouico poſt biennium
mortuo, menſe Auguſto an. 882. Carlomannus Franciam quoque
& Neuſtriam adeptus eſt. Carlomannus Baioariæ Rex Ludouici
Germanici filius, Car. Craſſi frater, paralyſi diſſolutus VII. Nonas
Aprilis diem claudit extremum. Ex concubina filium reliquit Ar-
nulfum, poſteà Imperatorem. Ludouicus Lotharingiæ Rex cùm
fratrem obijſſe intellexiſſet, Ratiſponam veniens, Baioariam occu-
pauit: Arnulfo autem Carantanum conceſſit, quod ei pater ampri-
dem attribuerat. *Rhegino. Ann. Pith.* Adonis Ep. Viennenſis Breuia-
rium Chronicorum hîc deſinit.

CAROLVS CRASSVS Carlomanni Baioariæ Regis defuncti 881
frater, Alemannia egreſſus, primò Langobardiam, poſt reliquam
Italiam in deditionem accipit, & Romam veniens à Ioanne VIII.
Papa coronatur Imperator, die Natali Domini. Nortmanni Friſios
ſpoliant, & Nouiomagenſe palatium ad Vahalim incendunt. *Rhegino.*
Ex Beliſienſi Hasbaniæ monaſterio S. Landradæ virginis oſſa Gan-
dauum transferuntur. Apud S. Macram, in loco olim *Fines* dicto,
menſe Aprili Concilium celebratur. Hodie *Fimas* ſeu *Fimes* voci-
tant opidum diœceſis Remenſis, martyrio & cultu S. Macræ virgi-
nis celebre. Olim Fines dicebant, quia in finibus pagi Remenſis &
Sueſſionici. Itinerarium Antonini, *Auguſta Sueſſonum, Fines, Duro-
cortorum Remorum.* Ludouicus Germaniæ Rex in Galliam profectus,
Hugonem, Lotharij Lotharingiæ Regis ex Waldrada pellice filium,
ad ſe venientem varijs beneficijs afficit: ſed prauorum vſus conſi-
lio, fidem Regi mentitus in Burgundiam fugit. Idem Rex cum Lu-
douico Neuſtriæ Rege apud villam Gundulfi colloquium habet.
Nortmanni Cameracum, Atrebatum, Leodicum, Tungros, Traie-
ctum, pagum Hasbanicum, totamque Ripuariam, & varia, ijs in lo-
cis monaſteria, vt Indam, Stabuletum, Malmundarium & Aquen-
ſe palatium vaſtant; Coloniam Agrippinam, Tulpiacum & Bonnam
incendunt. Canonici & ſanctimoniales cum theſauris eccleſiarum
& Sanctorum corporibus Moguntiacum fugiunt. *Ann. Pith. Rheg.
Baldericus.*

Ludouicus Germaniæ & Loth. Rex XIII. Kal. Sept. Francofurti 882
moritur, in Lauriſheimenſi monaſterio iuxta patrē conditus. Vnicū
ex Luitgarde coniuge filium ſuſtulit *Ludouicum*, qui puerulus ex fe-
neſtra cadens perijt. *Rhegino.* Nortmanni vſque ad Confluentes, vbi
Moſella in Rhenum cadit, progreſſi, incendio omnia vaſtant; Pru-
miam ipſo die Epiphaniæ, vrbemque Treuerenſem Nonis Aprilis
inuadunt, & Walonem Epiſcopum Metenſem in prælio occidunt.
Quibus patratis reuerſi ſunt in munitionem ſuam, quam ad littus
Moſæ fl. habebant, in loco qui dicitur *Aſcloha.* Carolus Craſſus Imp.
ex Italia redux Ludouici fratris ſui defuncti regnum occupat, &
cum Nortmannis tranſigit. *Ann. Pith. Rhegino.* Ioannes VIII. Papa 15.
Decembris moritur: Marinus die 19. ſuccedit. Hincmarus Ar. Re-
menſis obijt: Fulco ſuffectus eſt. *Flod.* Carolus Craſſus Imp. cum
Gode-

Godefrido & Sigifrido Nortmannorum Regibus tranſigit. Godefrido Giſla, Lotharij Regis filia ex Waldrada, in vxorem datur, Friſia prouincia velut in dotem adſignata. Idem ſacris Chriſtianis imbutus ex fonte baptiſmali à Craſſo ſuſcipitur. Sigifridus multis muneribus donatus cum ſuis abſcedit. *Rhegino.*

883 Hugo Lotharij Regis ex Waldrada filius, à Stephano, Rotberto & alijs Comitibus adiutus, ſpe recuperandi regni paterni, Lotharingiam vaſtat, non minùs quàm Nortmanni. Bertulphus Treuerorum Epiſcopus IV. Idus Septembris moritur: cui anno ſequenti VII. Idus Aprilis ſucceſſit Ratbodus. Is X. Kal. Maij Rupertum Metenſem Epiſcopum conſecrauit. Annales Pithœani hic deſinunt: quos vſque ad annum 893. titulo *Annalium Fuldenſium*, Freherus recudendos curauit: vt ſuprà pag. 147. monui. Ludouicus, Carlomanni frater, apud S. Dionyſium moritur, & ibidem ſepelitur. Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis decedit, & ſuccedit Fulco.

884 Marinus Papa 18. Ianuarij moritur: ſuccedit Hadrianus. Nortmanni per Somonam fl. in Franciam irrumpunt. Exinde pecunia à Carlomanno Rege accepta, è regno diſcedunt. Carlomannus, Lud. Balbi filius, Francorum Rex, ab apro in venatione læſus, paulò pòſt moritur, & ad S. Dionyſium ſepelitur. Nortmanni, cognita Regis morte, protinus in Franciam reuertuntur. Franci Car. Caluo Imp. ſeſe ideò ſubmittunt, Hugone Abbate ac ceteris proceribus id procurantibus. Nortmanni, adſentiente Godefrido Rege, Rhenum nauigijs aſcendunt, & Duisburgo occupato, munitionem eo in loco conſtruunt, atque ibi hiemem tranſigunt.

885 Hugo, Lotharij ex Waldrada filius, contra Car. Craſſum Imp. rebellare cogitans, legatos in Friſiam mittit ad ſororium ſuum Godefridum Nortmannorum Regem. Godefridus *Gerolphum* & *Gardolphum*, Comites Friſonum, legatos ad Craſſum dirigit. Denique poſt varias legationes vltrò citroque miſſas, *Godefridus* dolo in Batauia confoſſus trucidatur, cum omnibus Nortmannis in eadem inſula repertis. Non multò pòſt *Hugo* quoque ad Gundulfi villam dolo capitur, & iuſſu Craſſi Imp. excæcatur, atque in monaſterium S. Galli mittitur. Demum Suendeboldi Regis temporibus, in Prumienſi monaſterio, manu Rheginonis Abbatis & Chronographi, attonſus, ibidem non multos poſt annos moritur ac ſepelitur; vt ipſemet Rhegino narrat. Porrò Gerolphum iſtum fuiſſe patrem Theoderici I. Hollandiæ Comitis, Ianus Douſa & alij rerum Hollandicarum ſcriptores coniiciunt. Hadrianus Papa moritur 9. Maij. Stephanus V. ſuccedit. Macarius & coniux eius Gundrada, procurante Ioanne Ep. Cameracenſi, varia prædia pagi Condruſiorum donant eccleſiæ cathedrali Cameracenſi. *Baldericus* l. 1. c. 52. Ioanni in Epiſcopatu ſucceſſit Rotradus.

886 Nortmanni in regnum Lotharij reuertentes, in loco qui dicitur *Louen* (Latinè nunc Louanium) caſtra metantur. *Rhegino.*

Orientis ſeu Græcorum Imperatores ab an. 886. *ad an.* 1029.

Baſilio Macedone an 886. mortuo, Leo eius filius, vel vt alijs placet, Michaëlis Imp. (qui concubinam ſuam Eudoxiam de ſe grauidam Baſilio collocarat) filius, ad Orientis Imperium peruenit, Philoſophiæ ſtudijs in primis deditus; vnde & *Philoſophi* cognomen ipſi

Anni vulgares Christi.

ipſi eſt inditum. Leone an. 911. die 11. Iunij defuncto, *Alexander* illius frater regimen ſuſcepit, cùm Leonis filius *Conſtantinus Porphyrogenitus*, quem ex Zoe quarta coniuge ſuſtulerat, penè adhuc infans eſſet. Anno proximo ſequenti, cùm *Alexander* die 7. Iunij obiiſſet, tutore orbatus ipſe Conſtantinus ſeptennis puer cum Zoe matre imperare cœpit. Quâ palatio poſt annos octo ſubmotâ, cuſtos fit Imperatoris ac pater, nouo & ad hanc diem inuſitato honoris genere, *Romanus Lecapenus* Conſtantini ſocer; moxque die 24. Septembris; anni eiuſdem 919. Cæſar, & menſe Decembri Auguſtus appellatur. Is ſequenti anno *Chriſtophorum* filium ſuum ad idem culmen euexit, vt & alios duos *Stephanum* & *Conſtantinum* an. 928. ipſo die Natali Chriſti. Quin & Theophylactum filium ſuum, annos 16. natum, ad Patriarchę CP. dignitatem promouit. Tot præſidiis firmatus Romanus Conſtantinum aſpernari cœpit, eique poſteriorem à ſe locum tribuere. Quam hominis in Principem ſuum impietatē par in ipſummet filij eius impietas vindicauit. Anno namque 944. menſe Decembri *Stephanus*, Romani filius, patrem Imperatoria dignitate ſpoliatum in inſulā relegat. Cuius exemplo incitatus CONSTANTINVS, Philoſophi filius, Romani ſtirpe è ſolio deturbatâ, ſolus imperare cœpit. Hunc an. 959. *Romanus* filius parricidio ſuſtulit, vt citiùs regnaret. Poſt Romanum an. 963. defunctum *Nicephorus Phocas* (qui Cretam inſulam an. 961. Saracenis eripuerat) regnauit, homo illiberalis ac ſordidus. Hic eſt ad quem nobili legatione perfunctus eſt Luitprandus Ticinenſis, ab Otbone I. Imp. miſſus: quam legationem ſingulari libro ipſe deſcripſit. Periit autem Nicephorus an. 969. menſe Decembri, Theophanonis coniugis & Ioannis Tzimiſcæ inſidiis. Eodemque anno *Tzimiſces* Imperator eſt ſalutatus, qui mox Romani filios, Baſilium & Conſtantinum, collegas ſibi adſumpſit; Theophanonem Nicephori viduam, alioſque illius cædis conſcios relegauit. Is primus aureis nummis Saluatoris effigiem impreſſit, cum hac inſcriptione, *Ieſus Chriſtus Rex Regum.* Idem confecto bello Bulgarico, triumphantis more, Conſtantinopolim ingreſſurus, Virginis-Matris imaginem, quadrigæ ſpoliis Bulgaricis conſtratæ impoſitam ſolemni per vrbem pompa vexit, eiuſdem patrocinio victoriæ illius laudem adſcribens. A Baſilio cubiculario, cuius nimiam cupiditatem perſtrinxerat, veneno ſublatus, an. 975. menſę Decembri periit. Quo mortuo ad *Baſilium* & *Conſtantinum*, Romani Imp. filios, Imperium rediit: quod Baſilius annis 50. Conſtantinus triennio amplius tenuit. *Curopal. Cedr. Zonar. Glycas, Manaſſes.*

Nortmanni Lonanio diſcedunt, & per Sequanam fl. inuecti, vrbem Pariſienſem obſident. Hanc obſidionem Abbo Abbas, Aimoini hiſtorici diſcipulus verſibus heroicis deſcripſit. Henricum Ducem, cum exercitu à Car. Craſſo miſſum, Nortmanni dolo occidunt. Craſſus rebus quodammodo deſperatis partem Galliæ vltra Sequanam, quæ hodie Nortmannia dicitur, ipſis concedit. Inde in Germaniam abiens, menſe Nouembri à proceribus deſertus exauctoratur, & ARNVLFVS, Carlomanni anno 880. defuncti filius, ad Germaniæ regnum euehitur. Hugo Abbas Aureliani moritur: Ducatus eius *Odoni*, Rotberti Fortis filio, à Carolo Craſſo traditur: qui Odo tunc Pariſiorum 887

Godefrido & Sigifrido Nortmannorum Regibus tranſigit. Godefrido Giſla, Lotharij Regis filia ex Waldrada, in vxorem datur, Friſia prouincia velut in dotem adſignata. Idem ſacris Chriſtianis imbutus ex fonte baptiſmali à Craſſo ſuſcipitur. Sigifridus multis muneribus donatus cum ſuis abſcedit. *Rhegino.*

883 Hugo Lotharij Regis ex Waldrada filius, à Stephano, Rotberto & alijs Comitibus adiutus, ſpe recuperandi regni paterni, Lotharingiam vaſtat, non minùs quàm Nortmanni. Bertulphus Treuerorum Epiſcopus IV. Idus Septembris moritur: cui anno ſequenti VII. Idus Aprilis ſucceſſit Ratbodus. Is X. Kal. Maij Rupertum Metenſem Epiſcopum conſecrauit. Annales Pithœani hîc deſinunt: quos vſque ad annum 893. titulo *Annalium Fuldenſium*, Freherus recudendos curauit: vt ſuprà pag. 147. monui. Ludouicus, Carlomanni frater, apud S. Dionyſium moritur, & ibidem ſepelitur. Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis decedit, & ſuccedit Fulco.

884 Marinus Papa 18. Ianuarij moritur: ſuccedit Hadrianus. Nortmanni per Somonam fl. in Franciam irrumpunt. Exinde pecunia à Carlomanno Rege accepta, è regno diſcedunt. Carlomannus, Lud. Balbi filius, Francorum Rex, ab apro in venatione læſus, paulò pòſt moritur, & ad S. Dionyſium ſepelitur. Nortmanni, cognita Regis morte, protinus in Franciam reuertuntur. Franci Car. Caluo Imp. ſeſe ideò ſubmittunt, Hugone Abbate ac ceteris proceribus id procurantibus. Nortmanni, adſentiente Godefrido Rege, Rhenum nauigijs aſcendunt, & Duisburgo occupato, munitionem eo in loco conſtruunt, atque ibi hiemem tranſigunt.

885 Hugo, Lotharij ex Waldrada filius, contra Car. Craſſum Imp. rebellare cogitans, legatos in Friſiam mittit ad ſororium ſuum Godefridum Nortmannorum Regem. Godefridus *Gerolphum & Gardolphum*, Comites Friſonum, legatos ad Craſſum dirigit. Denique poſt varias legationes vltrò citroque miſſas, *Godefridus* dolo in Batauia confoſſus trucidatur, cum omnibus Nortmannis in eadem inſula repertis. Non multò pòſt *Hugo* quoque ad Gundulfi villam dolo capitur, & iuſſu Craſſi Imp. excæcatur, atque in monaſterium S. Galli mittitur. Demum Suendeboldi Regis temporibus, in Prumienſi monaſterio, manu Rheginonis Abbatis & Chronographi, attonſus, ibidem non multos poſt annos moritur ac ſepelitur; vt ipſemet Rhegino narrat. Porrò Gerolphum iſtum fuiſſe patrem Theoderici I. Hollandiæ Comitis, Ianus Douſa & alij rerum Hollandicarum ſcriptores coniiciunt. Hadrianus Papa moritur 9. Maij. Stephanus V. ſuccedit. Macarius & coniux eius Gundrada, procurante Ioanne Ep. Cameracenſi, varia prædia pagi Condruſiorum donant eccleſiæ cathredrali Cameracenſi. *Baldericus* l. 1. c. 52. Ioanni in Epiſcopatu ſucceſſit Rotradus.

886 Nortmanni in regnum Lotharij reuertentes, in loco qui dicitur *Louen* (Latinè nunc Louanium) caſtra metantur. *Rhegino.*

Orientis ſeu Græcorum Imperatores ab an. 886. ad an. 1029.

Baſilio Macedone an 886. mortuo, LEO eius filius, vel vt alijs placet, Michaëlis Imp. (qui concubinam ſuam Eudoxiam de ſe grauidam Baſilio collocarat) filius, ad Orientis Imperium peruenit, Philoſophiæ ſtudijs in primis deditus; vnde & *Philoſophi* cognomen ipſi

ipſi eſt inditum. Leone an. 911. die 11. Iunij defunĉto, *Alexander* illius frater regimen ſuſcepit, cùm Leonis filius *Conſtantinus Porphyrogenitus*, quem ex Zoe quarta coniuge ſuſtulerat, penè adhuc infans eſſet. Anno proximo ſequenti, cùm *Alexander* die 7. Iunij obiiſſet, tutore orbatus ipſe Conſtantinus ſeptennis puer cum Zoe matre imperare cœpit. Quâ palatio poſt annos oĉto ſubmotâ, cuſtos fit Imperatoris ac pater, nouo & ad hanc diem inuſitato honoris genere, *Romanus Lecapenus* Conſtantini ſocer; moxque die 24. Septembris; anni eiuſdem 919. Cæſar, & menſe Decembri Auguſtus appellatur. Is ſequenti anno *Chriſtophorum* filium ſuum ad idem culmen euexit, vt & alios duos *Stephanum* & *Conſtantinum* an. 928. ipſo die Natali Chriſti. Quin & Theophylaĉtum filium ſuum, annos 16. natum, ad Patriarchę CP. dignitatem promonit. Tot præſidiis firmatus Romanns Conſtantinum aſpernari cœpit, eique poſteriorem à ſe locum tribuere. Quam hominis in Principem ſuum impietatē par in ipſummet filij eius impietas vindicanit. Anno namque 944. menſe Decembri *Staphanus*, Romani filius, patrem Imperatoria dignitate ſpoliatum in inſulâ relegat. Cuius exemplo incitatus CONSTANTINVS, Philoſophi filius, Romani ſtirpe è ſolio deturbatâ, ſolus imperare cœpit. Hnnc an. 959. *Romanus* filius parricidio ſuſtulit, vt citiùs regnaret. Poſt Romanum an. 963. defunĉtum *Nicephorus Phocas* (qui Cretam inſulam an. 961. Saracenis eripuerat) regnauit, homo illiberalis ac ſordidns. Hic eſt ad qnem nobili legatione perfunĉtus eſt Luitprandus Ticinenſis, ab Othone I. Imp. miſſus: quam legationem ſingulari libro ipſe deſcripſit. Periit autem Nicephorus an. 969. menſe Decembri, Theophanonis coniugis & Ioannis Tzimiſcæ inſidiis. Eodemque anno *Tzimiſces* Imperator eſt ſalutatus, qni mox Romani filios, Baſilium & Conſtantinum, collegas ſibi adſumpſit; Theophanonem Nicephori viduam, alioſque illius cædis conſcios relegauit. Is primus aureis nummis Salnatoris effigiem impreſsit, cum hac inſcriptione, *Ieſus Chriſtus Rex Regum.* Idem confeĉto bello Bulgarico, triumphantis more, Conſtantinopolim ingreſſurus, Virginis-Matris imaginem, quadrigæ ſpoliis Bulgaricis conſtratæ impoſitam ſolemni per vrbem pompa vexit, eiuſdem patrocinio viĉtoriæ illius laudem adſcribens. A Baſilio cubiculario, cuins nimiam cupiditatem perſtrinxerat, veneno ſublatus, an. 975. menſę Decembri perilt. Quo mortuo ad *Baſilium* & *Conſtantinum*, Romani Imp. filios, Imperium rediit: quod Baſilius annis 50. Conſtantinus triennio amplius tenuit. *Curopal. Cedr. Zonar. Glycas, Manaſſes.*

Nortmanni Lonanio diſcedunt, & per Sequanam fl. inueĉti, vrbem Pariſienſem obſident. Hanc obſidionem Abbo Abbas, Aimoini hiſtorici diſcipulus verſibus heroicis deſcripſit. Henricum Ducem, cum exercitu à Car. Craſſo miſſum, Nortmanni dolo occidunt. Craſſus rebus quodammodo deſperatis partem Galliæ vltra Sequanam, quæ hodie Nortmannia dicitur, ipſis concedit. Inde in Germaniam abiens, menſe Nouembri à proceribus deſertus exanĉtoratur, & ARNVLFVS, Carlomanni anno 880. defunĉti filius, ad Germaniæ regnum euehitur. Hugo Abbas Aureliani moritur: Ducatus eius *Odoni*, Rotberti Fortis filio, à Carolo Craſſo traditur: qui Odo tunc Pariſiorum 887

Godefrido & Sigifrido Nortmannorum Regibus tranſigit. Godefrido Giſla, Lotharij Regis filia ex Waldrada, in vxorem datur, Friſia prouincia velut in dotem adſignata. Idem factis Chriſtianis imbutus ex fonte baptiſmali à Craſſo ſuſcipitur. Sigifridus multis muneribus donatus cum ſuis abſcedit. *Rhegino.*

883 Hugo Lotharij Regis ex Waldrada filius, à Stephano, Rotberto & alijs Comitibus adiutus, ſpe recuperandi regni paterni, Lotharingiam vaſtat, non minùs quàm Nortmanni. Bertulphus Treuerorum Epiſcopus IV. Idus Septembris moritur: cui anno ſequenti VII. Idus Aprilis ſucceſſit Ratbodus. Is X. Kal. Maij Rupertum Metenſem Epiſcopum conſecrauit. Annales Pithœani hîc deſiuunt: quos vſque ad annum 893. titulo *Annalium Fuldenſium*, Freherus recudendos curauit: vt ſuprà pag. 147. monui. Ludouicus, Carlomanni frater, apud S. Dionyſium moritur, & ibidem ſepelitur. Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis decedit, & ſuccedit Fulco.

884 Marinus Papa 18. Ianuarij moritur: ſuccedit Hadrianus. Nortmanni per Somonam fl. in Franciam irrumpunt. Exinde pecunia à Carlomanno Rege accepta, è regno diſcedunt. Carlomannus, Lud. Balbi filius, Francorum Rex, ab apro in venatione læſus, paulò pòſt moritur, & ad S. Dionyſium ſepelitur. Nortmanni, cognita Regis morte, protinus in Franciam reuertuntur. Franci Car. Caluo Imp. ſeſe ideò ſubmittunt, Hugone Abbate ac ceteris proceribus id procurantibus. Nortmanni, adſentiente Godefrido Rege, Rhenum nauigijs aſcendunt, & Duisburgo occupato, munitionem eo in loco conſtruunt, atque ibi hiemem tranſigunt.

885 Hugo, Lotharij ex Waldrada filius, contra Car. Craſſum Imp. rebellare cogitans, legatos in Friſiam mittit ad ſororium ſuum Godefridum Nortmannorum Regem. Godefridus *Gerolphum* & *Gardolphum*, Comites Friſonum, legatos ad Craſſum dirigit. Denique poſt varias legationes vltrò citroque miſſas, *Godefridus* dolo in Batauia confoſſus trucidatur, cum omnibus Nortmannis in eadem inſula repertis. Non multò pòſt *Hugo* quoque ad Gundulfi villam dolo capitur, & iuſſu Craſſi Imp. excæcatur, atque in monaſterium S. Galli mittitur. Demum Suendeboldi Regis temporibus, in Prumienſi monaſterio, manu Rheginonis Abbatis & Chronographi, attonſus, ibidem non multos poſt annos moritur ac ſepelitur; vt ipſemet Rhegino narrat. Porrò Gerolphum iſtum fuiſſe patrem Theoderici I. Hollandiæ Comitis, Ianus Douſa & alij rerum Hollandicarum ſcriptores coniiciunt. Hadrianus Papa moritur 9. Maij. Stephanus V. ſuccedit. Macarius & coniux eius Gundrada, procurante Ioanne Ep. Cameracenſi, varia prædia pagi Condruſiorum donant eccleſiæ cathredali Cameracenſi. *Baldericus* l. 1. c. 52. Ioanni in Epiſcopatu ſucceſſit Rotradus.

886 Nortmanni in regnum Lotharij reuertentes, in loco qui dicitur *Louen* (Latinè nunc Louanium) caſtra metantur. *Rhegino.*

Orientis ſeu Græcorum Imperatores ab an. 886. ad an. 1029.

Baſilio Macedone an 886. mortuo, Leo eius filius, vel vt alijs placet, Michaëlis Imp. (qui concubinam ſuam Eudoxiam de ſe grauidam Baſilio collocarat) filius, ad Orientis Imperium peruenit, Philoſophiæ ſtudijs in primis deditus; vnde & *Philoſophi* cognomen

ipſi

ipſi eſt inditum. Leone an. 911. die 11. Iunij defunđo, *Alexander* illius frater regimen ſuſcepit, cùm Leonis filius *Conſtantinus Porphyrogenitus*, quem ex Zoe quarta coniuge ſuſtulerat, penè adhuc infans eſſet. Anno proximo ſequenti, cùm *Alexander* die 7. Iunij obiiſſet, tutore orbatus ipſe Conſtantinus ſeptennis puer cum Zoe matre imperare cœpit. Quâ palatio poſt annos octo ſubmotâ, cuſtos fit Imperatoris ac pater, nouo & ad hanc diem inuſitato honoris genere, *Romanus Lecapenus* Conſtantini ſocer; moxque die 24. Septembris; anni eiuſdem 919. Cæſar, & menſe Decembri Auguſtus appellatur. Is ſequenti anno *Chriſtophorum* filium ſuum ad idem culmen euexit, vt & alios duos *Stephanum* & *Conſtantinum* an. 928. ipſo die Natali Chriſti. Quin & Theophylactum filium ſuum, annos 16. natum, ad Patriarchę CP. dignitatem promouit. Tot præſidiis firmatus Romanus Conſtantinum aſpernari cœpit, eique poſteriorem à ſe locum tribuere. Quam hominis in Principem ſuum impietatẽ par in ipſummet filij eius impietas vindicauit. Anno namque 944. menſe Decembri *Stephanus*, Romani filius, patrem Imperatoria dignitate ſpoliatum in inſulã relegat. Cuius exemplo incitatus CONSTANTINVS, Philoſophi filius, Romani ſtirpe è ſolio deturbatâ, ſolus imperare cœpit. Hunc an. 959. *Romanus* filius parricidio ſuſtulit, vt citiùs regnaret. Poſt Romanum an. 963. defunctum *Nicephorus Phocas* (qui Cretam inſulam an. 961. Saracenis eripuerat) regnauit, homo illiberalis ac ſordidus. Hic eſt ad quem nobili legatione perfunctus eſt Luitprandus Ticinenſis, ab Othone I. Imp. miſſus: quam legationem ſingulari libro ipſe deſcripſit. Periit autem Nicephorus an. 969. menſe Decembri, Theophanonis coniugis & Ioannis Tzimiſcæ inſidiis. Eodemque anno *Tzimiſces* Imperator eſt ſalutatus, qui mox Romani filios, Baſilium & Conſtantinum, collegas ſibi adſumpſit; Theophanonem Nicephori viduam, alioſque illius cædis conſcios relegauit. Is primus aureis nummis Saluatoris effigiem impreſsit, cum hac inſcriptione, *Ieſus Chriſtus Rex Regum.* Idem confecto bello Bulgarico, triumphantis more, Conſtantinopolim ingreſſurus, Virginis-Matris imaginem, quadrigæ ſpoliis Bulgaricis conſtratæ impoſitam ſolemni per vrbem pompa vexit, eiuſdem patrocinio victoriæ illius laudem adſcribens. A Baſilio cubiculario, cuius nimiam cupiditatem perſtrinxerat, veneno ſublatus, an. 975. menſe Decembri periit. Quo mortuo ad *Baſilium* & *Conſtantinum*, Romani Imp. filios, Imperium rediit: quod Baſilius annis 50. Conſtantinus triennio ampliùs tenuit. *Curopal. Cedr. Zonar. Glycas, Manaſſes.*

Nortmanni Lonaûio diſcedunt, & per Sequanam fl. innecti, vrbem Pariſienſem obſident. Hanc obſidionem Abbo Abbas, Aimoini hiſtorici diſcipulus verſibus heroicis deſcripſit. Henricum Ducem, cum exercitu à Car. Craſſo miſſum, Nortmanni dolo occidunt. Craſſus rebus quodammodo deſperatis partem Galliæ vltra Sequanam, quæ hodie Nortmannia dicitur, ipſis concedit. Inde in Germaniam abiens, menſe Nouembri à proceribus deſertus exauctoratur, & ARNVLFVS, Carlomanni anno 880. defuncti filius, ad Germaniæ regnum euehitur. Hugo Abbas Aureliani moritur: Ducatus eius *Odoni*, Rotberti Fortis filio, à Carolo Craſſo traditur: qui Odo tunc Pariſiorum 887

Godefrido & Sigifrido Nortmannorum Regibus tranſigit. Godefrido Giſla, Lotharij Regis filia ex Waldrada, in vxorem datur, Friſia prouincia velut in dotem adſignata. Idem ſacris Chriſtianis imbutus ex fonte baptiſmali à Craſſo ſuſcipitur. Sigifridus multis muneribus donatus cum ſuis abſcedit. *Rhegino.*

883 Hugo Lotharij Regis ex Waldrada filius, à Stephano, Rotberto & alijs Comitibus adiutus, ſpe recuperandi regni paterni, Lotharingiam vaſtat, non minùs quàm Nortmanni. Bertulphus Treuerorum Epiſcopus IV. Idus Septembris moritur: cui anno ſequenti VII. Idus Aprilis ſucceſſit Ratbodus. Is X. Kal. Maij Rupertum Metenſem Epiſcopum conſecrauit. Annales Pithœani hîc deſinunt: quos vſque ad annum 893. titulo *Annalium Fuldenſium*, Freherus recudendos curauit: vt ſuprà pag. 147. monui. Ludouicus, Carlomanni frater, apud S. Dionyſium moritur, & ibidem ſepelitur. Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis decedit, & ſuccedit Fulco.

884 Marinus Papa 18. Ianuarij moritur: ſuccedit Hadrianus. Nortmanni per Somonam fl. in Franciam irrumpunt. Exinde pecunia à Carlomanno Rege accepta, è regno diſcedunt. Carlomannus, Lud. Balbi filius, Francorum Rex, ab apro in venatione læſus, paulò pòſt moritur, & ad S. Dionyſium ſepelitur. Nortmanni, cognita Regis morte, protinus in Franciam reuertuntur. Franci Car. Caluo Imp. ſeſe ideò ſubmittunt, Hugone Abbate ac ceteris proceribus id procurantibus. Nortmanni, adſentiente Godefrido Rege, Rhenum nauigijs aſcendunt, & Duisburgo occupato, munitionem eo in loco conſtruunt, atque ibi hiemem tranſigunt.

885 Hugo, Lotharij ex Waldrada filius, contra Car. Craſſum Imp. rebellare cogitans, legatos in Friſiam mittit ad ſororium ſuum Godefridum Nortmannorum Regem. Godefridus *Gerolphum* & *Gardolphum*, Comites Friſonum, legatos ad Craſſum dirigit. Denique poſt varias legationes vltrò citroque miſſas, *Godefridus* dolo in Batauia confoſſus trucidatur, cum omnibus Nortmannis in eadem inſula repertis. Non multò pòſt *Hugo* quoque ad Gundulfi villam dolo capitur, & iuſſu Craſſi Imp. excæcatur, atque in monaſterium S. Galli mittitur. Demum Suendeboldi Regis temporibus, in Prumienſi monaſterio, manu Rheginonis Abbatis & Chronographi, attonſus, ibidem non multos poſt annos moritur ac ſepelitur; vt ipſemet Rhegino narrat. Porrò Gerolphum iſtum fuiſſe patrem Theoderici I. Hollandiæ Comitis, Ianus Douſa & alij rerum Hollandicarum ſcriptores coniiciunt. Hadrianus Papa moritur 9. Maij. Stephanus V. ſuccedit. Macarius & coniux eius Gundrada, procurante Ioanne Ep. Cameracenſi, varia prædia pagi Condruſiorum donant eccleſiæ cathredrali Cameracenſi. *Baldericus* l. 1. c. 52. Ioanni in Epiſcopatu ſucceſſit Rotradus.

886 Nortmanni in regnum Lotharij reuertentes, in loco qui dicitur *Louen* (Latinè nunc Louanium) caſtra metantur. *Rhegino.*

Orientis ſeu Græcorum Imperatores ab an. 886. ad an. 1029.

Baſilio Macedone an 886. mortuo, Leo eius filius, vel vt alijs placet, Michaëlis Imp. (qui concubinam ſuam Eudoxiam de ſe grauidam Baſilio collocarat) filius, ad Orientis Imperium peruenit, Philoſophiæ ſtudijs in primis deditus; vnde & *Philoſophi* cognomen

Anni vulgares Christi.

ipſi eſt inditum. Leone an. 911. die 11. Iunij defunđo, *Alexander* illius frater regimen ſuſcepit, cùm Leonis filius *Conſtantinus Porphyrogenitus*, quem ex Zoe quarta coniuge ſuſtulerat, penè adhuc infans eſſet. Anno proximo ſequenti, cùm *Alexander* die 7. Iunij obiiſſet, tutore orbatus ipſe Conſtantinus ſeptennis puer cum Zoe matre imperare cœpit. Quâ palatio poſt annos octo ſubmotâ, cuſtos fit Imperatoris ac pater, nouo & ad hanc diem inuſitato honoris genere, *Romanus Lecapenus* Conſtantini ſocer; moxque die 24. Septembris, anni eiuſdem 919. Cæſar, & menſe Decembri Auguſtus appellatur. Is ſequenti anno *Chriſtophorum* filium ſuum ad idem culmen euexit, vt & alios duos *Stephanum* & *Conſtantinum* an. 928. ipſo die Natali Chriſti. Quin & Theophylactum filium ſuum, annos 16. natum, ad Patriarchę CP. dignitatem promouit. Tot præſidiis firmatus Romanus Conſtantinum aſpernari cœpit, eique poſteriorem à ſe locum tribuere. Quam hominis in Principem ſuum impietatē par in ipſummet filij eius impietas vindicauit. Anno namque 944. menſe Decembri *Stephanus*, Romani filius, patrem Imperatoria dignitate ſpoliatum in inſulā relegat. Cuius exemplo incitatus CONSTANTINVS, Philoſophi filius, Romani ſtirpe è ſolio deturbatâ, ſolus imperare cœpit. Hunc an. 959. *Romanus* filius parricidio ſuſtulit, vt citiùs regnaret. Poſt Romanum an. 963. defunctum *Nicephorus Phocas* (qui Cretam inſulam an. 961. Saracenis eripuerat) regnauit, homo illiberalis ac ſordidus. Hic eſt ad quem nobili legatione perfunctus eſt Luitprandus Ticinenſis, ab Othone I. Imp. miſſus: quam legationem ſingulari libro ipſe deſcripſit. Periit autem Nicephorus an. 969. menſe Decembri, Theophanonis coniugis & Ioannis Tzimiſcæ inſidiis. Eodemque anno *Tzimiſces* Imperator eſt ſalutatus, qui mox Romani filios, Baſilium & Conſtantinum, collegas ſibi adſumpſit; Theophanonem Nicephori viduam, alioſque illius cædis conſcios relegauit. Is primus aureis nummis Saluatoris effigiem impreſsit, cum hac inſcriptione, *Ieſus Chriſtus Rex Regum.* Idem confecto bello Bulgarico, triumphantis more, Conſtantinopolim ingreſſurus, Virginis-Matris imaginem, quadrigæ ſpoliis Bulgaricis conſtratæ impoſitam ſolemni per vrbem pompa vexit, eiuſdem patrocinio victoriæ illius laudem adſcribens. A Baſilio cubiculario, cuius nimiam cupiditatem perſtrinxerat, veneno ſublatus, an. 975. menſę Decembri periit. Quo mortuo ad *Baſilium* & *Conſtantinum*, Romani Imp. filios, Imperium rediit: quod Baſilius annis 50. Conſtantinus triennio amplius tenuit. *Curopal. Cedr. Zonar. Glycas, Manaſſes.*

Nortmanni Lonanio diſcedunt, & per Sequanam fl. inuecti, vrbem Pariſienſem obſident. Hanc obſidionem Abbo Abbas, Aimoini hiſtorici diſcipulus verſibus heroicis deſcripſit. Henricum Ducem, cum exercitu à Car. Craſſo miſſum, Nortmanni dolo occidunt. Craſſus rebus quodammodo deſperatis partem Galliæ vltra Sequanam, quæ hodie Nortmannia dicitur, ipſis concedit. Inde in Germaniam abiens, menſe Nouembri à proceribus deſertus exauctoratur, & ARNVLFVS, Carlomanni anno 880. defuncti filius, ad Germaniæ regnum euehitur. Hugo Abbas Aureliani moritur: Ducatus eius *Odoni*, Rotberti Fortis filio, à Carolo Craſſo traditur: qui Odo tunc Pariſiorum 887

XII Balduinus VII. Selvris ex Agnete Alani Britanniæ Co- tisfilia prolem non ſuſtulit. Moriens an. 1118. ant 1119. amitinum ſuum Carolum Bonum ex aſſe ſcripſit heredem, Audomaropoli ad S. Bertinum marmoreo tumulo honoratus. XIII. Carolus Bonus, S. Canuti Daniæ Regis & Adelæ ſuprà memoratæ filius, Roberti Friſij nepos, vxorem habuit Margaritam, Rainoldi Comitis Claromontani filiam, ſed nullam ex ea ſobolem. Ab impiis 1127. in templo S. Donatiani Brugis cæſus eſt. Vitam & cædis hiſtoriam ſcripſerunt Gualterus Archidiaconus Morinēſis & Gualterus Notarius Brugenſis. XIV. Gvilielmvs Nortmannvs, Roberti Nortmanniæ Ducis & Machtildæ Inſulanę filius, Carolo cæſo, Flandriæ principatum obtinuit, agente Ludouico Craſſo Francorum Rege. Ex Reineri Montferratēſis & Giſlæ Burgundicæ filia (de qua agit Quercetanus in Hiſtoria Drocenſi ex Orderico Vitali) prolem non reliquit, obiitque 1188. ad S. Bertinum inhumatus. XV. Theodericvs Alsativs, Theoderico Lotharingiæ Moſellanæ Duce, & Gertrude Roberti Friſij Flandriæ Comitis filia genitus, duas habuit coniuges, Suanahildem & Sibyllam Andegauenſem, Fulconis Hieroſolymitani Regis filiam. Ex Suanahilde genuit *Laurentiam* Ioano Comiti Aloſtano nuptam. Ex Sibylla nati ſunt, *Balduinus* ſine liberis defunctus, *Philippus*, *Matthæus* Comes Bolonienſis, *Gerardus*, *Petrus*, *Margarita*, *Gertrudis*, & *Eliſabetha*. Obijt 1168. Watenis in Canonicorum regularium cœnobio (quod nunc Societas Ieſu poſſidet) ſepultus. Terram ſanctam quater adijt, & inde Cruorem D.N. Ieſu Chriſti attulit, & Brugis collocauit. Ex filijs eius Petrus, abdicato Epiſcopatu Cameracenſi, duxit Mathildem Comitiſſam Niuernenſem. De Matthæo infrà agemus in ſerie Comitum Bolonienſium. Ex filiabus Margarita Rodulfo Veromandiæ, pòſt Balduino V. Hannoniæ Comiti nupſit. Gertrudis fuit vxor Lamberti Comitis Montis acuti. XV. Philippvs Alsasivs parenti ſuo Theoderico in Comi- Flandriæ, & Rodulfo Comiti Veromanduorum, ſocero ſuo, in Comitatu Veromanduenſi ſucceſſit: obijtque 1191. in Syria ſine liberis, in Clara Valle ſepultus. Eius vxor Eliſabetha an. 1182. deceſſit, Atrebati in templo cathedrali ſepulta, ante aram maiorem. XVI. Succeſſit in Comitatu Flandriæ Baldvinvs VII. Magnanimvs, Hannoniæ Comes, qui Margaritam Alſatiam Philippi ſororem, duxerat. Horum liberi fuerunt, *Balduinus* VIII. Flandriæ Hannoniæque Comes, pòſt Imp. Conſtantinopolitanus, *Philippus* Comes Namurcenſis, *Henricus* Balduini fratris ſui in Imperio C P. ſucceſſor, *Iſabella* Philippo Auguſto Franciæ Regi, *Sibylla* Guichardo III. Montpenſerij Domino, & *Iolenta* Petro Curteniaco Imperatori C P. nuptæ. Margarita porrò Alſatia Flandriæ Hannoniæque Comitiſſa 1194. deceſſit, Brugis ad S. Donatianum ſepulta. Cui Baldvinvs filius ſucceſſit: ſicque Comitatus Flandrenſis ad iuſtum Balduini Haſnonij ſuprà memorati heredem redijt, quem ab anno 1072. Roberti Friſij poſteritas poſſederat. XVII. Baldvinvs VIII. Flandriæ Hannoniæque Comes, ex maſcula Balduini Ferrei ſtirpe Princeps apud Flandros poſtremus, ad Imperium Conſtantinopolitanum euectus, an. 1204. à Bulgaris captus, miſerè in carcere perijt. Ex Maria, Henrici Campaniæ Comitis filia, duas reliquit filias ex ordine heredes, *Mariam* & *Margaritam*, cognomento *Conſtantinopolitanas*: de quibus ſuo infrà loco dicemus. Primorum Flandriæ Comitum Tabulam genealogicam

logicam in Notitia eccleſ. Belgij cap. 92. dedimus.

Carlomannus & Ludouicus, Lud. Balbi ex Auſgarde filij, re- 880
gnum paternum apud Ambianos menſe Martio diuidunt: vt Chronicon Floriacenſe docet. LVDOVICVS Franciam & Neuſtriam, CARLOMANNVS (quem natu maiorem fuiſſe Rhegino ſcribit) Burgundiam & Aquitaniam eſt ſortitus. Ludouico poſt biennium mortuo, menſe Auguſto an. 882. Carlomannus Franciam quoque & Neuſtriam adeptus eſt. Carlomannus Baioariæ Rex Ludouici Germanici filius, Car. Craſſi frater, paralyſi diſſolutus VII. Nonas Aprilis diem claudit extremum. Ex concubina filium reliquit Arnulfum, poſteà Imperatorem. Ludouicus Lotharingiæ Rex cùm fratrem obijſſe intellexiſſet, Ratisponam veniens, Baioariam occupauit: Arnulfo autem Carantanum conceſſit, quod ei pater iampridem attribuerat. *Rhegino. Ann. Pith.* Adonis Ep. Viennenſis Breuiarium Chronicorum hîc deſinit.

CAROLVS CRASSVS Carlomanni Baioariæ Regis defuncti 881
frater, Alemannia egreſſus, primò Langobardiam, pòſt reliquam Italiam in deditionem accipit, & Romam veniens à Ioanne VIII. Papa coronatur Imperator, die Natali Domini. Nortmanni Friſios ſpoliant, & Nouiomagenſe palatium ad Vahalim incendunt. *Rhegino.* Ex Beliſienſi Hasbaniæ monaſterio S. Landradæ virginis oſſa Gandauum transferuntur. Apud S. Macram, in loco olim *Fines* dicto, menſe Aprili Concilium celebratur. Hodie *Fimas* ſeu *Fimes* vocitant opidum diœceſis Remenſis, martyrio & cultu S. Macræ virginis celebre. Olim Fines dicebant, quia in finibus pagi Remenſis & Sueſſionici. Itinerarium Antonini, *Auguſta Sueſſonum, Fines, Durocortorum Remorum.* Ludouicus Germaniæ Rex in Galliam profectus, Hugonem, Lotharij Lotharingiæ Regis ex Waldrada pellice filium, ad ſe venientem varijs beneficijs afficit: ſed prauorum vſus conſilio, fidem Regi mentitus in Burgundiam fugit. Idem Rex cum Ludouico Neuſtriæ Rege apud villam Gundulfi colloquium habet. Nortmanni Cameracum, Atrebatum, Leodicum, Tungros, Traiectum, pagum Hasbanicum, totamque Ripuariam, & varia, ijs in locis monaſteria, vt Indam, Stabuletum, Malmundarium & Aquenſe palatium vaſtant; Coloniam Agrippinam, Tulpiacum & Bonnam incendunt. Canonici & ſanctimoniales cum theſauris eccleſiarum & Sanctorum corporibus Moguntiacum fugiunt. *Ann. Pith. Rheg. Baldericus.*

Ludouicus Germaniæ & Loth. Rex XIII. Kal. Sept. Francofurti 882
moritur, in Lauriſheimenſi monaſterio iuxta patrē conditus. Vnicū ex Luitgarde coniuge filium ſuſtulit *Ludouicum*, qui puerulus ex feneſtra cadens perijt. *Rhegino.* Nortmanni vſque ad Confluentes, vbi Moſella in Rhenum cadit, progreſſi, incendio omnia vaſtant; Prumiam ipſo die Epiphaniæ, vrbemque Treuerenſem Nonis Aprilis inuadunt, & Walonem Epiſcopum Metenſem in prælio occidunt. Quibus patratis reuerſi ſunt in munitionem ſuam, quam ad littus Moſæ fl. habebant, in loco qui dicitur *Aſcloha.* Carolus Craſſus Imp. ex Italia redux Ludouici fratris ſui defuncti regnum occupat, & cum Nortmannis tranſigit. *Ann. Pith. Rhegino.* Ioannes VIII. Papa 15. Decembris moritur: Marinus die 19. ſuccedit. Hincmarus Ar. Remenſis obijt: Fulco ſuffectus eſt. *Flod.* Carolus Craſſus Imp. cum Gode-

ipſi eſt inditum. Leone an. 911. die 11. Iunij defnncto, *Alexander* illius frater regimen ſuſcepit, cùm Leonis filius *Conſtantinus Porphyrogenitus*, qnem ex Zoe qnarta coniuge ſuſtulerat, penè adhuc infans eſſet. Anno proximo ſequenti, cùm *Alexander* die 7. Iunij obiiſſet, tutore orbatus ipſe Conſtantinus ſeptennis puer cum Zoe matre imperare cœpit. Quâ palatio poſt annos octo ſubmotâ, cuſtos fit Imperatoris ac pater, nouo & ad hanc diem inuſitato honoris genere, *Romanus Lecapenus* Conſtantini ſocer; moxque die 24. Septembris, anni einſdem 919. Cæſar, & menſe Decembri Auguſtus appellatur. Is ſeqnenti anno *Chriſtophorum* filium ſuum ad idem culmen euexit, vt & alios dnos *Stephanum* & *Conſtantinum* an. 928. ipſo die Natali Chriſti. Quin & Theophylactum filium ſuum, annos 16. natum, ad Patriarchę CP. dignitatem promonit. Tot præſidiis firmatus Romanus Conſtantinum aſpernari cœpit, eique poſteriorem à ſe locum tribuere. Quam hominis in Principem ſuum impietatē par in ipſummet filij eius impietas vindicanit. Anno namque 944. menſe Decembri *Stephanus*, Romani filius, patrem Imperatoria dignitate ſpoliatum in inſulā relegat. Cuius exemplo incitatus CONSTANTINVS, Philoſophi filius, Romani ſtirpe è ſolio deturbatâ, ſolus imperare cœpit. Hunc an. 959. *Romanus* filius parricidio ſuſtulit, vt citiùs regnaret. Poſt Romanum an. 963. defunctum *Nicephorus Phocas* (qui Cretam inſulam an. 961. Saracenis eripnerat) regnauit, homo illiberalis ac ſordidns. Hic eſt ad qnem nobili legatione perfunctus eſt Luitprandus Ticinenſis, ab Othone I. Imp. miſſus: quam legationem ſingulari libro ipſe deſcripſit. Periit antem Nicephorus an. 969. menſe Decembri, Theophanonis coniugis & Ioannis Tzimiſcæ inſidiis. Eodemque anno *Tzimiſces* Imperator eſt ſalntatus, qni mox Romani filios, Baſilinm & Conſtantinnm, collegas ſibi adſumpſit; Theophanonem Nicephori vidnam, alioſque illius cædis conſcios relegauit. Is primus anreis nnmmis Salnatoris effigiem impreſsit, cnm hac inſcriptione, *Ieſus Chriſtus Rex Regum*. Idem confecto bello Bulgarico, triumphantis more, Conſtantinopolim ingreſſurns, Virginis-Matris imaginem, quadrigæ ſpoliis Bulgaricis conſtratæ impoſitam ſolemni per vrbem pompa vexit, eiuſdem patrocinio victoriæ illins laudem adſcribens. A Baſilio cubiculario, cnius nimiam cupiditatem perſtrinxerat, veneno ſublatus, an. 975. menſę Decembri periit. Quo mortno ad *Baſilium* & *Conſtantinum*, Romani Imp. filios, Imperinm rediit: quod Baſilins annis 50. Conſtantinus triennio ampliùs tennit. *Curopal. Cedr. Zonar. Glycas, Manaſſes.*

Nortmanni Lonanio diſcednnt, & per Sequanam fl. inuecti, vr- 887
bem Pariſienſem obſident. Hanc obſidionem Abbo Abbas, Aimoini hiſtorici diſcipulns verſibns heroicis deſcripſit. Henricum Ducem, cum exercitu à Car. Craſſo miſſum, Nortmanni dolo occidnnt. Craſſus rebus quodammodo deſperatis partem Galliæ vltra Seqnanam, qnæ hodie Nortmannia dicitur, ipſis concedit. Inde in Germaniam abiens, menſe Nouembri à proceribns deſertus exauctoratnr, & ARNVLFVS, Carlomanni anno 880. defuncti filius, ad Germaniæ regnnm euehitur. Hugo Abbas Aureliani moritur: Dncatns eius *Odoni*, Rotberti Fortis filio, à Carolo Craſſo traditur: qui Odo tunc Pariſiorum

gium diaconum, ſcribit Luitprandus. Nortmanni in regnum Lotharij claſſem tranſuehunt, & circa Leodicum Moſam tranſeunt. Pugnatur ad torrentem *Galid* VI. Kalend. Iulij: Chriſtiani ſuperantur, & in prælio occumbũt Sunderoldus Ar. Moguntinus & Arnulfus Comes. Hatto in Moguntina cathedra ſuccedit. Audita noſtrorum clade, Arnulfus Rex ex Bauaria in Belgicam accurrit, Rhenoque tranſmiſſo ad littora Moſæ caſtra ſtatuit. Nortmanni ſuper fluuio qui *Thilia* dicitur (& Louanium perluit) lignorum & terræ congerie, more ſolito, ſe communiunt. Arnulfus cum ſuis pedeſtri prælio hoſtes aggreſſus, eos vſque ad internecionem deleuit; ita vt ex innumerabili multitudine vix reſiduus eſſet, qui ad claſſem aduerſum nuntium reportaret. *Rhegino*. In hoc prælio prope Louanium centum Nortmannorum millia cecidiſſe, Helmoldus narrat. In memoriam tantæ victoriæ etiamnum quotannis ſupplicatio ſolemnis Louanij habetur, Dominica prima Septembris. Luitprandus diaconus Ticinenſis (pòſt Cremonenſis Epiſcopus) hiſtoriam ſui temporis orditur. Quæ à capite ſexto libri ſexti adiiciuntur, Baronius ſuſpicatur non eſſe Luitprandi, ſed alterius cuiuſpiam anonymi.

Februario menſe Nortmanni, qui ad naues remanſerant, Moſam traiiciunt. Ripuariorum pagum ingreſsi, Bonuam vſque perueniunt, Prumienſe monaſterium ſpoliant, Arduennam intrantes, cuncta vaſtant: cum ingenti denique præda ad claſſem redeunt, oneratiſque nauibus tranſmarinas regiones repetunt. *Rhegino*. Per id tempus Farabertus Abbas Prumienſis, in diœceſi Treuerenſi, curã paſtoralem ſua ſponte, per conceſſum Arnulfi Regis, depoſuit: *& ego* (Rhegino ſcilicet) *per electionem fratrum in regimine ſucceſſi: in quo tamen non diu immoratus, æmulis agentibus, Richarium, Gerardi & Matfridi fratrem, ſuſtinui ſucceſſorem.* Notet hîc lector ætatem Rheginonis Chronographi. GVIDO Rex Italiæ, ſuprà an. 888. memoratus, à Formoſo Papa coronatur Romæ Imperator. Quo facto Arnulfi & Berengarij inuidiam contra ſe concitauit. *Luitprandus* 1. *c.* 8. Balduinus Caluus, Balduini Ferrei filius, Flandriæ Comes, arguebatur quòd presbyterum flagellarat, quòd baſilicas presbyteris quibuſdam abſtulerat, aliiſque dederat, inconſulto Epiſcopo, quòd Nouiomenſis eccleſiæ res inuaſerat, & monaſterium quoddam ſibi vſurparat, quòd denique contra Regem inſurrexerat: vt ex Fulconis Ar. Remenſis epiſtola ad ipſum Balduinum, à Flodoardo l. 4. c. 7. edita, colligi datur. Hoc itaque anno, ab eodem Fulcone & Coëpiſcopis in vrbe Remenſi congregatis, litteræ comminatoriæ ad Balduinum ſcriptæ ſunt, quas Flodoardus loco cit. recitat. 892

Odone Rege in Aquitania commorante, Francorum primores ab eo deficiunt, & Fulcone Ep. Remenſi, Heriberto & Pipino Comitibus agentibus, CAROLVS SIMPLEX, Lud. Balbi ex Adelheide filius, 28. Ianuarij Rex coronatur in vrbe Remenſi. Odo rebus in Aquitania compoſitis, in Franciam reuertitur, & cum Rotberto fratre, Carolum Simplicem fugat. Carolus in Burgundiam ſecedit, Arnulfi Regis auxilium expoſcit, & Odone Pariſios reuertente regni fines rurſus occupat. Sicque alternatim alter alterum fugat, & multæ fiunt rapinæ ac cædes vtrimque. *Rhegino. Flodoardus l.4.c.1.& 5.* Idẽ Arnulfus in Lotharij regnũ hoc anno venit, & præcipuas eius vrbes luſtrauit, poſt bella Nortmannorum, quæ proximis 893

duobus annis anteceſſerant. Ad hunc annum Sirmondus conijcit non ineptè referri poſſe Concilium Metenſe, in regno Lotharij à Belgicæ primæ Epiſcopis, ſub Arnulfo Lotharingiæ Rege, Kalendis Maij celebratum. In cuius Concilij contextum nota aonorum Chriſti 888. perperam irrepſit. Huic autem Concilio Ratbodus Treuerenſis, Rotbertus Metenſis, Dado Virdunenſis & Arnoldus Tullenſis, Epiſcopi interfuerunt. LAMBERTVS, Guidonis Imp. filius petente patre, à Formoſo Papa Romę vngitur Imperator; vt ex Flodoardo Baronius colligit. Lamberti vnctio Imperialis in Synodo Romana & Rauennenſi an. 904. ſub Ioanne IX. Papa probata fuit: ideoque Baronius aſſerit ſe Lambertum in ſerie Imperatorum Occidentalium collocaſſe; omiſſo Arnulfo, violento (vt ait) inuaſore.

894 Arnulfus Germaniæ Rex à Berengario Italiæ Rege interpellatus ad ferendum auxilium contra Guidonem, Longobardiam ingreſſus, Bergomum vrbem armis cepit, & Ambroſium illius vrbis Comitem laqueo ſuſpendit. Zuodibolchus Rex Marahenſium Sclauorum è viuis exceſſit: cuius regnum filij pauco tempore tenuerunt, Hungaris omnia depopulantibus. *Rhegino.* Carolus Simplex Francorum Rex Leodicenſi, & Ludouicus Germaniæ Rex Vltraiectenſi eccleſiæ benefaciunt. *Not. eccleſ. Belg. c.* 45.

895 Apud Triburias in Germania Atto Moguntinus & alij Epiſcopi, præſente Arnulfo Rege, Synodum celebrant. In ea actum eſt de cauſſa Bremenſis eccleſiæ, inter Adelgarium Bremenſem & Herimannum Colonienſem Epiſcopum controuerſa: vt Adam Bremenſis in ſua hiſtoria eccleſiaſtica l. 1. c. 41. narrat. Arnulfus Rex conuentum publicum Wormatiæ celebrat, & *Suendeboldum* filium ſuum Lotharingiæ Regem creat. Odo Francorum Rex, Wormatiam cum muneribus ad Arnulfum veniens, honorificè ab eo excipitur. Ludelinus Ep. Tulleníis à Ratboldo Ar. Treuerenſi conſecratur. *Rhegino.*

896 ARNVLFVS Rex ſecundò Italiam ingreſſus, Romam venit, & à Formoſo Papa creatur Imperator: vt Rhegino & Luitprandus narrant. Sed quod Rhegino addit, matrem Lamberti Imp. Romæ ad præſidium relictam, cum ſuis latenter aufugiſſe, Baronio non probatur. Exiſtimauit enim Rhegino Guidonem Imp. ante annum obijſſe: quem tamen plures adhuc annos vixiſſe Luitprandus inſinuat. Formoſus Papa menſe Decembri moritur.

897 Formoſo Papa defuncto Bonifacius Sedem inuadens, dies 15. eam tenuit: non tamen numeratur inter Pontifices (ait Baronius) vtpóte in Romana Synodo ſub Ioanne IX. damnatus. Itaque Stephanus VII. dictus VI. pulſo Bonifacio Pontificatum tenuit. Suendeboldus Lotharingiæ Rex Odam, filiam Odonis Francorum Regis, in vxorem accipit. *Rhegino.* Idem Suendeboldus Rex, Niuellis in Gallo-Brabantia exiſtens, illius eccleſiæ poſſeſsiones an. 897. confirmat. Idem an. 895. Epternacenſi, & an. 898. Treuerenſi ac Leodicenſi eccleſiis benefecit. Diplomata in Notitia eccleſ. Belgij exſtant.

898 Odo Francorum Rex die 3. Ianuarij moritur, & ad S. Dionyſium ſepelitur. Primores regni in vnum congregati, pari conſilio ac voluntate CAROLVM SIMPLICEM Lud. Balbi filium, ſuper ſe Regem conſtituunt. *Rhegino.* Ceterùm plerique ſcriptores Car. Simplicis annos regni ordiuntur ab obitu Odonis Regis, hoc eſt, à tertio

tio die Ianuarij, anni huius 898. Carolus autem ipſe in diplomatibus ſuis quinquennio altiùs repetit: à die videlicet 28. Ianuarij, anni 893. quo Remis Fulco Archiepiſcopus ipſum vnxit in Regem. Quem annum Rhegino indicat, cùm Regem leuatum ſub finem anni 892. aſſerit. Nam cùm annos à Chriſti incarnatione ordiatur, non à Natali; anno cuique primos etiam ſequentis anni menſes adnumerat. Denique Car. Simplicis regnum ab hoc (quem diximus) Chriſti anno in eius diplomatibus incohari facilè perſpiciet, qui eius annos cum Indictionibus comparabit. Carolus porrò Simplex quo tempore in Regem confirmatus eſt, integrum regnum ſua in poteſtate non habuit: quia Odo Rex quamdiu vixit, Aquitaniam & Burgundiam tenuit. Mortuo poſt quinquennium Odone, quæ ab illo poſſeſſa fuerant recepit, regnumq́ue redintegrauit. Atque huius redintegrationis annos regni ſui annis Carolus deinceps in ſuis diplomatibus ſubiunxit. Semper igitur redintegrationis anni ſolido ferè quinquennio annis regni pauciores ſunt: & ſolidum fuiſſet, ſi Odo, qui die 3. Ianuarij obiit, ad diem 28. Februarij, quo die Car. Simplex inunctus fuit, vitam produxiſſet. Ceterùm quo anno regnum Lotharij is receperit, eiuſq́; acceſſione hereditatem ſuam amplificauerit, inueſtigandum reſtat. Sigebertus noſter in Chron. receptum anno 915. ſcribit. Sed ex variis eiuſdem Caroli diplomatibus Sirmondus rectè concludit, quadriennio ante, hoc eſt, anno Chriſti 912. regni autem Caroli 20. receptum fuiſſe. Quo nimirum tempore (Ludouico vltimo Carolinæ ſtirpis in Germania Rege ſine liberis defuncto) Carolo, vt legitimo heredi, iure licuit non regnum modò Lotharij, ſed Germaniam quoque ipſam, ſi par in armis vis fuiſſet, repetere.

Ad res anni huius 898. reuertamur. Suendeboldus Lotharingiæ Rex *Raginerum* ducem ſibi fideliſsimum (is primus inter Hannoniæ Comites hereditarios infrà recenſebitur) à ſe repulit, & honoribus atque hereditatibus, quas ſuo in regno habebat, neſcio cuius inſtinctu, priuauit. Raginerus, cum Odoacro Comite & aliis, in locum *Durfos* dictum, ob Moſæ fl. aquas inacceſsibile, ſeceſſit, ibiq́ue ſe communiuit. Suendeboldus id audiens caſtrum obſidet, ſed fruſtrà. Obſidione itaque ſoluta, Raginerus Car. Simplicem adit, eumq́ue cum exercitu in Lotharingiam deducit. Carolus itaque Aquaſgrani, & inde Neumagum venit. Suendeboldus Leodium ad Franconem Epiſcopum intereà abijt, ac Moſam cum ſuis tranſijt. Pugna parabatur; ſed intercurrentibus legatis pax eſt firmata, & Carolus in regnum ſuum regreſſus eſt. Eberhardus, Meginhardi filius, à Waltgario Friſone, Gerolfi filio, cùm venatum pergeret, dolo trucidatur. Ducatus, quem tenuerat, Meginhardo fratri ab Arnulfo Imp. committitur. *Rhegino.*

Odilbaldus Vltraiectenſis Epiſcopus moritur, & ſuccedit Ratboldus. Suendeboldus Raginerum in loco *Durfos* iterum obſidet fruſtrà. Arnulfus Imp. III. Kal. Decemb. moritur, & in Odingis ſepelitur, vbi & pater eius tumulatus iacet; vt Rhegino & Luitprandus tradunt. Eodem hoc anno Guidonem Italię Regem defunctum eſſe, Baronius ex Luitprando contendit; contra Rheginonem, obitum eius ante annos quinque narrantem. Rodulfus Comes pagi Cameracenſis, filius Balduini Ferrei Flandriæ Comitis, ab Heriberto Veromanduorum Comite in prælio occiditur. Succeſsit Balduinus 899

 Breuis,

Brenis, qui an. 973. obijt, ætatis extremæ. De Comitibus Cameracenſibus in Not. eccleſ. Belgij c. 92. egimus.

900 Sæculum decimum incohatur, quod nonnulli Ferreum aut Plumbeum, alij Obſcurum, ob inopiam veterum Scriptorum nuncupant. Nos illud pro noſtro modulo illuſtrare conabimur. Germaniæ proceres *Ludouicum*, Arnulfi filium legitimum, ſibi Regem creant. In Italia nouæ iterum turbæ poſt Arnulfi & Guidonis obitum, ſunt excitatæ. *Berengarius*, vt ait Luitprandus, Papiam veniens, regnum Italiæ rurſus obtinuit. Huic ſe oppoſuit L v d o v i c v s, Boſonis filius ex Hermingarde Ludonici iunioris Imp. filia: qui Berengario fugato, Romam venit, ibíque à Papa coronatus eſt Imperator. *Baron.* Dum hæc in Germania & Italia geruntur, inter Suendeboldum & primores regni Lotharingici grauis oritur diſſenſio. Certatim igitur ad Ludouicum tranſeunt, eúmque in regnum introducunt, & in Theodonis villa, manibus datis, eius dominationi ſe ſubiiciunt, ipſúmque creant Regem Lotharingiæ. Suendeboldus incendiis ac rapinis cuncta deuaſtans, à Stephano, Gerardo, & Matfrido Comitibus circa Moſam in prælio, Idibus Auguſti, interficitur. *Rhegino.* Suendeboldi corpus ſepultum fuit in Suſterenſi nobilium virginum Canonicarum templo, in Ducatu Iuliacenſi: vbi duas habuit filias, *Benedictam* & *Cæciliam*, Suſterenſes ex ordine Abbatiſſas. Hoc ipſo anno Gerardus Comes Odam, Suendeboldi Regis viduam, ſibi matrimonio iungit. *Rhegino.* Stephanus Papa moritur: in defuncti locum intruditur quidam nomine Romanus quem tradunt menſibus 4. diebus 20. vixiſſe. *Baron.* Fulco Ar. Remenſis, Balduini Flandriæ Comitis factione, à Winemaro Lilerienſi die 17. Iulij occiditur, ob contentionem de Abbatia Vedaſtina apud Atrebates. Flodoardum l. 4. c. 10. conſule. Succeſſit *Herineus*, filius Vrſi Comitis in Campania, & Bertæ ſororis Hucbaldi Comitis. Huius conſecrationi interfuerunt Riculfus Sueſſionenſis, Dodilo Cameracenſis, Otgarius Ambianenſis, Mancio Catalaunenſis, Rodulfus Laudunenſis, & Otfridus Silnanectenſis, Epiſcopi.

901 In Romani Papæ locum ſubrogatur *Theodorus* II. patria Romanus, qui diebus tantum 20. ſedit. *Theodoro* ſufficitur *Ioannes* IX. patria Tiburtinus, profeſſione monachus. *Baron.* Hungari Langobardorum fines ingreſſi, incendiis ac rapinis cuncta deuaſtant. Stephanus Comes, frater Walonis, moritur. *Rhegino.*

902 Leonis Græcorum Imperatoris iuſſu, Himerius vir rei militaris peritiſſimus expeditionem aduerſus Saracenos ſuſcipit, quam Curopalates & Cedrenus deſcribunt.

903 S. Grimbaldus Hidenſis in Anglia Abbas, anteà monachus Bertinianus, moritur. Vitam eius ſcripſit Gotzelinus monachus Bertinenſis, à S. Anſelmo Archiepiſcopo Cantuariam ad S. Auguſtini cœnobium euocatus: quo in loco non ſolùm Grimbaldi; ſed & vitas SS. Auguſtini, Laurentij, Suithuni, Erkenwaldi, Iuonis, Eadgithæ, Milburgæ & Witeburgæ deſcripſit. Franco Leodicenſis Epiſcopus V. Idus Ianuarij moritur: ſuccedit Stephanus, qui vitam S. Lamberti poliuit.

904 Ludouicus Imp. à Berengario captus, oculis ſimul & Imperio priuatur. *Rhegino.* Berengarius Romam cum exercitu veniens, coronam Imperij à Ioanne IX. Papa extorquet; viuente adhuc in Italia Lamberto Auguſto, quem à Formoſo Papa an. 893. coronatum diximus.

diximus. Poſt Berengarij abitum, idem Ioannes Papa primùm Romæ, poſteà Ranennæ Synodum Epiſcoporum habuit. Vtroque in loco Antiſtites Berengarij coronationem tamquam vi extortam abrogarunt, Lamberti verò legitimam indicarunt. Luitprandum lib. 1. c. 19. & Baronium conſule.

Conradus Comes filium ſuum Conradum, cum armatorum 905
manu, mittit contra Gerardum & fratrem eius Matfridum; eò quòd honores ſuos & Gebelhardi fratris ſui, videlicet poſſeſſionē S. Maximini Treuerenſis, & S. Mariæ ad Horreum, violenter inuaſiſſent, vt Rhegino loquitur. Ludouicus Rex conuentum generalem celebrat apud Triburias. Baltranno Straſburgenſi Epiſcopo Otbertus & Luidhelmo Tullenſi Drogo, ſuccedunt. Ita Rhegino Prumienſis Abbas; cuius Chronicon hîc deſinit. Quæ ſequuntur vſque ad annum 967. ab anonymo fūt addita. Sigebertus dicit Rheginonem perduxiſſe Chronicon ſuum vſque ad annum 910. quod cum mss. collatum vtinam quis in lucem proferat! Ioannes IX. Papa moritur: Benedictus IV. ſuccedit. *Baron.*

Hungari victos Græcos ſub tributo redigunt. *Sigebertus.* 906

Bauari cum Hungaris congreſsi cæduntur: in quo congreſſu 907
Luitbaldus Dux occubuit, cui filius Arnolfus in Ducatū ſucceſsit: vt legitur in Appendice ad Rheginonis Chronicon. Benedictus IV. Papa moritur. Leo V. ſuccedit: & huic Chriſtophorus poſt dies 40. ſufficitur. *Baron.*

Hungari Saxoniam & Thuringiam vaſtant. Sergius III. Papa crea- 908
tur, Adelberto Tuſciæ Marchione agente. *Baron.* Ludouicus Germaniæ Rex, Arnulfi Imp. filius, Aquiſgrani exiſtens, petente Herimanno Agrippinenſi & Stephano Leodicenſi Epiſcopis, confirmat prædia Leodicenſi eccleſiæ iam olim collata. In diplomate (quod in Not. eccleſ. Belgij cap. 47. reperies) fit mentio Berengarij Comitis Lomenſis, aliàs Lomacenſis ſeu Namurcenſis, & Albuini Comitis Traiectenſis ad Moſam.

Apud Troſleium pagi Sueſsionici vicum, ab Heriueo Ar. Remen- 909
ſi eiuſque ſuffraganeis VI. Kal. Iulias Concilium celebratur. Præter Heriueum illud ſignarunt Wito Rotomagenſis, Rodulfus Laudunenſis, Erluinus Bellouacenſis, Raubertus Noniomagenſis, Letoldus Catalaunenſis, Abbo Sueſsionenſis, Stephanus Camaracenſis, Hucbertus Meldenſis, Otfridus Siluanectenſis, Stephanus Morinenſis; & Otgarius Ambianenſis, Epiſcopi.

Franci, in Bauariæ & Franciæ confinibus, cum Hunga- 910
ris congreſsi vincuntur ac fugantur. In quo prælio Gebelhardus Comes interiit, relictis duobus filiis pueris, Vdone & Herimanno, qui poſteà clari in Francia exſtiterunt. *Appendix Rheginonis.* Sergius III. Papa moritur; Anaſtaſius III. ſuccedit. *Baron.* Lambertum Imp. ab Hugone Comite Mediolanenſi in venatione hoc anno occiſum fuiſſe, idem Baronius contendit. Eius obitū Luitprandus in fine lib. 1. deplorat. Guilielmus Comes Aruernorum & Dux Aquitaniæ, cum vxore ſua Ingelberga, teſtamentum ſuum condit, quo prima Cluniacenſis monaſterij fundatio fuit inſtituta. Ludouicus Germaniæ Rex Mortarium villam Canonicis in Capræmonte degentibus olim donatam confirmat. Capræmons fuit olim non ignobile diœceſis Leodicenſis opidum, quod Notgerus Epiſcopus poſteà funditus euertendum curauit; & viſuntur

tur etiamnum eius rudera. Idem (niſi fallor) Ludouicus Rex, Hemma coniuge ſua petente, Waſdam, nunc Waſiam, Theoderico I. Hollandiæ Comiti dedit. Vtrumque diploma in noſtra Not. eccleſ. Belgij c. 47. exſtat.

911 Anaſtaſius Papa moritur: Lando ſuccedit, & paulò pòſt Ioannes X. intruditur. *Baron.* Leo Philoſophus Imp. C P. moritur: Alexander, illius frater, principatum init; Conſtantino Porphyrogenito, Leonis filio, adhuc puero. *Curopal.*

912 Ludouicus Germaniæ Rex, Arnulfi Imp. filius, è Caroli Magni ſtirpe vltimus, die 21. Ianuarij moritur. Ludouico ſucceſſit CONRADVS Franconiæ Dux, vir bello inclytus, Conradi Comitis ab Adalberto an. 905. occiſi filius, quem Germaniæ proceres electione Regem ſibi ſtatuerunt. Otho Dux Saxonum moritur. Hattoni Ar. Moguntino defuncto Heringerus ſucceſſit. *App. Rheginonis.* Alexandro patruo ac tutore ſuo defuncto, *Conſtantinus Porphyrogenitus*, ſeptennis puer, cum Zoe matre, apud Græcos regnare incipit. Berno Abbas Gigniacenſis, idemque Cluniacenſis cœnobij & inſtituti auctor, moritur: cui in Cluniaco ſucceſſit Odo. Rollonem Nortmannorum Ducem hoc anno Chriſtianam religionem amplexum fuiſſe, tradit Matthæus Weſtmonaſterienſis.

913 Carolus Simplex Franciæ Rex Egmondam Theoderico I. Hollandiæ Comiti donat: atque hoc fuit Hollandici Comitatus initium, vt Douſa & alij exiſtimant. Raginerus Dux ſeu Comes in Lotharingia præpotens (aliàs primus Hannoniæ Comes) Treuerenſe S. Matthiæ monaſterium dotat. Baronius diploma recitat, quod tamen mihi eſt ſuſpectum.

914 Potentiores regni principes, Arnoldus de Baioaria, Burchardus de Sueuia, Euerardus de Francia, Giſelbertus de Lotharingia, & Henricus Dux de Saxonia ac Thuringia, contra Conradum Regem meditantes rebellionem, eiuſdem Regis ſapientia reducuntur. Solus Arnoldus, ad Hungaros cum vxore ac filiis fugiens, vſque ad Conradi obitum apud illos manſit. *Sigeb.*

915 Cabilonenſe Concilium celebratur: in quo Roculfus Comes Matiſconenſis res Eccleſiæ ablatas reſtituere coactus fuit. Synodo adfuerunt Auſterius Lugdunenſis, Leoninus Veſontionenſis, Agius Narbonenſis, Ardradus Cabilonenſis, Eliſachar Bellicenſis & Odelardus Maurianenſis, Epiſcopi. Berengarius à Ioanne X. Papa menſe Septembri Imperator vngitur: vt eius diplomata à Sigonio l. 6. de regno Italiæ producta teſtantur. Ordonius Hiſpaniæ Rex, Aldefonſi Magni filius, fratre Garſia defuncto, regnare incipit. Is primus regni ſedem Oueto Legionem tranſtulit; dictus inde Rex Legionenſis, qui antea Aſturicenſis nuncupabatur. Carolus Simplex, Stephano Leodicenſi Epiſcopo & Raginero Marchione petentibus, dat prædia varia eccleſiæ Leodicenſi. Diploma in Not. eccleſ. Belgij c. 49. exſtat. Hunc Raginerum Rhegino ad an. 898. Ducem vocat. Fuit is longè lateque dominatus per Hannoniam, Hasbaniam, aliaſque prouincias vicinas, & numeratur primus inter Hannoniæ Comites. Balduinus Comes Flandrenſis & Ainardus Epiſcopus Nouiomenſis ac Tornacenſis corpus S. Gerulfi ex Merendra Truncinium propè Gandanum tranſferunt. *Meyerus.*

Comites Hannoniæ.

RAGINERVS I. Hannoniæ Comes an. 876. Rulloni Nortmannorum

norum Duci, in Walachriam Zelandiæ inſulam irrumpenti, fortiter reſtitit; ab eodem poſteà an. 878. Condati in Hannonia captus, & paulò pòſt dimiſſus. Adhæſit primùm Suendeboldo Lotharingiæ Regi, pòſt ab eo malè habitus, ad Car. Simplicem Francorum Regem an. 898. tranſiit, & an. 915. aut 916. obiit. Ex *Albrada* tres reliquit filios, *Giſlebertum* Lotharingiæ Ducem primum, infrà ad an. 939. laudandum, *Raginerum* II. Hannoniæ Comitem, & *Lambertum* Comitem Louanienſem, itemque filias duas: quarum vna Berengario Lomenſi ſeu Namurcenſi Comiti nupſit, altera mater fuit Baldrici I. Epiſcopi Leodicenſis. II. RAGINERVS II. à Brunone Archiepiſcopo Colonienſi ac Duce Lotharingiæ, Othonis I. Imp. fratre, an. 959. in exilium pulſus, circa an. 970. exul obiit. Ex *Adela* genuit *Raginerum* III. Hannoniæ Comitem, & *Lambertum* II. Comitem Louanienſem, Gerbergæ Lotharingicæ maritum. III. RAGINERVS III. ſibi iunxit Hadeuidam Hugonis Capeti Francorum Regis filiam, ex eaque genuit *Raginerum* IV. & *Beatricem* vxorem Ebali Comitis de Roncy. Comitatum Hainoënſem, patri à Brunone ablatum, an. 973. recuperauit, Guarnero Comite Valentinianenſi & Rainoldo (qui illum Comitatū tenebant) Peronæ propè Binchium cæſis: & an. 1029. obiit. IV. RAGINERVS IV. duxit *Mathildem* Herimanni ſeu Henzilonis Comitis Dagisburgenſis & Eihamenſis in Flandria domini filiam: ex qua vnicam reliquit filiam *Richildem*, Comitatus Hainoënſis heredem. V. RICHILDIS primùm iuncta fuit *Herimanno* Comiti ex Thuringia oriundo, & ex eo peperit filios duos, Rogerium à natiuitate claudum, Catalaunenſem in Gallia Epiſcopum, & N. monachum Haſnonienſem. Secundò nupſit *Balduino* VI. Comiti Flandriæ, & ex eo genuit *Arnulfum Infelicem* Flandriæ Comitem ſine liberis defunctum, & *Balduinum* Hieroſolymitanum Hannoniæ Comitem. Tertium denique maritum habuit *Guilielmum* de Osberne. Richildis porrò, cum filio ſuo Balduino, Abbatiam S. Dionyſij (quæ eſt Benedictinorum prope Montes Hannoniæ) & baſilicam S. Mariæ maioris in vrbe Valentinianenſi conſtruxit. VI. BALDVINVS Hieroſolymitanus poſt Richildem primus Comes Hannoniæ, ad bellum ſacrum in Syriam cum God. Bullonio profecturus, Couinum vicum, haut procul à Mariæburgo ſitum, Otberto Epiſcopo Leodicenſi vendidit, & an. 1102. in Syria deceſſit. Ex *Alida* ſeu Ida, God. Barbati Brabantiæ Ducis ſorore, genuit *Balduinum* II. Hannoniæ Comitem, *Arnulfum* dominum de Reux iure vxorio, *Ludouicum*, *Henricum*, *Guilielmum*, *Simonem*, *Idam* Thomæ domino de Coucy & Marle, *Richildim* Amalrico Comiti Montfortio, & *Alidem* Hugoni Magno domino Ruminiaci & Florinarum, nuptas. VII. BALDVINVS II. poſt Richildem Hannoniæ Comes duxit *Iolentam* ex Comitibus Pontiui oriundam, & ex ea genuit *Balduinum* III. *Ædificatorem*, *Gerardum* dominum de Dalem & Dodewerd in Gelria, *Iolentam* Gerardo domino de Creqny nuptam, & *Gertrudem*. VIII. BALDVINVS *III.* Ædificator Valentinianenſes ſubegit, duxitque Aleidem, Guiſio & aliis *Ermenſindem*, Henrici Cæci Comitis Namurcenſis ſororem heredem. Obiit an. 1171. cū vxore conditus Montibus Hānoniæ ad S. Waldetrudem. Liberi ipſis fuerunt, *Balduinus* qui in iuuenili ætate obiit, *Godefridus* qui duxit Eleonorā Radulfi Comitis Veromādiæ filiā, *Balduinus IV.* Hānoniæ Comes, *Henricus* dominus Seburgi, *Guilielmus* dn̄s S. Saluij & Caſtelli Theoderici, *Euſtachius* clericus, *Iolenta* bis nupta, *Agnes*

 vxor

vxor Radulfi de Coucy, & *Laurentia* bis nupta. De ſingulorum liberis fuſè Quercetanus in Hiſt. Luxeburgica c. 7. agit. IX. Balduinus IV. Magnanimus Hannoniæ & Namurci Comes vxorem habuit Margaritam, Philippi Alſatij Flandriæ Comitis, in Syria an. 1191. ſine liberis defuncti, ſororem heredem; ex eaque procreauit *Balduinum* Flandriæ Hannoniæque Comitem, pòſt Imp. Conſtantinopolitanum, *Philippum Nobilem* Comitem Namurcenſem, *Henricum* Imp. Conſtantinopolitanum, & filias tres, *Eliſabetham* Philippo Monoculo Franciæ Regi, N. Domino Belli-ioci, & *Iolendam* Petro Curteniaco Imp. Conſtantinopolitano, nuptas. Obiit autem Balduinus Magnanimus an. 1195. menſe Decembri, Montibus Hannoniæ iuxta patrem ſepultus. Margarita eius vxor an. 1194. Winendaliæ deceſsit, condita Brugis in templo S. Donatiani ante aram maiorem. X. Balduinus Flandriæ Hannoniæque Comes & Imp. CP. ex Maria Henrici Campaniæ Comitis filia genuit *Mariam* & *Margaritam*, Flandriæ Hannoniæque Comitiſſas ex ordine: de quibus infrà ſuo loco agetur. Ragínerorum & aliorum ſubſequentium Hannoniæ Comitum ſtemma, in Tabulam genealogicam redactum, Lector curioſus in Not. eccleſ. Belgij c. 49. & 105. reperiet. Ex Ragineris porrò orti ſunt Comites Louanienſes, Duces Lotharingiæ inferioris ac Brabantiæ, itemque Lantgrauij Haſsiæ; in quibus poſtremis Raginerorum veterumque Brabantiæ Ducum ſtirps maſcula hodieque ſupereſt.

916 Hungari, Alemannia, Thuringia & Saxonia vaſtata, Fuldam vſque perueniunt. Adamus Bremenſis l. 1. c. 46. ſcribit, inter alias Saxoniæ eccleſias & Bremenſem ab iis tunc exuſtam fuiſſe.

917 Hungari Alſatiam & regnum Lotharienſe vaſtant: vt apud eumdem Adamum, & in Appendice Rheginonis legitur. Arnolfus, Sigeberto Arnoldus, Dux Baioariorum contra Conradum Germaniæ Regem rebellat. *App. Rheg.* S. Radbodus Epiſcopus Vltraiectinus, Radbodi Friſiorum Regis genere natus, in Domino obdormit, Dauentriæ ad Iſalam ſepultus. Scripſit varia, quæ Trithemius commemorat.

918 Conradus Rex Natiuitatē S. Ioannis in monaſterio Heroſfeldenſi celebrat. Balduinus II. Caluus, Flandriæ Comes, IV. Nonas Ianuarij Gandaui moritur, & in Blandinio ſepelitur. Ex Elſtrude, Angliæ Regis filia, reliquit *Arnulfum Magnum*, ſuum in Comitatu Flandriæ ſucceſſorem, & *Adolfum* Bononienſium ad mare ac Morinorum Comitem, qui ſine liberis deceſſit. S. Gerardus vir nobilis Bronienſe Benedictinorum cœnobium fundat, quod à fundatore nunc *S. Gerardi* dicitur, in pago Lomacenſi ſeu Namurcenſi. Cuius cœnobij fundationem Stephanus Papa circa an. 929. & Henricus Anceps an. 932. confirmarunt. Henrici diploma Richarius Leodicenſis, Rihuinus Stratsburgēſis, Rotgerus Treuerēſis, Benedictus Metenſis, Epiſcopi, Berengarius Lomacenſis ſeu Namurcenſis Comes, itemq; Witbertus & Herimannus Comites ſignarunt. *Not. eccleſ. Belgij c.* 52.

919 Conradus I. Germaniæ Rex die 23. Decembris moritur, & in Fuldenſi monaſterio ſepelitur. Mortem ſibi imminere ſentiens, ſceptrum & reliqua Imperij inſignia deferri iuſsit ad *Henricum Aucupem* Saxoniæ Ducem, ex Witichindi (qui à Carolo Magno ad Chriſtianam fidem an. 785. perductus fuit) genere oriundum. Frodoardi Chronicon verè aureum incipit, quo is res ſuorum temporum, continuata ſerie, vſque ad annum 969. (quo & obiit) fideliſ-

ſidelisſimè deduxit. Eiuſdem Hiſtoria Remenſis in geſtis anni 948.
deſinit. Nortmanni Britanniam in cornu Galliæ, in ora ſcilicet ma-
ritima ſitam, depopulantur. Hungari Italiam & regnum Lotharij
deprædantur. *Flodoardus.* Romanvs Lecapenus, Conſtantini
Imp. CP. ſocer, ab eodem aſſumitur in collegam Imperij: qui ſe-
quenti anno *Chriſtophorum* filium ſuum ad idem culmen euexit.
Traiectenſem S. Seruatij Abbatiam ſeu Prępoſituram, quam Ragi-
nerus, Hannoniæ Hasbaniæque Comes à Sede Treuerenſi pridem
abſtraxerat, quamque Giſlebertus eius filius hactenus reddere re-
cuſauerat, Car. Simplex Rutgero Ar. Treuerenſi reſtituit. *Not. ec-
cleſ. Belg. c.* 49.

Henricvs Avceps (ſic dictus quòd aucupio delectare- 920
tur) Saxoniæ & Thuringiæ Dux, Othonis Ducis anno 912. defuncti
filius, conſenſu Francorũ, Alemannorũ, Bauarorum, Thuringorum
& Saxonum, Rex Germaniæ eligitur. *App. Rheg.* Stephanus Ep. Leo-
dicenſis moritur. De ſucceſsione in Epiſcopatu inter ſe diu conten-
derunt Hilduinus & Richarius Abbas Prumienſis: quorum poſte-
rior demum præualuit. Flodoardus in Chron. & Sirmondus to. 3.
Conc. legantur. Henricus Rex contra Arnulfum Baioariæ Ducem
profectus, eum virtute & ſapientia ad gratiam ſuam inflexit. *Sigeb.*
Franciæ proceres Regem ſuum Car. Simplicem apud Sueſſiones
deſerunt: quia *Haganonem* conſiliarium ſuum (quem mediæ ſortis
hominem ad ſummam potentiam euexerat) dimittere nolebat. He-
riueus tamen Ar. Remenſis Regi ſuo fidus manſit, eumque menſi-
bus ſeptem fouit, donec cum ſuis proceribus in gratiam rediret.
Sed ea malè ſarta biennio pòſt in execrandum facinus erupit, cùm
Robertum, Odonis Regis an. 898. defuncti fratrem, elegerunt Re-
gem. Huius Roberti (vt & Odonis Regis) ſtemma genealogicum
in Notitia eccleſ. Belgij c 85. reperies.

Rodulfus Ep. Landunenſis moritur: ſuccedit Adelelmus. Ri- 921
chardus Marchio de Burgundia obiit. Rotbertus Comes Nortman-
nos, qui Ligerim fl. occupauerant, per quinque menſes obſedit,
acceptiſque obſidibus Britanniam quam vaſtauerant, cum Namne-
tico pago, ipſis conceſſit, qui Chriſti fidem cœperunt ſuſcipere.
Erluinus Bellonacenſis Epiſcopus obiit. *Flod.* Bonnæ ad Rhenũ. Car.
Simplex Franciæ Rex cum Henrico Aucupe Germaniæ Rege pacẽ
firmat, ea lege vt regnũ Lotharienſe Aucupi cederet. Pactum iſtud
Bonnenſe (quod in Not. eccleſ. Belgij c. 51. reperies) per legatos
initum, ex parte Caroli Herimannus Colonienſis, Rotgerus Tre-
uerenſis, Stephanus Camaracenſis, Bono Catalaunenſis, Baldricus
Vltraiectinus, ex parte Henrici Herigerus Ar. Moguntinus, Nithar-
dus Monaſterienſis, Dodo Oſnaburgenſis, Ricaudo Wormatienſis,
Hounardus Paderbornenſis, Notingus Conſtantienſis in Aleman-
nia, Epiſcopi firmarunt. In Concilio apud Troſleium agri Sueſſio-
nenſis vicum habito, Erlebaldus Caſtricenſis pagi Comes excom-
municatus abſoluitur. *Flod. l. 4. c.* 16. Car. Simplex varia prædia Ma-
ricolenſi in Hannonia monaſterio attribuit ac confirmat; Iſaaco Ca-
maracenſi, itemque Haganone & Ingelramo Comitibus petenti-
bus. *Not. eccleſ. Belg. c.* 50.

Hilduino reiecto, Richarius Romæ à Ioanne Papa Epiſ- 922
copus Leodicenſis ordinatur. Drogoni Epiſcopo Tullenſi ſuc-
cedit Goſlinus. Berengarius regno à proceribus Italiæ deturba-

tur,& RODVLFVS Ciſalpinæ Galliæ ſeu Burgundiæ nobis Tranſiuranæ Rex, Rodulfi filius, ab ipſis ad Regnum Italiæ euehitur. Hungari pro Berengario ſtantes Italiam depopulantur. *Flod.* Car. Simplice Laudunum regreſſo, Hugo Magnus, Rotberti Regis filius, poſt Paſcha ad villã *Fimas*, Vidulæ fl. adſitam, ſuprà pag. 199. deſcriptam venit: vbi Heriuei Ar. Remenſis fideles, cum quibuſdam Franciæ Comitibus, obuios habuit. Quo cum eiſdem in pagum Laudunenſium profecto, propter Haganonem, cui Carolus Rex Abbatiam Rothildis amitæ ſuæ, ſocrus autem Hugonis, dederat, nomine Calam (nunc *Chelles* in agro Pariſienſi) idem Rex ſibi metuens, cum Heriberto & Haganone Comitibus Lauduno trans Moſam fugit. Franci intereà ROTBERTVM, Odonis olim Regis fratrem, ſibi Regem eligunt: qui Remis in S. Remigij monaſterio ab eodem Heriueo eſt conſecratus. Hîc deſinit Fragmentum Gallici Scriptoris, ex Conrado Abbate Vrſpergenſi deſumptum, & à Pithœo inter Scriptores XII. coætaneos editum. Idem Heriueus 2. Iulij, hoc eſt, tertio die poſt conſecrationem Rotberti, obiit: cui Seulfus ſucceſsit. *Flod.* Hugo Magnus, Rotberti Regis filius, in regnum Lotharienſe à patre cum copiis miſſus, Carolum abigit ab obſidione Capræmontis, quod erat caſtrum Gilleberti Ducis, nunc *Chieuremont* in agro Leodicenſi. Gemblacenſe monaſterium in Gallo-Brabantia S. Wicbertus ſeu Guibertus, vir nobilis, ædificare incipit. Is relicto ſæculo, monachum induit Gorziæ in Lotharingia, vbi & an. 962. obiit. Eius oſſa an. 1110 è terra ſunt leuata, & ex Lotharingia Gemblacum tranſlata; procurante Sigeberto Chronographo, qui & vitam eius ſcripſit à Surio editam. *Not. eccleſ. Belgij c. 56.*

923 Rotbertus Rex in regnum Lotharienſe profectus, in pago Ripuariorum ſuper fl. Rura (deuoluitur is in Moſam, Ruræmondæ in Gelria) cum Henr. Aucupe Germaniæ Rege collocutus, pacta & amicitiam cum eo firmat. Nortmanni Aquitaniam & Aruerniam deprædantur: contra quos Willelmus Dux Aquitanorum & Ragemondus pugnant, & XII. hoſtium millia occidunt. Car. Simplex cum ſuis Lotharienſibus Moſam tranſiens, Attiniacum venit, inde Axonam fl. tranſgreſſus apud Sueſsiones Rotbertum regni inuaſorem aggreditur. Prælium atrox committitur, in quo *Rotbertus* Rex lancea perfoſſus cecidit. Carolus ab Hugone Magno, Rotberti filio, & Heriberto Veromanduorũ Comite victus, cũ ſuis Lotharienſibus trans Moſam fugit. In Rotberti locũ & quaſi ad vacuam regni poſſeſſionem euocatus RODVLFVS Burgundiæ, nobis Ciſiuranæ Dux, Richardi filius, Rotberti Regis gener, à Seulfo Archiepiſcopo, aliiſq; regni primatibus apud Sueſſiones coronatur. *Flod.* Hunc Rodulfum cum altero Rodulfo Italiæ Rege Conradus Abbas Vrſpergenſis perperam confundit. Vtriuſque Rodulfi ſtemma genealogicum in Annalibus Belgicis ad an. 936. explicui. Exinde Car. Simplex ad Heribertum cum paucis veniens, ab ipſo in opido S. Quintini ſuſcipitur, indeque prætextu conciliandæ pacis ad Caſtellum Theoderici ſuper Matrona fl. deducitur, ibique dolo eiuſdem Heriberti ſub cuſtodia detinetur. Ragenoldus Princeps Nortmannorum, qui in fl. Ligeri verſabãtur, Franciam trans Iſarã deprædatur: exinde in pagũ Atrebatenſem prædatum progreditur. Cui obuius factus *Adelelmus* Comes, ſexcentos ex eis ſtrauit, ceteris fugatis. Emma Rotberti Regis

Regis filia, Rodulfi Fr. Regis vxor, Remis ab Ar. Seulfo conſecra-
tur Regina. Henricus Auceps, inuitantibus Giſleberto Comite &
Rotgario Ep. Treuerenſi, (qui necdum ſe Rodulfo ſubdiderant)
regnum Lotharienſe inter Rhenum & Moſellam inuadit. Alter
Rodulfus Ciſalpinę Galliæ ſeu Burgundiæ Rex, quem Itali pulſo
Berengario ad regnum euocarant, Berengarium prælio vincit. Da-
do Ep. Virdunenſis è vita abit: cui ſucceſſor datur Hugo. *Flod.* Mori-
tur item Herimannus Ep. Colonienſis, & ſufficitur Wicbertus.
App. Rheg. Anno 923 aut proximè ſequenti, Concilium Remenſe
celebratur: in quo pœnitentia indicta eſt iis, qui bello Sueſſionico
inter Car. Simplicem, & Rotbertum Reges interfuerant. Huic
Concilio Seulfus Remenſis, Abbo Sueſſionenſis, Adelelmus Lau-
dunenſis, Stephanus Camaracenſis, Adelelmus Siluanectenſis, Ai-
rardus tunc ibibi ordinatus Nouiomagenſis ac Tornacenſis, Epiſ-
copi adſederunt. 924

Fit exactio per Franciam pecuniæ collatitiæ, quæ Nortmannis
pacto pacis daretur. Exactionum ſimilium exempla ſuprà vide.
Berengarius Comes Namurcenſis, qui ſororem Giſleberti Lotha-
ringiæ Ducis habebat pro coniuge, ipſum Giſlebertum comprehen-
dit, & poſteà dimiſit, acceptis obſidibus filiis Ragineri II. Hanno-
nię Comitis, qui fuit frater eiuſdem Giſleberti. Giſlebertus autem
dimiſſus, terram Berengarij, itemq́ue Ragineri & Iſaaci Comitis
Cameracenſis vaſtat. Sicq́ue grauis fit contentio inter Giſleber-
tum & Raginerum II. fratrem ipſius. *Flod.* Raginerorum IV. ex or-
dine Comitum Hannoniæ ſtemma genealogicum in Not. eccleſ.
Belgij c. 49. & 109. exſtat. Rodulfo Rege in Aquitaniam cum co-
piis veniente, Guilielmus illius regionis Princeps ſe Regi ſubmittit,
& Biturigenſem vrbem ac pagum ab eo recipit. Idem Rex Heriberto
Comiti Peronam, & Hugoni Magno, Rotberti Regis filio, Ceno-
manos donat. *Flod.* BERENGARIVS Italiæ Rex à ſuis interimi-
tur; vt Flodoardus & Luitprandus fuſè narrant. Filiam habuit *Giſe-
lam*, ex qua Adelbertus Eporediæ Marchio *Berengarium* II. poſteà
Regem Itáliæ genuit. Synodus Epiſcoporum Remenſis prouinciæ
apud *Troſleium* menſe Octobri habetur, Seulfo Ar. præſidente: in
qua *Iſaacus* Comes Camaracenſis, ſolutis argenti libris centum, pro
his quæ prauè aduerſus eccleſiam Camaracenſem perpetrauerat,
ſatisfecit Stephano illius vrbis Epiſcopo; præſente Heriberto Ve-
romanduorum Comite, & pluribus aliis Franciæ Comitibus. *Flod.*
S. Vdalricus fit Auguſtanus Epiſcopus.

Ragenoldus cum ſuis Nortmannis Burgundiam depopula- 925
tur. Accurrit mox ad ſubſidium Rodulfus Franciæ Rex Burgundiæ-
q́ue Dux, itemq́ue Heribertus Comes. Exinde Rodulfus, fu-
gatis Nortmannis, Camaracum petiit, & Giſlebertum Lotharin-
giæ Ducem atque Othonem, circa Moſam exiſtens in amici-
tiam recepit. Nortmanni Rotomago egreſſi pagum Bellouа-
cenſem & Ambianenſem depopulantur; alij Nouiomagum vſ-
que excurrunt, & ſuburbana ſuccendunt. Arnulfus Comes
Flandrenſis & ceteri maritimi Franci *Augam*, ipſorum caſtrum ad
mare ſitum (ad quod tuendum Rollo mille Nortmannos, præter
incolas, Rotomago tranſmiſerat) expugnant. Henricus Germaniæ
Rex Tulpiacum opidum, quod Giſleberti fideles tuebantur, vi
capit: nec diu moratus in regno Lotharienſi, ad ſua trans Rhenum

regreditur, obſidibus à Giſleberto acceptis. Seulfus Remorum Archiepiſcopus moritur. *Flod.* Poſt eius obitum diuturna & anceps de Epiſcopatu Remenſi fuit altercatio. Nam cùm Heribertus Veromanduorum Comes hoc anno 925. *Hugonem* filium ſuum adhuc quinquennem eligendum curaſſet, eccleſiamq; illam interea pro arbitrio adminiſtraret, ſexto pòſt anno Rodulfus Franciæ Rex, vrbe Remorum captâ, Artaldum S. Remigij monachum an. 931. in ea ſede ordinari iuſsit. Artaldum Heribertus, poſt annos octo & menſes ſeptem Remenſi vrbe iterum in poteſtatem ſuam redactâ, an. 940. Epiſcopatu cedere & abdicare ſe coëgit. Anno autem 941. Synodum apud Sueſsiones conuocandam procurauit? cuius decreto idem Hugo, iam ceteris ordinibus initiatus, Remorum Archiepiſcopus eſt conſecratus: vt Flodoardus in Chron. & Hiſt. l. 4. c. 28. & 29. narrat.

926 Rodulfus Rex cum Heriberto Comite Nortmannos, in pago Atrebatenſi quodam ſaltu coarctatos, obſidet, eòſque cæde afficit: paulò pòſt, numerata pecunia, pacem cum eis facit, & Laudunum reuertitur. SS. Remigij, Walburgis & aliorum Sanctorum pignora, ex ſuis monaſteriis ad vrbem Remenſem deferuntur, metu Hungarorum, qui Rheno tranſmiſſo, vſque in pagum Vonzenſem excurrebant. HVGO Comes Arelatenſis ſeu Prouinciæ creatur Rex Italiæ; *Rodulfo* Burgundiæ Rege expulſo. Hic in Burgundiam ſe recepit: vbi an. 937. obiit, & *Conradum* filiū in regno ibidem habuit ſucceſſorem. Hugo autem annis circiter 20. in Italia regnauit, & ex Alda vxore Lotharium ſuſcepit, qui cum eo poſteà regnum tenuit. Ebrardus vir nobilis Tranſrhenenſis ab Henrico Aucupe in Lothariugiam mittitur, inſtitiam adminiſtrandi cauſſa; qui Lotharienſes inter ſe proceres ſociat. Rodulfus Heluidæ filius, & Rotgarius vitricus eius, Comes pagi Laudunenſis, moriuntur. Hugo Rotberti filius, filiam Eduardi Anglorum Regis, ſororem coniugis Caroli, ducit vxorem. *Flod.* Apud Carilocum Concilium habetur ab Ancherico Lugdunenſi, Gerardo Matiſcenſi & Odelardo Maurianenſi, Epiſcopis.

Inter Rodulfum Regem & Heribertum Comitem, pro Laudu-
927 nenſi Comitatu, quem Heribertus Odoni filio ſuo dari petebat, (Rex autem dederat Rotgario Rotgarij filio) ſimultas exoritur. Heribertus offenſus legatos ſuos trans Rhenum ad Henr. Aucupem mittit: quibus reuerſus euocatur ipſe ad colloquium Henrici. Ad quod properans cum Hugone Rotberti filio, pacem cum Heurico firmat, & Car. Simplicem è cuſtodia (quod vt faceret Ioannes Papa etiam iuſſerat) dimittit, ſecumque ad S. Quintini opidum deducit. Widricus Metenſis Epiſcopus defungitur: Henricus Auceps Bennonem intrudit. Willelmus Aquitanorum Princeps moritur. Apud Troſleium ſex Epiſcopi Remenſis prouinciæ, Heriberto Comite agente, Rodulfo autem Rege contradicente, Synodum habent: in qua Herluinus Comes pœnitentiam ſubiit, pro vxore quam duxerat, alia viuente. *Flod.* Herigero in cathedra Moguntina ſufficitur Hildebertus.

928 Heribertus Comes cum Car. Simplice Remos venit, & inde litteras mittit Romam ad Ioannem Papam, ſignificans pro reſtitutione Caroli ſe fortiter decertare. Sed Punica fuiſſe videtur Heriberti fides: nam eodem anno Heribertus & Hugo ad Henricum,

colloquij cauſſa, ſunt profecti, indeque reuertentes obuiàm Rodulfo Regi iuerunt: rurſuſque Heribertus ſe illi commiſit, Carolo iterum in cuſtodiam miſſo. Ragenarius, Giſlebertus & cæteri Lotharienſes pacantur. Heribertus Comes munitionem quandam filiorum Lotharij, quam dicunt Moritaniam (ad Scaldim fl. hodie *Mortaigne*, prope Tornacum) vi cepit & diruit. *Frod.* Ratherius ex monacho Laubienſi fit Veronenſis in Italia Epiſcopus: Hildulnus, qui Leodicenſem Epiſcopatum ambierat, Mediolani creatur Archiepiſcopus, agente Hugone Italiæ Rege. *Sigeb.* Rodulfus Rex Remos veniens pacem facit cum Carolo, reddens ei Attiniacum, & muneribus illum honorans. Otgarius Ep. Ambianenſis centenarius moritur. Benno Ep. Metenſis euiratur, luminibuſque priuatur. *Frod.* Romanus Lecapenus Imp. C P. præter Chriſtophorũ, & alios duos filios *Stephanũ & Conſtantinũ*, ipſo die Natali Chriſti, ad Imperiũ euehit. Tot præſidiis firmatus Romanus Conſtantinum Porphyrogenitum Imp. legitimũ aſpernari cœpit; maximè vbi cum Bulgarorum Rege Petro affinitatem coniunxit, data in matrimonium nepte, Chriſtophori filia. Marocia potens & inſolens Romæ femina Hugoni Italiæ Regi nubit, ſed ab Alberico Marociæ filio mox Vrbe Hugo eiicitur.

Carolus Simplex Francorum Rex Peronæ in cuſtodia moritur, 929
relicto ex Eadgina, Aiſtani Anglorum Regis filia, LVDOVICO: qui parente capto, ad auúm in Angliam profugit, indeque reuorſus poſteà regnauit, ob id *Tranſmarinus* dictus. Heribertus & Hugo Comites contra Boſonem, Rodulfi Regis fratrem, proficiſcuntur: Heribertus Victoriacum Boſonis caſtellum capit. Ioannem Papam hoc anno in carcere obiiſſe, ſcribit Frodoardus; quòd anno ſuperiori Baronius adſcribit. Ioanni Leo VI. ſucceſſit. Huic poſt menſes 6. ſuffectus eſt Stephanus VIII. dictus VII. Deroldus Ambianenſem; Albero autem Metenſem Epiſcopatum adipiſcitur; Bennoni quadam Abbatia ad ſuſtentationem conceſſa. Chronicon S. Albini Andegauenſis ab anno 929. incipit, & an. 1200. deſinit. Gerberga Henrici Aucupis Germaniæ Regis filia, Othonis I. Imp. ſoror, Giſleberto Lotharingiæ Duci nubit. *App. Rheg.*

Duces beneficiarij Lotharingiæ vniuerſæ.

Lotharij regnum ſeu Lotharingia olim (hoc eſt, antequam eſſet diuiſa in *Moſellanam* ſeu ſuperiorẽ, & *Ripuariam* ſeu inferiorem) complectebatur quidquid terrarum intra Rhenum, Scaldim & Oceanum continetur. Huic ampliſſimo terrarum tractui tunc præfuerunt DVCES non hereditarij, ſed beneficiarij, hoc eſt, beneficio Imperatorum ſeu Regum Lotharingiæ creati. Euaneſcente demum Regio Lotharingiæ titulo, primus Lotharingiæ vniuerſæ Dux fuit GISLEBERTVS, Ragineri I. Hannoniæ Comitis ſuprà pag. 209. memorati & Albradæ filius, Comes Capræmontenſis: qui primùm Carolo Simplici adhæſit, eiuſque nomine Lotharingiæ præfuit. *Poſt mortem verò Caroli Regis, nolentibus Lotharingis Henrico (Aucupi) Germaniæ Regi ſubeſſe; quidam Lotharingus nomine Chriſtianus Giſlebertum Ducem ad ſe dolo euocatum cepit, Regiq́ miſit; vt per eum Lotharingiam ſibi ſubiugaret. At verò inſpecta induſtria & potentia Giſleberti, Henricus filiam ſuam Gerbergam an. 929. ei deſpondit, & eum iterùm Lotharingiæ præfecit*: vt Sigebertus in Chron. loquitur. Periit autem Giſlebertus in prælio, an. 939. Rheno fl. abſorptus. Ex Gerberga ſuſtu-

ſuſtulit Henricum qui puer obiit, & Gerbergam Bertoldo Duci Baioariorum poſteà nuptam. II. Giſleberto an. 940. ſuffectus HENRICVS, Othonis I. Imp. frater, paucis menſibus Lotharingiæ præfuit, vtpote Baioariæ Dux ab eodem Othone mox creatus. Duxit Iuditham ſeu Iutham, Arnoldi Mali Baioariæ Ducis filiam, & an. 955. obiit. III. OTHO Ricuini filius, poſt Henricum Dux Lotharienſium, an. 944. vita deceſſit. IV. CONRADVS ſeu Cuno, Werinheri filius, Othonis I. gener, exinde præfuit: qui ſocero an. 653. rebellis, Hungaros in Lotharingiam adduxit. Demum facti pœnitens, & contra Hungaros fortiter dimicans, an. 955. occubuit. Vxorem an. 947. duxerat Luitgardem, Othonis I. filiam, quæ an. 953. obiit. V. BRVNO Othonis I. frater, in Conradi rebellis locū 653. ſuffectus, Colonienſis Archiepiſcopus & *Archidux Lotharingiæ ſecundas partes in regno fratris ſui potenter & induſtriè adminiſtrauit:* vt Sigebertus loquitur. Exinde ſucceſſu temporis duo Duces beneficiarij in Lotharingia conſtituti fuerunt; vnus in Moſellana ſeu ſuperiore, alter in Ripuaria ſeu inferiore Lotharingia. De Moſellanis Ducibus infrà ad an. 959. de Ripuariis an. 977. agemus.

930 Rodulfo Rege in Burgundiam regreſſo, Lotharienſes in Franciam, cum Duce ſuo Giſleberto, obuiàm veniunt Hugoni Comiti, & Duagium opidum (nunc Duacum, *Douay*) quod Arnulfus Flandriæ Comes tenebat, obſidione capiunt. Adelelmo Ep. Laudunenſi Gosbertus ſuccedit. *Frod.* Otho Henrici Aucupis F. ducit Edgidam F. Regis Anglorum. *App. Rheg.*

931 Giſlebertus Burgundus, Manaſſis filius, à Rodulfo Rege deſciuit, propter Aualonem caſtrum, quod Emma Regina ipſi abſtulerat: ſimulque receſſit Richardus, Warnerij filius, ob eamdem cauſſam. Item inter Giſlebertum Lotharienſem & Boſonem ſimultas exoritur. *Frodoardus.* Notet hìc Lector duos Giſlebertos, quorum alter in Burgundia, alter in Lotharingia eodem tempore floruit: quæ res Iac. Guiſio, Lipſio & aliis errandi occaſionem dedit, vt Giſlebertū Lotharingiæ Ducem & Raginerum II. Hannoniæ Comitem, Manaſſis filios fuiſſe crederent. Fuit enim eorum pater non Manaſſes, ſed Raginerus I. mater verò Albrada: vt ex diplomate Marſanenſi, quod in Not. eccleſ. Belgij c. 64. produxi, conſtat. Rodulfus Rex, cum Hugone & Boſone, Remenſem vrbem obſidet, & tandem capit. Eam ingreſſus Artaldum, monachum S. Remigij, ad Archiepiſcopatum euehit. Arnulfus Flandriæ Comes Moritaniam, filiorum Rotgarij munitionem ad Scaldim, & Atrebatum capit. Rodulfus Rex cum Hugone Comite Atrebatum obſidet. Heribertus Comes, adiunctis ſibi per Giſlebertum Ducem Lotharienſibus, accurtit, & fiunt induciæ. *Frod.* Hucbaldus monachus in Elnonenſi S. Amandi monaſterio, diœceſis Tornacenſis, libris editis clarus, moritur. Stephano Papa mortuo, Ioannes XI. intruditur, potentia Guidonis Tuſciæ Marchionis & Marociæ eius coniugis. *Baron.*

932 Ratherius Ep. Veronenſis ab Hugone Italiæ Rege pellitur, & Papiam relegatur. *Sigeb.* Airardo Ep. Noniomenſi ac Tornacenſi defuncto Walbertus Abbas Corbeienſis, Gosbertô Laudunenſi Ingrannus, ſuccedunt. *Frod.* Guido Italiæ Rex Lotharium regni conſortem adſciſcit, data ei coniuge Adeleide, Rodulfi filia.

633 Ioannes XI. Papa vt violenter Romanam Sedem fuerat ingreſſus, ſic violenter deiicitur, & in carcerem detruditur (vnà cum matre Maro-

Marocia) ab Alberico ipſius Marociæ filio, quem ex Adelberto Marchione ſuſceperat: vt Baronius ex Frodoardo & Luitprando narrat. Richarius Ep. Tungrenſis caſtellum quoddam Bernardi Comitis, quod ipſe Bernardus in pago Porcenſi conſtruxerat, euertit. Henricus Anceps, cum Baioariis & Saxonibus, Hungaros regnum ſuum vaſtantes ad internecionem delet: quorum 36. millia cæſa referuntur, præter captiuos & flumine abſorptos. Rodulfus Rex munitionem Heriberti, quæ dicitur Caſtellum Theoderici, ſex hebdomadibus obſidet. Synodus inter obſidendum ab aliquot Franciæ & Burgundiæ Epiſcopis celebratur: cui præſederunt Artaldus Remenſis & Teutelo Turonenſis, Epiſcopi. Tunc quoque Artaldus Hildegarium ordinauit Ep. Bellouacenſem. Idem & Fulbertum hoc anno ordinauit Ep. Cameracenſem. *Frod.*

Arnulfus Flandriæ Comes Aliſam, filiam Heriberti Veromanduorum Comitis, ducit vxorem. Emma Car. Simplicis vidua, Lud. Tranſmarini mater, moritur. *Frod.* Baldricus Epiſcopus Vltraiectum à Danis ſeu Nortmannis deſtructum inſtaurat. Eius diploma exſtat apud Guil. Hedam. 934

Synodus ſeptem Epiſcoporum apud S. Macram (de quo loco ſuprà pag. 199. diximus) contra rerum Eccleſiaſticarum peruaſores celebratur, cui Artaldus Remenſis præſedit. Idem Artaldus hoc anno Wicfredum Ep. Morinenſem ordinauit. *Frod.* Richarius Ep. Leodicenſis hoc ferè tempore eccleſiam S. Petri in vrbe Leodicenſi à Nortmannis deſtructam, inſtaurat, & 30. Canonicos in ea collocat. Boſo, Rodulfi Regis frater, in obſidione caſtri S. Quintini moritur, & Remis ad S. Remigium ſepelitur. 935

Rodulfus Franciæ Rex & Burgundię Ciſiuranæ Dux moritur, & apud Senones in S. Columbæ cœnobio ſepelitur. LVDOVICVS Tranſmarinus, Caroli Simplicis filius, ſuccedit, per Hugonem Comitem ex Anglia reuocatus. Coronatus eſt Lauduni ab Artaldo Remenſi aliiſque Epiſcopis XX. & ampliùs. Ingranno Ep. Laudunenſi ſufficitur Rodulfus. Henricus Auceps Germanię Rex 2. Iulij moritur: OTHO I. filius eius ſuccedit. Aucupis & Othonũ trium Impp. ſtemma genealogicum in Not. eccleſ. Belgij c. 66. & 80. deſcripſi. Ioanne XI. Papa defuncto, Leo VII. ſubſtituitur. *Frod. Baron.* Hugo cognomento Albus, Rotberti filius, cum Hugone Nigro, Richardi filio, pacem init, & Burgundiam inter ſe diuidunt. Hugo Italiæ Rex Romam fruſtrà obſidet, & pacem init cum Alberico Marociæ filio, cui filiam ſuam Aldam in matrimonium dedit. *Frodoardus.* 936

Hungari, Rheno tranſito, Franciam grauiter infeſtant. Adelelmo Ep. Siluanectenſi Bernuinus, Walberto Nouiomagenſi ac Tornacenſi Tranſmarus, Abboni Sueſſionenſi Fulco, ſuccedunt. Rodulfus Burgundiæ Tranſiuranæ & olim Italiæ Rex obit: cui filius paruulus *Conradus* in regno Burgundiæ ſuccedit. *Frod.* Huius, & alterius Rodulfi Regis ſtemma in Annalibus noſtris Belgicis ad an. 936. reperies. Arnulfus Flandriæ Marchiſus ſeu Comes varia prædia monaſterio Blandinienſi reſtituit ſeu donat, hortatu Tranſmari Tornacenſis Epiſcopi. Diploma cap. 53. in Not. eccleſ. Belg. exſtat: quod idem Arnulfus cum filio Balduino, Iſaac Comes Cameracenſis cum filio Arnulfo, Theodericus item Comes, Wenemarus Aduocatus, & alij proceres ſignarunt. In conuentu Aquiſgrani habito 937

Otho I. coronatur Germaniæ Rex ab Hildeberto Ar. Moguntino.
Witichindus.

938 Hugo Magnus, Rotberti filius, Hadenidam Othonis I. ſororem
ducit vxorem. *Frod.* S. Wenceſlaum Bohemiæ Principem frater
eius Boleſlaus occidit, ad regnum eiuſdem obtinendum. Otho I. in
vltionẽ cædis bellũ contra Boleſlaũ indicit, quod annis 14. durauit.

Lud. Tranſmarinus Franciæ Rex Lotharingiam, quam Car. Sim-
939 plex eius parens Henr. Aucupi Germaniæ Regi ceſſerat, armis re-
petens, ab Othone I. Henrici filio pellitur. Lotharingia porrò de-
inceps in ditione Regum Germaniæ manſit. Hoc eodem anno *Giſle-
bertus* Lotharienſium Dux & Euerardus, Arnulfi filius, Bauariæ Dux,
cum Henrico fratre Othonis I. Regis, aduerſus eumdem Othonem
coniurat. Sed Vdo & Conradus Herimanni Sueuorum Ducis fra-
ter, Othoni fideles, Giſlebertum & Euerardum, ſecurè prædantes,
prope Rhenum ad Andernacum aggreſſi, Euerardum cum pluri-
mis interemerunt. Giſlebertus Rheni vndis abſorptus periit: reliqui
ferè omnes aut trucidati aut capti. Henricus Othonis frater, abie-
ctis armis, Othoni ſe ſubmiſit. *Witich. l. 2. Luitpr. l. 4. c.* 15. 16. Giſle-
berti viduam *Gerbergam*, Othonis I. ſororem, Ludouicus Franco-
rum Rex poſteà duxit: filiam verò eiuſdem Giſleberti *Gerbergam*
Bertoldo Baioariorum Duci Otho tradidit. *Frod. App. Rheg.* In Theo-
donis villa, Lud. Pij Imp. capella, inſtar Aquiſgranenſis ædificari
cœpta, ne perficeretur aut pro munitione haberetur, deſtruitur.
App. Rheg. Bernuinus Ep. Virdunenſis moritur. Leoni VII. Papæ
ſubrogatur Stephanus IX. dictus VIII. patria Germanus, opera
Othonis I. Germaniæ Regis, ideoq́ue multorum in ſe odium con-
citauit. *Baronius.* Berengarius II. ad Othonem I. Germaniæ Regem
confugit. Wicmannus Saxo in omnibus Saxoniæ & Franciæ pro-
uinciis rebellans verſatur, ſed reconciliatur. *App. Rheg.*

940 Giſleberto Duce mortuo, Lotharienſem Ducatum HENRICO
fratri ſuo Otho I. committit. Sed is mox eodem anno à Lotharien-
ſibus expellitur: cui OTHO Comes in eodem Ducatu ſucceſſit. Ita
Frodoardus & Continuator Rheginonis: quod nota contra Witi-
chindum & Sigebertum, qui Giſleberto Othonem immediatè ſuc-
ceſſiſſe ſcribunt. Henrico itaque ſucceſſit Otho ſeu Odo, Ricuini
filius, vel ſuo nomine, vel tamquam tutor Henrici pueri, qui filius
fuit Giſleberti Ducis anno ſuperiore defuncti. *Ego* (inquit Frodoar-
dus) *diſponens orationis cauſſa ſepulcrum S. Martini Turonenſis viſere, re-
tentus ſum ab Heriberto Comite, fecitq́ue me ſub cuſtodia detineri, plenis
quinque menſibus.* Ex quibus verbis diſcere licet ætatem Frodoardi,
qui res horum temporum fideliſſimè deſcripſit. Berengarius Ep.
Virdunenſis ab Artaldo Remenſi conſecratur. Ethelſtano Anglo-
rum Regi defuncto ſuccedit *Eadmundus* eius frater, qui S. Dunſta-
num ſibi conſiliarium adſumpſit; vt Oſbertus in huius vita apud
Surium narrat.

941 Sueſſionenſe Concilium ab Epiſcopis prouinciæ Remenſis cele-
bratur: cuius decreto *Hugo*, Heriberti Veromanduorum Comitis
filius, Remorum Archiepiſcopus conſecratur. Idem Hugo Fro-
doardum ſeu Flodoardum Chronographum hoc anno Remos
ab exilio reuocauit. *Frod. in Chron. & l.* 4. *c.* 20. 8. *&* 9. Rotgarius
Comes, datis obſidibus, dimittitur à Ludouico Rege, Dua-
gium caſtellum (*Douay*) reddens Arnulfo Comiti Flandrenſi.
Ludo-

Ludouicus Rex Burgundiam petens, Rotgarium Comitem, cum Hugone Nigro & Gilleberto Burgundo, Manaſſis filio, pacificauit; indeq́ue Laudunum remeans, Arnoldum cum Landrico fratre ipſius expulit, & Rotgario Laudunenſem Comitatum dedit Hoc ipſo anno Ludonico Regi ex Gerberga *Carolus* filius eſt natus. *Frod.* Henricus, Othonis I. frater, cum quibuſdam Saxonibus, contra Othonem conſpirat: quorum præcipuos idem Rex decollari iuſsit; fratrem verò Ingelhemij cuſtodiæ mancipauit. Gandaui templum S. Ioannis Bapt. à Tranſmaro Ep. Tornacenſi dedicatur, quod nunc eſt cathedrale. *Meyerus.*

Stephanus VIII. Papa Damaſum Epiſcopum in Franciam dirigit ad proceres regni, qui Ludouicum Regem vel nondũ ſuſceperant, 942
vel in eum excuſſo iugo rebellabant: in quibus præcipui erant Hugo Magnus & Heribertus, Comites. *Frod.* Adelbero Ep. Metenſis, cum conſenſu Othonis Lotharingiæ Ducis, monachos in Metenſi S. Arnulfi cœnobio collocat, amotis clericis. *Not. eccleſ. Belg. c.* 54. Otho Germanorũ & Ludouicus Francorũ Reges pacem inter ſe firmant. S. Odo Abbas Cluniacenſis, diſciplinæ monaſticæ inſtaurator, apud Turones moritur. *Frod.* Ipſi in Cluniaco ſucceſſit Adamarus.

Stephano IX. Papæ mortuo Marinus II. ſuccedit. *Baron.* Arnulfus Flandriæ Comes Willelmum Nortmannorum Ducem, Rollo- 943
nis filium, Heriberti Veromanduorum Comitis generum, ad colloquium euocatum, dolo ſuſtulit. Ludouicus Rex Willelmi filio, ex concubina nato, terram Nortmannorum dedit. Idem Heribertus Comes hoc ipſo anno moritur; quem Hugo Remenſis & Odo, filij eius, ad S. Quintinum ſepelierunt. Hugo Magnus filiam Ludouici Regis ex ſacro fonte ſuſcipit, & Rex ei Ducatum Franciæ delegat, omnemq́; Burgundiam ipſius ditioni ſubiicit. Idem Hugo Arnulfum Flandrenſem cum Rege pacificat; cui Rex erat infenſus ob necem Willelmi Nortmannorum Ducis. *Frod.*

Otho Lotharingiæ Dux obiit: Cuno ſeu CONRADVS, Werinheri filius, Othonis I. gener, in Ducatu ſucceſſit. Ita Frodoardus: 944
ſed Continuator Rheginonis anno 943. hæc adſcribit. De his rebus ſic lib. 2. Witichindus: *Defuncto Odone Lothariorum Præſide, ac Regis nepote Henrico (Giſleberti filio) Ducatus regionis conceditur Conrado, cui & vnicam filiam ſuam (Ludgardim an. 947.) Rex deſponſauit.* Ratherius Ep. Veronenſis ex Italia Laubium reuertitur, & à Richario Ep. Leodicenſi benignè excipitur; vt Folcuinus in ms. Chronico Laubienſi narrat. Berta, Hugonis Italiæ Regis filia, nubit Romano, Conſtantini Imp. CP. filio, quam mutato nomine Græci Eudoxiam vocarunt. Idem Romanus Imp. à Stephano proprio filio captus, & in monachũ tonſus, 16. Dec. relegatur in inſulam. Sed pòſt dies 35. elapſos, hoc eſt, 21. Ianuarij, ſequentis anni, idem Stephanus & Conſtantinus eius frater, inter ſe de Imperio certantes, ambo in inſulam deportati ſunt. Sicq́; penes vnũ *Conſtantinum Porphyrogenitum,* Leonis Philoſophi filium, manſit Græcorum Imperium. *Curopal. Luitpr. l. 5. c. 9. 10. 11.*

Bello inter Ludouicum Regem & Hugonem Magnum Francorũ 945
Ducem recrudeſcente, idẽ Ludouicus dolo Hugonis à Nortmannis, quos ſibi fideles putabat, comprehenditur, & anno integro in cuſtodia detinetur: nec inde dimittitur niſi poſt traditum Hugoni, quod petierat, Laudunũ: vt Frodoardus hoc anno & ſeq. narrat. Ludouico

Rege Rotomagi agente, Gerberga Regina filium Landuni peperit, qui Carolus (Sigeberto Carolomannus) in baptiſmo eſt vocatus. *Frod.* Obiit autem hic Carolus Rotomagi obſes in manibus Nortmannorum. Alium ab iſto Carolum Gerberga Lauduni anno 953. peperit, vt idem Frodoardus tradit: quod moneo, ne quis vnum cum altero confundat. Hugo Rex Italiæ à ſuis regno pellitur, & filius ipſius LOTHARIVS ad regnum euehitur. *Frod.* Richarius Ep. Leodicenſis moritur: cui ſucceſſorem Otho Rex dedit Hugonem, Abbatem S. Maximini Treuerenſis. *Frod.* Bertoldus Dux Baioarienſis obiit: cui *Henricus*, Othonis I. frater, in Ducatu ſucceſſit. *App. Rheg.* In Pariſienſi pago & aliis diuerſa hominū membra *Ignis* plaga peruaduntur. Ex his plurimi Pariſiis in eccleſia B. Mariæ ſanati ſunt: quos Hugo Dux ſtipendiis aluit quotidianis. *Frod.* Lues iſta *Ignis ardentis*, vt vocabant, poſteà Atrebatenſem, Tornacenſem & alias Belgicas ciuitates peruaſit. Sigeberti Chronicon, à me editum, in geſtis anni 1129. lege.

946 Marinus Papa moritur: & ſuccedit Agapitus. Inter Albericum Patricium & Hugonem Italiæ Regem (quem ſui hoc anno in regnum receperant) pax conſtituitur. Hugo Dux Francorum cum Hugone Nigro, Richardi filio, Ludouicum Regem (quem Tetbaldus Comes per annum ferè in cuſtodia detinuerat) in regno reſtituit, recepto Lauduno. Gerberga verò nuper ad Othonem I. fratrē ſuum legationem direxerat, auxilium marito petens. Qui maximo cum exercitu in Franciam venit, Conradum Ciſalpinę Galliæ Regem ſecum ducens. Quibus Ludouicus Fr. Rex obuiàm profectus eos amicè excepit: ſicque ſimul pergentes, vrbem Remenſem (quam Hugo Archiepiſcopus tenebatur) ceperunt, & Artaldum Archiepiſcopum reſtituerunt. Deroldus Ambianenſium Epiſcopus vita decedit. *Frod.* Conſtantinus Imp. CP. ad Berengarium II. litteras mittit, quibus ipſi commendat Lotharium Italiæ Regem, nurus ſuæ fratrem. *Luitpr. l. 6. c. 1.* Ab iſto Berengario ad eumdem Conſtantinū poſteà legatus eſt miſſus Luitprandus Hiſtoricus. *Baron.* Walciodorenſis Benedictinorum Abbatia ad Moſam fl. in agro Namurcenſi ab Eilberto Comite, eiuſque coninge Hereſinde fundatur, Othone I. Rege approbante. *Not. eccleſ. Belgij c. 55.*

947 Edgida Othonis I. vxor moritur, & Magdeburgi ſepelitur. Conradus Lotharingię Dux *Ludgardem*, eiuſdem Othonis filiam, ſibi matrimonio iungit. Luidolfus eiuſdem Othonis filius tertiam Hermanni Ducis filiam ducit. *App. Rheg.* Otho Germ. & Ludouicus Fr. Reges Paſcha Aquiſgrani celebrant. Ludouicus Rex, petente Arnulfo Comite Flandrenſi, Atrebatum proficiſcitur, cum Artaldo Archiepiſcopo, & Monaſteriolum ad mare obſidet. Conuentus Regūm Othonis & Ludouici ad Charum fluuium, in agro Luxeburgenſi, menſe Auguſto celebratur; Hugone Magno circa Moſomū & Duodeciacū caſtra metante. Virduni menſe Nouembri Synodus habetur, cui inter alios ſubſcripſerunt Rotbertus Treuerenſis, Artaldus Remenſis, Adalbero Metenſis, Goſlinus Tullenſis, Bruno Abbas, Othonis I. frater, & Odilo Abbas. Vniuerſa verò Synodus Artaldo Remenſem ſedem adiudicauit, amoto Hugone; cui permiſſum eſt Moſomi cōmorari. *Frod.* Otho I. Rex Canonicos in Captæmonte, diœceſis olim Leodicenſis opido, dotat. *Not. eccleſ. Belg. c. 55.* Hugo Leodicenſis Epiſcopus moritur: ſuccedit Farabertus.

Ianuario menſe *Moſomi* à Rotberto Treuerenſi & aliis Epiſcopis 948
Synodus habetur: in qua Remenſis Sedes iterum Artaldo eſt adindicata. Iunio menſe in *Engilenheim* palatio regio, Marino Sedis Apoſtolicæ legato præſidente, ab Epiſcopis Galliæ & Germaniæ Concilium celebratur. Adfuerunt inter alios Rotbertus Treuerenſis, Artaldus Remenſis, Fredericus Moguntinus, Wicfredus Colonienſis, Adalgagus Hamburgenſis, Hildebaldus Monaſterienſis, Goſlinus Tullenſis, Adalbero Metenſis Berengerus Virdunenſis, Fulbertus Camaracenſis, Rudolfus Laudunenſis, Dudo Padebrunnenſis, Farabertus Leodicenſis, Dodo Oſnaburgenſis & Baldericus Vltraiectenſis, Epiſcopi. Reſidentibus his & aliis Præſulibus in eccleſia S. Remigij, poſt preces ſecundùm ordinem celebrandi Concilij, & poſt lectiones ſacrę auctoritatis recitatas, ingreſſi ſunt Otho & Ludouicus Reges, & ſederunt. Artaldo denique Epiſcopium Remenſe tenendum decernunt Patres; Hugonem verò Magnum, qui Ludouici regnum infeſtabat, excommunicant, donec reſipiſcat. *Frod.* Hoc ipſo anno Treueris item Synodus habetur, cui interfuerunt Marinus Sedis Apoſtolicæ Vicarius, Rotbertus Treuerenſis, Rodulfus Laudunenſis & Wicfredus Morinenſis, Epiſcopi. Tranſmarus autem Noniomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus, ob morbum ad Synodum venire non potuit. *Frod.* Ludouico Francorum Regi *Ludouicus* naſcitur, quem Artaldus Ar. Remenſis de ſacro fonte ſuſcepit. Ita Frodoardus ſeu Flodoardus in Chronico: cuius Hiſtoria Epiſcoporum Remenſium in geſtis anni huius deſinit. Chronicon autem eius vſque ad annum *966.* pertingit, quo & obiit. Otho I. Germaniæ & Lotharingiæ Rex Gemblacenſe monaſteriũ à S. Guiberto an. 922. fundatum confirmat, & *Lambertum I.* Comitem Louanienſem conſtituit Aduocatum eiuſdem monaſterij. Notitiam eccleſ. Belgij cap. 56. itemque Sigebertum in Chronico & in ms. Catalogo Abbatum Gemblacenſium conſulat qui volet.

Comites Louanienſes, qui & Bruxellam poſſederunt, itemq́, Aduocatiam eccleſiæ Niuellenſis & Abbatiæ Gemblacenſis.

I. Lambertvs non Manaſsis (vt Lipſius in ſuo Louanio & alij ſcripſerunt) ſed Ragineri I. Hannoniæ Comitis, ſuprà pag. 209. memorati, & Albradæ filius, ab Othone I. Germaniæ & Lotharingiæ Rege an. 948. conſtitutus Aduocatus monaſterij Gemblacenſis, fuit primus Louanienſium Comes. II. Lamberto ſucceſſit filius (vt ex archiuis eiuſdem monaſterij Gemblacenſis colligi datur) Ansfridvs, quem Anſelmus rerum Leodicenſium ſcriptor cap. 53. disertè Comitem Louanienſem nuncupat. Sigebertus in Chron. an. 997. vocat *Comitem Bratuſpantium*: per quos à Sigeberto deſignari Brabantos ſeu Louanienſis agri incolas, ex geſtis anni 1012. liquet. Ansfridus vxorem habuit *Hilſundem* Comitiſſam Strienſem, & ex ea filiam nomine *Benedictam.* Hilſundis an. 992. fundauit monaſterium *Thorenſe* in diœceſi Leodicenſi, quod nunc eſt nobilium virginum Canonicarum collegium ad Moſam. Ansfridus mundo demum valedicens, creatus eſt Epiſcopus Vltraiectinus, & anno 1009. iuxta vetus Chronicon ms. Vltraiectinũ, aut an. 1010. iuxta Lamb. Scafnaburgenſem, obiit; ſepultus in monaſterio Montis-ſancti, à ſe condito prope Amerſfurtum, quod inde poſteà an. 1054. tranſla-

tum in vrbem Vltraiectenſem, S. Pauli titulo innotuit. III. Anſfridoſuffectus eſt LAMBERTVS II. Ragineri II. Hannoniæ Comitis filius, *Gerbergæ* (quæ fuit filia Caroli Lotharingiæ Ducis) maritus, prope Florinas à Godefrido Improle, Lotharingiæ inferioris Duce, an. 1015. cæſus, & Niuellis conditus cum vxore. Liberos reliquit *Henricum*, *Baldricum*, *Raginerum* & *Mathildem*, Euſtathio I. Comiti Bolonienſi nuptam. Idem Lambertus baſilicam S. Petri Louanij, & templum S. Gaugerici Bruxellæ ædificauit; vt ex veteri inſcriptione ad S. Gaugericum reperta didici.

IV. HENRICVS I. Lamberti & Gerbergæ filius, an. 1038. Louanij à captiuo ſuo occiſus, Niuellis ſepelitur in eccleſia S. Gertrudis, cuius fuerat Aduocatus. Genuit *Othonem*, & tres filias, *Adelaidem*, *Cunegundem* & *Adelam*: vt in Genealogia S. Arnulfi legitur. V. OTHO Henrici I. filius Comes Louanienſis in iuuenili ætate obiit. VI. Huic patruus, BALDRICVS, aliàs Lambertus Barbatus Henrici I. frater ſucceſsit. Is collegium VII. Canonicorum Louanij in templo S. Petri collocauit ac dotauit: cui præbendam octauam Godefridus Barbatus Brabantiæ Dux, & alij deinde alias vſque ad. XVIII. adiecerunt: vt conſtat ex diplomate Godefridi II. Brabantiæ Ducis. Idem Baldricus an. 1048. Bruxellis templum S. Michaëlis (quod nunc S. Gudilæ dicitur) cum Canonicorum collegio in monte fundauit. S. Gudilæ corpus ex baſilica S. Gaugerici eò tranſtulit, & pro Balduino Inſulano Flandriæ Comite contra Henricũ III. Imp. ſtans, an. 1054. prope Tornacum cecidit, Niuellis apud maiores ſuos ſepultus. Vxor Baldrico fuit *Oda*, Gothilonis Magni, ſuperioris & inferioris Lotharingiæ Ducis, filia: ex qua nati *Henricus* Comes Louanienſis & *Raginerus*: quorum poſterior tabulis Lietberti Ep. Cameracenſis ſubſcripſit, & an. 1077. in Haſbania periit.

VII. HENRICVS II. Baldrici filius an. 1068. deceſſit. Vxor fuit *Aleidis* ſeu Adela memorata in Auctario Lipſiano ad Sigeberti Chronicon. Cuius fuerit filia neſcitur. Ex ea nati, *Henricus* III. Comes Louanienſis, *Godefridus Barbatus* Dux Lotharingiæ inferioris & Brabantiæ, & *Aleida* vxor Balduini II. Hieroſolymitani Comitis Hannoniæ. Henrici II. liberis à quibuſdam annumeratur *Albero* ſeu Adalbero Epiſcopus Leodicenſis, qui monaſterium S. Ægidij (quod eſt Canonicorum regularium) prope Leodicum fundauit.

VIII. HENRICVS III. Affligemium an. 1086. condidit, & Tornaci an. 1096. periit in haſtiludio. Vxor fuit *Gertrudis*, Roberti Friſij Flandriæ Comitis filia, quæ ſecundis nuptiis iuncta fuit Theoderico II. Strenuo, Lotharingiæ Moſellanæ Duci. In diplomate Affligemienſi *Brachatenſis patriæ Comitem & Aduocatum* ſe nuncupat. Aduocatum intellige eccleſiæ Niuellenſis. Genuit autem filias quattuor.

IX. Henrico III. ſine filiis defuncto ſucceſſit frater GODEFRIDVS BARBATVS, qui Comitatui Louanienſi Ducatum Lotharingiæ inferioris ac Brabantiæ, itemque Marchionatum Antuerpienſem anno 1106. adiunxit, atque ad poſteros ſuos Brabantiæ Duces tranſmiſit. Idem Fliderbecanum, Parcenſe, Cortebergenſe & Bigardienſe monaſteria fundauit; obiitque anno 1140. conditus Affligemij, quod mirificè auxit. Vxor ipſi fuit non Sophia, ſed *Ida*. Ex hac liberos genuit *Godefridum* II. Brabantiæ Ducem, *Henricum* monachum Affligemienſem, *Aleidem* Henrico Angliæ Regi an. 1120. nuptam & Affligemij ſepultam. *Idam*

Theo-

Theoderici Comitis Cliuenſis coniugem, & *Claritiam*: quarum fi-
liarum poſtrema (niſi fallor) fuit monialis in Foreſto; vt colligi poſſe
videtur ex tabulis an. 1110. à God. Barbato datis, quas in Notitia
eccleſ. Belgij c. 234. produxi. Louanienſium porrò Comitum genea-
logia, in tabulam redacta in cit. Notitia c. 109. exſtat.

Gerberga Francorum Regina ad fratrem ſuum Othonem Ger- 949
maniæ Regem proficiſcitur, & Aquiſgrani Paſcha cum illo celebrat.
Ragembaldus monachus Vedaſtinus ab Artaldo ordinatur Ambia-
nenſium Epiſcopus. Agapitus Papa Synodum Romæ apud S. Pe-
trum habuit, in qua damnationem Hugonis, Archiepiſcopatum Re-
menſem ambientis, Ingelenhemij factam confirmauit; excommu-
nicans etiam Hugonem Magnum, donec Ludouico Regi ſatisfa-
ciat. *Frod.* Luidolfo Othonis I. filio Mathildis filia naſcitur. *App. Rheg.*
Otho I. Rex Danos & Sclauos vincit, & ad Chriſtianam religio-
nem, à qua deſciuerant, reducit. Haraldus Danorum Rex, miraculo
ferri candentis à clerico abſque læſione diu tenti, ad Chriſti do-
ctrinam capeſſendam inducitur. *Witich. Ditmar.* Idem Otho Rex,
Conrado Lotharingiæ duce petente, dat Leodicenſi eccleſiæ
(cui tunc Farabertus Epiſcopus præerat) monaſterium *Eich*, ad fl.
Votram, in pago Huſche, in Comitatu Rodulfi ſitum: quod nunc
eſt Canonicorum collegium ad Moſam in opido Maſeica. Diploma
donationis in Not. eccleſ. Belgij c. 55. exſtat. Idem Otho hoc anno
arcem validam Gandaui in ripa Legiæ fl. excitauit, terram quattuor
Ambactorum occupauit, & foſſam *Hontam* duxit, quam Othonia-
nam vocant, & Imperij Germanici limitem eſſe voluit. *Meyerus.*

Inter Ludouicum Regem, & Hugonem Comitem pax initur, 950
Conrado Lotharingiæ Duce, Hugone Nigro, Adelberone Metenſi,
Fulberto Cameracenſi, Epiſcopis adlaborantibus. Rodulfus Nouio-
menſium ac Tornacenſium Epiſcopus ab Ar. Artaldo Remis ordi-
natur. BERENGARIVS, Berengarij I. Italiæ Regis ex Giſla filia nepos,
veneno, vt ferunt, necato Lothario Hugonis Regis filio, Rex Ita-
liæ efficitur. *Frod.* Leo Oſtienſis l. 1. c. 64. dicit in Lothario deſiiſ-
ſe Imperium Francorum in Italia. Eius vxor Adelheidis, Rodulfi
Regis filia, in Canuſinam arcem munitiſſimam ſe recepit, atque in-
de Othonem I. litteris ex Germania ad ſe liberandam euocauit.
Luidolfo filio ſuo Otho I. Ducatum Alemanniæ committit. *App.
Rheg.* Lud. Tranſmarinus Francorum Rex, petente Arnulfo Magno
Flandriæ Comite, poſſeſsiones monaſterij Blandinienſis confirmat;
monachis Benedictinis per S. Gerardum Bronienſem, loco Canoni-
corum, ſubſtitutis. *Not. eccleſ. Belg. c.* 58.

Fredericus Comes, Adelberonis Epiſcopi Metenſis frater, muni- 951
tionem in loco qui dicitur Barris (ſic enim legendum ſuſpicor, non
Banis) conſtruit. *Frod.* Fuit is primus poſteà Comes Barrenſis, pri-
muſque Dux Lotharingiæ Moſellanæ; vt infrà ad annum 959. doce-
bo. Hugo Magnus Aquiſgrani Paſcha cum Othone I. celebrat, &
ab eo honorificè excipitur. Conradus Lotharienſium Dux Ragineri II.
Hainoënſis Comitis caſtellum quoddam capit, cetera verò obſideri
mandat. Gerberga, Ludouici Fr. Regis mater, ad Heribertum Vero-
manduorum Comitem proficiſcitur: qui eam ducit in coniugem,
Ludouico id ægrè ferente. Otho I. in Italiam ſe confert, eamque
occupat. Quo adueniente Berengarius II. Rex, cum Adelberto filio,
ex vrbe Papia fugit, quam Otho mox ingreditur. Adelheidem
quoque,

quoque, Lotharij Regis anno ſuperiore defuncti viduam, Otho ſibi coniugem iungit. *Frod. App. Rheg.* Mathildis, Hermanni Saxonum Ducis filia, Balduino III. Flandriæ Comiti nubit. *Meyerus.*

952 Berengarius II. Rex, cum filio ſuo Adalberto (Conrado Lotharingiæ Duce procurante) cum Othone I. in gratiam redit, & Italiam ex dono illius iterum accipit regendam. Excepta tamen Marca Veronenſi & Aquileienſi, quæ Henrico Othonis fratri committitur. Berengarius autem proceres Italiæ duro regimine ſibi inimicos reddidit. *App. Rheg. Frod.* Artaldus Ar. Remenſis in cœnobio S. Baſoli monachos collocat, expulſis clericis. *Frod.*

953 Inter Othonem I. & Luidulfum filium eius, Conradum quoque Lotharingiæ Ducem & quoſdam primates oritur diſcordia. Otho Conradum à Ducatu Lotharienſium remouet. Conradus autem opida ſua munit. At Raginerus II. Comes Hainoënſis, Conrado iamdudum inimicus, quoddam ipſius caſtrum obſidet. Conradus, collecta militum manu, ad ſoluendam obſidionem properat: ſed prælio victus à Raginero, Moguntiam ſe recipit. Gerberga Regina Lauduni intereà geminos peperit, quorum vnus *Carolus*, alter *Henricus* eſt vocatus. Henricus paulò poſt baptiſmum obiit: Carolus autem poſteà Dux Lotharingiæ fuit. Otho Rex Moguntiam (quò ſe Conradus receperat) obſidet, & acceptis ab eo obſidibus trans Rhenum regreditur, & Baioariam petit, ab Henrico fratre euocatus, quòd eam Luidulfus vaſtaret. Conradus Metenſem vrbem deprædatur. Wicfredus Ar. Colonienſis moritur, & B R V N O Othonis I. Regis frater ibi Pontifex ordinatur, eique regnum Lotharienſe Otho committit. *Frod. App. Rheg.* Luitgarda Othonis I. filia moritur. *App. Rheg.* Faraberto Ep. Leodicenſi mortuo Ratherius vir eruditus ſubrogatur, qui primùm monachus Laubiis, pòſt Epiſcopus Veronæ fuerat: *Verona Præſul, ſed ter Ratherius exul.*

954 Conradus nuper Lotharingiæ Dux, pacto cum Hungaris inito, eos per regnum Lotharienſe vſque in terram Ragineri Comitis deduxit. Et licet eos prope Traiectum Moſæ deſeruiſſet, ipſi tamen vlteriùs progreſſi, Haſbaniam & ſiluam Carbonariam (nunc Hannoniam) vaſtarunt; Laubium ſuccenderunt, Cameracum oppugnarunt, & viciná S. Gangerici baſilicã exuſſerunt. Inde per Veromanduenſem, Remenſem & Catalaunenſem pagos prædando tranſeuntes, Burgundiam ac denique Italiam intrarunt. *Frod.* Folcuinum Abbatem & Chronographũ Laubienſem, qui hoc ipſo tempore vixit, de Hungaris Laubio diuinitus pulſis audire lubet: *Conradus Lotharingiæ Dux Hungaros in Lotharingiam deduxit. Sed vbi Traiectum ad Moſam ventum eſt, incertum qua factione, diſsidium ab eis fecit. Hungari nihilominus Haſbaniam flamma & rapina aggreſſi, Carbonariam petiuerunt, & intra clauſtra Laubienſis monaſterij, quod ſuccenderunt, duos obtruncarunt, Theodulfum & Theumarum. Cùm autem munitiorem locum conſcenderent, in quo clerici & monachi ſe ad reſiſtendum parauerant, deſperatis rebus, inter Litanias duæ columbæ ex adytis templi volarunt; & mox ſubſecuta eſt pluuia grandis, quæ gentiliciam illis ſagittandi artem, chordarum diſtentione, fruſtrata eſt. Pauor etiam tantus in eos irruit, vt ea qua venerant via, fugam maturarint.* Huius victoriæ, contra Hungaros obtentæ, quotannis apud Laubienſes 2. Aprilis fit commemoratio. Ceterùm de Cameraco fruſtrà hoc ipſo anno, menſe Aprili, ab Hungaris tentato, deque vicinia ab iis vaſtata Baldericus l. 1. c. 74. fuſè ſcribit. Wicfridus Ep. Morinenſis

corpus

corpus S. Maximi Epiſcopi Vimæ (vicus eſt *Wiſmes*, quarto lapide à Taruana) repperit, & Taruanam tranſtulit; inde Ipras an. 1553. tranſportatum, cum parte collegij Canonicorum, excisa Taruana. Lud. Tranſmarinus Francorum Rex moritur Remis, & in monaſterio S. Remigij ſepelitur: ſuccedit filius eius LOTHARIVS puer, & ab Ar. Artaldo Rex conſecratur. Lud. Tranſmarini ſtemma genealogicum in Not. eccleſ. Belg. c. 58. exſtat. Burgundia & Aquitania Hugoni Magno dantur; Heribertus & Rotbertus frater eius oppidum Montis-felicis ad Matronam fl. obſident: quod Heriberto demum redditur à Rageuoldo Comite, qui illud occuparat. Alberico Patricio Romanorum defuncto, filius eius Octauianus, cùm eſſet clericus, Vrbis principatum occupat. *Frod. Baron.* Beatrix Hugonis Capeti, poſteà Francorum Regis, ſoror nubit Frederico I. Comiti tunc Barrenſi ac Duci poſteà Lotharingiæ Moſellanæ, infrà ad an. 959. memorando. *Frod.* Circa hunc annum Baldricus Ep. Vltraiectinus (qui an. 917. ordinatus fuit) collegium 16. Canonicorum Oldeſaliæ fundauit, eòque oſſa non pauca S. Plechelmi; ex Monte S. Petri apud Ruræmondam ſito, tranſtulit. Viſitur etiamnum Oldeſaliæ in choro lapis eius ſepulcralis hac inſcriptione: *Hic recondita ſunt inteſtina Baldrici de Clinis, fundatoris huius eccleſiæ.* Lotharius Francorum Rex Gandenſe S. Bauonis monaſterium, ab Arnulfo M. Flandriæ Comite, eiuſque filio Balduino, operâ S. Gerardi Abbatis Bronienſis inſtauratum, ſua auctoritate firmat. *Not. eccleſ. Belg. c.* 59. Fredericus Ar. Moguntinus moritur: ſuccedit Guilielmus, Othonis I. filius. Luidolfus in gratiam Othonis patris ſui redit, & Ducatum Bauariæ eidem reddit: cui Burchardus in Ducatu ſucceſſit. Luidolfo filius Otho naſcitur. *App. Rheg.*

Hungari Baioariam ingrediuntur, volentes venire in Franciam. 955
Contra quos Otho I. cum Boiſlao Sarmatarum Principe, & Conrado Duce iam pœnitente, ad Lichum fl. pugnauit, eoſque penè ad internecionem deleuit. Conradus autem fortiſſimè pugnans illo in prælio occubuit. Fulcario defuncto, Hadulfus Nouiomenſium ac Tornacenſium Epiſcopus ordinatur Remis ab Artaldo Remenſi, Roricone Laudunenſi, & Gibuino, Epiſcopis. *Frod.* Agapito defuncto, Octauianus Alberici filius, anno ſuperiore ex clerico factus Vrbis Princeps, Apoſtolicam Sedem inuadit, & mutato nomine (quod ipſe primus fecit) Ioannes XII. nuncupatur. *Frod. Luitpr. l. 6. c. 6. Baron.* Henricus Othonis I. Regis frater, recepto Bauariæ Ducatu, moritur: cuius filio Henrico Rex Ducatum & Marcam dedit. Otho filius Othoni I. naſcitur, qui patri in Imperio ſucceſſit. *App. Rheg.* Eadredo Rege Angliæ defuncto Eduinus, Eadmundi Regis filius, ſuccedit.

Rotbertus Treuerenſis, Fulbertus Cameracenſis, Baldericus & 956
Ragnarius, Epiſcopi moriuntur. Rotberto Henricus Othonis Regis propinquus, & Fulberto Berengarius ſufficiuntur. *Frod.* Deſignatur hîc Baldricus Vltraiectinus Epiſcopus, vt coniicio: cuius obitum miror à quibuſdam ad annum 976. reiici. Ratherius Leodicenſi Epiſcopatu pellitur: ſubrogatur Baldricus, Raginero II. Longicollo Hannoniæ Comite adnitente. Luidulfus in Italiam, ad reprimendam Berengarij II. tyrannidem, dirigitur. *App. Rheg.* Hugo Magnus, Hugonis Capeti Francorum poſteà Regis pater, moritur.

ritur. Gerberga Regina cum Brunone fratre colloquium habet: quo peracto, Raginero Longicollo ſui milites redduntur. Reginæ verò poſſeſſiones, quas illi quondam Giſlebertus Loth. Dux dotis nomine dederat, reſtituuntur. *Frod.* Inter eas credo fuiſſe Marſanam, quã an. 968. Gerberga Remenſi S. Remigij monaſterio dedit.

957 Bellorum tumultus ſæuiunt inter Brunonem Ducem Lotharingiæ & Raginerum II. Comitem Hainoenſem, itemque inter Balduinum Flandrenſem & Rotgarium, Erluini filium, ob caſtrum Ambianenſe. Rotbertus, Heriberti filius, Lothario Regi ſe committit. Lotharius Rex cum matre ſua obuiàm pergit in pagum Cameracenſem auunculo ſuo Brunoni. Videns autem Raginerus, non poſſe ſe venienti multitudini reſiſtere, ad Brunonem venit. At quia petitos dare noluit obſides, eum Bruno comprehendens, ſub cuſtodia ſecum duxit; nec multò pòſt trans Rhenum in exilium miſit. *Frod. Balder. l. 1. c. 94.* At Continuator Rheginonis an. 958. Raginerum in Sclauos exulem miſſum fuiſſe ſcribit. De his ipſis rebus ſic ad an. 959. Sigebertus: *Bruno Archiep. & Archidux Lotharingiæ Raginerum Montenſem Comitem, qui Longicollus cognominabatur, apud Valentianas euocatum cepit, & irreuocabili exilio damnauit: eò quòd regnum bellis inquietabat, vel quod verius fuiſſe dicitur, eò quòd mortuo Giſleberto Duce, conſanguineo ſuo, ea quæ Giſlebertus uxori ſuæ Gerbergæ, ſorori Imperatoris, in dotem contulerat, violenter ei auferre præſumebat. Bonis Ragineri ad fiſcum publicatis, filij eius Raginerus & Lambertus ad Lotharium Francorum Regem confugerunt.* Luidolfus, Othonis I. filius, qui totam penè Italiam, Berengario II. pulſo, iam obtinebat, moritur: cuius corpus inde allatum frater eius Guilielmus Ar. Moguntiæ ad S. Albanum ſepeliuit. *Frod. App. Rheg.* Bruno Ar. Coloniæ cœnobium S. Pantaleonis conſtruit. *Sigeb.*

958 Wicmannus rebellis, à facie Othonis I. trans Albim fugiens, Sclauos in regnum eius conduxit: quos Rex vicit, occiſo eorum Regulo. *Sigebertus.* Wicmannum Continuator Rheginonis anno 955. expulſum fuiſſe ſcribit. Ratherius Epiſcopatu Leodicenſi deiectus, in Italiam redit, & longam epiſtolam de exilij ſui cauſſis atque ærumnis ad Ioannem XII. Papam ſcribit, à Chapeauillio editam, tomo 1. Rerum Leodicenſium. Bruno Arch. Colonienſis eum tandem in Veronenſi Epiſcopatu reſtituendum curauit: vt Fulcuinus in ms. Chron. Laubienſi narrat. Idem Ratherius varia ſcripſit, quæ Sigebertus lib. de Viris illuſtribus recenſet, exſtantque mss. Laubiis. S. Gerardus, Bronienſis monaſterij in pago Namurcenſi fundator, & plurimorũ in Belgio cœnobiorum reformator, an. 958. in Domino obdormit: vt in ſepulcro eius notatur. Quieſcit Bronij, quod nunc S. *Gerardi* Abbatia dicitur.

959 Baldericus Ep. Leodicenſis moritur: Eraclius ſeu Euracrus ſuccedit. Bruno apud Compendiũ cum Regina ſorore ac nepotibus ſuis colloquium habet. Domum è Francia cogitans, ex vrbe Tungrenſi oſſa S. Euergiſli Epiſcopi, ſuprà pag. 88. memorati, Coloniam transfert: vt Rogerus in vita Brunonis apud Surium narrat. Lotharius Rex Francorum, cum Gerberga Regina matre, Paſcha apud Brunonem auunculum ſuum celebrat. Lotharienſes à Brunone Duce ſuo deſciſcunt, ſuadẽte Immone Comite, propter opida quædã nouitia, quæ idẽ Dux euerti præcipiebat, & propter onera inſueta, quæ illis

impo-

imponere velle ferebatur. Quibus poſtmodum reuocatis, *Fredericum* Comitem (Barrenſem) Adelberonis Ep. Metenſis fratrem, eis vice ſua præfecit. *Frodoardus.*

Duces beneficiarij Lotharingiæ Moſellanæ ſeu ſuperioris, itemque primi Comites Barrenſes.

I. FREDERICVS Comes an. 951. caſtrum Barrenſe in loco *Barris* (ſic enim legendum nonnulli coniiciunt, non *Banis*) ædificauit; vt Frodoardus in Chron. teſtatur. Ab iſto caſtro poſteà Comites & Duces Barrenſes cognomentum induerunt. Eumdem Fredericum Bruno, Othonis I. Imp. frater, Ar. Colonienſis (quem Sigebertus Archiducem Lotharingiæ nuncupat) anno 959. in regno Lotharienſi ſuum Vicarium conſtituit, vt idem Frodoardus his verbis teſtatur: *Anno* 959. *Lotharienſes à Brunone Duce deſciſcunt: quibus poſtmodum reuocatis, Fredericum quemdam Comitem eis vice ſua præfecit.* Fuit autem Fredericus Adalberonis I. Metenſis Epiſcopi frater, & ſubſcripſit, vt Dux Lotharingiæ, tabulis, quibus Sigefridus Comes caſtellum *Luzilsburgum* à Wikero Abbate S. Maximini Treuerenſis titulo permutationis acquiſiuit, quæ in Not. eccleſ. Belgij c. 61. extant. Patruum habuit Fredericum Abbatem monaſterij S. Huberti in Arduenna. Anno 954. duxit *Beatricem*, Hugonis Magni Comitis Pariſienſis & Hadeuidæ Saxonicæ (fuit ea Othonis I. Imp. ſoror) filiam, Hugonis Capeti poſteà Regis ſororem. Ex qua ſuſtulit filios tres, *Theodericum* ſuum ſucceſſorem, *Fredericum* in Hiſtoria miraculorum S. Huberti c. 20. memoratum, & *Adalberonem* II. Epiſcopum Metenſem ex Virdunenſi an. 984. creatum.

II. THEODERICVS patri in Ducatu Lotharingiæ Moſellanæ & Comitatu Barrenſi ſuffectus, pro S. Henrico Imp. contra Henricum Luxeburgicũ Bauariæ Ducem, eiuſque fratrem Theodericum Ep. Metenſem ſtetit, & ab iis in prælio captus fuit: vt Sigebertus in geſtis anni 1009. tradit. Ex coniuge (cuius nomen ignoratur) ſuſtulit *Fredericum* infrà laudandum, *Adalberonem*, & *Adelam* ſeu Alidem Waleramo Comiti Arlunenſi nuptam. Ex his Adalberonem Leo IX. Papa Metenſem Epiſcopum deſignauit, addito ſuffraganeo Theoderico Luxeburgico, qui Epiſcopatum Metenſem occupauit: Adalbero autem adoleſcens obiit.

III. FREDERICVS II. Theoderico patri ſuo (obiit is ante annum 1024.) in Ducatu Lotharingico & Comitatu Barrenſi ſuccentariatus, duxit *Mathildem* Sueuam, Hermanni Sueuiæ ducis & Gepæ ſeu Gerbergæ Burgundicæ filiam, Conradi Ducis Franconiæ viduam, & anno 1027. deceſſit, relictis duabus filiabus *Beatrice* & *Sophia*: vt Wippo in vita Conradi Salici & Domnizo lib. 1. de vita Mathildis Comitiſſæ c. 10. tradunt. Ex his BEATRIX nupſit Bonifacio Longobardiæ Marchioni, Theobaldi filio, & ex eo genuit filium *Fredericum* Domnizoni, Bonifacium Herm. Contracto dictum, in iuuenili ætate è viuis ſublatum, & filias duas, *Beatricem* ſimiliter in iuuenili ætate mortuam, & *Mathildem*. BEATRIX porrò mater ſecundò nupſit God. Magno Lotharingiæ ſuperioris & inferioris Duci. Mathildis autẽ (cuius vitam Domnizo ſcripſit) primùm God. Gibboſo Lotharingiæ inferioris Duci, poſteà Welfoni Bauariæ Ducis filio nupſit, ſed ex neutro prolem ſuſtulit. Multa prædia Eccleſiæ Romanæ cõtulit, & in Lotharingia Abbatiã S. Petri in Monte an. 1096. fundauit

dauit ac dotauit. SOPHIA, altera Frederici II. Lotharingiæ Ducis filia, pro hereditatis ſuæ portione Comitatum Barrenſem obtinuit, nupſitque Ludouico Comiti de Montbeliart, Monſſon & Ferrette. Ex quo matrimonio Barrenſes ſubſequentium ſæculorum Comites & Duces, infrà ad an. 1044. commemorandi prodierunt.

IV. Fredrerico II. ſine prole maſcula defuncto, GOTHILO MAGNVS, God. Captiui Comitis Virdunenſis filius, Ducatum Lotharingiæ ſuperioris ab Imperatore obtinuit, quem cum Ducatu Lotharingiæ inferioris & Marca Antuerpienſi poſſedit. *Friderico* (inquit Sigebertus in Chron. *Moſellanorum Duce mortuo, qui mares filios non habebat, quibus Ducatus competeret, Gothelo Dux, impetrato ab Imperatore etiam Moſellanorum Ducatu, in Lotharingia potentiùs anno* 1034. *principatur.*

V. GODEFRIDVS MAGNVS Gothiloni patri, adhuc viuenti, in Ducatu Moſellano ſuffectus eſt, iuxta Herm. Contractũ, cuius hæc ſunt verba: *Anno* 1044. *Gozilo Dux Lotharingorum moriens Gozeloni filio, quamuis ignauo, Ducatum ſuum à Rege Henrico promiſſum, relinquere diſpoſuit. Filius eius Godefridus iamdudum Dux, cùm Ducatum fratri debitum contra fas à Rege Henrico ſibi obtinere nequiuiſſet, iuſiurandum fidemque poſtponens, rebellare Regi præſumit. Anno* 1045. *Godefridus Dux rebellioni ſua deſperans, Regique ad deditionem veniens, in cuſtodiam mittitur. Anno* 1046. *Henricus Pentecoſten Aquiſgrani faciens, Godefrido Duci è cuſtodia relaxato, ſibique procedenti, terratenùs proſtrato Ducatum ſuum miſertus reddidit. Fredericus, frater Henrici Ducis Baioariæ, Dux Lotharingorum, pro Godefridi fratre Ignauo Gozilone conſtituitur. Anno* 1047. *Godefridus inter alia quæ contra Regem geſſit, Virdunenſem ciuitatem dolo captam incendit & euertit: cuius Ducatum Adelberto cuidam Henricus Rex tradit.* Hactenus ex Herm. Contracto. Ceterùm Godefridus Magnus, per Henricum Imp. Ducatu Moſellano ſpoliatus, in Italiam ſe contulit, & ſecundis nuptiis ſibi iunxit Beatricem, Frederici II. Ducis Moſellani filiam, Bonifacij Longobardiæ ſeu Tuſciæ Marchionis viduam. In Galliam demùm reuerſus Ducatum Lotharingiæ inferioris ab Imperatore impetrauit, & anno 1069. aut 1070. moriens liberos ex N. priore coniuge reliquit, *God. Gibboſum* Lotharingiæ inferioris Ducem, ſine liberis defunctum, *Idam* Euſtathij II. Comitis Bolonienſis coniugem, Godefridi Bullonij matrem, & N. alteram filiam cuidam in Germania Comiti nuptam, Hirſaugiæ ſepultam: vt Bertoldus anno 1093. tradit. Godefridorum porrò vtriuſque Lotharingiæ Ducum ſtemma genealogicum in Not. eccleſ. Belgij c. 99. reperies.

VI. Godefrido Magno contra Henricum III. Nigrum Imp. rebellante, ADALBERTVS anno 1047. Lotharingiæ Moſellanæ Dux ab eodem Henrico Imp. creatus, & anno 1048. à Godefrido Magno Duce eſt interemptus: vt Contractus & Sigebertus teſtantur. Adalberto occiſo, GERARDVS ALSATIVS ab eodē Henrico Imp. an. 1048. ſuffectus fuit: qui primus Ducatum Lotharingiæ Moſellanæ vt hereditarium ad poſteros tranſmiſit: vt infrà ad an. 1048. dicemus.

960 Maceriēnſis munitio ad Moſam à Lantberto redditur Artaldo Ar. Remenſi, coram Frederico Lotharingiæ Moſellanæ Duce. *Frod.* Hoc anno aut ſuperiore ROMANVS patrem ſuum Conſtantinum Porphyrogenitum Imp. CP. veneno ſuſtulit, & occupato Imperio filium ſuum *Baſilium* ſibi collegam adſumpſit. *Curopal.* Otho & Hugo Capetus, filij Hugonis Magni, mediante auunculo ipſorum Bru-

none, cum Rege Lothario reconciliantur; ex quibus Hugonem Rex Ducem conſtituit, addito pago Pictauienſi ad terram, quam pater ipſius tenuerat: Othoni verò Burgundiam conceſſit. Dum Bruno in Francia agit, Rotbertus Comes *Namurum* ad Moſam, & Immo Comes *Capremontem* muniunt. Bruno eos obſidet, pactiſque demum induciis Coloniam redit. Richardus Guilielmi filius, Nortmannorum Princeps, filiam Hugonis, Transſequani quondam Principis, ducit vxorem. Diuionem Rotbertus, Heriberti frater, dolo intercipit, milite Lotharij Regis expulſo. *Frod.* Hoc ferè tempore Eraclius Ep. Leodicenſis ea in vrbe duo Canonicorum collegia, videlicet S. Pauli, & S. Martini, excitare cœpit. *Sigeb.*

Otho I. cùm à Ioanne XII. Papa, contra Berengarium II. tyrannicè regnantem, in Italiam euocaretur, Wormatiæ comitia celebrat, Othonem filium Regem deſignari & Aquiſgrani coronari procurat, eique Germaniam ſub tutela Guilielmi filij ſui, Ar. Moguntini, commendat. Hinc anni regni Othonis II. in diplomatibus numerantur. Otho I. cum exercitu in Italiam tranſiit & Papiæ ſubſtitit. Berengarius & Willa cum filiis ſuis in caſtellis ſe continent: vt in Appendice Rheginonis, & in Appendice Luitprandi narratur. Nam capita, quæ à ſexto vſque ad vndecimum libri ſexti caput Luitprando adiiciuntur, non ſunt Luitprandi, ſed alicuius anonymi. Deſinit autē Luitprandus in deſcriptione legationis Conſtantinopolitanæ, quam nomine Berengarij II. Regis obiit. Hugo Rotgarij quondam Comitis filius, & Artaldus Ar. Remenſis, moriuntur. *Frod.* Cretam inſulam Nicephorus Phocas, eiuſque frater Leo Saracenis eripiunt. *Curopal.* Arnulfus Magnus Flandriæ Comes in Brugenſi S. Donatiani baſilica, ab auo ſuo Bald. Ferreo ædificata (quæ nunc eſt cathedralis) XII. Canonicos collocat ac dotat. *Notitia eccleſ. Belgij c. 59.* 961

Otho I. cognomento Magnus, ex Germanis primus, Romæ coronatur Imperator à Ioanne XII. Papa. Quod Berengarius II. Italiæ Rex ægrè ferens, regiones quas protegere debebat, incendit ac vaſtat. *Frod.* S. Wibertus ſeu Guibertus (quem Faſti Romani S. Gilbertum 4. Febr. nuncupant) Gemblacenſis Abbatiæ fundator, ſuprà an. 922. laudatus, moritur. Synodus XIII. Epiſcoporum ad Matronam fl. in pago Meldenſi habetur, præſidente Widone Ar. Senonenſi. *Frod.* Ioannes Papa per legatos ſignificat, Hugonem quondam Epiſcopum Remenſem à Synodo Romana fuiſſe excommunicatum. *Cuius legationis certiores* (inquit Frodoardus) *per Brunonem Ar. Colonienſem redditi, in Epiſcopum Remenſem elegimus Odalricum, Hugonis Comitis filium.* Eſtque is Remis ordinatus à Widone Sueſſionenſi, Roricone Laudunenſi, Gibuino Catalaunenſi, Hadulfo ſeu Aiſtulfo Tornacenſi, & Wicfredo Virdunenſi, Epiſcopis. *Frod.* Berengarius II. Italiæ Rex (Othone I. Imp. ab Vrbe redeunte) in Monte S. Leonis ſe munit; & Willa vxor eius in inſula S. Iulij, in lacu maiori, ſe includit. Filij verò eius *Adalbertus* & *Guido* huc illuc armati vagantur. Adalbero Ep. Metenſis moritur. *App. Rheg.* Wicmannus caſtri Gandenſis Comes dat villam Theſlam, (nunc *Deſtelberg*) monaſterio Blandinienſi, pro remedio animæ ſuæ & coniugis ſuæ defunctæ Luitgardis. Diploma à Wicmanno, eiuſque ſocero Arnulfo Magno Flandriæ Comite ſignatum, in Notitia eccleſ. Belgij c. 60. produximus. 962

Comites caſtri Gandenſis.

Imperatores Germanici olim Gandaui ad ripam Legiæ fl. caſtellum ædificarunt, ad fines Imperij tutandos contra Francos. Huic caſtello, vt & Waſiæ totique territorio Aloſtano, qui nomine Imperatoris præerant, Comites nuncupabantur, Othone I. imperante WICMANNVS, Hermanni Saxoniæ Ducis frater, Comitatum caſtri Gandenſis obtinuit. Is duas habuit coniuges; prioris nomen ignoratur: poſterior fuit *Luitgardis*, Arnulfi Magni Flandriæ Comitis & Adelæ filia, in monaſterio Blandinienſi ſepulta. II. THEODERICVS Wicmanni ex N. priore coniuge filius patri ſucceſſit, duxitque *Hildegardem*, Theoderici II. Hollandiæ Comitis ſororem, & ex ea *Arnulfum* filium ſuſtulit. Idem Theodericus cum coniuge ſua Hildegarde an. 977. villam Cleiham (nunc *Keym* prope Dixmudam) monachis Blandinienſibus dedit. III. ARNVLFVS de Gandauo (ſic enim paſſim cognominatur) tertius Comes Gandenſis, cum vxore ſua *Lietgarde* & duobus filiis *Theoderico* & *Adelberto*, eccleſiam in villa Materna (nunc *Materen*) in agro Aloſtano eiſdem monachis Blandinienſibus an. 998. dono dedit. Idem Arnulfus multa prædia in Hollandia ſeu Friſia poſſedit ex parte matris ſuæ Hildegardis. Qua de cauſſa multa contra Friſios ſeu Hollandos bella geſſit, & ab eiſdem cæſus an. 995. occubuit: vt Baldericus in Chron. Cameracenſi, Sigebertus, Ægidius Aureæ Vallis monachus, & Ægidius Roius Dunenſis tradunt. Andreas Quercetanus in Hiſtoria Comitũ Giſnenſiũ l. 2. c. 1. ſuſpicatur hunc ipſum Arnulfum Comitem Gandenſem, Theoderico II. auunculo ſuo ſine liberis defuncto, in Comitatu Hollandiæ iure materno ſucceſſiſſe. Idem Quercetanus, præter Theodericum & Adelbertum filios, huic Arnulfo filiam attribuit *Alidem*, aliàs Adelam ſeu Adeliuam, Balduini Comitis Bolonienſis vxorem. IV. THEODERICVS II. Comes Gandenſis & Hollandienſis, cædem patris ſui Arnulfi vlturus, bellum geſſit contra Friſios, & an. 1018. prælio commiſſo in villa Mereweda propè Dordracum, inſignem victoriam obtinuit: vt idem Baldericus l. 3. c. 19. & Sigebertus commemorant. Ceterùm Theoderico I. eiuſque filio Arnulfo in bello contra Hollandos ſeu Friſios occupatis, *Arnulfus iunior* Flandriæ Comes, pulſo milite Cæſareo, caſtrum Gandenſe occupauit. Quod quidem poſteà anno 1007. Henricus II. Imp. recuperauit, vt & Valentinianas, vrbem inter Cameracum & Tornacum ſitam ad Scaldim. Balduinus porrò Barbatus, Arnulfi iunioris filius, cùm paulò poſt annum 1007. iterum ſibi caſtrum Gandenſe vindicaſſet, virum quemdam nobilem *Lambertum* (cuius opera in dicti caſtri expugnatione vſus fuerat) primum conſtituit Caſtellanum Gandenſem; à quo ceteri deinde Caſtellani Gandenſes, infrà ad an. 1007. recenſendi, originem traxerunt.

Inter Ioannem XII. Papam & Othonem I. Imp. diſſenſio oritur.
963 Ioannes Papa *Adelbertum*, Berengarij II. Italiæ Regis filium (qui Corſicam inſulam occuparat) Romam ad ſe inde euocat. Leo ab Othone Romæ agente intruditur. *Baron.* Romanus Imp. CP. ætatis anno 24. moritur: filij eius Baſilius & Conſtantinus à NICEPHORO PHOCA (quem victoriis clarum milites Imperatorem ſalutarunt) ab Imperio excluduntur. *Curopal.* Euraclus Ep. Leodicenſis, ad ſepulcrum S. Martini Turonenſis nuper miraculosè ſanatus, hoc ferè tem-

tempore baſilicam S. Martini in monte Leodicí ædificat. *Ego (in*quit Frodoardus) *fractus ætate, miniſterio prælaturæ* (erat autem Abbas S. Remigij Remenſis) *me abdicaui, coram Odalrico Remenſi Præſule: qui me hoc abſoluens iugo, impoſuit illud, per electionem fratrum meorum, nepoti meo Frodoardo, ſeptuageſimo ætatis meæ anno.* Notet hîc lector ætatem Frodoardi, cuius fide & auctoritate in geſtis ſuperiorum annorum deſcribendis potiſſimùm nixi ſumus. Heribertus & Rotbertus fratres Catalaunum obſident. *Frod.* Adalbertus Berengarij II. filius, Othone I. Imp. præualente, ex vrbe Roma in Corſicam inſulam iterum ſe recipit. *App. Rheg.*

Luxebargenſes Comites, itemque Virdunenſes.

- N.
  - Sigefridus I. Comes Luxeb. 963.
    - Henricus Dux Bau.
    - Sigeſtidus.
    - Fredericus I. Co. Lux.
      - Henricus Dux Bau.
      - Fredericus Dux 6. Loth. inf.
        - Iutha vxor Henrici I. Com. Limburg.
      - Giſlebertus Com. Lux.
        - Conradus Com. Lux.
          - Guilielmus Com Lux.
            - Conradus II. Co. Lux. ſine lib.
          - Henricus.
          - Conradus.
          - Adalbero.
          - Rodolfus.
          - Ermenſendis vx. God. Co. Nam.
            - Henricus Cœcus Co. Nam. & Luxeb.
          - Mathildis.
        - Henricus.
        - Hermannus Co. Salmenſis pòſt Imp.
          - Otho Co. de Rineke & Benthem.
            - Otho.
            - Sophia.
          - Hermannus Co. Salm.
            - Henricus.
      - Adalbero.
      - Theoderic.
      - Orgiua.
      - Iutha.
      - Giſla.
    - Theoderic.
    - Giſlebertus.
    - Adalbero.
    - S. Cunegūd.
    - N. filia.
  - Giſlebertus Comes.
  - Godefridus Comes in Arduenna.
    - God. Captiuus Comes Virdunenſis.
      - God. Improlis Dux Loth. inf.
      - Gothilo M. Dux Loth.
        - God. Magnus Dux Loth.
          - God. Gibboſus Dux Loth. ob. ſ.lib. 1076.
          - Ida vx. Euſtathij II. Com. Bol.
            - Euſtathius III. Co. Bol.
            - God. Bullonius.
            - Balduinus.
        - Stephanus IX. Papa.
        - Gothilo Ignauus Dux Loth.
        - Oda.
        - Regelendis.
      - Adalbero.
      - Fredericus Com. Vird.
      - Hermannus Co. Dagisb.
        - Mathildis vx. Raginerí IV. Com. Han.
          - Richildis vx. Balduini VI. Com. Fland.
      - Ermengardis.
    - Henricus.
    - Adalbero Ar. Remenſis.

Primus Comes Luxeburgenſis fuit SIGEFRIDVS, qui caſtellum Luziliburgum, in pago Arduennæ ad Aliſuntiam fl. ſitum, à Wikero Abbate S. Maximini Treuerenſis, titulo permutationis, an. 963. acquiſiuit: iuxta tabulas à nobis in Notitia eccleſ. Belgij c. 61. editas. Fratres habuit Giſlebertum & Godefridum Comites in Arduenna. Ex coniuge *Hadeuica* liberos ſuſtulit, *Henricum* Bauariæ Ducem in tabulis citatis memoratum, *Sigefridum*, *Fredericum* Comitem Luxeburgenſem, *Theodericum* Ep. Metenſem, *Giſlebertum*, *Adalberonem* qui Epiſcopatum Treuerenſem expetiit, ſed non obtinuit, *S. Cunigundem* Henrici Sancti Imp. coniugem, & N. vxorem Gerardi Comitis in Alſatia. Idem Sigefridus an. 971. in Epternacenſi S. Willibrordi cœnobio, amotis Canonicis, monachos Benedictinos cum Abbate collocauit. Anno 984. pro Othone II. Imp. militans, à Lothario Francorum Rege, cum Godefrido Comite Virdunenſi, fratris

tris ſui Godefridi filio, captus fuit : vt ex Gerberti Papæ epiſtolis & Guilielmi Nangij Chronico datur intelligi. Anno 985. monaſterio S.Maximini Treuerenſis prædium quoddam contulit, obiitque circa an. 997. in dicto monaſterio cum vxore conditus.

II. FREDERICVS Sigefrido patri in Comitatu Luxeburgenſi ſucceſſit, & an. 1007. cum fratribus ſuis contra S. Henricum Imp. ſororium ſuum bellum geſſit. Vxoris nomen ignoratur : hoc conſtat, ipſam fuiſſe filiam Ermentrudæ, quæ patrem habuit S. Megingoſum Gelriæ Comitem; matrem verò Girbergam. Ex ea liberos ſuſtulit, Henricum iuniorem Bauariæ Ducem 1047. ſine liberis defunctum, *Fridericum* Ducem ſextum Lotharingiæ inferioris, infrà an. 977. memorandum, *Giſlebertum* in Comitatu Luxeburgenſi ſucceſſorem, *Adalberonem* III. Ep. Metenſem, *Theodericum*, *Otginam* Balduini IV. Flandriæ Comitis vxorem, *Iuthum* Guelfo Comiti nuptam, & *Giſlam*.

III. GISLEBERTVS Comes Luxeburgenſis, Aduocatus monaſterij S.Maximini Treuerenſis, genuit *Conradũ* in Comitatu Luxeburgenſi ſucceſſorem, *Henricum*, & *Hermannum* Comitem Salmenſem, Regem Romanorum an. 1081. electum : à quo poſtremo Salmenſes Comites originem trahere, primus nos docuit Andr. Quercetanus; cui & ſeriem primorum Comitum Luxeburgenſium debemus. Quando obierit Giſlebertus, & quod nomen vxori eius fuerit, neſcitur. Conſtat autem Giſlebertum vſque ad an. 1056. vixiſſe. De Comitibus Salmenſibus infrà ad an. 1081. dicemus.

IV. CONRADVS Munſterienſem Benedictinorum Abbatiam prope Luxeburgum opidum anno 1083. condidit, & in itinere Hieroſolymitano anno 1086. obiit. Vxor ipſi fuit *Clementia*, Alberico Ermenſendis : ex qua nati, *Guilielmus* Comes Luxeburgenſis, *Henricus*, *Conradus*, *Adalbero*, *Rodolfus* Abbas, *Ermenſendis* vxor Godefridi Comitis Namurcenſis, & *Mathildis*. Adalbero Archidiaconus Metenſis, ad bellum ſacrum profectus, in obſidione Antiochiæ anno 1099. periit : vt Albertus Aquenſis l. 3. c. 46. commemorat.

V. Conrado defuncto ſucceſsit GVILIELMVS filius, qui filiũ heredem reliquit *Conradum*. Vxoris nomen ignoratur. Guilielmus circa an. 1130. deceſsit. VI. CONRADVS II. Comes Luxeburgenſis poſt annum 1135. ſine liberis obiit. VII. Quo mortuo, in Comitatu Luxeburgenſi ſuffectus eſt HENRICVS cognomento Cæcus, Comes Namurcenſis, Godefridi Comitis Namurcenſis & Ermenſendæ Luxeburgicæ ſuprà nominatæ filius : qui ex Agnete, Gerardi & Othonis Gelriæ Comitum ſorore, vnicam filiam *Ermenſindam* genuit. Obiit admodum ſenex poſt annum Chriſti 1188. Floreffiæ in agro Namurcenſi cum vxore ſepultus : quorum tumulus ibi etiamnum viſitur. Exſtat diploma monaſterio S. Gerardi Bronienſis an. 1154. conceſſum, in quo Henricus iſte *Comes Namurci & de Luceburg* nominatur.

VIII. ERMENSINDA, Henrici Cæci & Agnetis filia heres, Comitatu Namurcenſi à Balduino Magnanimo Hannoniæ Comite ſpoliata, Luxeburgenſem Comitatum ſibi ac poſteris retinuit, primùm THEOBALDO Barri Comiti (qui in Terra ſancta occubuit) pòſt *Waleramo* II. Limburgenſi Duci an. 1214. nupta. Ex Theobaldo genuit *Iſabellam* Waleramo Longo Limburgico, domino Falcoburgenſi, nuptam, & ex Waleramo *Henricum Blondum* Comitem Luxe-

bur-

burgenſem, *Gerardum* dominum de Durbuy & Villance, & *Cathari-*
nam Matthæo II. Lotharingiæ inferioris Duci nuptam. De ſub-
ſecutis Comitibus ac Ducibus Luxeburgenſibus ex familia Lim-
burgica, & aliis infrà ad an. 1214. tractabimus.

Romani tumultuantur contra Othonem Imp. ob depoſitum Io- 964
annem Papam, qui Romam reuerſus, pridie Idus Maij moritur. In
eius locum Romani *Benedictum* V. Papam creant: Otho Leonem
reducit, Benedicto expulſo atque in Germaniam ſecum abducto.
Berengarius, expugnato Monte S. Leonis in Vmbria, ab Othone
Imp. capitur, & cum Willa vxore in Bauariam exulatum mittitur:
vbi & obiit. Otho, poſt celebratam SS. Apoſtolorum feſtiuitatem,
Roma diſcedit cum exercitu, quem peſtilentia grauiter afflixit. Ea
tactus inter alios Henricus Ar. Treuerenſis periit. *Frod. App. Rheg.*
Ditmarus.

Otho Hugonis filius, qui Burgundiæ præerat, moritur: proceres 965
illius prouinciæ ad Hugonem & Odonem clericum, fratres ipſius,
ſeſe conuertunt. Arnulfo Flandriæ Comite defuncto, Lotharius
Francorum Rex Flandriam ingreditur. Otho I. Imp. ex Italia in
Germaniam reuerſus, Coloniam venit, ibique *Mathildem* matrem
ſuam, & *Gerbergam* ſororem ſuam, cum filiis *Lothario* Rege & *Carolo*
adoleſcente, ad ſe venientes excepit; & placitum ibi magnū habuit.
Exinde Benedictum Papam à Romanis electum, quem ſecum ex
Vrbe adduxerat, in Saxoniam exulatum miſit, & Adaldago Ar.
Hamburgenſi commendauit: vbi & Benedictus obiit. Duas Beren-
garij filias in palatio apud Imperatricem idem Otho cum honore
detinuit. *Frod. App. Rheg. Ditmar. Adam Bremenſis.* Bruno Ar. Colo-
nienſis & Dux Lotharingiæ Remis moritur. *App. Rheg.* Eius corpus
in monaſterio S. Pantaleonis, quod Coloniæ conſtruxerat, eſt con-
ditum. Vitæ hiſtoria à Rotgero ibidem monacho coætaneo con-
ſcripta, exſtat apud Surium. Magiſtrum in litteris habuit Baldricum
Ep. Vltraiectinum; Suſati Canonicorum collegium fundauit; So-
negiis in Hannonia baſilicam à Nortmannis vaſtatam & alias alibi
inſtaurauit. Brunoni Folmarus, Henrico Treuerenſi Theodericus,
Adelberoni Metenſi alter Theodericus, Othonis Imp. conſobrinus, in
Epiſcopatibus ſucceſſerunt. *App. Rheg.* Leone (quem Otho I. Imp.
intruſerat) mortuo, *Ioannes XIII.* eligitur Papa. *Leo Oſt. Baron.*
Mieziſlaus Polonorum Dux Chriſti doctrinam amplectitur, & Da-
brauam Boleſlai Bohemorum Ducis filiam, profeſſione Chriſtia-
nam, ducit vxorem. Guilielmus Pontini Comes Bolonienſem &
Taruanenſem Comitatus occupat. Filios reliquit (vt quidam vo-
lunt) *Hilduinum* Pontiui, *Ernuculum* aliàs Arnulfum Boloniæ, & *Hu-*
gonem Taruanæ ſeu S. Pauli, Comites. Quercetanum in Hiſtoria
Comitum Giſnenſium l. 1. c. 23. conſule. Langobardi ab Othone
I. Imp. deficientes *Adalbertum*, Berengarij II. Regis filium, in Ita-
liam reducunt. Contra eum Burchardus Alemannorum Dux ab
Othone in Italiam mittitur: à quo ad Padum fl. victus Adalbertus,
vix fuga euaſit. Frater verò eius *Guido* cum aliis plurimis ibidem
occubuit. *App. Rheg.* Otho I. Imp. an. 965. Giſlenianæ in Hannonia
Abbatiæ, & anno ſequenti Blandinienſis ac Niuellenſis eccleſiæ
poſſeſſiones confirmat; tabulis partim Nouiomagi, partim Traiecti
ſcriptis, quæ in Not. eccleſ. Belgij cap. 62. exſtant.

966 Lotharius Francorum Rex vxorem accipit Emmam, Berengarij II. Italiæ quondam Regis filiam. Hîc deſinit laudatiſſimum Prodoardi Chronicon: qui & hoc ipſo anno die 28. Martij Remis viuere deſiit. Idem Berengarius II. moritur exul, & Bambergæ regio more ſepelitur. Willa eius vidua velum ſanctimonialis poſteà adſumpſit. Otho Imp. compoſitis in regno Lotharienſi rebus, per Rhætiam ſub autumnum in Italiam iterum venit, ad comprimendum Berengarij II. filium *Adalbertum*, regio adhuc titulo vtentem, omniaque turbantem. *App. Rheg.*

967 Otho I. Imp. Paſcha cum Ioanne XIII. Papa Rauennæ celebrat: vt legitur in Appendice Rheginonis, quæ hîc deſinit. Otho II. Rex, Othonis I. Imp. filius, ad patrem Romæ agentem tendit: vbi ſub finem anni à Ioanne XIII. creatus eſt Imperator. *Baron.* Euracrus Epiſcopus Leodici templum S. Pauli ædificare incipit. Lotharius Francorum Rex varia prædia Bauonenſis apud Gandenſes monaſterij confirmat; petente Balduino Comite Cameracenſi, Rodulphi filio, Balduini Ferrei Comitis Flandrenſis nepote. *Not. Eccleſ. Belgij c. 63.*

968 Gerberga, Ludouici Tranſmarini Francorum Regis vidua, Marſanam in agro Falcoburgenſi, ſecundo lapide à Traiectu Moſæ ſitam, Remenſi monaſterio S. Remigij donat, pro ſalute & remedio prioris ſui mariti *Giſleberti* Lotharingiæ Ducis, & parentum eiuſdem Giſleberti, patris ſcilicet & matris, *Rragineri* & *Albradæ*, de quibus ſuprà pag. 209. egimus. Diploma à *Carolo* magnæ indolis iuuene, qui poſteà Dux Lotharingiæ inferioris fuit, itemque ab *Ansfrido* Comite Louanienſi, ſuprà pag. 221. memorato, & aliis ſignatum, in Not. Eccleſ. Belgij c. 64. exſtat. Otho I. Imp. Walciodorenſe monaſterium Theoderico Ep. Metenſi donat, & Haſteriam cum Walciodoro coniungit. *Not. c. 65.* Guilielmo Ar. Moguntino ſuccedit *Hatto* illo nomine ſecundus: de quo circumfertur fabula, ipſum à muribus comeſum & conſumptum. Quam fabulam Nic. Serarius in ſua Moguntia lib. 4. multis confutat. Luitprandus Ep. Cremonenſis ab Othone I. ad Nicephorum Phocam Legatus Conſtantinopolim mittitur, ad conciliandas nuptias inter *Othonem* ipſius Othonis I. filium & Theophaniam Romani Imp. CP. filiam, Nicephori priuignam. *Curopal.* Legatio iſta à Luitprando deſcripta exſtat apud Caniſium in Antiquis Lectionibus. Ioannes XIII. Papa Capuanam eccleſiam dignitate Archiepiſcopali auget, eique primum Archiepiſcopum præficit Ioannem, Pandulphi Capuani Principis fratrem. *Leo Oſt. l. 2. c. 9.*

969 Nicephorus Imp. partem exercitus trucidat, quam Otho I. ad excipiendam nurum miſerat. Otho Græcam perfidiam vlturus, Calabriam & Apuliam occupat. Conſtantinopolitani id audientes, aduerſus Nicephorum inſurgunt, menſe Decembri ipſum perimunt, & *Ioannem Tzimiſcem* creant Imperatorem. Is Romani Imp. filios *Baſilium* & *Conſtantinum* mox ſibi collegas aſſumpſit. *Witichin. l. 3. Curopal.* Hatto II. Ar. Moguntinus moritur; Rotbertus ſuccedit.

970 Nicephoro ſublato, Ioannes Tzimiſces Theophaniam mittit in Italiam; quam Ioannes XIII. Papa matrimonio cum Othone II. coniunxit & coronauit. Euracrus Epiſcopus Leodicum ex Calabria redit, cum Leone Epiſcopo Græco: monaſterium S. Laurentij ad muros vrbis ædificare incipit, & VI. Kal. Nouembris

uembris moritur. Theodericus Epiſcopus Metenſis varia Sanctorum pignora, quæ Sigebertus in Chronico enumerat, ex Italia in Galliam transfert, & in baſilica S. Vincentij, à ſe in inſula Metenſis vrbis ædificata, collocat. Hoc ferè tempore *Raginerus* II. cognomento *Longicollus*, Hannoniæ Comes, in exilio obiit, relictis duobus filiis, *Raginero* III. Hannonienſi, & *Lamberto* II. Louanienſi, Comitibus: de quibus ſuprà pagina 209. & 222. egimus.

Otho I. Imp. in Germaniam redit, & Epiſcopatum Magdeburgenſem fundat: vt Adamus Bremenſis in Chron. narrat. Notgerus fit Leodicenſis Epiſcopus; cuius vrbis alter conditor poſt S. Hubertum fuit. Nam illam muris cinxit, monaſteriis, templis aliiſque ædificiis decorauit; S. Lamberti baſilicam cathedralem renouauit; Moſam varios per alueos induxit; litterarum denique cùm ſacrarum tum profanarum ſtudia inuexit. Otho I. amotis Canonicis, monachos in Epternacenſi S. Willibrordi cœnobio, Sigefrido Comite I. Luxeburgenſi hortante, an. 971. collocat, & anno ſequenti Capræmontenſem eccleſiam Aquiſgranenſibus ad S. Mariam Canonicis donat. *Not. eccleſ. Belgij c. 65.* 971

Ioannes XIII. Papa 6. Septembris moritur: ſuccedit Donus ſeu Domnus, qui hoc ipſo anno, die 13. Decembris obiit: ſequenti die Benedictus VI. in eius locum ſuffectus fuit. *Baron.* Monaſterio S. Galli apud Heluetios Notkerus Abbas annis ſex præfuit: vt Herm. Contractus in Chron. loquitur. Adalbero, God. Captini Comitis Virdunenſis, ſuprà pag. 231. memorati, frater, creatur Ar. Remenſis. Hadulfus Ep. Nouiomenſis ac Tornacenſis moritur: vt ex Appendice ad Frodoardi Chronicon, leuiter correcta, colligi datur. Huic ſucceſſit Lindulfus. 972

Otho I. Imp. 7. Maij decedit, Magdeburgi conditus: ſuccedit filius Otho II. iam anteà Rex & Imp. coronatus. *Witich.* Audita Othonis I. Imp. morte, *Raginerus* III. & *Lambertus* II. Louanienſis, Comites ſuprà pag. 209. memorati, filij Ragineri II. Longicolli (quem Bruno in exilium trans Rhenum miſerat) reſumptis paulatim viribus è Francia redeunt; *Guarnerum* Comitem Valentinianenſem & *Rainaldum*, qui Hainoënſem Comitatum occupauerant, ad Peronam Hannoniæ vicum prælio vincunt, & cum multis interimunt; denique ad Hainam fl. caſtello Buxude (*Bouſſoy*, non *Baſſu*) munito, Lotharingiam infeſtant: vt Baldericus in Chron. Camerac. l. 1. c. 94. & Sigebertus tradunt. Balduinum Comitem Cameracenſem, Rodulfi filiū, extremæ ætatis, hoc anno obiiſſe ſcribit Meyerus. S. Mathildis, Othonis I. Imp. mater, Halberſtadij, & S. Vdalricus Ep. Auguſtæ Vindelicorum, in Domino obdormiunt. *Witich. l. 3.* 973

Benedictus VI. Papa moritur: Bonifacius VII. Sedem inuadit. *Baronius.* Ratherius, quondam Veronæ & Leodici Epiſcopus, in Laubienſi monaſterio moritur; vt Folcuinus illius loci Chronographus & Sigebertus teſtantur. Otho III. naſcitur; cuius pueritiæ poſteà moderator fuit Notgerus Epiſc. Leodicenſis. Otho II. Imp. anno 974. & 976. *Nordrevvic* in pago Teſſandriæ, *Bouchols* in pago Rienſi, aliaſque poſſeſſiones monachis S. Bauonis Gandenſis confirmat. *Not. eccleſ. Belg. c. 66.* Idem Otho II. caſtellum Buxudis obſidet, & captum diruit. *Sigebertus.* 974

God. Captiuus Virdunenſis & Arnulfus Valentinianenſis, Comites, pulſis Ragineri II. filiis, Comitatum Hainoënſem occupant. Benedicto VI. pulſo Benedictus VII. creatur Papa, anteà Sutrinus Epiſcopus. Ioannes Tzimiſces Imp. mẽſe Decembri veneno perit Conſtantinopoli; eodemque die ſuccedunt BASILIVS & CONSTANTINVS, patre Romano Imp. nati, quorum ille 20. hic 17. ætatis annum tunc agebat: reuocata eorum matre Theophania, quæ in Proconeſum fuerat relegata. *Curopal.* Theobaldum ante annos ferè 30. Epiſcopum Ambianis ordinarat Hugo Pſeudoarchiepiſcopus Remẽſis. Quam ob cauſam in Synodo Treuerenſi an. 949. excommunicatus fuerat. Hoc anno 975. iterum eadem ſententia percellitur in Concilio Remenſi, à Stephano Benedicti VII. Papæ Legato, Adalberone Ar. Remenſi, & aliis. *Sirmondus to. 3. Conc.*

976 Raginerus III. Hainoënſis & Lambertus II. Louanienſis, Comites, auxilio Francorũ & maximè Caroli poſteà Lotharingiæ Ducis, Godefridum Virdunenſem & Arnulſum Valentinianenſem, Comites, qui poſt Guarnerum Comitatũ Hainoënſem inuaſerant, bello laceſſunt; Caſtrilocum (hodie Montes Hannoniæ) obſident, nec tamen expugnant: vt Baldericus l. 1. c. 95. & Sigebertus narrant. Lotharius Francorum Rex, petente Hemma coniuge, an. 976. Marchianenſi, & an. 977. Mareolenſi, cœnobiis benefacit. *Not. eccleſ. Belg. c. 67.* S. Nilus Abbas origine Græcus, Roſſani in Calabria natus, floret.

977 Rotberto Ar. Moguntino defuncto ſufficitur *Willigiſus*, patre carpentario natus: qui vt intra rectæ rationis ac modeſtiæ gyrum ſe contineret, priſtinam ſuam tenuitatem ſemper ob oculos habuit, & in ædificiis ac parietibus ſui parentis fabrile opus, rotas ſcilicet, paſſim pinxit atque incidit: imitatus magnum illum Siciliæ Regem Agathoclem ab Auſonio & aliis celebratum, qui vt figuli filium ſe in regia purpura perpetuò meminiſſet, ſibi ſemper in menſa fictilia quædam vaſa iuſsit apponi. Rotas iſtas pro inſignibus hodieque ſibi retinent ac celebrant Moguntini Archiepiſcopi. *Serarius l. 5. in Mog.* Carolus Lotharij Francorũ Regis frater, & Hugo Capetus Dux Francorum, Raginerũ III. & Lambertũ, Ragineri Longicolli filios, generos ſuos (Raginerus quippe Hadeuidam Hugonis filiam, Lambertus verò Gerbergam Caroli filiam duxerunt) in Comitatum Hainoënſem vi reducunt; Godefrido & Arnulfo Comitibus expulſis. Otho II. Imp. dat eidem Carolo Ducatum Lotharingiæ, vt ab inſolentiis deſiſtat, & fratris ſui Lotharij motibus obſiſtat: vt Sigebertus, Guilielmus Nangius & Baldericus l. 1. c. 100. narrant. De his rebus conſule & Gerbertum (poſteà Silueſtrum II. Papam) in Epiſtolis.

Duces beneficiarij Lotharingiæ inferioris.

I. CAROLVS, Lud. Tranſmarini Francorum Regis ex Gerberga, Giſleberti Lotharingiæ Ducis I. vidua, filius, Lotharij Fr. Regis frater, an. 977. ab Othone II. Imp. Dux Lotharingiæ inferioris creatus eſt: vt Sigebertus, Baldericus & Nangius teſtantur. Vxor illi ſecunda fuit Agnes, aliis Anna, Heriberti Trecenſis Comitis filia: ex qua nati ſunt, *Otho* in Ducatu Lotharingiæ ſucceſſor, *Ermenſendis* Alberto I. Namurcenſi, & *Gerberga* Lamberto Comiti Louanienſi nupta. Ludouico V. Francorum Rege, ſtirpis Carolinæ vltimo, ſine

liberis

liberis an. 987. defuncto, *Hugo Capetus* Comes Pariſienſis regnum occupauit, Carolo ex paterna & auita ſucceſſione debitũ. Quod dum armis repetit, per fraudem an. 990. à Capeto captus, Aureliæ ad Ligerim in carcere an. 991. obiit. Idem Carolus Bruxellam aula ſua nobilitauit, & palatium in Sennæ fl. inſula, haut procul à S. Gaugerici baſilica, tunc ſitum incoluit. Oſſa inſuper S. *Gudilæ* virginis ex Morteſella, agri Aloſtani vico, Bruxellam attulit, & in dicto S. Gaugerici templo collocauit.

II. Otho patri Carolo in Ducatu ſuffectus, an. 1005. ſine liberis obiit. Quapropter Ducatus eius à S. Henrico Imp. datus eſt *Godef. Improli*, Godef. Captiui Comitis Virdunenſis filio, ſuprà pag. 291. memorato; vt Sigebertus teſtatur: *Anno 1005. mortuo Othone Duce, Ducatus Lotharingiæ datur Comiti Godefrido, filio God. Ardennenſis.* Datus eſt autem circa annum 1012. interuentu Gerardi I. Ep. Cameracenſis, vt ex Balderici Chron. Camer. l. 3. c. 7. colligitur. III. Godefridvs Improlis, God. Captiui ex Mathilde, Herimanni Saxonum Ducis filia, Balduini III Flandriæ Comitis vidua, filius an. 1023. obiit nullis relictis liberis; ideoque vulgò *Improlis* nuncupatur. Obiit, inquam, paulò ante obitum S. Henrici Cæſaris: vt apud Baldericum in Chron. Camer. l. 3. c. 37. & in Auctario Lipſiano ad Sigeberti Chronicon legitur. Quod nota contra Sigebertum, qui eius obitum ad annum 1019. perperam refert.

IV. Gothilo Magnus God. Improli, fratri ſuo, ſine prole defuncto ſucceſſit. Antequam Dux eſſet Lotharingiæ inferioris, poſſedit Marcam Antuerpienſem. Frederico Moſellanorum Duce III. (vt ſuprà pag. 232. docui) abſque maſcula prole mortuo, à Conrado Salico Imp. Moſellanum quoque Ducatum Gothilo an. 1034. impetrauit. Anno 1037. die 17. Ianuarij Odonem Campaniæ Comitem, qui Lotharingiam infeſtabat, prælio ſuperauit & occidit; Sigeberto teſte. Obiit an. 1044. vt idem Sigebertus & Contractus memorant. Filios reliquit, *Godefridum* Magnum, *Gothilonem* Ignauum, *Fredericum* qui poſteà fuit Stephanus IX. Papa; *Odam* Baldrico Louanienſi, & *Regelindem* Alberto II. Namurcenſi Comiti nuptam.

V. Gothilo Ignauus, iuxta Herm. Contractum, patri ſuo Gothiloni in Ducatu Lotharingiæ inferioris ſucceſſit, & biennio, hoc eſt, ab anno 1044. vſque ad an. 1046. præfuit. At Sigebertus vult ipſum in Moſellano Ducatu patri ſucceſſiſſe. Eruditis tamen magis placet Contracti opinio; eò quòd Fredericus, Gothilonis Ignaui ſucceſſor, in noſtra inferiore Lotharingia, vt Antuerpiæ, Trudonopoli, & alibi imperauerit.

VI. Fredericvs, Frederici Comitis Luxeburgenſis filius, Sigefridi Comitis primi Luxeburgenſis nepos, Adelberonis III. Ep. Metenſis & Henrici Baioariæ Ducis frater, ſuprà pag. 232. laudatus, Gothiloni Ignauo ſucceſſor an. 1046. datus eſt; vt Contractus teſtatur: *Henricus Imp. an. 1046. Pentecoſten Aquiſgrani faciens, Godefrido (Magno) Duci è cuſtodia relaxato, ſibique procedenti terratenus proſtrato Ducatum ſuum* (Moſellanum) *miſeratus reddidit. Fredericus, frater Henrici Ducis Baioariæ Dux Lotharingorum (inferiorum) pro Godefridi fratre Ignauo Gozilone conſtituitur.* Fredericus porrò Dux noſter ſextus vxorem habuit *Gerbergam*, Euſtathij I. Comitis Bolonienſis filiam, & ex ea ſuſtulit filiam *Iutham* Henrico I. Comiti Limburgenſi nup-

tam, matrem Henrici itidem Comitis Limburgenſis ac Ducis Lotharingiæ inferioris: vt in Genealogia S. Arnulfi legitur. Gerberga defuncta, duxit *Relindem*, aliàs Idam, poſteà Adelberto III. Comiti Namurcenſi nuptam; obiitq́; circa an. 1065. non relicta prole maſcula; ſepultus Stabuleti, cuius monaſterij fuerat Aduocatus. Quapropter anno proximè ſequenti, Henricus IV. Imp. Goſlariæ exiſtens *Godefridum Magnum*, Gothilonis Ignaui fratrem, ex Italia reducem conſtituit Lotharingiæ inferioris Ducem ac monaſterij Stabulenſis Aduocatum: vt ex Bertoldo Conſtantienſi, Continuatore Contracti, Lamb. Scafnaburgenſi & Sigeberto datur intelligi.

VII. Godefridvs Magnvs ſecundis nuptiis ſibi iunxit *Beatricem*, Frederici II, Ducis Moſellani filiam, Bonifacij Tuſciæ Marchionis viduam, ſuprà pag. 231. memoratam. Obiit an. 1070. liberoſq́ue ex N. priore coniuge reliquit, *Godefridum Gibboſum*, & *Idam* Euſtathij II. Comitis Bolonienſis coniugem, God. Bullonij matrem.

VIII. Godef. Gibbosvs, Guil. Tyrio Strumoſus, patri defuncto ſucceſſit, *præſtantis quidem animi adoleſcens, ſed gibboſus*, vt Scafnaburgenſis loquitur. Is an. 1076. Antuerpiæ à ſicario confoſſus eſt, inſidiis, vt putabatur, Roberti Friſij Flandrorum Comitis; Virduni iuxta patrem conditus. Sine liberis moriens, patrimonij ſui, ac nominatim ditionis Bullonienſis heredē ſcripſit *Godefridum*, inde *Bullonium* dictum, Idæ ſororis ſuæ filium: vt idem Tyrius Belli ſacri ſcriptor teſtatur. Idipſum liquet ex tabulis ab ipſo God. Bullonio an. 1094. in fauorem Cellæ S. Petri Bullonienſis datis, quæ in Not. eccleſ. Belgij c. 116. exſtant. God. Gibboſo vxor fuit *Mathildis*, filia Beatricis ſuprà pag. 233. memoratæ ex Bonifacio Marchione Tuſciæ, ſed quæ virgo manſit, quæq́ue poſt obitum God. Gibboſi, ſecundis nuptiis an. 1089. iuncta fuit Welfoni, Welfonis Baioariæ Ducis filio, Azonis Marchionis Ferrarienſis nepoti, ſed manſit intacta, vt anteà: vt Bertoldus & alij narrant. Mathildis porrò Abbatiam Canonicorum regularium S. Petri ad Montes in diœceſi Metenſi fundauit, teſte Alberico. Eadem varia Tuſciæ & Liguriæ opida Romanæ Eccleſiæ dedit, quæ hodie *Patrimonium S. Petri* nuncupantur; ac demum an. 1115. è vita deceſſit: vt Domnizo in eius vita, & Leo Oſtienſis l. 3. c. 48. commemorant.

IX. God. Gibboſo ſine liberis defuncto, Henricus IV. Imp. Vltraiecti exiſtens Ducatum Lotharingiæ inferioris filio ſuo Conrado, Marcam verò Antuerpienſem *Godefrido (Bullonio) Gozilonis Ducis nepoti, Euſtathij Comitis filio, impigro & ad rem militarem acerrimo adoleſcenti, an. 1076. tradidit*: vt Scafnaburgenſis loquitur.

X. Conrado ad regnum Italiæ à *patre Henrico* IV. Imp. euecto, idem Imperator an. 1089. *God. Bullonio, God. Gibboſi ex Ida ſorore nepoti* (vt Sigebertus loquitur) Ducatum Lotharingiæ inferioris dedit, quem vſq; ad finē vitæ ſuæ, vnà cum Marca Antuerpienſi, poſſedit. Idē God. Bullonius Cellam S. Petri in municipio Bullonienſi à God. Magno, auo ſuo materno, fundatam prouentibus amplioribus an. 1094. dotauit; Baſeienſi eccleſia eiſdem tradita. *Not. eccleſ. Belgij c. 116.* Eſt autem Baſeium, vulgò *Baſy*, vicus Gallo-Brabantiæ ad fl. Tiliam, haut procul à Villarienſi Abbatia: in quo vico natus & educatus fuit God. Bullonius; vt in ms. codice Niuellenſi, Genealogiam Ducum Brabantiæ continente, legitur, vtque traditione velut per manus accepta illius loci incolæ narrant. Antequam in iter verſus

ſus terram ſanctam ſe daret Bullonius, vt expeditionem ſuam Deo ac S. Michaeli, militiæ cæleſtis principi, commendaret, Antuerpiæ collegium XII. Canonicorum in honorem eiuſdem Archangeli inſtituit ac dotauit: quod collegium ex S. Michaelis templo ad baſilicam Marianam an. 1124. tranſlatum, & aliis totidem Canonicis decurſu temporis à maioribus noſtris auctum, nunc eſt cathedrale. Item Bullonius an. 1096. eccleſiam S. Dagoberti martyris Sathanacii in Ducatu Barrenſi dotauit: pecuniam denique in vſum belli ſacri colligens, *Otberto* Leodicenſi Epiſcopo arcem ac ditionem ſuam *Bullonienſem* mille trecentis argenti & tribus auri marcis vendidit; maiore ſui vendentis quàm ementis gloria. Hanc ipſam arcem ac ditionem hodieque poſſidet Epiſcopus Leodicenſis, cum titulo Ducis Bullonienſis. Ceterùm an. 1096. die 15. Auguſti *Bullonius* iter ſacrum aggreſſus eſt, cum *Balduino* Comite Hannonienſi, *Hugone* Comite S Pauli, eiuſque filio *Engelramo*, *Rainardo* Comite Tullenſi, eiuſque fratre *Petro*, *Cunone* Comite Montis acuti, ſororio ſuo, *Henrico* & *Godefrido* Aſcanis, fratribus Brabantis, & aliis plurimis, quos Guil. Tyrius & alij enumerant. Præter hos comites, familiam habuit regio more inſtructam. Baldricum & Matthæum illius Dapiferos, Ioſfridum & Stabelonem Camerarios, Rothardum poculi Prouiſorem, Vdelradum Conſiliarium, Letholdum & Radulfum milites eiuſdem domeſticos idem Tyrius alijque laudant. Anno 1099. Hieroſolyma, belli ſacri caput, 15. Iulij, feria ſexta, ab Europæis capta eſt, God. Bullonio omnium primo muros tranſcendere auſo. Exinde regnum Hieroſolymitanum ipſi, cuius potiſsimùm virtute vrbem captam eſſe conſtabat, omnium conſenſu delatum: quamquam piiſſimus Princeps nec inſigne nec nomen regium vſurpare voluit in ea vrbe, vbi Dei Filium purpura indutum & Regem per ludibrium meminerat appellatum. Anno 1100. die 19. Iulij Bullonius Hieroſolymis obiit, regio more ſepultus in Sepulcri Dominici templo Golgothano: vbi hodieque eius Mauſoleum lapide Pario conſtructum viſitur, hac addita inſcriptione: *Hic iacet inclytus Godefridus Bulion, qui totam iſtam terram acquiſiuit cultui Chriſtiano: cuius anima requieſcat in pace.*

XI. God. Bullonio in Syria ſine liberis defuncto, HENRICVS Comes Limburgenſis ab Henrico IV. Imp. anno 1101. in Ducatu Lotharingiæ inferioris & Marca Antuerpienſi ſuffectus eſt: vt Sigebertus illius temporis ſcriptor teſtatur. Fuit is filius Henrici Comitis Limburgenſis & Iuthæ, quam Frederici Ducis Lotharingiæ inferioris & Gerbergæ filiam fuiſſe, ſuprà pag. 232. diximus.

XII. Henr. Limburgenſi ob rebellionem capto & exauctorato, Ducatus Lotharingiæ inferioris GODEFRIDO BARBATO Comiti Louanienſi (cuius maiores ſuprà pag. 221. recenſuimus) ab eodem Henrico IV. Imp. an. 1106. eſt collatus: teſte eodem Sigeberto. Anno 1125. defuncto Henrico Cæſare, *Lotharius* Saxonum Dux à Germaniæ Principibus electus eſt Imperator. Huic ſe *Conradus*, Frederico Sueuorum Duce ex Agnete Henrici IV. Imp. filia genitus, obiecit; ab aliis Germaniæ proceribus Imperator nuncupatus. Conrado inter alios ſeſe *God. Barbatus* adiunxerat: quam ob cauſſam Ducatu à Lothario ſpoliatus, & *Valeramus* Comes Limburgenſis, Henrici Exducis filius, illo honore eſt auctus. Valeramus igitur, quamdiu Lotharius vixit, hoc eſt, ferè ad finem vſque anni 1137.

Lotha-

Lotharingiæ inferioris Ducatum poſſedit. Exſtat Stephani Epiſc. Metenſis diploma Auerbodienſe an. 1126. datum, in quo huius Valerami Ducis & Marchionis fit mentio. Exinde III. Kal. Decembris an. 1137. Lothario defuncto, Conradus Imp. God. Barbato an. 1138. Ducatum Lotharingiæ inferioris iterum attribuit ac confirmauit. Titulum tamen Ducis & magnam Arduennæ partem Valeramus eiuſque poſteri retinuerunt. Godefridus porrò Barbatus ex Ida liberos ſuſtulit, *Godefridum* ſuum in Ducatu ſucceſſorem, *Henricum, Aleidem, Idam* & *Claritiam*: de quibus ſingulis ſuprà pag. 222. egimus. De God. Barbati poſteris ac ſucceſſoribus, qui Lotharingiæ inferioris ac Brabantiæ Duces hereditarij fuerunt, infrà ad an. 1106. tractabimus.

978 Lotharius Francorum Rex ex inopinato Aquaſgrani occupat, Othone II. Imp. fugato, & vicinia tota vaſtata. Otho, collecto exercitu, Remenſium, Laudunenſium, Sueſſionum, & Pariſienſium pagos populatur: ſed rediens circa Axonam fl. partem impedimentorum amiſit. *Sigeb. Nangius.* Carolus Lotharingiæ Dux circa hoc tempus oſſa S. Gudilæ virginis (cuius ſtemma vide in Not. eccleſ. Belgij c. 20.) ex Morteſella agri Aloſtani vico Bruxellam tranſtulit, & in templo S. Gaugerici collocauit; inde poſteà ad baſilicam S. Michaëlis tranſlata: vt ſuprà pag. 222. dixi. S. Eduardus Angliæ Rex inſidiis nouercæ necatur.

979 Notgerus templum S. Crucis Leodij per Robertum Præpoſitum ædificari procurat, & 23. Octobris conſecrat, Canonicorum collegio ibidem collocato. Ethelredus puer decennis creatur Rex Angliæ. God. Captiuus, Comes Virdunenſis & Ihami prope Aldenardam Flandriæ opidum dominus, vxore ſua Machtilde approbante, Holinium, Leſdenium, Nouam villam, aliaque prædia Blandinienſi S. Petri monaſterio donat. Diploma ab Arnulfo Flandriæ Marchiſo iuniore, & ab Hermanno dicti Godefridi Comitis filio ſignatum, in Not. eccleſ. Belg. c. 68. exſtat.

980 Otho II. Imp. & Lotharius Francorum Rex, ad Charum Luxeburgenſis agri fluuium, pacem ineunt. Otho regni Lotharienſis partem Aquilonarem retinet, Meridionalem Carolo, Lotharij fratri, relinquit. *Sigeb. Nang.* Otho in Italiam proficiſcitur. Corpora SS. Landoaldi, Adriani, Amantij & Landradæ ex Wintreshouia Haſbaniæ vico Gandauum ad S. Bauonis monaſteriũ transferuntur. Notgerus Ep. Leodicenſis ad Womarum Abbatem Gandenſem ſcribit vitam S. Landoaldi, à Surio editam. Idem Notgerus hoc anno deſtruxit Capræmontem, agri Leodicenſis opidum, ſuprà pag. 229. memoratum. Vnde verſiculi:

Legia dotatur per me, Caprimons ſpoliatur:
Hic ruit, hæc ſurgit; manet hæc, nec ille reſurgit.

Erant in Capræmonte tres eccleſiæ, quarum reditus & poſſeſſiones, poſt opidi excidium, Notgerus partim Aquaſgrani ad baſilicam Deiparæ, partim Leodicum ad templum S. Ioannis in inſula tranſtulit. Otho II. Imp. confirmat poſſeſſiones eccleſiæ Leodicenſis, videlicet Hoium, Tungros, Foſſas, Laubium & alia loca. *Not. eccleſ. Belgij c. 69.* S. Adalbertus creatur Pragenſis in Bohemia Epiſcopus, Othone II. Imp. fauente. S. Haraldus Danorum Rex à filio Sueno in prælio vincitur & ſauciatur: ex quo vulnere poſt dies aliquot obiit. *Adam Brem. l. 2.*

Otho

Otho II.Imp.Apuliam & Calabriam,pulſis Græcis,occupat.*Sigeb.* 981
Otho Sueuorum & Noricorum Dux moritur. Poſt eum Conra- 982
dus Dux Alemauniæ factus eſt, & Henricus Ducatum Baioariæ re-
cepit. *Contract.*

Otho II. Imp. aduersùs Græcos & Saracenos in Calabriam pro- 983
fectus, ab iiſdem prælio nauali viucitur & capitur : ſed nou agnitus
à nautis , exiguo lytro uumerato mox euadit. *Baron.* Poſt cladem
acceptam, comitia Verouæ habet,indeque Romam veniens , mœ-
rore confectus (verba ſuut Ditmari) 7.Decembris ex hac luce ſub-
trahitur, & conditur in atrio eccleſiæ S. Petri. Succeſſit OTHO III.
eius filius,admodum puer, & Aquiſgrani die Natali Dominico co-
ronatur. Adalbero,God.Captiui Comitis Virdunenſis frater,an.971:
in Moſomeuſi cœnobio, amotis Canouicis,monachos Benedictiuos
collocarat. Hoc eius decretum au.983. in Concilio apud Moutem
S.Mariæ iu pago Tardanenſi eſt confirmatum.

Benedictus Papa moritur: Ioauues XIV. ſuccedit. Lotharius 984
Fraucorum Rex iterum Lothariugiam inuadit, Virduuum occu-
pat, God.Comitem Virdunenſem ſuprà pag.231.memoratum capit.
Sigeb. Theoderico Metenſium Epiſcopo ſuccedit Adalbero, Frede-
rici I. Lotharingiæ Ducis filius, ſuprà pag.227. laudatus. *Sigeb.*

Ioannes XIV. moritur : Sedem iterùm iuuadit Bonifacius. Quo 985
poſt menſes 4. defuncto , Ioannes XV. eligitur. *Baron.* Lotharius,
pace cum Othone III. Imp. facta , Virdunum reſtituit & Godefri-
dum illius vrbis Comitem dimittit. *Sigeb.* Ansfridus Comes Loua-
nieuſis, ſuprà pag.221. laudatus , Comitatum Huienſem , quem in
beneficium ab Imperarore poſſidebat , eccleſiæ cathedrali Leodi-
cenſi eiuſque Antiſtiti Notgero donauerat. Vt id in perpetuum eſſet
ratum, Otho III. Imp. ſanciuit ; peteute matre ſua Theophauia. *Not.
eccleſ. Belgy c.72.* Idem Otho Theoderico Hollandiæ Comiti , quid-
quid in pagis ſeu Comitatibus *Maſalant*, *Kinhem* & *Texla* iu beneficiũ
poſſederat , integrum & in proprium dedit ; iuteruenieute Ecber-
to Ar. Treuereuſi & Henrico Bauariorum Duce. Diploma Nouio-
magi datum in Notitia cap.cit.exſtat.

Comites Hollandiæ & Zelandiæ.

	Theodericus II. ſ.lib.		Theodericus III. Co. Hol. ob.1018.	Theodericus IV. ob.1049. ſ.lib.	Theodericus V. Co.Hol. ob.1091.	Florentius II. Craſſus ob.1121.	Theodericus VI. Co. Hol. ob.1163.
Theodericus I. Co.Hol.		Arnolfus Co.Gand. & Hol. ob.991.					
	Hildegardis vxor Theoderici Co. Gand.		Adelbertus.	Florentius I. Co. Hol. ob.1061.	Berta.	Mathildis.	Florentius Niger.
			Adela.				

Hollandi & Zelandi hæc ſua nomina acceperunt (vt quidam tra-
dunt) ab Halandis & Zelandis Dauiæ populis, qui cum reliquis
Nortmaunis ſeu Dauis auno 836. in Walachriam vicinaſque inſulas
ac prouincias irruperunt. De his ita legitur in Annalibus Pithœanis:
*Anno 836. Nortmanni tributum exactantes in Walchram inſulam venerunt,
ibique Eggihardum einſdem loci Comitem, & Hemmingum Halpdani filium
cum aliis multis occiderunt, & Doreſtadum vaſtauerunt, acceptoque à Friſo-
nibus tributo, reuerſi ſunt.* Notet hîc Lector Walachriam, quæ maxi-

 ma

Anni vulgares Christi.

ma eſt inter inſulas Zelandicas, ſuum olim Comitem ac dominum habuiſſe Eggihardum, ante Nortmannorum irruptionem.

Primus Hollandiæ Comes fuit THEODERICVS Gerolfi Friſiorum Comitis filius, Walgeri frater, vt ex Rheginone in geſtis anni 885. & 913. colligi datur. Arnulfus Lotharingiæ Rex an. 889. Gerolfo varia prædia, Ludouicus Germaniæ Rex Theoderico *Waſ-dam*, & Carolus Simplex Francorum Rex eidem *Egmondam* an. 913. donauit. Diplomata ſingulorum in Notitia eccleſ. Belgij c. 44. 47. 49. exſtant. Atque hoc fuit Hollandici Comitatus initium. Theodericus I. genuit *Theodericum* II. Hollandiæ Comitem, & *Hildegardem* Theoderico Gandenſi Comiti, ſuprà pag. 230. memorato, nuptam.

II. THEODERICVS II. Hollandiæ Comes ſine liberis obiit. III. Auunculo itaque ſuo ſucceſſit ARNVLFVS cognomento Gandauenſis, Hildegardæ filius; qui Gandenſem paterno & Hollandicum Comitatum iure materno poſſedit: vt And. Quercetanus in Hiſt. Comitum Giſnenſium l. 2. c. 1. coniicit. Is an. 995. prope *Winckelmer* à Friſiis cæſus occubuit; vt notat Ægidius Roius Dunenſis in Flandria monachus. Ex Lietgarde ſuſtulit *Theodericum* III. Hollandiæ Comitem, *Adelbertum*, & *Adelam* Balduini Comitis Bolonienſis vxorem. IV. THEODERICVS III. contra God. Improlem Lotharingiæ inferioris Ducem, Baldricum Leodicenſem, Adalbaldum Vltraiectenſem, & Heribertum Colonienſem, Epiſcopos, an. 1018. bellum geſſit. Prælio in villa Mereweda propè Dordracum commiſſo, dictum Godefridum Ducem cepit: quem & mox dimiſit, vt S. Henrici Imp. gratiam ſibi conciliaret, vt Baldericus in Chron. Cameracenſi l. 3. c. 19. & Sigebertus narrant. Liberos reliquit *Theodericum* IV. & *Florentium* I. Comites Hollandiæ ex ordine.

V. THEODERICVS IV. ab Herm. Contracto vocatur *Marchio Phladritinga*, à loco domicilij tunc ſui: eſtque nunc vicus Hollandiæ (*Vlaringhen*) ad Moſam, vbi is in Oceanum ſe infundit, infra Roterodamum. *Anno 1046. Henricus III. Imp. nauali expeditione in Phladritingam fretum traiiciens, pagum quemdam, quem Theodericus Marchio ſibi vſurpauerat, ab eo eripuit: vnde idem poſteà rebellionis cauſſam ſumpſit. Anno 1049. glaciali hieme ſuppeditante, nonnulli Principes & milites cum Theoduino Leodicenſi, Bernoldo Vltraiectino, & Adelberone Metenſi, Epiſcopis, congregati, Theoderico in Phladritinga inſidias tendunt, commiſſaque pugna victum occidunt, & prouinciam illam Imperatori ſubiiciunt:* vt Contractus in Chron. loquitur.

VI. Theoderico IV. ſine liberis defuncto, frater eius FLORENTIVS I. Comitatum obtinuit. Huic vxor fuit Gertrudis Bernardi Saxonum Ducis filia (ſi Genealogiæ S. Arnulfi credimus) pòſt Roberto Friſio Flandriæ Comiti nupta. Ex Florentio genuit ea *Theodericum* V. Hollandiæ Comitem, & *Bertam* Philippi Francorum Regis vxorem. Periit autem Florentius an. 1061. in vico *Hemert* inter Moſam ac Vahalim ſito, cæſus ab Hermanno Comite Cudicenſi, Wichardo Geltiæ Aduocato, aliiſque confœderatis, contra quos copias eduxerat, Theoderici IV. fratris ſui cædem vlturus.

VII. THEODERICO V. Comite Hollandiæ adhuc in teneris agente, variis bellis Hollandia tam à Roberto Friſio ſuprà nominato, quàm à God. Gibboſo Lotharingiæ inferioris Duce fuit exagitata: quorum poſterior priorem armis ex Hollandia pepulit; vt Ioan. Becanus

canus fuſè narrat. Quo fit, vt *Rob. Friſius* & *God. Gibboſus* inter Hollandiæ Comites à nonnullis numerentur. Theodericus V. porrò grandior factus res ſuas egregiè ſtabiliuit, obiitque an. 1091.

VIII. Florentivs II. Craſſus ſeu Pinguis, Theoderici V. filius ex Petronilla Lotharij Imp. ſorore vterina, genuit *Theodericum* VI. Comitem & *Florentium Nigrum*: quorum poſterior ab Hermanno Comite Cudicenſi & Folcoldo Bernæ domino cæſus fuit. Hermannus poſteà Inſulam B. Mariæ, Abbatiam Canonicorum ord. Præmonſtratenſis in Batauia Gelrica, & Folcoldus Bernenſe eiuſdem inſtituti cœnobium, altero lapide à Silua-Ducis, an. 1134. in expiationē cædis fundarunt. Obiit autem Florentius II. Comes an. 1121.

IX. Theodericvs VI. duxit Sophiam, filiam Othonis Comitis de Rineke & Benthem, neptem Hermanni Comitis Salmenſis ac Regis Romanorum an. 1081. electi. Ex ea genuit *Florentium* III. Hollandiæ Comitem, *Othonem* Comitem de Benthem & Rineke, Balduini patrem, *Balduinum* Ep. Vltraiectenſem, *Peregrinum* ſeu Pelgronum Zelandiæ Caſtellanum Vornæque dominum, *Sophiam* Abbatiſſam Fontanellenſem, *Hadeuicam* monialem & *Petronillam* procreauit; & an. 1163. viuere deſiit.

X. Florentivs III. Comes (qui Antiochiæ 1190. obiit) ex Ada genuit *Theodericum* VII. & *Guilielmum*, Hollandiæ Comites ex ordine, *Florentium* & *Margaritam*.

XI. Theodericus VII. Comes an. 1203. obiit, & ex Aleide Theoderici Comitis Cliuenſis filia reliquit *Adam* Ludouico Loſſenſi Comiti nuptam ſine liberis defunctam.

XII. Gvilielmvs fratri ſuo ſine prole maſcula defuncto in Comitatu ſuccedens, duxit primò Aliſam, ſecundò Mariam.

XIII. Florentivs IV. Hollandiæ Comes, Guilielmi & Aliſæ filius, ex Mathilde Henrici I. Brabantiæ Ducis filia *Guilielmum* II. Holl. Comitem Romanorumque Regem, *Florentium* in haſtiludio 1258. Antuerpiæ cæſum, & *Aleidem* Ioanni Aueſnenſi, Burchardi & Margaritæ Conſtantinopolitanæ filio, nuptam. *Mortuus eſt autem iuuenis in torneamento apud Boues*: vt in Balduini Aueſnenſis ms. Genealogia Comitum Hannoniæ legitur.

XIV. Gvilielmvs II. Holl. Comes, an. 1255. Romanorum Rex creatus, & an. 1256. à Friſiis cæſus, Middelburgi in Zelandia conditus iacet in Abbatia ord. Præmonſtratenſis, quam prædiis auxerat.

- Theodericus VI. Co. Hol. obiit 1163.
  - Florentius III. Co. Hol. ob. 1190.
    - Theodericus VII. Co. Hol. ob. 1203.
      - Ada vxor Lud. Com. Loſſ. ſ. lib.
    - Guilielmus I. Co. Hol.
      - Florentius IV. Co. Hol. duxit Mathildem Brab.
        - Guilielmus II. Co. Hol. & Rex Rom.
          - Florentius V. Co. Hol.
            - Ioannes I. Com. Hol. ob. 1300. ſine lib.
        - Florentius.
        - Aleidis Vx Ioannis Aueſn.
          - Ioannes II. Aueſnenſis Co. Hol. Zel. Han. ob. 1304.
            - Ioannes Crud. ob. ante patrē.
            - Guilielmus III. Bonus Co. Hol. Han.
              - Guilielmus IV. Co. Hol. Han. ſ. lib.
              - Margarita vxor Lud. Bau.
              - Philippa.
              - Ioanna.
              - Iſabella.
            - Ioannes.
            - Henricus.
            - Filiæ IV.
    - Florentius.
    - Margarita.
  - Otho Co. de Benthem.
  - Balduinus Ep. Vltr.
  - Pelgronus Caſt. Zel.
  - Sophia.
  - Hadeuica.
  - Petronill.

XV. Florentivs V. Guilielmi II. filius, duxit Beatricem Guidonis Flandriæ Comitis filiam, & ex ea genuit *Ioannem* I. Holl. Comitem, fœdo parricidio an. 1296. à familiaribus ſuis cæſus.

XVI. Ioannes I. Hollandiæ Comes, nulla ſobole relicta, an. 1300. viuere deſiit. Quo defuncto, Ioannes II. Aueſnenſis, Ioanne Aueſnenſi & Aleide Guilielmi Romanorum Regis ſorore genitus, Comitatum Hollandiæ, Zelandiæ & Hannoniæ obtinuit: cuius poſteritatem infrà ad an. 1300. deſcribemus.

986 Lotharius Francorum Rex moritur: filius eius *Ludouicus* V. ſuccedit.

987 Ludouicus V. Francorum Rex, ex Caroli Magni ſtirpe poſtremus moritur. Hvgo Capetvs Comes Pariſienſis regnum, Carolo Lotharingiæ inferioris Duce excluſo, occupat, & ab Adalberone Ar. Remenſi menſe Iulio inungitur. Huius ſtirps etiamnum regnat in Francia. Capeticæ ſtirpis originem, Regeſque ex ea natos in Nor. eccleſ. Belgij c. 85. & 94. deſcripſi. Idem Adalbero Rotardum Cameracenſem Epiſcopum conſecrat. Ad hunc ipſum Adalberonem Gerberti epiſtolæ 8. 61. 93. & 102. exſtant. Leodici templum S. Ioannis Euangeliſtæ à Notgero Epiſcopo dedicatur.

988 Carolus Lotharingiæ Dux regnum Francorum, ex paterna & auita ſucceſſione ſibi debitum, ab Hugone Capeto repetit, eumque bello laceſſens, Laudunum vrbem capit. Hugo Carolum in vrbe Laudunenſi obſidet, ſed ſecundo obſidionis menſe, obſeſſi proſilientes caſtra Hugonis incenderunt, qui plurimis ſuorum peremptis vix euaſit. *Nangius*. S. Dunſtanus Ar. Cantuarienſis in Anglia moritur.

989 Carolus Dux Montem acutum expugnat, Sueſſionenſem agrum vaſtat, vrbem Remenſem aggreditur, & Laudunum multa cum præda reuertitur. *Sigeb. Nang.* Arnulfus II. Flandriæ Comes die 30. Martij moritur, in monte Blandinio iuxta Gandauum ſepultus. Filium ac ſucceſſorem reliquit Balduinum IV. Barbatum, ſuprà pag. 197. laudatum. S. Adalbertus Ep. Pragenſis apud Hungaros Apoſtoli officio fungitur. *Baron.*

990 Carolus Lotharingiæ Dux vrbem Remenſem occupat, Archiepiſcopum quem Hugo Capetus præfecerat, & alios quoſdam proceres capit, eoſque Laudunum ablegat. Exinde Carolus à Capeto captus, carceri mancipatur. *Sigeb. Nang.* Fulcuinus Abbas & Hiſtoricus Laubienſis ad Sabim, in ditione Leodicenſi, moritur: ſuccedit Harigerus, rerum Leodicenſium ſcriptor. Leodici templum S. Dionyſij à Notgero Epiſcopo conditum, & Canonicorum collegio decoratum, ab eodem conſecratur.

991 Theophania Imperatrix, Othonis III. mater, obiit. *Scafnaburg.* Carolus Lotharingiæ inferioris Dux Aureliæ ad Ligerim in carcere moritur. *Sigeb.* Ex Agnete, Heriberti Trecenſis Comitis filia, reliquit *Othonem* in Ducatu ſucceſſorem, ſine liberis an. 1005. defunctum, & filias duas, *Ermengardem* Alberto I. Namurcenſi & *Gerbergam* Lamberto II. Louanienſi Comiti, nuptas. De Comitibus Louanienſibus ex *Gerberga* ortis ſuprà pag. 221. egimus: nunc de Comitibus Namurcenſibus & aliis ex *Ermengarde* progenitis diſſeremus.

Anni vulgares Christi.

Namurcenſes Comites.

- Albertus I. Co. Namurc. duxit Ermengardem.
  - Albertus II. Com. Nam.
    - Albertus III. Com. Nam.
      - Godefridus Com. Nam.
        - Eliſabeth.
        - Flandrina.
        - Henricus Cæcus Co. Nam. Lux.
          - Ermenſendis Comitiſſa Luxeb. vxor Walerami Ducis Limb.
        - Clementia.
        - Beatrix.
          - Balduinus Com. Han. & Nam.
        - Alidis.
      - Fredericus Ep. Leod.
      - Henricus Co. Rupeoſ.
        - Fredericus.
        - Alidis.
      - Albertus.
      - Alidis.
        - Albertus Com. de Chiny.
    - Henricus co. de Durbuy ſ. lib.
  - Hadeuida vx. Gerardi Alſ. Ducis Loth.
  - Emma vxor Othonis Co. Loſſenſis.
    - Emmo Co. Loſſenſis.
      - Arnulfus Com. Loſſ.
      - Sophia.
    - Otho.
  - Goda,
    - Meinſiodis vx. Folberti.
      - S. Arnulfus Ep. Soeſſionenſis ob. 1087.
  - Ermengardis.

Albertvs I. Comes Namurcenſis ex *Ermengarde*, Caroli Ducis Lotharingiæ inferioris filia, ſuſtulit *Albertum II.* Comitem Namurcenſem & filias quattuor, *Hadeuidam*, *Emmam* aliàs Ludgardem, *Godam & Ermengardem.* Ex his *Hadeuida* nupſit Gerardo Alſatio Duci Lotharingiæ Moſellanæ, & ex eo peperit *Theodericum* eiuſdem Lotharingiæ Ducem, & *Gerardum* Vadani montis Comitem. *Emma* ſeu Ludgardis, Othoni Comiti Loſſenſi nupta, peperit *Emmonem* Comitem Loſſenſem, Arnulfi & Sophiæ patrem, & *Othonem*, Comitem de Duraz, Subaduocatum monaſterij S. Trudonis, patrem Giſleberti. *Goda* filiam habuit Meinſindem, quæ ex Folberto genuit *S. Arnulfum* Ep. Sueſſionenſem. *Ermengardis* an fuerit nupta nec ne, non conſtat.

II. Albertvs II. Comes Namurcenſis ex *Regelinde* ſeu Relinde Gothilonis Magni Lotharingiæ Ducis filia, ſuprà pag. 237. memorata, ſuſtulit *Albertum III.* Comitem Namurcenſem, & *Henricum* Comitem de *Durbuy*, ſine liberis defunctum.

III. Albertvs III. Comes Namurcenſis ex *Ida*, aliàs Relinde, Frederici Ducis VI. Lotharingiæ inferioris vidua, ſuprà pag. 238. memorata, quattuor filios procreauit, *Godefridum* Comitem Namurcenſem, *Fredericum* Ep. Leodicenſem, *Henricum* Comitem Rupenſem, Frederici Archiepiſcopi Tyri in Syria & Mathildæ patrem, & *Albertum* Comitem Iaphæ. Vna ex filiabus Alberti III. nomine *Alidis* nupſit Othoni Comiti de Chiny, & ex eo genuit *Albertum* Comitem de Chiny.

IV. Godefridvs Comes Namurcenſis, Floreffienſem ordinis Premonſtratenſis Abbatiam 1121. fundauit. Idem 1088. duxit *Sibyllam* Rogerij Comitis Portiani filiam; ex qua nate ſunt duæ filiæ, Eliſabetha Geruaſio Comiti Retheleſti, & Flandrina N. domino de Eſpinoy & Antoing nupta. Harum porrò mater Sibylla maritum ſuum Godefridum Co. Namurcenſem poſteà deſeruit, & adhæſit *Enguerramo* de Boues Comiti Ambianenſi, domino de Coucy, Marle & Fere: vt Quercetanus in Hiſt. Luxeburg. c. 7. docet. Godefridus itaque ſecundò ſibi iunxit *Ermenſindem*, Conradi I. Comitis Luxeburgenſis filiam, ſuprà pag. 231. memoratam, & ex ea genuit *Albertum* ſine liberis defunctum, *Henricum Cæcum* Namurci

ci & Luxeburgi Comitem, *Clementiam* Conrado Duci Zeringenſi, *Beatricem* Guitherio Comiti Rethelenſi, & *Alidem* ſeu Ermenſindem Balduino III. Ædificatori Hannoniæ Comiti, ſuprà pag. 209. laudato, nuptas.

V. Henricvs Cæcus patri ſuo Godefrido in Namurcenſi, Rupenſi & Durbienſi Comitatibus ſucceſsit. Idem, Conrado II. Comite Luxeburgenſi ſine liberis defuncto, iure matris ſuæ Ermenſindæ Luxeburgicæ, ſuprà pag. 232. memoratæ, Comitatum Luxeburgenſem & Aduocatiam Abbatiæ S. Maximini Treuerenſis obtinuit, Conrado II. Imp. approbante. Ex priore coniuge Laurentia Theoderici Alſatij Flandriæ Comitis & Suanichildæ filia, trium procerum, videlicet Henrici III. Ducis Limburgenſis, Iuani Comitis Aloſtani & Radulphi Comitis Veromanduenſis vidua prolem non ſuſtulit. Ex altera coniuge Agnete, Gerardi & Othonis Comitum Gelrenſium ſorore an. 1186. vnicam filiam Ermenſindem procreauit.

VI. Hanc filiam ſuam Ermenſindem adhuc lactantem Henricus Cæcus iam ſenex Henrico Campaniæ Comiti deſponſare cùm vellet, Balduinus IV. Magnanimus Hannoniæ Comes, Alidæ Namurcenſis & Balduini III. Ædificatoris Hannoniæ Comitis filius, ſuprà pag. 210. memoratus, Comitatum Namurcenſem (quem ſibi iure matris ſuæ Alidæ, & ex beneficio Frederici I. Imp. deberi dicebat) an. 1188. occupauit; eumque an. 1195. moriens ad filium tranſmiſit.

VII. Philippvs cognomento Nobilis, Balduini Magnanimi filius ſecundò genitus, patri in Comitatu Namurcenſi ſuffectus, numerum Canonicorum aliorumque clericorũ in Namurcenſi S. Albani baſilica auxit. Ex Maria, Philippi Auguſti Francorum Regis filia, ſuſtulit filium, ſed qui puer ante patrem obiit.

VIII. Philippo an. 1212. ſine liberis defuncto ſoror eius Iolenta ſeu Iolendis, Petrò Curteniaci domino nupta, ſucceſſit, excluſo *Henrico* fratre, qui apud Græcos Imperium tunc Conſtantinopolitanum obtinebat, quique in tanto faſtigio poſitus Namurcenſem prouinciam vt exiguam contempſiſſe viſus fuit.

IX. Iolendis porrò Comitatum Namurcenſem annis quattuor tenuit, quem an. 1216. Philippo filio ceſſit; Petro marito ſuo ad coronam Imperij Conſtantinopolitani à Latinis proceribus euocato. Petrus liberos 4. reliquit, *Robertum*, & *Balduinum*, ſuos in Imperio Conſtantinopolitano ſucceſſores, *Philippum* & *Margaritam*.

X. Philippvs II. Comes Namurcenſis, Petri & Iolentæ filius, Abbatiæ Grandipratenſis fundator, ad Bellum ſacrum contra Albigenſes profectus, an. 1226. propè Auenionem ſine prole obiit, ſepultus Valcellis, ſecundo lapide à Cameraco.

XI. Philippo ſuffecta eſt ſoror Margarita, Henrico Comiti Viandæ in agro Luxeburgenſi nupta: qui an. 1231. Grandipratenſe cœnobium, monachorum ord. Ciſtercienſis, ædificandum curarunt, iuxta fratris ac prædeceſſoris ſui Philippi teſtamentum.

XII. Exinde Ludouico Francorum Rege & Ioanna Flandriæ Comitiſſa agentibus, Comitatus Namurcenſis & varia prædia in regno Franciæ ſita Baldvino Imp. Conſtantinopolitano (cuius ſoror Margarita annis aliquot dictum Comitatum poſſederat) an. 1237. ſunt reſtituta; vt ex ms. quodam codice didici: *Anno 1237. Margarita*

rita Marchioniſſa Namurcenſis & Comitiſſa Vienna caſtrum Namurcenſe inuita deſeruit, & Balduinus Imp. Conſtantinopolitanus ſucceſsit, ſed non ſine magna impenſa ſanguinis Namurcenſis. Anno 1237. Balduinus Imp. CP. ſecundò venit in Franciam ac Belgium, & biennio circiter hic ſubſtitit. Anno 1239. Conſtantinopolim reuerſus, res Imperij Orientalis fortiter adminiſtrauit: ſed an. 1260. capta à Græcis Conſtantinopoli, in Galliam rediit, vbi & circa an. 1279. obiit. Vxorem habuit Balduinus *Martham*, Ioannis de Brenna Regis Hieroſolymitani filiam. Variis demùm bellis pro Comitatu Namurcenſi exortis, idem Balduinus, conſentiente *Philippo* filio ſuo, & hortante S. Ludouico Galliæ Rege, dictum Comitatum GVIDONI Flandriæ Comiti an. 1262. vendidit. Et ad controuerſiam omnem ſopiendam, Guido Iſabellam Henrici Blondi Comitis Luxeburgenſis filiam, Henricus Blondi filius Beatricem Balduini Aueſnenſis Toparchæ Bellomontani filiam, & Ioannes Aueſnenſis Hannoniæ Comes Philippam Blondi eiuſdem filiam, ſibi matrimoniis iunxerunt. Obiit autem Guido Flandriæ & Namurci Comes an. 1304. Flinis propè Duacum conditus. De reliquis poſt Guidonem Comitibus Namurcenſibus infrà ſuo loco agemus.

Remis Synodus congregatur, & Arnulfus, quem Carolus Loth. 992
Dux Remis Epiſcopũ ſubſtituerat, procurante Hugone Capeto, deponitur, & tribus annis Aureliæ in carcere incluſus habetur; Gerberto in eius locũ ſubſtituto. *Sigeb.* Seguino Ep. Senonenſi & aliis clamantibus, Arnulfum non potuiſſe deponi abſque auctoritate Romani Pontificis; res ad Ioannem XV. Papam delata eſt: qui an. 994. ea de cauſſa legatũ in Galliam miſit Leonem Abbatẽ S. Bonifacij. Adalbero II. Ep. Virdunenſis, God. Captiui Com. Virdunenſis ſuprà pag 232. memorati filius, moritur, & Virduni ante aram maiorem ſepelitur. Otho III. dotat Niuellenſem Canonicorum S. Pauli eccleſiam. Hilſundis Comitiſſa Strienſis, quondã vxor Anſfridi Comitis Louanienſis (pòſt Epiſcopi Vltraiectini) fundat ac dotat cœnobium Thorenſe; quod eſt illuſtre nobilium virginum Canonicarum collegium ad Moſam fl. in diœceſi Leodicenſi. *Not. eccleſ. Belgij c.* 73.

Harigerus Abbas Laubienſis geſta Pontificũ Leodicenſiũ hoc ferè 993
tempore ſcripſit, impulſu Notgeri Epiſcopi. Odilo, poſt S. Maiolum hoc anno defunctum, fit Abbas Cluniacenſis. Vdalricus Ep. Auguſtanus, an. 973. defunctus, à Ioanne XV. Papa in claſſem Sanctorum refertur. Sigefridus Comes Luxeburgenſis, cum vxore ſua Hadeuica, Treuerenſe S. Maximini cœnobium, & Fretebaldus vir nobilis Vltraiectinum Canonicorum S. Martini collegium dotant. *Not. eccleſ. Belgij c.* 74. 75. Otho III. Imp. petente eodem Sigefrido Comite Luxeburgenſi an. 993. & 997. prædia monaſterij Willibrordiani in Epternaco confirmat & auget. *Not. c.* 77.

Conrado Rege Burgundiæ mortuo & apud S. Mauritium ſepulto, 994
Rodulfus eius filius, licet ignauus, regium ibi nomen per annos circiter 38. geſsit. *Contract.* Anſfridus, ex Louanienſi Comite Epiſcopus Vltraiectenſis an. 994. creatus, eidem eccleſiæ dat Weſterlo, Meirbeke & alias villas in Comitatu ſeu pago Rienſi ſitas. *Not. eccleſ. Belg. c.* 76.

Leo Legatus Apoſtolicus Arnulfum in cathedra Remenſi ite- 995
rùm collocat. Gerbertus, qui contra Arnulfum ordinatus fuerat, deponitur, & ad Othonem III. Imperatorem in Germaniam ſe confert. Quo agente, anno 996. Arch. Rauennas, ac demum anno 999.

Romanus

Romanus Pontifex eſt creatus nuncnpatuſq́ue Silueſter II.

Tranſit ab R. Gerbertus ad R. fit Papa vigens R.

Henricus Baioariæ Dux moritur: Henricus filius eius ex Giſela Conradi Burgundię Ducis filia, pòſt Imperator futurns, Ducatum obtinnit. Huius ſoror Giſela S. Stephano Hungariæ Regi nupſit.

996 Ioannes XV. Papa moritur: ſuccedit Gregorius V. natione Saxo, anteà Bruno nuncupatus, Othonis Ducis filius, *Numaga doctus in vrbe;* vt in eius epitaphio legitur. Otho III. in Italiam proficiſcitur, & Imperator à Gregorio Papa coronatur. *Baron.* Cum Othone Romam profectus eſt Erluinus Cameracenſis electus, qui ab eodem Pontifice Epiſcopus eſt conſecratus: vt Baldericus l. 1. c. 110. narrat.

997 Conradus Alemannorum Dux moritur; in Ducatu ſuccedit Herimannus, qui & ipſe filiam Conradi Burgundiæ Regis Gerbergam in matrimonio habuit; ex qua filium æquiuocum & tres filias reliquit. *Contract.* S. Adalbertus Ep. Pragenſis à Pruſsis occiditur. Geiſa primus Hungariæ Dux Chriſtianus moritur: cui ſucceſſit filius S. Stephanus Rex Hungariæ. Otho III. dotat Canonicorum S. Ioannis in Moſæ fl. inſula collegium, à Notgero Ep. Leodicenſi recens fundatum. *Not. c. 77.*

998 Hugo Capetus Francorum Rex moritur: ſuccedit filius eius ROBERTVS.

Burgundiæ Duces ex gente Capetica; quorum ſtemma genealogicum in Not. eccleſ. Belgij c. 164. exſtat.

HVGO Capetus Francorum Rex liberos reliquit, *Robertum* in regno ſucceſſorem, & *Adeleidem* Rainaldi Comitis Autiſiodorenſis & Niuernenſis vxorem. ROBERTVS Rex *Hugonem, Henricum* I. Regem, & *Robertum* Burgundiæ Ducem genuit. ROBERTVS I. Burgundiæ Dux ex Helia de Semur, aliis Ermengarde, ſuſtulit *Hugonem* anno 1057. defunctum, *Henricum*, *Robertum* Siciliæ Comitem ex parte vxoris, *Simonem*, *Conſtantiam* primùm Hugoni Comiti de Chalon, pòſt Alfonſo VI. Caſtellæ & Legionis Regi an. 1080. nuptam, Vrracæ dictorum regnorum heredis matrem ex marito poſteriore, & *Aldeardim* vxorem tertiam Guidonis Godefridi, dicti Guilielmi VII. Ducis Aquitaniæ Comitiſq́ue Pictanienſis, an. 1086. defuncti. Robertus autem 1075. deceſsit.

II. HENRICVS Roberti I. Ducis filius ante patrem circa an. 1067. deceſsit, & ex Sibylla, Rainaldi Burgundiæ Comitis filia, ſuſtulit *Hugonem* I. Burgundię Ducem, qui poſt vxoris Iolentæ Niuernenſis obitum, monachus Cluniaci 1092. obiit; *Odonem* fratris in Ducatu ſucceſſorem; *Robertum* Ep. Lingonenſem, pòſt monachum Moliſmenſem, S. Brunonis diſcipulum; *Henricum* Comitem Portugalliæ ductâ Tereſiâ Alfonſi VI. Caſtellæ Regis filiâ naturali; *Rainaldum* Abbatem Flauiniacenſem.

III. ODO I. cognomento Borrellus, Burgundiæ Dux, Ciſtercienſis archimonaſterij fundator, in Syria an. 1102. deceſsit, Ciſtercij ſepultus. Ex *Mathilde*, Rainaldi II. Burgundiæ Comitis filia (quę poſt mariti exceſſum monacham in Fonte Ebraldi induit) ſuſtulit *Hugonem* II. ſuum in principatu ſucceſſorem, *Henricum* monachum Ciſtercij 1130. defunctum, & *Aleidem*, aliis Adelam aut Helam, primùm Raimundo Tripolis Comiti, Raimundi Comitis Toloſani filio, pòſt Guilielmo Taluaſio Comiti Pontini nuptam: quibus nonnulli adiungunt *Florinam* in Syria defunctam.

HVGO

IV. HVGO II. illo nomine Dux, cognomento Pacificus, an. 1142. iuxta patrem Ciſtertij voluit ſepeliri. Ex *Mathilde* liberos decem procreauit, *Odonem II.* Ducem, *Raimundum*, *Hugonem Rufum*, *Robertum* Ep. Auguſtodunenſem, *Henricum* Arch. Lugdunenſem, Ciſtertij conditum, *Gualterum* Ep. Lingonenſem, *Sibyllam* Rogerio Siciliæ Regi, *Mathildem* Guilielmo Montis Peſſulani domino, *Aigelinam* Gerardo I. Wadonis Montis Comiti, nupras, & *Aremburgam* monialem.

V. ODO II. Burgundiæ Dux ex *Maria* Theobaldi Campaniæ Comitis filia genuit *Hugonem* III. Ducem. Obiit 1162. Ciſtertij conditus.

VI. HVGO III. ſacræ Capellæ Diuionenſis conditor in Syriam anno 1171. iuit, teſte Tyrio l. 20. & Roberto Montenſi: quorum alter Henricum, alter Odonem non rectè nuncupat. Prior illi coniux fuit *Alidis* ſeu Adela, Matthæi I. Lotharingiæ Moſellanæ Ducis filia: ex qua nati *Odo* III. Dux & *Alexander*: à quo poſteriore ſtirpem trahunt Domini de Montagu, Couches & Sombernon. Poſterior coniux fuit *Beatrix* Comitiſſa de Vienne & Albon: ex qua natus *Andreas* Delphinus, Comes Viennenſis & Albonenſis, & *Mathildis* vxor Ioannis Comitis de Chalon. Idem Dux Hugo III. Gauchero Ep. Lingonenſi an. 1178. Comitatû Lingonenſem dedit. In Syriam ſecundò profectus, cum Philippo Auguſto Francorum Rege obſidioni Aconenſi 1191. interfuit. Obiit Tyri 1192. ſepultus Ciſtertij.

VII. ODO III. duxit primò *Mathildem*, aliàs Tereſiam, Alfonſi Regis Portugalliæ filiam, Philippi Alſatij Flandriæ Comitis, in Syria ad Aconem anno 1191. defuncti, viduam; ſecundò *Aleidem* Guidonis domini de Vergey filiam. Anno 1209. contra Albigenſes militauit, & obiit 1218. conditus Ciſtertij.

VIII. HVGO IV. Odonis III. ex Aleide filius, genuit *Odonem* Mathildis Comitiſſæ Niuernenſis & Autiſiodorenſis maritum, *Ioannem* Agnetis dominæ Borbonij maritum, *Robertum II.* Burgundiæ Ducem, *Aleidem* Henrici III. Brabantiæ Ducis coniugem, & *Margaritam*. Exceſſit è vita 1272. IX. Robertus II. Burgundiæ Dux & Theſſalonicæ Rex titularis obiit 1309. Ciſtertij humatus. Ex *Agnete* S Ludouici Regis filia reliquit *Hugonem* V. & *Odonem IV.* ex ordine Duces Burgundiæ, *Ioannem*, *Ludouicum*, *Blancam*, *Margaritam*, *Ioannam* Philippi Valeſij coniugem, & *Mariam*.

X. HVGO V. Dux anno 1315. cælebs obiit.

Robertus I. Burg. Dux ob. 1075.	Hugo ob. 1057.				
	Henricus ob. 1067.				
	Robertus.	Hugo I. Dux ob. 1092.	Hugo II. ob. 1142.	Hugo III. ob. 1192.	Odo III. Dux obiit 1218.
		Odo I. Dux ob. 1102.			
		Robertus.			
		Henricus.	Alfonſus I. Rex Portug.	Sanctius Rex.	Alfonſus II. Rex Portugal.
		Rainaldus.			
	Simon.				
	Aldeardis.				
	Constantia.	Vrraca.	Alfonſus VII. Rex Caſtellæ.		

XI. ODO IV. anno 1316. duxit Ioannam de Francia, Comitatus Burgundiæ, Arteſiæ & Salinarum heredem; ex qua genuit *Philippum* ante patrem an. 1346. defunctum, Ciſtertij conditum. Philippus porrò Arteſiæ Comes cùm eſſet, anno 1338. *Ioannam* Guilielmi Bononiæ & Aruerniæ Comitis filiam heredem ſibi iunxit, & ex ea reliquit PHILIPPVM Ducem Burgundiæ, Comitem Arteſiæ, Bononiæ, Aruerniæ & Burgundiæ Palatinum, dominum Salinarum, qui

an. 1361. cælebs deceſsit. Ducatus itaque Burgundiæ ceſſit IOANNI Franciæ Regi, filio Ioannę Burgundæ, quę fuit Odonis IV. Ducis ſoror. Is anno 1363. eumdem Ducatum PHILIPO AVDACI, filio ſuo quartò genito dedit. Audaci IOAN. INTREPIDVS, huic PHIL. BONVS, illi CAR. AVDAX ex ordine ſucceſſerunt. Caroli filiam vnicam & heredem *Mariam* matrimonio ſibi copulauit MAXIMILIANVS Auſtriacus, Frederici III. Imp. filius. De his plura qui volet, Andr. Quercetanum & Pontum Heuterum conſulat.

999 Gregorius V. Papa die 18. Februarij moritur: cui ſucceſſit *Gerbertus*, natione Aquitanus, monachus olim Floriacenſis, ex Remenſi Rauennas, ac demum Romanus Pontifex. Sunt qui illum falsò Necromantiæ arguunt; decepti ſcriptis Bennonis Cardinalis, qui poſt annos 80. pulſus à Gregorio VII. Papa, Sedis Romanæ ſimulque Aſtronomię (qua Gerbertus pridem Roberti Francorum Regis præceptor claruit) acerrimus hoſtis fuit. Sed Helgaldus Floriacenſis in vita Roberti Regis, Ditmarus, & alij iſtius ſæculi ſcriptores honorificè paſſim de eo loquuntur: *In Apoſtolica*, inquit Helgaldus, *Sede multa virtutum operatus eſt inſignis, & præcipuè in eleemoſyna ſancta.* Otho III. Imp. Vltraiectinæ S. Martini eccleſiæ dat omne diſtentum ſuper villam *Bomele*, petente Ansfrido Epiſcopo. *Notitia eccleſ. Belgij cap. 77.*

1000 Notgerus circa an. 1000. Mechliniæ XII. Canonicos collocauit in templo S. Rumoldi, quod nunc eſt metropolitanum. His poſteà duos ſuperaddidit Geila Comitiſſa Mechlinienſis Baſilius. Græcorum Imp. mittit exercitum aduersùs Bulgaros trans Æmum, & vrbes duas capit. *Cedrenus.*

1001 Otho Imp. dat Erluino Ep. Camaracenſi licentiam ſtatuendi mercatum cum moneta, teloneo ac banno, in Caſtello S. Mariæ (*Chaſteau en Cambreſy*) in pago Camaracenſi ac Comitatu Arnulfi Comitis. Diploma Baldericus l. 1. c. 113. recitat.

1002 Otho III. Imp. X. Kal. Febr. in Italia moritur, Aquiſgrani poſteà conditus. In defuncti locum ſuffragiis procerum Germaniæ ſufficitur HENRICVS re & cognomento Sanctus. Is an. 972. Abudiaci (vicus & caſtrum eſt ſupra Ratisponam millia paſſuum decem, ad ripam Danubij) natus eſt, patre *Henrico Rixoſo* Bauarię Duce, matre *Giſala* Conradi Burgundiæ Regis filia, auo *Henrico* primùm Lotharingiæ pòſt Bauariæ Duce, Othonis I. Imp. fratre: vt Herm. Contractus, itemque Genealogiæ S. Arnulfi concinnator tradunt. Quod hîc notandum duxi contra Raderum in ſua Bauaria ſancta aliter ſentientem. Henricus porrò, Othonis I. Imp. frater, duxit Iuditham, Arnoldi Mali Bauariæ Ducis filiã: ex qua natus Henricus Rixoſus, qui ex Giſala iam nominata genuit S. Henricum, Brunonem Ep. Auguſtanum, Giſalam S. Stephani Regis Hungariæ vxorem, & Brigittam Abbatiſſam. Horum ſtemma in tabulam genealogicam redactum Notitia eccleſ. Belgij c. 80. repræſentat.

Ceterùm S. Henricus an. 1002. Rex Germaniæ, & an. 1014. Imperator à Benedicto VIII. Papa creatus, Troiam Gręcorum coloniam, quarto obſidionis menſe à ſe expugnatam, funditus euertit totamque Apuliam in ditionem Imperij recepit. Bambergæ Epiſcopalem ſedem à fundamentis excitauit omniq; ſuo patrimonio quod ab Othone III. Imp. acceperat, impertito locupletauit. Idem & alios

alios Epiſcopatus, per barbarorum incurſiones euerſos, inſtaurauit: inter quos fuerunt Martiburgianus & Hildeſheimenſis in Saxonia, Miſnenſis apud Eudoſios, Argentinenſis in Alſatia, & Magdeburgenſis in Marchia. In Italia cœnobium Beneuentanum condidit, & multa regiæ munificentiæ erga S. Petrum Romæ, & erga S. Benedictum in Caſſino monte documenta reliquit, quorum ſyllabum Leo Oſtienſis texuit. Vixit annos 52. & an. 1024. viuere deſiit, conditus Bambergæ, ab Eugenio III. in catalogo Sanctorũ an. 1152. collocatus. Vitam eius ſcripſit Adelboldus Ep. Vltraiectinus. Vxor ipſi fuit S. Cvnegvndis, Sigefridi I. Comitis Luxeburgenſis filia: quæ in conſortē regni vt coniux à S. Henrico admiſſa, mox de tuenda virginitate, vſuq; thori abſtinendo, ad exemplum Virginis Matris cum Ioſepho, & Pulcheriæ Auguſtæ cum Martiano, in omnem vitam conuenit. Poſt obitum mariti vitta ſacra loco coronæ ſumpta, ſolemni ceremonia, ſeſe rebus humanis omnibus abdicauit, & in cœnobio virginum Benedictinarum, Bambergæ à ſe conſtructo, totam ſe Deo mancipauit, ac demum anno 1040. ſanctiſsimè obdormiuit. Balduinus IV. Barbatus Flandriæ Comes Arnulfum Valentianenſem Comitem pellit, & Valentianas occupat. *Balder. l. 1. c. 114.*

Siluester II. Papa moritur. Epiſtolæ ab ipſo ad varios ſcriptę extant: ſunt in iis non paucæ ad Carolum Lotharingiæ Ducem, Ecbertum Treuerenſem, Notgerum Leodicenſem, Epiſcopos, & alios noſtrates proceres ſcriptæ. Huic Pontifici Otho III. Imp. Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Forum Sempronij, Galeſium, Auximum & alias vrbes dedit. Roſella primùm Arnulfi Flandriæ Comitis, pòſt Roberti Francorum Regis vxor, Compendij moritur, nulla ex Roberto ſobole relicta, & ſepelitur Gandaui iuxta priorem maritum. 1003

S. Henricus Imp. contra Balduinum Flandriæ Comitem mouet, & Valentianas obſidet, ſubnixus auxiliis Roberti Franciæ Regis & Richardi Normanniæ Ducis; ſed fruſtrà. Demùm adſumpto ſecum Notgero Ep. Leodicenſi Gandauum inuadit, & Balduinum cogit, vt Valentianas reddat. Poſteà tamen multis ſeditionibus preſſus Henricus, vt Balduinum ſibi conciliaret, caſtellum Valentianenſe ipſi in beneficium dedit. *Balderic. l. 1. c. 115.* 1004

Otho Lotharingiæ inferioris Dux, Caroli filius, ſine liberis moritur. Ducatus eius datur *Godefrido Improli*, Godefridi Captiui Comitis Virdunenſis filio. *Sigeb.* 1005

S. Henricus Imp. hoc ferè tempore Walacras Balduino Flandriæ Comiti in beneficium dedit: vt ex Balderici & Sigeberti Chronicis colligi datur. Eſt autem Walachria (*Walcheren*) hodie primaria Zelandiæ inſula, in qua Middelburgum vrbs Epiſcopalis eminet. 1006

Notgerus Ep. Leodicenſis IV. Idus Aprilis, in die Cænæ Domini, piè obdormit: Baldricus ſuccedit. S. Liuini Hibernienſis Epiſcopi & martyris corpus ex vico *Holtem* transfertur Gandauum; cuius vrbis nunc eſt patronus. S. Henricus Imp. Thorenſi Canonicarum virginum nobilium collegio benefacit; petente Notgero Ep. Leodicenſi. Idem S. Henricus dat Erluino Epiſcopo Comitatum Cameracenſem, ſupplicante Heriberto Arch. Colonienſi. *Not. eccleſ. Belgij c. 78.* 1007

Caſtellani Gandenſes & Domini de Bornhem.

I. LAMBERTVS monaſteriorum S. Bauonis & S. Petri in monte Blandinio iuxta Gandauum Aduocatus, à Balduino Barbato Flandriæ Comite (qui caſtellum Gandenſe Heurico II. Imp. eripuit) primus Caſtellanus, paulò poſt annum 1007. eſt conſtitutus. II. Folcardus Lamberti filius patri in vtraque Aduocatia & Caſtellania Gandenſi ſucceſsit: dominium inſuper de Bornhem poſſedit. Filios quattuor genuit, *Lambertum*, *Wenemarum*, *Adalardum* & *Folcardum*. III. LAMBERTVS II. ex Giſla genuit *Wenemarum*, *Sigerum*, *Aſchericum Guilielmum*, *Balduinum*, *Arnulfum*, & *Daniëlem*. Tranſlationi reliquiarum S. Pharaildis virginis an. 1073. Gandaui interfuit.

IV. Wenemarus Lamberti II. & Giſlæ primogenitus an. 1097. tranſlationi corporis S. Fulquini Ep. Taruanenſis interfuit & Abbatiam Canonicorum regularium Bornhemij fundauit, cuius prædia pòſt monaſterio Afflìgemienſi attributa fuerunt. Duas habuit coniuges *Lutgardem* ſiue liberis defunctam, & *Giſlam* Balduini I. Comitis Giſnenſis filiam. Ex poſteriore genuit *Arnulfum*, *Wenemarum*, *Sigerum*, *Balduinum* & *Margaritam*. Poſt annum 1138. moriens ſuperſtitem reliquit coniugem ſuam *Giſlam*: quo titulo *Arnulfus* filius eius primogenitus Comitatum Giſnenſem obtinuit, excluſo Godefrido de Semur, cuius mater Alidis, Giſlæ ſoror obierat ante Manaſſem Comitem Giſnenſem, eiuſque neptem Beatricem. Arnulfus porrò Wenemari & Giſlæ Giſnenſis primogenitus, Comes Giſnenſis illo nomine primus, duxit Mathildem de S. Audomaro, Guilielmi Caſtellani Audomarenſis & Mileſendæ de Piqueny filiam; & ex ea genuit *Balduinum* II. Comitem Giſnenſem, *Guilielmum* dominum de Bochout, *Manaſſem*, *Sigerum* ſtirpis Caſtellanorum Gandenſium propagatorem, *Arnulfum* & *Margaritam* primùm Euſtachio de Fieones, pòſt Rogero Caſtellano Cortracenſi & Gandenſi nuptam, *Beatricem*, *Adeleidem*, *Euphemiam*, *Luitgardem*, *Mathildem*, *Giſlam* Waltero de Pollar domino de Aa prope Bruxellas nuptam, & *Agnetem* in Syria defunctam.

V. Ceterùm defuncto Wenemaro Caſtellano Gandenſi (vt Lambertus Ardenſis in ſuo ms. Chronico narrat) Theodericus Alſatius Flandriæ Comes cùm ægrè ferret Arnulfum Wenemari primogenitum occupaſſe Comitatum Giſnenſem, Caſtellaniam Gandenſem ROGERO Caſtellano Cortracenſi attribuit: quam & poſſedit vſque ad annum 1190: quo obiit, non relictis liberis ex Margarita eiuſdem Arnulfi filia.

VI. Poſt cuius mortem SIGERVS dictæ Margaritæ frater (qui Petronillam dicti Rogeri Caſtellani Cortracenſis & Saræ Inſulanæ filiam duxerat) Caſtellaniam Gandenſem, & dominium de Bornhem obtinuit. Is ex Petronilla ſuſtulit *Arnulfum* ſine liberis mortuum, *Sigerum* II. Caſtellanum Gandenſem, *Danielem* dominum de Ballinghem, *Ægidium*, *Theodericum*, *Walterum*, *Bernardum*. Præpoſitum eccleſiæ Hallebecanæ, *Guilielmum* Præpoſitum Inſulenſem, *Beatricem* monialem in Foreſto prope Bruxellam, & *Petronillam* primam Foreſti Abbatiſſam an. 1239. à Guidone Ep. Cameracenſi conſecratam. Sigerus porrò tot liberorum parens (exemplo Hugonis Comitis Trecenſis, Huberti domini de Bean-jeu, Gerardi domini Landaſtenſis & aliorũ) Templariorum militiæ nomen dedit.

VII. SIGE-

VII. SIGERVS II. Caſtellanus Gandenſis & dominus Bornhemij ſibi iunxit *Beatricem* dominam de Houſdain. Ex ea liberos nouem, in his *Hugonem* I. Caſtellanum Gandenſem, & *Gerardum* cognomento *Diabolum*, Gerardi patrem, procreauit.

VIII. HVGO I. Caſtellanus Gandenſis, dominus Bornhemij & Hoſdinij, ex Oda de Champlite genuit *Hugonem II.* Caſtellanum Gandenſem, *Gualterum* dictum *Villanum*, dominum de S. Ians-ſteen prope Hulſtum, familiæ *de Villain* conditorem, *Sigerum*, & alios tres liberos.

IX. HVGO II. Bornhemium an. 1250. Margaritæ CP. Flandrorum Comitiſſæ vendidit. Ex Maria de Gauere ſuſtulit *Hugonem* III. Caſtellanum Gandenſem.

X. HVGO III. ex Maria de Reux, ſorore Euſtachij V. domini de Reux & Trit in Hannonia; vnicam reliquit filiam *Mariam*.

XI. MARIA Caſtellana Gandenſis & domina Hoſdinij nupſit Gerardo de Enghien, Sottegemij domino; & ex eo peperit *Hugonem* IV. Caſtellanum Gandenſem, & filias quattuor, *Mariam* Hugoni domino de Antoin & Eſpinoy, *Sophiam* Philippo de Gauere domino Lidekercæ & Bredæ, *Catharinam* Philippo domino Axellæ, & N. Thomæ de Coucy domino Veruini nuptam.

XII. HVGO IV. Caſtellanus Gandenſis, dominus Sottegemij, ex Beatrice de Putte HVGONEM V. Caſtellanum Gandenſem procreauit, qui ex Catharina Maldegemia prolem non ſuſtulit. Sicq; ISABELLA de Antoin, Hugonis Antoniani & Mariæ Sottegemiç filia, Caſtellaniam Gandenſem, itemque dominia de Antoin, Eſpinoy & Sotteghem nacta eſt. Nupſit ea primùm Henrico de Louanio Gasbecæ domino; pòſt Alfonſo de la Cerda, ex Regum Caſtellæ & Legionis familia oriundo: ſed ex neutro prolem genuit. Tertiò nupſit Ioanni de Melun: quæ familia, præter Principatum de Eſpinoy, hodieque Caſtellaniam Gandenſem poſſidet. Iſabellæ an. 1354. defunctæ epitaphium etiamnum exſtat in Antonienſi Canonicorum templo, primo lapide à Tornaco, à nobis in Not. eccleſ. Belgij c. 131. recitatum.

S. Henricus Germaniæ Rex Balduino Ep. Leodicenſi, & Baldrico Comiti dat Bannũ beſtiarum in ſiluis, quas poſsidebant inter duo flumina Nithe & tertium flumen Thilam in Comitatu Gozilonis ſeu Gothilonis Magni tunc Comitis ſeu Marchionis de *Antuuerf.* poſteà Ducis Lotharingiæ inferioris. *Not. eccleſ. Belg. c. 79.* Burchardus fit Wormatienſis Epiſcopus. Is Canonum volumen concinnauit, collaborante magiſtro ſuo Olberto Abbate Gemblacenſi. *Sigeb.* 1008

Normanni Friſiam infeſtantes *Thile* opidum incendunt. S. Henricus Rex vrbem Metenſem obſidet, propter Theodericum vxoris ſuæ fratrem, contra ſe rebellantem, qui Epiſcopatum illius vrbis vſurpauerat. Dux enim Moſellanorum Theodericus, poſt fratris ſui Adalberonis exceſſum, cùm Epiſcopatum Metenſem filio ſuo adhuc puero procuraſſet, tutorem ei dedit dictum Theodericum. Is puerum vrbe excluſit, Epiſcopatum vſurpauit, ipſum denique Theodericum Ducem bello cepit. Sed vrbe per obſidionem grauiter attrita, tandem pax initur. *Sigeb.* Ioannes XIX. Papa moritur XV. Kal. Auguſti: ſublegitur Sergius IV. pridie Kal. Septembris. *Baron.* Ordo Camaldulenſis incipit, auctore S. Romualdo: de quo vide Origines noſtras Monaſticas. Mathildis vxor quondam Balduini III. 1009

Flandriæ Comitis moritur, & in Blandinienſi cœnobio ſepelitur, iuxta Godefridum Captiuum Comitem Virdunenſem & Eihami dominum, maritum ſuum poſteriorem. Notitiam eccleſ. Belgij c. 68. & 99. conſule.

1010 Ansfridum Ep. Vltraiectenſem hoc anno obiiſſe, & Adelboldum ipſi ſucceſſiſſe, tradit Lamb. Scafnaburgenſis. Alij eius obitum ad an. 1008. aut 1009. referunt. Normanni Friſiam repetunt, & multis cæſis Vltraiectum incendunt. Hungari ad Chriſti fidem conuertuntur, cum Rege ſuo; procurante Giſla, S. Henrici Imp. ſorore, eidem Regi nupta. *Sigeb.* Apud Valentianas in baſilica S. Ioannis regulares Canonici collocantur, amotis clericis ſæcularibus.

Comites Burgundiæ, orti ex Adelberto Berengarij II. Italiæ Regis filio: quorum ſtemma genealogicum in Not. eccleſ. Belgij c. 29. exſtat.

BERENGARIVS II. Italiæ Rex an. 950. creatus, Berengarij I. ex Giſla filia nepos, ex Willa genuit *Adelbertum, Guidonem, Giſlam, Gerbertam* & *Roſellam*, aliàs Suſannam: quarum poſtrema primùm Arnulfo II. Flandriæ Comiti, pòſt Hugoni Capeto Francorum Regi nupſit. ADELBERTVS Berengarij II. filius, cum patre ſuo, ab Othone I. Imp. Italiæ regno priuatus, ex Gerberga Comitiſſa Niuernenſi genuit *Othonem-Guilielmum.*

I. OTHO-GVILIELMVS Comes Niuernenſis, Dinionenſis & Burgundię an. 1027. obiit. Is ex Ermentrude Albradę filia, Lud. Transmarini Francorum Regis nepte, in Not. eccleſ. Belgij c. 58. memorata, ſuſtulit *Guidonem*, qui ante patrem obiit, *Rainaldum* Burgundiæ Comitem, *Brunonem* Archidiaconū Lingonenſem, *Mathildem* Comitiſſam Niuernenſem Landrico nuptam (cuius ſtirpem in cit. Notitia c. 131. deſcripſi) *Agnetem* & *Gerbergam.* II. RAINALDVS I. Burgundiæ Comes an. 1057. deceſſit. Ex Adeliſa, Richardi II. Normanniæ Ducis filia genuit *Guilielmum II. Comitem, Guidonem, Robertum,* & *Henricum.* III. GVILIELMVS II. cognomento Audax, Burg. Comes, an. 1087. viuere deſiit, Veſontione in baſilica S. Stephani conditus. Ex Gertrude genuit *Rainaldum* II. Burg. Comitem in Syria circa an. 1100. defunctum, *Stephanum* Burg. Comitem in Syria ſimiliter an. 1101. mortuum, *Hugonem* Archiepiſcopum Veſontionenſem, *Raimundum* Alfonſi VII. Regis Caſtellæ patrem, *Calixtum* II. Papam, *Mathildem* Odoni Burgundiæ Duci, *Giſlam* Humberto II. Mauriennæ ſeu Sabaudiæ Comiti, *Ermentrudem* Theoderico Montbeliardenſi ac Barrenſi Comiti, & *Clementiam* Roberto Flandriæ Comiti, nuptas.

IV. Stephani in Syria an. 1101. defuncti filius GVILIELMVS III. Burgundiæ Comes an 1126. ſine liberis obiit. V. Stephani frater RAINALDVS II. genuit *Rainaldum* III. Burgundiæ, & *Guilielmum* Viennę Comitem. VI. RAINALDVS III. Burgundiæ Comes an. 1144. deceſſit, relicta vnica filia BEATRICE Burgundiæ Comitiſſa, quæ ex Frederico I. Imp. genuit Henricum V. Imp. & OTHONEM Burgundiæ Comitem: cuius ſucceſſores ac poſteros in Not. eccleſ. Belgij c. 111. & 131. Lector curioſus reperiet.

GVILIELMVS Viennæ Comes *Stephanum* & *Gerardum*, STEPHANVS *Ioannem* dominum Salinarum, Hugonis patrem, & *Stephanum* dominum de Oiſelay procreauit. Ex maſcula huius Stephani ſtirpe hodieque ſupereſt Comes de *Cantecroy*, & alij in Burgundia proceres familię

miliæ de *Oiſeley*. Sic & in Hiſpania ex Raimundi (quem Calixti II. Papæ fratrem fuiſſe paulò antè diximus) ſtirpe maſcula ſupereſſe putatur illuſtris familia *Manuel* nuncupata, itemque Comites de *Carrion*.

S. Henricus Rex Nouiomago Leodicũ venit, ibiq́ue Paſcha cele- 1011
brat. Inde Bambergã ſe confert, ad dedicationẽ templi Epiſcopalis, à ſe erecti. Ita Baldericus in Chron. Cameracenſi, & Ditmarus; ſed Scafnaburgenſis ad annum ſequentem id refert. Willigiſus Ar. Moguntinus moritur: *Erchenboldus* ſuccedit, qui monaſterium S. Mariæ in Campis extra muros Moguntinos conſtruxit, quod nunc S. Crucis templum vocatur.

S. Henricus Rex Godefridum Lotharingiæ Ducem cum exerci- 1012
tu in fines Bratuſpantium mittit, ad obſidendum caſtrum Louanium: ſed ineffıcax redijt. *Sigeb.* Notet lector, per Bratuſpantes hîc à Sigeberto deſignari Brabantos ſeu Louanienſis agri incolas. Erluinus Ep. Camaracenſis moritur: ſuccedit *Gerardus* eo nomine primus, Arnulſi toparchæ Florinenſis filius. Is duo monaſteria, videlicet S. Gingulſi & S. Ioannis apud Florinas à patre incohata (quorum hoc quidem clericorum, alterum verò monachorum eſt) perfecit ac conſecrauit; permittente Baldrico Ep. Leodicenſi, ad cuius diœceſim ſpectabant. *Baldericus l. 3. c. 18.* *S. Macarius* Ep. Antiochenus, poſt varia loca piè viſitata, demum in Belgicam venit, floruitq́ue miraculis Mechliniæ, Melbodij, Camaraci, Tornaci, & alibi. Gandanum nouiſsimè profectus, ibidem in S. Bauonis monaſterio annum ferè ſubſtitit, ac peſte demum correptus an. 1012. piiſſimè obdormiuit. Colitur ibidem, itemq́ue Montibus Hannoniæ, Inſulis Flandrorum & alibi, vt tutelaris contra luem epidemicam. Corpus eius incorruptum an. 1067. Balduinus Nouiomenſis & Lietbertus Camaracenſis, Epiſcopi leuarunt; Philippo Francorum Rege, Balduino Inſulano Flãdriæ Comite, eiuſq́; filio Balduino VI. & aliis proceribus adſtantibus. Hiſtoria vitæ & eleuationis, Sigeri tunc Abbatis Bauonenſis mandato ſcripta, apud Suriũ legitur. *S. Guido* (qui, vt alter Nepotianus à S. Hieronymo laudatus, multis annis ſeruiuit Deiparæ in baſilica Lacenſi haut procul à Bruxella, floribus & ramis illam exornans) hoc item anno ad meliorem vitam tranſiit: vt ex illius loci monumentis collegi. Quod nota contra Molanum & Baronium, qui eum toto ſæculo poſteriorem faciunt. Deo viri ſanctitatem per crebra miracula teſtante, circa an. 1085. Gerardus II. Ep. Camaracenſis eius oſſa è terra leuauit, & in capſa honorificè collocauit. Quieſcit Anderlaci in S. Petri baſilica, quam nobilitat inſigne 18. Canonicorum collegium. Erluino Abbate Gemblacenſi defuncto, ſufficitur *Olbertus*, vir religione ac doctrina clarus. *Sigeb.* Conradus Carentanorum Dux, Othonis Ducis filius, & Brunonis nuper Papæ frater, moritur. Ducatum eius Adelbero accepit, excluſo Conrado, Conradi filio. Moritur & Herimannus Alemanniæ Dux, qui Erneſtum Giſelæ ſororis ſuæ maritum, habuit ſucceſſorem. *Contract.*

Baldricus Ep. Leodicenſis cùm in villa Hugardienſi caſtellum 1013
muniret, Lambertus II. Comes Louanienſis & Rotbodus Comes Namurcenſis ipſum bello aggrediuntur. Epiſcopus victus fugit, trecentis ſuorum amiſsis: Herimannus autem Comes à Rotbodo capitur, cum aliis multis. Agente poſteà Rotbodi matre, Herimannus dimiſſus fuit, in gratiam Baldrici Leodicenſis, & Gerardi Camaracen-

Anni vulgares Christi.

racenſis, Epiſcoporum: vt Baldericus l.3.c.5.& Sigebertus narrant. Roberto Nortmanniæ Duci ex concubina naſcitur filius *Guilielmus*, futurus poſteà Dux Nortmanniæ & Rex Angliæ, itemq́; gener Balduini Inſulani Fl. Comitis. Sergius Papa IV. hoc anno aut ſuperiore moritur: Benedictus VIII. ſuccedit. *Baron.* Comites Veringenſes ditionē olim amplā in Alpibus Sueuię, & ad Danubiū ſupra Riedlingā poſſederunt Ex horū illuſtri familia fuit *Hermannus* cognomēto *Contractus*, an. 1013. natus: vt ipſe in Chronico ſuo teſtatur. Fuit is monachus non ad S. Gallum, vt Trithemius exiſtimauit, ſed in Angia maiore (*Reichenavv*) in inſula lacus Cellenſis, qui Acronij eſt appendix: vt idē ipſe ſcribit. A vulgato Hermanni Chronico, & ab eo quod Chriſtianus Vrſtiſius publicauit, longè diuerſum ac locupletius eſt, quod Caniſius in Antiquis lectionibus edidit. Id in geſtis anni 1054. deſinit; quo & Hermannus obiit. Ab iſto anno *Bertoldus Conſtantienſis*, vſque ad annum 1100. res ſuo ęuo geſtas deſcripſit.

1014 Baldricus Epiſcopus monaſterium S. Iacobi in inſula Moſæ fl. Leodici ædificare incipit. *Sigebertus.* S. Henricus Germaniæ Rex, Romam profectus, initio anni coronatur Imperator à Benedicto VIII. Papa: vt Ditmarus, Contractus & alij narrant.

1015 Erneſtus Sueuiæ ſeu Alemanniæ Dux, in venatione ab Adalberone Comite, feram petente, ſagitta vulneratus interiit. Ducatum eius filius æquiuocus, viduam verò Giſalam Conradus, Henrici Ducis filius, futurus poſteà Imperator, accepit. Megingaudo Ar. Treuerenſi defuncto ſucceſſit Poppo, frater Erneſti Ducis. *Contract.* Godefridus Lotharingiæ inferioris Dux Comitatum Montenſem ſeu Hannonienſem depopulatur: quem Raginerus Hannoniæ Comes, cum patruo ſuo Lamberto II. Comite Louanienſi, inſequitur. Demum apud Florinas pugna committitur; vbi Lambertus cum 400. ampliùs viris pridie Idus Septembr. occubuit: vt Baldericus l. 3. c.12. & Sigebertus commemorant. Sepultus eſt Niuellis, vt & vxor eius Gerberga. Moriens liberos reliquit *Henricum, Baldricum, Raginerum, & Mathildem*, ſuprà pag.222. & in Not. eccleſ. Belgij c.109. laudatos. Baldricus Ep. Leodicenſis, præſente S. Heriberto Ar. Colonienſi, cathedrale S. Lamberti templum, à Notgero prædeceſſore ſuo exſtructum, V. Kal. Nouembris dedicat, & tertio pòſt die baſilicam S. Bartholomęi ibidem conſecrat; quam Godeſcalcus de Motiamez, maioris eccleſię Præpoſitus, ædificauerat: vt Anſelmus & alij veterum Leodicenſium ſcriptores commemorant.

Comites Campaniæ & Briæ.

Vrbes pleræq; Epiſcopales Galliæ, vt Camaracenſis, Atrebatenſis, Ambianenſis, Trecenſis, Meldenſis, Claromontana, Maurianenſis & Arelatenſis ſuos olim Comites habuerunt. Ex his Comites Trecēſes & Meldenſes *Campaniæ*, Claromontani *Aruerniæ*, Maurianenſes *Sabaudiæ*, Arelatenſes *Prouinciæ* titulū, ſucceſſu temporis, adſumpſerunt. Vt de origine primorum Campaniæ Comitum aliquid dicamus, Heribertus Comes Veromanduorum, Heriberti filius, ex N. Hugonis Magni Comitis Pariſienſis ſorore, genuit *Robertum* & *Heribertum* Trecenſes ex ordine Comites, *Hugonem* Ep. Remenſem, *Odonem*, *Adalbertum*, *Alidem* Arnulfo Magno Flandrię Comiti, & *Ledgardim* Theobaldo Bleſenſi, Turonenſi ac Carnutenſi Comiti, nuptas. Ex Odone

aut

aut Adelberto ſubſecuti Veromanduorum Comites prodierunt. Horum duorum frater *Heribertus*, à Glabro Radulfo Comes Trecenſis & Meldenſis diſertè nuncupatus, circa an. 993. obiit. Ex Otgiua Eduardi Angliæ Regis filia, Caroli Simplicis vidua, genuit *Stephanum* Comitem Trecenſem & Meldenſem, ſine liberis circa an. 1030. defunctum, & *Agnetem* ſeu Annam, Caroli Lotharingiæ inferioris Ducis vxorem poſteriorem. *Theobaldus* Bleſenſis, Turonenſis ac Carnutenſis Comes ex Ledgarde ſuprà memorata genuit *Odonem*, ſuum in dictis Comitatibus ſucceſſorem.

- Odo Co. Bleſ. & Campaniæ, Odonis F. Heriberti N. 1036.
  - Theobaldus Bleſenſis & Campaniæ Comes.
    - Stephanus Com Bleſenſis.
      - Guilielmus.
      - Theobaldus II. Magnus ob. 1151.
        - Henricus I. Com. Camp.
          - Henricus II. Com. Camp. ob. 1197.
            - Alidis.
            - Philippa.
          - Theobaldus III. Comes Camp.
            - Theobaldus IV. Rex Nau. Comes Camp.
              - Blanca.
              - Theobaldus V. ſ. lib.
              - Henricus.
                - Ioanna.
              - Petrus.
              - Filiæ tres.
            - N. filia.
          - Scholaſtica.
          - Maria.
        - Theobaldus, à quo Comites Bleſenſes.
        - Stephan.
        - Guilielmus Ep. Rem.
        - Hugo Abbas Ciſt.
        - Filiæ VI.
      - Odo.
      - Henricus monachus.
      - Stephanus Rex Angl.
      - Filiæ II.
    - Odo.
    - Hugo Comitatum Camp. 1101. vendidit Theobaldo II.
  - Hugo Abbas.
  - Stephanus Com. Campaniæ.
    - Odo Ex comes.
      - Stephanus.
        - Guilielmus ſine liberis.

Odonis I. filius Odo II. Bleſenſis, Turonenſis ac Carnutenſis Comes (Stephano Trecenſi ac Meldenſi Comite ſine liberis, vt dixi, circa an. 1030. defuncto) in Campania & Bria paulatim dominatum ſuum auxit, ideoque à Sigeberto Gemblacenſi in geſtis anni 1036. *Odo Campanienſis* nuncupatur. Filios reliquit *Theobaldum* I. Bleſenſem, Turonenſem, Carnutenſem ac demum Trecenſem Comitem, *Stephanum* Comitem Trecenſem, Odonis per patruum ſuum Theobaldum I. ſpoliati patrem, & *Hugonem* maioris monaſterij Abbatem.

Theobaldvs I. Comes, Odone pulſo ac ſpoliato, Bleſenſi & Carnutenſi Comitatibus Trecenſem ac Meldenſem adiunxit, eosque ad poſteros tranſmiſit; ab Henrico Germaniæ Rege titulo Comitis Palatini honoratus. Quem titulũ ſubſecuti deinde Campaniæ Comites cum Pariatu regni Franciç tenuerunt. Ex Aliſa Theobaldus I. genuit *Stephanum* Bleſenſem ac Carnutenſem Comitem, *Odonem* ſine liberis defunctum, & Hvgonem, qui an. 1102. in Syriam profecturus Comitatum Campaniæ Theobaldo II. Stephani patrui ſui filio vendidit. Ex his Stephanus Bleſenſis ac Carnutenſis Comes *Guilielmum*, *Theobaldum II. Odonem*, *Stephanum* Comitem Mortaniæ, poſteà Regem Angliæ, *Henricum* ex monacho Cluniacenſi Epiſcopum Winceſtrenſem, & filias duas procreauit; vt Quercetanus lib. 3. Hiſt. Caſtillionææ c. 5. tradit.

Theobaldvs II. cognomento Magnus an. 1115. Claram-Vallem fundauit, & an. 1151. obiit: exſtantq; plurimæ S. Bernardi epiſtolç ad ipſum ſcriptæ. Ex Mathilde Flandrenſi V. filios, *Henricũ* ſuum in Comitatu Campaniæ ſucceſſorẽ, *Theobaldum* cognomento Bonum Comitem Bleſenſem ac Carnutenſẽ, *Stephanum* Comitem Sancertç, *Guilielmum*

lielmum Card. & Ep. Remenſem, *Hugonem* Abbatem Ciſtertienſem, & filias ſex, *Agnetem*, *Mariam*, *Eliſabetham*, *Mathildem*, *Adelam* & *Margaritam* monialem genuit. Priorum quinque filiarum matrimonia & ſobolem Quercetanus loco cit. deſcribit.

Henricvs I. cognomento Largus Comes Palatinus Campaniæ an. 1173. Trecis eccleſiam S. Stephani fundauit ac dotauit, in eadem an. 1180. conditus. Ex Maria, Ludouici iunioris Franciæ Regis filia, genuit *Henricum* II. & *Theobaldũ* III. Campanienſes ex ordine Comites, *Scholaſticã* Guilielmo, Viennenſi ac Matiſconẽſi Comiti, & *Mariã* Balduino Flandrenſi Comiti, pòſt Imp. Conſtantinopolitano, nuptas.

Henricvs II. duxit primò Ermengardem Henrici Comitis Namurcenſis filiam heredem. Qua ſine liberis mortua, in Syriam profectus (vbi & in vrbe Aconenſi 1197. obiit) ex Eliſabetha Amalrici filia, Cypri Regina, duas ſuſtulit filias, *Alidem* Cypri Reginam Hugoni Luſignano nuptam, & *Philippam* Erardi Briennenſis coniugem.

Theobaldvs III. fratris in Comitatu Campanienſi ſucceſſor duxit Blancam Sanctij Nauarræ Regis filiam, obiitque 1200. Trecis ad S. Stephanum conditus, relicto *Theobaldo* IV. & N. filia.

Theobaldvs IV. Poſtumus Comes Campaniæ, & poſt obitum Sanctij Fortis, auunculi ſui, 1236. Rex Nauarræ, duxit primò *Gertrudem* Theobaldi Lotharingiæ Ducis viduam ſine liberis defunctam. Ex N. ſecunda coniuge, Guiſcardi de Bello-ioco & Sibyllæ Flandrenſis filia, ſuſtulit *Blancam* an. 1235. Ioanni Britanniæ Comiti nuptam. Ex tertia *Margarita* Archembaldi Borbonij filia *Theobaldum* V. & *Henricum* III. ex ordine Reges Nauarræ ac Comites Campaniæ, *Petrum* qui puer obiit, *Leonoram*, *Margaritam* Frederico II. Lotharingiæ Duci & *Beatricem* Hugoni Burgundię Duci, nuptas.

Theobaldvs V. Nauarræ Rex, Campaniæ & Briæ Comes Palatinus, ex Iſabella S. Ludouici Francorum Regis filia prolem non ſuſtulit, & an. 1270. deceſſit. Theobaldi V. frater & heres Henricvs an. 1269. duxit Blancam Roberti Arteſiæ Comitis filiam, S. Ludouici Regis neptem, & Pompelone an. 1274. obiit, ibidem conditus. Ioanna Henrici vnica filia heres, Nauarræ Regina, Campaniæ & Briæ Comitiſſa, an. 1284. nupſit Philippo Pulchro Francorum Regi.

1016 Simeon natione Armenus, qui vitæ anachoreticæ cunabula in Palęſtina exercuit, poſt varia Italiæ, Galliæ & Hiſpaniæ loca piè viſitata Mantuæ in Domino obdormit. Baronius in Annalibus docet, hunc longè diuerſum eſſe à Simeone Syracuſano, Treueris defuncto, quem Sigebertus hoc anno laudat in Chronico. Ethelredo Anglorum Rege defuncto, *Canutus* ſiue Cnutus Danorum Rex regnat in Anglia ac Dania, Magnus ob id nuncupatus. Rogerium, Matth. Weſtmonaſterienſem & Adamum Bremenſem conſule.

1017 God. Improlis, Dux Lotharingiæ inferioris, Gerardum Comitem, Conradi poſteà Imperatoris auunculum, prælio vincit. *Contract.*

1018 Theodericus III. Hollandiæ Comes God. Improlem Lothar. inferioris Ducem, Baldricum Leodicenſem, Adelboldum Vltraiectẽſem & Heribertũ Colonienſem, Epiſcopos prelio in *Meruvvede* vincit; vt ſuprà pag. 242. diximus. Baldrico paulò pòſt defuncto in Epiſcopatu Leodicenſi ſucceſſit *Wolbodo*, qui monaſteriũ S. Iacobi ea in vrbe à prędeceſſore incohatum, S. Henrici Imp. hortatu, perfecit. Idem Henricus Imp. Aquiſgranenſe Canonicorum S. Adelberti collegium.

gium fundat ac dotat. Idem Gerardo I. Ep. Camaracenſi & Ragi-nero IV. Hannoniæ Comite, petentibus, poſſeſſiones Abbatiæ S. Giſleni in Hannonia confirmat, tabulis Nouiomagi datis. *Not. eccleſ. Belgijc.* 80. Ditmari Ep. Merſeburgenſis Chronicon, quod à geſtis Othonis I. Imp. incipit, hîc deſinit; qui & hoc anno obiit.

S. Henricus Imp. Paſcha Leodici celebrat. Conradus Conradi quondam Ducis Carantani filius, auxiliante patruele ſuo Conrado, poſteà Imperatore, Adalberonem tunc Carantani Ducem apud Vlmam pugna victum fugat. *Contract.* 1019

Benedictus Papa, à S. Henrico Imp. inuitatus, Bambergam venit, ibique eccleſiam S. Stephani dedicauit; vt Herm. Contractus narrat, qui & hoc anno litteris imbuendum ad ſcholas ſe miſſum fuiſſe, tradit. Wolbodo Ep. Leodicenſis, poſt Paſcha Coloniæ cum S. Henrico Imp. celebratum, Leodicum redit, & menſe Aprili moritur, menſe 30. Epiſcopatus ſui. Alij eius obitum ad annum ſequentem referunt. Durandus poſt annum in Epiſcopatu ſucceſſit, cuius exſtat Epiſtola contra Berengarium hæreticum ſcripta. Boleſlaus I. Poloniæ Rex eccleſias ſui regni mirificè dotat. 1020

Giſnenſes Comites.

I. SIFRIDVS Danus Giſnas monaſterio S. Bertini an. 928. abſtulit, & caſtellum ibi ædificauit: vt Io. Iperius in Chronico Bertiniano tradit. Ex Elſtrude, Arnulfi Magni Flandriæ Comitis & Adelæ filia, genuit ARDOLFVM ſiue Adolfum, Comitem Giſnenſem. II. ARDOLFVS ex *Mathilde* Brunculi ſeu Arnulfi Comitis Bononienſis filia ſuſtulit *Rodolfum* ſeu Radulfum, & *Rogerium* qui puer obiit. III. RADVLFVS duxit an. 1000. *Roſellam* Hugonis II. Comitis S. Pauli filiam, & Pariſiis periit in torneamento. IV. EVSTATHIVS, Radulfi & Roſellæ filius, duxit *Suſannam* de Gramines, Sigeri de Gramines Cubicularij Flandrenſis filiam, & ex ea genuit *Balduinum* Comitem Giſnenſem; *Guilielmum, Remelinum, Adelam* & *Beatricem*. Anno 1052. eleuationi corporis S. Bertini à Guidone Ar. Remenſi factæ, interfuit.

V. BALDVINVS Euſtathij F. an. 1084. Andrenſe monaſterium fundauit. Liberos ex *Adela* cognomento Chriſtiana reliquit, *Robertum*, alio nomine Manaſſem, *Fulconem* Comitem de Baruth, *Guidonem*, *Hugonem*, *Adelam* ſeu Alidem Godefrido domino de Semur in Briena, & *Giſlam* Wenemaro Caſtellano Gandenſi, nuptas. VI. MANASSES, aliàs Robertus; ex Emma filia Roberti domini de Tancaruille, Cubicularij Normanniæ, genuit *Sibyllam* ſeu Roſam, vxorem Henrici Vicecomitis Borburgenſis. Cœnobium monialium S. Leonardi an. 1117. in agro ſuburbano Giſnēſi ædificauit. VII. BEATRIX de Borburg, Henrici & Sibyllę filia heres; primùm *Albrico* Apro, natione Anglo, pòſt *Balduino* domino Ardæ ſeu Ardræ nupſit, ſed ex neutro prolem genuit: obiitq; Theoderico Alſatio apud Flandros principatē.

VIII. Manaſsis poſteritate extincta, ſoror eius GISLA, quæ grandæua adhuc ſupererat, Comitatum Giſnenſem adiit, & *Arnulfo* ſeu Arnoldo filio ſuo, quem ex Wenemaro Caſtellano Gandenſi genuerat, tranſſcripſit; excluſo Godefrido domino de Semur, cuius mater Alidis, Giſlæ ſoror, diu anteà obierat.

Comites Giſnenſes, itemque Caſtellani Borburgenſes, & Domini de Ardres & Coucy, ex familia Gandauia.

IX. ARNVLFVS de Gandano, Wenemari & Giſlæ Giſnenſis primogenitus, Comes Giſnenſis illo nomine primus, duxit *Mathildem*, Guilielmi Caſtellani Audomarenſis & Mileſendæ de Piqueny filiam; & ex ea gennit *Balduinum* II. Comitem Giſnenſem, *Guilielmum* dominum de Bochout, *Manaſſem*, *Sigerum* ſtirpis Caſtellanorum Gandenſium propagatorem, *Arnulfum*, *Margaritam*, *Beatricem*, *Adelidem*, *Euphemiam*, *Lutgardē*, *Mathildē*, *Giſlam* & *Agnetem*. vt ſuprà pag. 252. docui.

X. BALDVINVS II. Comes Giſnenſis, à S. Thoma Ar. Cantuarienſi miles creatus, duxit *Chriſtianam* Arnulfi Vicecomitis de Marcq & Adelinæ dominæ de Ardres filiam heredem, & ex ea genuit *Arnulfum* Comitem Giſnenſem, *Guilielmum*, *Manaſſem*, *Balduinum*, *Ægidium*, *Sigerum*, *Mabiliam*, *Adelinam*, *Margaritam* & *Mathildem*. Obiit anno 1205. poſtridie Kal. Ianuarias, in Andrenſi monaſterio conditus.

XI. ARNVLFVS II. Comes Giſnenſis, dominus de Ardres, duxit *Beatricem* Walteri Caſtellani Borburgenſis & Mathildis Betunianæ filiam heredem, & an. 1220. obiit. Huic Arnulfo Ardæ ſeu Ardræ domino & Borburgi Caſtellano Hiſtoriam ſuam Ardenſem Lambertus Presbyter Ardenſis inſcripſit. Ceterùm Arnulfus II. ex Beatrice *Balduinum* III. Comitem Giſnenſem, *Robertum*, *Henricum*, *Arnulfum* monaſterij Guilielmitarum an. 1261. in agro Caſletano fundatorem, *Beatricem* monialem, *Chriſtianam* Hugoni de Chaſtillon Comiti S. Pauli nuptam, *Adelim* & *Beatricem* procreauit.

XII. BALDVINVS III. Comes Giſnenſis, Ardę dominus, Borburgi Caſtellanus, ex *Mathilde* de Fiennes genuit Arnulfum III. Comitē Giſnenſem *Balduinum* Sangatæ dominum, *Adelinam* Guilielmo Caſtellano Audomarenſi ac Comiti Falcoburgenſi, & *Idam* Gerardo de Prouny, nuptas.

XIII. ARNVLFVS III. Com. Giſnenſis, Ardæ dominus, Borburgi Caſtellanus, duxit *Alidem* de Coucy, Engueramı III. domini de Coucy, Marle, Fere, & Mariæ de Montmirel Caſtellanæ Camaracenſis filiam. Ex ea ſuſtulit filios tres, *Balduinum* Borburgi Caſtellanum Ardręq; dominum, *Engueramū* dominum de Coucy, Oiſy & Montmirel, *Ioannem* Vicecomitem Meldenſem, & filias totidem: ex quibus *Iſabellis* Gaucherio domino de Baſoches, & *Alidis* ſeu Adeliſa Waltero Bertoldo Mechliniæ domino nupſit. Ceterùm Arnulfus III. Philippo III. Francorum Regi, S. Ludouici filio, an. 1282. Comitatum Giſnenſem vendidit.

XIV. BALDVINVS de Guines, Borburgi Caſtellanus Ardræque dominus, ex Catharina, aliis Beatrice, Matthæi IV. domini de Montmorency filia, *Ioannam Comitiſſam* Giſnenſem & Blancam genuit.

XV. IOANNA ex Ioanne II. Comite de Eu *Radulfum* peperit. Eadē Comitatum Giſnenſem à Philippo *Pulchro* Francorū Rege an. 1295. recepit. XVI. RADVLFVS Comes de Eu & Guines, Comeſtabilis Franciæ, an. 1335. in torneamento periit. Ex Ioanna de Mello *Radulfum*, *Ioannam* & *Mariam* liberos ſuperſtites reliquit. XVII. RADVLFVS II. Radulfi filius, Comeſtabilis Franciæ, duxit Catharinam Sabaudam, ob crimen lęſæ Maieſtatis an. 1350. capite plexus. Sicq; Comitatus Giſnenſis Fiſco regio adſcriptus fuit. Ioannes exinde

Fran.

Francorum Rex, ab Anglis in prælio Pictanienſi captus, Comitatum Giſnenſem & territorium Caletenſe, an. 1360. Angliæ Regi pro lytro ceſſit. Quas ditiones Carolus VI. itidem Rex poſt annos paucos bello recuperauit, & cum regno vniuit: vt Quercetanus lib. 5. Hiſt. Giſnenſis fusè docet.

S. Heribertus Ar. Colonienſis in Domino obdormit, eiq́ue Piligrinus ſuccedit. *Baron.* Erchembaldo Ar. Moguntino defuncto, Aribo Præſul efficitur. 1021

S. Henricus Imp. in Italiam tranſit, & Campaniam petens Beneuentum intrauit; Troiam, Neapolim, Capuam, Salernum aliasq́; vrbes in deditionem accepit, & Normannis territorium quoddam illo in tractu conceſſit. Exinde per Vrbem tranſiens, victor rediit in Germaniam. *Leo Oſt. Contract.* Notkerus magiſter præſtans in monaſterio S. Galli apud Heluetios deceſſit. *Contract.* 1022

Aquiſgrani Synodus celebratur, cui & S. Henricus Imp. interfuit. In ea Durandus Ep. Leodicenſis cum Piligrino Ar. Colonienſi contendit de Porceto, tunc monachorum, nunc monialium ord. Ciſtertienſis cœnobio, prope Aquaſgrani ſito, quod vterque ad ſuam diœceſim trahere conabatur. *Balder. Chron. Camer. l. 3. c. 35.* Eidem Synodo interfuit & Gerardus I. Ep. Camaracenſis. Inde Imperator Euoſium (*Iuois*) agri Luxeburgenſis opidum profectus, cum Roberto Francorum Rege ibidem colloquium habuit. Huic conuentui & Godefridus Improlis Lotharingiæ inferioris Dux, cum Gerardo Ep. Camaracenſi interfuit: vt ibidem Baldericus lib. 3. c. 37. narrat. Quod nota contra Sigebertum & alios, qui Godefridum an. 1019. obiiſſe volunt. Inde Virdunum ac Metas Imperator ſe contulit; & Gerardum cum duobus palliis pretioſis, B. Virgini Camaracenſi oblatis, honorificè dimiſit. Godefridus porrò Improlis hoc ipſo anno 1023. id eſt, paulò ante mortem S. Henrici Imp. obiit: vt ex citato Balderici Chronico, & Auctario Lipſiano ad Sigeberti noſtri Chronicon colligi datur. Godefrido ſine liberis defuncto, fratrem eius *Gothilonem Magnum*, tunc Marchionem Antuerpienſem, in Ducatu Lotharingiæ inferioris idem Imperator ſuffecit: *ſuprà pag.* 237. Adelboldus Ep. Vltraiectinus Drentam prouinciam ſuæ eccleſiæ acquirit. Cathedralis S. Martini baſilica Vltraiectina à XII. Epiſcopis S. Henrico Imp. præſente, conſecratur: vt ex ms. Chronico eccleſiæ Marianæ illius vrbis didici. 1023

Inter clericos eccleſiæ cathedralis Bellouacenſis & monachos S. Vedaſti Atrebatenſis pactum ſocietatis fraternæ initur: quod ſignarunt Robertus Francorum Rex, eiuſq́ue filius Henricus, Bald. Barbatus Flandriæ Comes, Richardus Normanniæ Comes, eiuſq́; frater Robertus Ar. Rotomagenſis, Burchardus Burchardi de Monte Morenciaco filius, Warinus Bellouacenſis, Fulco Ambianenſis & Gerardus Camaracenſis, Epiſcopi. *Not. eccleſ. Belgij c.* 81.

Benedictus Papa VIII. moritur III. Kal. Martij, quem Ioannes XX. die 30. Aprilis excepit. *Baron.* S. Henricus Imp. menſe Iulio moritur, & Bambergæ ſepelitur; in cælites ab Eugenio III. an. 1152. relatus. CONRADVS II. SALICVS Henrici & Adelheidę filius, tunc Franconię Dux ſufficitur, & ab Aribone Ar. Mog. VI. Idus Sept. vngitur. Nec multò poſt vxor eius *Giſala* à Piligrino Ar. Colonię II. Kal. Oct. benedicitur. *Contract. Sigeb.* S. Abbo Floriacenſis Abbas in Vaſconibus, dum rixantibus inter ſe medius interuenit, hoc anno 13. Nou. 1024

confoſſus, inter martyres adſc ibi meruit, multis poſt obitum miraculis clarus.

1025 Durandus Ep. Leodicenſis X. Kal Februarij moritur: ſuccedit Reginardus. Rebellio excitatur contra Conradum Regem à patruele eius Conrado, Conradi Ducis & Mathildæ filio, & ab Erneſto Duce Alemanniæ, eius priuigno, Welfone quoque Sueuigena Comite, & aliis plurimis. *Contract.* Baſilius Imp. Græcus moritur.

1026 Conradus Rex cum exercitu in Italiam tranſit, & Paſchate Vercellis celebrato, totam ferè Italiam, præter Lucam Tuſciæ vrbem, ſibi ſubiugat. *Contract.* Burchardus Ep. Wormatienſis (qui Olberto Gemblacenſi Abbate adiuuante libros XX. Decretorũ concinnauit) moritur. Gothilone Magno Lotharingiæ Duce, qui regnum Conradi Imp. infeſtabat, & aliis proceribus ad pacis vnitatem adductis, regno tranquillitas accreuit. *Sigeb.*

1027 Conradus Rex Lucam, cum Reginhero Marchione, in deditionem accipit, Romamque perueniens à Ioanne XX. Papa, in die Paſchæ, Imperator coronatur: & ſubacta Italia in Alemanniam reuerſus, apud Vlmam placitum habet. Conradus, Conradi Imp. patruelis, Erneſtus Dux & Welfo Comes ibidem Imperatori ſeſe dedunt. Werinharius Ep. Argentinenſis Conſtantinopolim à Conrado Imp. legatus mittitur, & ibi anno ſequenti defunctus Guilielmum accipit ſucceſſorem. *Contract.* Adela Roberti Francorum Regis filia nubit Balduino Inſulano, Bald. Barbari Flandriæ Comitis filio. Adelboldus Ep. Vltraiectinus hoc anno moritur, vt in ms. Chronico eccleſiæ Marianæ Vltraiectenſis legitur. Is templum S. Walburgis Tilæ à Danis deſtructum reædificauit, & Canonicos in eo collocauit; qui poſteà Arnhemium migrarunt. Adelboldo ſucceſſit Bernoldus.

1028 Henricus, Conradi Imp. filius, Aquiſgrani in die Paſchę Rex à Principibus adhuc puer electus, à Piligrino Ar. Colonienſi vngitur. *Contract.* Fulbertus Ep. Carnetenſis IV. Idus Aprilis moritur: vt ex eius epitaphio conſtat. Florent Odilo Cluniacenſis, Poppo Stabulenſis, Richardus S. Vitoni Virdunenſis, Berno Augienſis, Abbates, itemque Guido Aretinus, magni nominis Muſicus apud Italos, qui ſex illas notas, quibus hodie vtimur, inſtituit. *Sigeb.* Bald. Barbarus Flandriæ Comes, pulſis Canonicis, in opido Bergenſi nouum S. Winoco cœnobium ac templum ſtatuit; ad quod, ex æde Martiniana, eiuſdem S. Winoci oſſa tranſtulit, & monachos Bertinianos adduxit. Eodem tempore cœnobium Marchianenſe, à Nortmannis euerſum, Bald. Barbarus reſtituit, dimiſſiſque monialibus, eò monachos Vedaſtinos adduxit, Leduino illis Abbate dato. Lenſienſis apud Arteſios eccleſia hoc ipſo anno ſacerdotes cœpit habere Canonicos, dotante Lamberto Lenſienſi Comite, Euſtathij II. Comitis Bolonienſis fratre. Vnde verſiculi:

Anno milleno, ter deno, bis minus vno,
Hunc intrare chorum cœpit grex Canonicorum.

Conſtantinus, Baſilij an. 1025. defuncti frater, Imperator CP. menſe Nouembri moritur. Romanus Argyrus coniugem priorem coactus relinquere, cum Zoë Conſtantini filia capit imperium.

1029 Raginerus IV. Comes Hannonienſis moritur; relicta vnica filia herede RICHILDE, poſt Balduino VI. Flandriæ Comiti nupta, quæ marito ſuo Hannoniam in dotem attulit. Idem Raginerus corpus

S.

S. Veroni confeſſoris Lembeca, municipio Hallis vicino, Montes Hannoniæ an. 1004. tranſtulit: eiuſque iuſſu Olbertus Abbas Gemblacenſis ſcripſit hiſtoriam tranſlationis ac miraculorum, quæ Gemblaci ms. exſtat. Robertus Fr. Rex Aurelianis templum S. Aniano ſtructum ſolemni ritu conſecrandum curat.

Erneſtus Sueuiæ Dux ob repetitam rebellionem, Ducatu priuatur: & frater eius iunior Hermannus Dux efficitur. Conradus II. 1030
Imp. cum Stephano Hungarorũ Rege pacem bello finito firmat. *Contract.* Furnis à Balduino Barbato Flandriæ Comite templum nouum S. Walburgi exſtruitur. Vxor eius Otgiua IX. Kal. Martias moritur, ſepulta in Blandinienſi cœnobio cum Giſela ſorore. *Meyerus.* Camaracenſis B. Mariæ baſilica cathedralis, cui ædificandæ Gerardus I. Epiſcopus ſeptennium impenderat, ab eodẽ conſecratur. *Balderic. l. 3. c. 49.* Otheboldus monaſterij S. Bauonis Gandenſis Abbas, epiſtola ad Orgiuam Flandriæ Comitiſſam Balduini Barbati coniugem circa an. 1030. ſcripta recenſet Sanctos in illo monaſterio tunc quieſcentes. *Not. eccleſ. Belgij c. 82.*

Comites Bolonienſes & Lenſenſes ſeu Lenſienſes in Arteſia.

Guilielmus Pontiui Comes Arnulfo II. Flandriæ Comiti Bolonienſe & Taruanenſe territorium an. 965. eripuit. Is filios quattuor reliquit, *Hilduinum* Pontiui, *Ernuculum* ſiue Arnulfum Boloniæ, *Hugonem* Taruanæ ſeu S. Pauli, Comites, & N. anonymũ qui duxit heredem Aduocatiæ monaſterij S. Walerici. I. Ernvcvlvs ſiue Arnulfus I. Comes Bolonienſis an. 972. vixit. II. Eius filius Baldvinvs, in Comitatu ſucceſſor, duxit Adelam ſeu Adelinam de Gandauo, Arnulfi Comitis Gandenſis ſuprà pag. 230. laudati filiam, & ex ea *Arnulfum* ſine liberis defunctum, *Euſtathium* I. Comitem Bolonienſem, & *Mathildem* Ardulfi Comitis Giſnenſis, ſuprà pag. 258. memorati, vxorem procreauit.

III. Evstathivs I. Comes Bolonienſis duxit *Mathildem* Lamberti II. Comitis Louanienſis ſuprà pag. 222. laudati filiam. Ex ea ſuſtulit *Euſtathium* II. Com. Bolonienſem, *Lambertum* Lenſenſem Comitem an. 1054. ſine liberis defunctum, *Gofridum* Ep. Pariſienſem, & *Gerbergã* Frederico Lotharingię inferioris Duci ſexto, ſuprà pag. 237. memorato, nuptam. Euſtathius I. cum patre ſuo Ernuculo & fratre Arnulfo in monaſterio S. Vulmari de Nemore ſepultus iacet: vt Lambertus Ardenſis in Hiſtoria Comitum Giſnenſium tradit.

IV. Bvtsathivs II. Com. Bolonienſis fratri ſuo *Lamberto Comiti Lenſenſi Iſlæ an.* 1054. *occiſo* in Comitatu Lenſenſi apud Arteſios ſucceſsit; vt Baldericus in Chron. Camaracenſi l. 3. c. 78. tradit: atque ex eo tempore Comitatus Lenſenſis in familia Comitum Bolonienſium diu manſit. Ex Ida God. Barbati Lotharingiæ vtriuſque Ducis filia *Euſtathium* III. Comitem Bolonienſem & Lenſenſem, *God. Bullonium* & *Balduinum*, Hieroſolymitanos ex ordine Reges, & filias duas procreauit. Quarum prior *Agnes*, aliis Adelheida, Henrico IV. Romanorum Regi nupta, ſed paulò pòſt repudiata fuiſſe dicitur: altera N. ex Cunone Montis acuti Comite (qui cum God. Bullonio expeditioni Hieroſolymitanæ interfuit) Lambertum genuit. Vtriuſque filiæ Ordericus Vitalis meminit. His Enſtathij II. liberis Guil. Tyrius, lib. De bello ſacro, Guilielmum adiungit.

V. Evsta-

V. Evstathivs III. Com. Bolonienſis & Lenſenſis ex Syria in Belgicā circa an. 1002. rediit, & ex Maria coniuge filiā herede *Mathildem* moriens reliquit. Idē habuit filiū *Rodulfum*; vt ex diplomate Lenſenſi (quod an. 1122. datum in Not. eccleſ. Belgij c. 133. publicaui) conſtat; ſed is aut naturalis fuit, aut ante patrem ſine liberis obiit. VI. Mathildis ex Stephano Bleſenſi, pòſt Angliæ Rege, peperit *Euſtathiū* & *Guilielmum* ſiue liberis mortuos, itemque *Mariam* Mattheo, Theoderici Alſatij Flandriæ Comitis filio, iunctam. De qua in Auctario Aquicinctino, ad calcem Chronici Sigebertini à nobis editi, ſic legitur: *Anno* 1160. *obiit Guilielmus, filius Stephani Regis Angliæ, Comes Boloniæ & Dapifer Regis Angliæ, ſine herede. Matthæus verò, filius Theoderici Comitis Flandriæ, Mariam filiam Stephani Regis Anglorum, Abbatiſſam raptam de monaſterio, vbi erat Deo ſacrata, per violentiam Henrici Regis Anglorum, ducit vxorem, & per eam obtinet Comitatum Bolonienſem. Qua de cauſſa à Samſone Remorum Archiepiſcopo, eiusq́ ſuffraganeis Epiſcopis excommunicatus eſt, & à patre ſuo Theoderico, & à fratre Philippo, propter caſtellum Lens, quod aduerſus eos iure hereditario repetebat, eſt iniuriatus. Anno* 1182. *Maria Comitiſſa, tertio decimo anno poſtquàm reſumpſerat habitum ſanctimonialis, apud Monaſteriolum moritur & ſepelitur.*

	Hilduinus Com. Pontiui.	Arnulfus ſine liberis.	Euſtathius II. Com. Bol.	Euſtathius III. Com. Bol. 1122.	Rodulfus ſine liberis.
Guilielmus Co. Pontiui 965.	Ernuculus Com. Bol. 972.	Euſtathius I. Com. Bol.	Lambertus Co. Lenſenſis ob. 1054.	God. Bullonius.	
				Balduinus.	Mathildis vx. Stephani Regis Angliæ *ſuprà pag.* 257.
	Hugo I. Co. S. Pauli.	Mathildis vxor Ardulfi Com. Giſn.	Gofridus Epiſ. Pariſ.	Agnes.	
	N. filius.		Gerberga.	N. vxor Cononis Com.	

Mattheus porrò ex Maria duas ſuſtulit filias, *Idam* & *Mathildem* Henrico I. Brabantiæ Duci nuptam. Ida Comitiſſa Bolonienſis an. 1181. nupſit *Gerardo* Gelriæ Comiti; Quo breui pòſt, non excitata prole, defuncto, eadē Ida an. 1183. *Reinaldo* Comiti Dom-martinenſi iuncta, *Mathildem* peperit. Mathildis Bolonienſis, Dom-martinenſis & Mortanienſis apud Nortmannos Comitiſſa, duos habuit maritos, *Philippum* Clari-montis Comitem, Philippi Francorum Regis filium, & *Alfonſum* Portugalenſem, qui demùm Rex Portugaliæ obiit. Teſtamentum ab hac Mathilde an. 1241. ſcriptum, in Not. eccleſ. Belgij c. 212. exſtat. Ex priore marito nata eſt *Ioanna* vxor Walteri de Chaſtillon, quæ ſine liberis ante matrem obijt.

Poſt Mathildæ eiusque filiæ Ioannę obitum, Maria Henrici I. Brabantiæ Ducis & Mathildæ Bolonienſis filia, Othonis IV. Imp. vidua, an. 1259. à Parlamento Pariſienſi declarata fuit heres Comitatus Bolonienſis. Mariæ porrò ſine liberis defunctæ ſucceſſit ſoror Alida, *Guilielmi* Aruerniæ Comitis vidua; & huic filius Robertvs Aruerniæ ac Boloniæ Comes. Robertus ex Beatrice domina de Mongaſcon Robertum II. genuit, qui an. 1312. duxit *Mariam* Flandrenſem, Guilielmi Teneræmondæ domini filiam: vt Quercetanus Hiſt. Drocenſis l. 2. c. 1. docet.

Mathil-

Mathildis Comitiſſa Bol. vxor Stephani Regis Angliæ.	Euſtathius ſine lib.				
	Guilielmus Com. Bol. ob. 1160. ſine liberis.				
	Maria Com. Bol. iuncta Matthæo Flandrenſi.	Ida Comitiſſa Bol. vx. Reinaldi Co. Dommartinenſis.	Mathildis Com. Bol. vx. Walteri de Chaſtillon.	Ioanna obijt ante matrem ſine liberis.	
		Mathildis vxor Henrici I. Ducis Brabantiæ.	Maria Imp. & Com. Bol.		
			Alidis vxor Guilielmi Com. Aruerniæ.	Robertus Com. Aruerniæ & Bol.	Robertus Com. *vt ſuprà.*

Aribo Ar. Moguntinus, Romam petens, deceſſit; eique in cathe- 1031
dra Bardo monachus ſucceſsit. *Contract.*

Rodulfus Ignauus poſtremus Burgundiæ Rex moritur: diadema 1032
eius regnique inſignia ad Conradum II. Imp. per Seligerum deferuntur. Imperatore contra Miſiconē Sclauorum, qui Poloni vocantur, Regem exercitum ductante, Odo ſororis eiuſdem Rodulfi filius, Princeps Campaniæ Gallicæ ſuprà pag. 257. memoratus, regnum Burgundiæ inuadit. *Contract.*

Robertus Rex Francorum moritur: filius eius HENRICVS ſuccedit. 1033
Conradus Imp. Campaniam Gallicam vaſtauit, donec Odo ſupplex ad eum venit. Ioanne XX. defuncto, Benedictus IX. ſuccedit. *Contract.* Caſtrum Eihamenſe, quod ad Raginerum Hannoniæ Comitem pertinebat, à Bald. Barbato Flandriæ Comite funditus euertitur; vt in Auctario Lipſiano ad Sigeberti Chronicō legitur. S. Cunegundis S. Henrici Imp. vidua, Sigefridi I. Comitis Luxeburgenſis, ſuprà pag. 231. laudati filia ad cælum migrat. Gerardus Adalberti filius Diuionenſe S. Benigni monaſterium dotat, tabulis in Romarici-monte ſcriptis. Gerardus I. Ep. Cameracenſis Abbatiam S. Andreæ (quæ eſt Benedictinorū) fundat in Caſtello Cameraceſij, quod caſtrum prædeceſſor eius Erluinus, Othone III. Imp. fauente, exſtruxerat. Conradus Imp. Maricolenſē S. Humberti Abbatiam, in qua, pulſis Canonicis, dictus Ep. Gerardus monachos collocarat, in protectionem ſuſcipit. *Not. eccleſ. Belgij c.* 83. 84.

Frederico II. Moſellanorum Duce mortuo, quia mares filios non 1034
habebat, *Gothilo Magnus* Lotharingiæ inferioris Dux, impetrato ab Imperatore etiam Ducatu Moſellanorum, in Lotharingia potentiùs principatur. *Sigeb. & ſuprà pag.* 221. Conradus Imp. iterum Burgundiam cum magnis petens copiis, Geneuam intrat, Burgardum Ar. Lugdunenſem cum aliis proceribus in deditionem accipit, & ſubingato Burgundię regno in Germaniam redit. *Contract.* Idem Imperator monaſterium S. Giſleni in Hannonia, tabulis Ratiſponę IV. Nonas Maij datis, firmat; Giſala vxore ſua, Henrico filio, Piligrino Colonienſi, Gerardo Cameracenſi, Epiſcopis, Gothilone Duce & Poppone Abbate Stabulenſi, petentibus. *Not. c.* 84. Romanus Imp. CP. inſidiis Zoës vxoris ſuæ, die 11. Aprilis periit: ſucceſſit MICHAEL Paphlago Zoës adulter, qua inſtigante Romanum interfecerat. *Curopal.*

Adalbero Dux Carentani & Iſtriæ, amiſſa Conradi Imp. gratia, 1035
Ducatu quoque priuatur. Synodus magna Triburiis prope Moguntiam procurante eodem Imperatore, habetur, cui & Gerardus Ep. Cameracenſis interfuit. *Contract. Balderic.*

1036 Piligrinus Ar. Colonienſis moritur; eique Herimannus, Othonis II. Imp. ex filia nepos, ſuccedit. Henricus Rex, Conradi II. Imp. filius, Cunihildem Canuti Danorum, Anglorum, Noruegorum & Suecorum Regis filiam, apud Nouiomagum nuptiis ſibi iungit. Conradus, eiuſdem Conradi Imp. patruelis, Ducatum patris ſui in Carentano & Iſtria, quem Adelbero habuerat, ab eodem Imperatore impetrat. Herimannus Alemanniæ Dux Marcam ſoceri ſui Meginfredi in Italia ab Imperatore accipit. *Contract.* Bald. Barbatus Flandriæ Comes moritur: ſuccedit filius eius Balduinus Inſulanus: *ſuprà pag.* 197. Odo Comes Campanienſis, *ſuprà pag.* 257. memoratus, regnum Rodulfi Burgundię Regis, auunculi ſui, à Conrado Imp. nepote ſuo repetens, Lotharingiam incurſat, & Tullum obſidet. *Sigeb.* Aicurienſe Canonicorum XII. collegium, in Gallo-Brabantia, à viro nobili *Radulfo* eiusque vxore *Giſla* fundatur: quod inde poſteà Louanium ad S. Iacobi ædem an. 1456. eſt tranſlatum. *Not. eccleſ. Belg. c.* 85. Canutus Angliæ Rex moritur; quem Haraldus excepit, & hunc Canutus. Quo vita functo, regnum Alfredro, Ethelredi filio, delatum eſt; Danis omnibus occiſis, octauo & vigeſimo anno poſtquàm Suenone Rege in Angliam venerant.

1037 Gothilo Magnus Lotharingiæ vtriuſque Dux, cum Reginardo Ep. Leodicenſi, & aliis Lotharingiæ proceribus, occurrit Odoni Campaniæ Comiti, Lotharingiam infeſtanti; & commiſſo prælio apud Barum, Odo in fuga perimitur. *Contract. Sigeb. & ſuprà pag.* 257.

1038 Henricus I. Comes Louanienſis domi ſuæ perimitur à captiuo ſuo Herimanno; eique filius *Otho* ſuccedit, breuis æui puer. Poſt Othonem patruus eius *Baldricus*, alio nomine Lambertus, collegij Canonicorum Bruxellis fundator, principatum excepit. *ſuprà pag.* 222. Reginardus Ep. Leodicenſis moritur 5. Decembris: cui anno ſequenti Nithardus ſucceſſit. Hermannus Alemannię Dux moritur, & Tridenti tumulatur. S. Stephanus Hungariæ Rex, cùm Petrum ſororis ſuæ filium pro ſe Regem conſtituiſſet, obiit. *Contract.* Bald. Inſulanus Flandriæ Comes Hugonem Hauet, Albiniaci dominum, conſtituit Aduocatum eccleſiæ Marchianenſis, & iura Aduocatiæ explicat, diplomate Atrebati dato. *Not. c.* 85.

Comites Aloſtani, qui & Domini Waſiæ fuerunt.

I. RODVLFVS de Gādano, Comes ſeu toparcha I. Aloſtanus, an. 1038. diplomati Marchianenſi, 1050. Blandinienſi, & 1056. Bertinenſi ſubſcripſit. Duxit *Giſlam*, Bald. Barbati Comitis Flandrenſis & Ogiuæ Luxeburgicæ filiam. Ex ea genuit *Balduinum*, ſuum in Comitatu Aloſtano ſucceſſorem, *Giſlebertum* conditorem familiæ de Folquingham in Anglia, & *Radulfum* Camerarium Flandriæ: quorum poſtremus dominum ſuum Robertum Flandriæ Comitem an. 1096. in Syriam ad bellum ſacrum eſt comitatus; vt Albertus Aquenſis l. 9. c. 1. & 4. narrat.

II. BALDVINVS de Gandano, Rodulfi filius, an. 1065. diplomati Haſnonienſi, 1075. Arienſi, 1080. Meſſinenſi ſubſcripſit. Meyerus l. 3. narrat, ipſum à Roberto Friſio Flandriæ Comite donatum fuiſſe toparchia Truncinij (vulgò *Dronghen*) prope Gandauū. Obiit an. 1081. aut anno proximè ſequenti. Ex Oda liberos ſex ſuſtulit, *Balduinum Craſſum* Comitem Aloſtanum, *Walterum* familiæ dominorum Tenerę mondę conditorem, *Giſlebertum*, *Engelbertum*, *Gertrudem* Arnulfo II. domino de Ardres nuptam, & *Lutgardem* monialem.

Giſle-

Giſlebertus à Lodberto Abbate Haſnonienſi prædia quędã in Raſſegem & Lede ſita an. 1088. emit. Idem in prædio ſuo Aloſtano cœnobiũ monialium Benedictinarum fundauit: in quo mater eius *Oda* & ſoror *Lutgardis* monaſticen poſteà ſunt amplexæ. Quod cœnobium an. 1096. Fulgentius I. Abbas Affligemienſis Aloſto Foreſtum prope Bruxellam, Odone Ep. Camarac. conſentiente, tranſuexit. Idem Gilebertus cruce ſignatus, cum fratre ſuo primogenito *Balduino, Radulfo* patruo ſuo ſuprà memorato (quem Meyerus fratrem eius non rectè nuncupat) *Fulcone* Giſnenſi & *Arnulfo* Ardrenſi in Orientẽ ſe contulit. Gilleberti frater *Engelbertus* dominus de Petengem, genuit *Giſlam*, Gerardo domino Niniuenſi Conſtabulario Flandriæ nuptam; ex qua natæ ſunt *Mathildis* de Niniue & *Ermengardis* de Wome.

III. BALDVINVS II. cognomento Craſſus & Magnus Robertum Friſium Flandriæ Comitem in Terram ſanctam an. 1085. euntem, cum Buchardo domino de Comines, Gerardo Caſtellano Inſuleoſi & Waltero Caſtellano Cortracenſi comitatus eſt. Bellum geſsit contra Amalricum dominum Niniuenſem Conſtabularium Flandriæ: in quo bello captus fuit; vt Balduinus Chronographus Niniuenſis narrat. Idem poſteà in Syriam, cum fratre ſuo Gilleberto & aliis (vt paulò antè dixi) ad bellum ſacrum an. 1096. profectus eſt: vbi in obſidione Nicææ periit, ſagitta in capite lęſus: vt Tyrius l.3. c.5. & Alb. Aquenſis l. 2. c. 3. narrant. Vxorem habuit *Mathildem*, vt Lamb. Ardrenſis, ſeu *Reinevvidam*, vt Meyerus eam nuncupat. Ex ea nati ſunt, *Balduinus* Luſcus, *Iuanus* Caluus, *Giſlebertus*, *Sigerus* & *Beatrix* Theoderico domino Beuerenſi nupta.

IV. BALDVINVS III. cognomento Luſcus & Barbatus duxit *Lutgardem* de Grimbergis, Arnulfi Grimbergæ domini filiam; ex qua vnicam reliquit filiam *Beatricem* Henrico Caſtellano Borburgenſi in Flandria occidua nuptam. Cæſo Carolo Bono Flandrię Comite, an. 1126. Bald. Luſcus cum aliis proceribus promouit Guilielmum Nortmannum ad Flandriæ principatum. Vitæ finem ſibi inſtare ſentiens, monachum Affligemij induit, & an. 1127. ibidem obiit ac ſepultus fuit.

V. IVANVS cognomento Caluus, fratre ſuo Balduino III. ſine prole maſcula defuncto, Aloſtanam & Waſianam ditiones occupauit; excluſa eius filia *Beatrice*. Fauit ipſi Theodericus Alſatius, quem idẽ Iuanus, poſt cædem Caroli Boni, ad Comitatum Flandrenſem obtinendum, cum Daniele Teneręmondæ domino & aliis fortiter iuuerat. Idem Iuanus Lidekercanam eccleſiam monaſterio Niniuenſi dedit; vt Balduinus Niniuenſis in ſuo Chronico refert. Truncinij inſuper Canonicos regulares ord. Præmonſtratenſis, amotis ſæcularibus clericis, an. 1136. collocauit. Vxor ipſi fuit *Laureta* ſeu Laurentia, dicti Theoderici Alſatij Flandrię Comitis & Suanahildæ filia: ex qua vnicum ſuſtulit filium *Theodericum*. Obiit an. 1146. ſepultus Truncinij.

VI. THEODERICVS in tabulis publicis ſeipſum *Dei gratia Principem Aloſti* nuncupat. Matrimonio ſibi iunxit *Laurentiam*, Balduini III. Hannoniæ Comitis & Alidæ ſeu Ermenſendæ Namurcenſis filiam; ſed ex ea prolem non ſuſtulit. Obiit autẽ an. 1165. aut 1166. & in Aloſti ac Waſiæ ditionibus ipſi ſucceſſit auunculus PHILIPPVS ALSATIVS, Flandriæ Comes; excluſa *Beatrice*, Balduini III. Comitis

X. Robertvs, Guilielmi II. & Mathildæ Tenerę̨mondanæ filius
ſecundò genitus, primùm Teneræmondæ, & poſt fratris Danielis
mortem, Betuniæ quoque dominus, an. 1248. in Sardinia apud Ca-
larim deceſſit. Ex Iſabella de Moriamez, Nicolai domini de Condè
& Moriamez filia, vnicam reliquit filiam Machtildem, quam ſibi
matrimonio iunxit Gvido Flandriæ Comes. Sicq́ue Betunia ac Te-
neræmonda Flandriæ acceſſerunt.

Henricus III. Niger Imp. confirmat Nithardo Ep. Leodicenſi 1040
Comitatum Hasbanienſem ſeu Loſſenſem, ab Arnoldo ſeu Arnulfo
Comite Loſſenſi (ſine liberis an. 1014. defuncto) anteà donatum Leo-
dicenſi eccleſiæ. Auſelmum rerum Leodicenſium ſcriptorē cap. 62.
conſule. Idem Imperator Niuellenſi nobilium virginum collegio
prędia olim ablata reſtituit; diplomate Stabuleti dato. Quod ratum
eſſe voluerunt Hermannus Colonienſis Betthelinus Bremenſis, Ni-
thardus Leodicenſis, Benno Traiectenſis, Hermannus Mimigarde-
fordenſis, Richardus Vitdunenſis, Gerardus Cameracenſis, Theo-
dericus Metenſis, Epiſcopi, itemq́ue Gothelo & Godefridus Duces.
Not. eccleſ. Belg. c. 87.

Henricus III. Imp. ſubiugat Odelricum Bohemiæ Ducem, quem 1041
Lamb. Scafnaburgenſis Preſlaum nuncupat. *Sigeb.*

Nithardus Ep. Leodicenſis moritur: cuius hoc epitaphium, lami- 1042
nę plumbeæ inſculptum, an. 1567. in tumulo eſt repertum: *Anno
incarnationis Dominicæ M. XLII. Indictione decima, IX. Kal. Septemb.
obiit Nithardus Leodicenſis Epiſcopus.* Succeſſit Wazo, aliàs Guaſo &
Guaiho. *Sigeb.*

Giſala Impetatrix, Conradi Salici vidua, moritur, & Spirę apud 1043
maritum ſepelitur. Lilerienſe Canonicorum collegium ac templum
in Arteſia excitantur à Wenemaro illius opidi domino. *Not. eccleſ.
Belg. c.* 88.

Haſpra inter Cameracum & Valentianas ſita monachis Veda- 1044
ſtinis attribuitur, tabulis Rotomagi datis, quas Richardus Nortman-
niæ Comes, Robertus Ar. Rotomagenſis frater eius, & Richardus
Richardi filius ſignarunt. *Not. c.* 88. Gothilo Magnus Lotharingię Dux
moritur. Godefridus Magnus, Gothilonis filius primogenitus, contra
Henricum III. Imp. rebellat. Gothilo Ignauus, eiuſdem Gothilonis
Magni filius ſecundò genitus, in Ducatu noſtræ Lotharingiæ infe-
rioris ſufficitur: vt ſuprà pag. 228. & 237. ex Herm. Contracto do-
cui. Benedictus Papa pellitur; ſchiſma oritur: tandem Gregorius VI.
Pontifex creatur.

Comites de Montbeliart, Bar, Monſſon & Ferrette.

Lvdovicvs I. Comes de Montbeliart, Monſſon & Ferrette an-
no 1044. vixit; de quo ſic Herm. Contractus in Chronico: *Anno 1044.
Ludouicus Comes Reginoldum Principem, Reginæ (Agnetis) auunculum,
ſed Regi Henrico inimicum, dum quoddam caſtellum eius, quod Mons-Pili-
gardæ dicitur, expugnare pararet, pugnam iniens vicit, multiſq́; caſis reliquos
fugauit.* Vxorem habuit *Sophiam*, Frederici II. Lotharingiæ Moſel-
lanæ Ducis filiam ſecundò genitam, Comitatus Barrenſis heredem,
vt ſuprà pag. 228. docui. Ex ea genuit *Theodericum*, *Fredericum*, &
Beatricem vxorem Bertoldi de Zeringen Ducis Carinthiæ, matrem

Bertoldi Ducis, & Gebehardi Ep. Conſtantienſis: vt ex Bertoldi Chronico & ex Genealogia S. Arnulfi datur intelligi. Obiit autem Sophia an.1093. in vrbe Tullenſi condita; teſte eodem Bertoldo. *Fredericus* Beatricis frater, Comes de Lucelembourg (quod eſt caſtrum haut procul à Tabernis Alſatiæ) duxit *Agnetem*, Petri Marchionis Suſæ filiam, & ex ea genuit *Petrum* de Lucelembourg, in Genealogia S. Arnulfi memoratum, & ſine liberis defunctum. Fredericus porrò fortiter ſtetit pro Gregorio VII. Papa contra Henricum IV. Cæſarem: vt idem Bertoldus narrat.

II. Theodericvs I. Ludouici filius, Comes de Montbeliart, Bar, Monſſon, Ferrette & Verdun, prope Hagenoam in Alſatia, an. 1074. cœnobium S. Walburgis, monachorum Benedictinorum, & alterum monialium in loco Bibliſheim fundauit. Ex *Ermentrude*, Guilielmi II. Audacis Burgundiæ Comitis filia, Calixti II. Papæ ſorore, genuit filios ſex, *Ludouicum* II. Comitem de Monſſon, qui an. 1097. obſidioni Nicææ vrbis interfuit & ſine liberis obiit, *Theodericum* Comitem de Montbeliart, *Rainaldum* I. Comitem de Bar & Monſſon, cuius poſteritatem paulò infrà explicabimus, *Fredericum* Comitem Ferrettæ, *Guilielmum* in Genealogia S. Arnulfi memoratum, *Stephanum* Metenſem Epiſcopum & Cardinalem à Calixto II. auunculo ſuo an. 1120. creatum, & filias duas videlicet N. Hermanni Comitis Salmenſis vxorem, & *Gunthildem* primam Abbatiſſam Bibliſheimenſis cœnobij à patre conditi.

III. Theodericvs II. Theoderici I. filius, Comes de Montbeliart (nam Comitatibus de Bar & Monſſon ſpoliatus fuit, ob mores inſolentes) ex N. filium reliquit Theodericvm III. Comitem de Montbeliart ſine liberis defunctum, & filias duas; quarum prior Richardo de Monte Falconis nupſit, & genuit *Amadeum* Comitem de Montbeliart & *Theodericum* Archiepiſcopum Veſontinum.

Comites & Duces Barrenſes.

Rainaldvs I. ſeu Reginaldus Comes de Bar & Monſſon, Theoderici I. filius tertiò genitus, Ludouici I. Comitis Montbeliardenſis nepos, patri ſuo in Comitatu etiam Virdunenſi ſuffectus, Comitatum inſuper de Briè obtinuit, Mathilde matertera ſua maiore ſine liberis defuncta. Ex *Giſla*, Gerardi de Alſatia Comitis Vaudemontani filia, ipſi nati ſunt liberi ſeptem, *Hugo* qui adoleſcens 17. annorum obiit, *Rainaldus* II. Comes Barrenſis, *Theodericus* Ep. Metenſis, *Agnes* Alberti Comitis de Chiny, *Clementia* Rainaldi Comitis Claromontani, N. Comitis Siluestri ad Rhenum vulgò *Sauuage* in Alemannia, *Stephana* Hugonis domini de Broyes, vxores. Cęterùm Rainaldus circa an. 1134. caſtrũ Bullonienſe occupauit, & an. 1147. in Syriam abiit; teſte Othone Friſingenſi.

II. Rainaldvs II. Comes de Bar, Monſſon & Briè, ex *Agnete*, filia Theobaldi Comitis Campaniæ, genuit *Henricum* I. Comitem Barrenſem an. 1193. ſine liberis in Syria mortuum, *Theobaldum* I. Comitem Barrenſem, *Rainaldum* Ep. Carnutenſem, & *Hugonem* Præpoſitum eccleſiæ Carnutenſis. Rainaldo marito ſuo an. 1170. defuncto, Agnes vidua in arce de Liney, ſuo patrimonio collegium Canonicorum 1197. inſtituit, demum ſepulta in Abbatia Trium-Fontium, agri Barrenſis.

III. Theo-

III. Theobaldvs I. Comes de Bar, Monſſon & Brié, ex *Laureta* Ludouici Comitis Loſſenſis filia, genuit *Thomaſcetam*, aliis Agnetem, Frederico Lotharingiæ Moſellanæ Duci nuptam. Ex ſecunda coniuge *Iſabella*, Guidonis Comitis Barrenſis ad Sequanam filia, nati ſunt *Henricus* II. Comes Barrenſis, & N. vxor Hugonis de Chaſtillon. Ex tertia coniuge *Iſabella*, Henrici Cæci Comitis Namurcenſis & Luxeburgenſis filia vnica, nata eſt *Iſabella*, vxor Walerami Longi, domini Falcoburgenſis, qui patrem habuit Henricum V. Comitem Limburgenſem.

IV. Henricvs II. Comes Barrenſis in prælio Bouinenſi an. 1214. pro Philippo Auguſto Francorum Rege contra Othonem IV. Cæſarem & Flandros ſtetit. Anno 1239. cum Theobaldo Rege Nauarræ & Comite Campaniæ, Hugone Duce Burgundiç, & Petro Comite Britanniæ, in Syriam ad bellum ſacrum abiit, & eodem anno ad Gazam periit; vt Marinus Sanutus lib. 3. parte 11. cap. 15. narrat. Vxorem habuit *Philippam* Roberti II. Comitis Drocenſis filiam, & ex ea procreauit *Theobaldum* II. Comitem Barrenſem, *Henricum* qui cœlebs obiit, *Rainaldum* dominum de Pierrepont, *Margaritam* dominam de Liney, Henrici Comitis Luxeburgenſis coniugem, & *Sibyllam* primùm Henrico de Salmes Comiti Blancheimenſi, poſt Ludouico de Los Comiti Chiniacenſi nuptam.

V. Theobaldvs II. duas habuit coniuges: quarum prior fuit *Ioanna*, ſoror Guidonis Flandriæ Comitis, ex qua prolem non ſuſtulit. Ex altera *Ioanna*, quæ fuit filia Ioannis domini de Tocy, genuit filios ſeptem & filias quinque. Ex filiis *Henricus* III. in Comitatu Barrenſi ſucceſſor fuit; *Ioannes* duxit Ioannam de Dreux; *Theobaldus* Leodicenſis an. 1303. *Rainaldus* Metenſis an. 1302. Epiſcopus electus fuit; *Petrus* dominus de Pierrefort filium habuit Hugonem, an. 1352. Virdunenſem Epiſcopum nominatum; *Erardus* fuit dominus de Pierrepont; *Carolus* iuuenis obiit. Ex filiabus *Philippa* Othoni IV. Burg. Comiti, *Maria* Goberto Comiti Aſpremontis nupſit: aliæ tres fuerunt, *Alidis, Margarita* & *Iſabella*.

VI. Henricvs III. Eleonoram Eduardi I. Angliæ Regis filiam duxit, & ex ea ſuſtulit *Eduardum* & *Ioannam* Ioanni Comiti de Warennes in Anglia nuptam. Obiit paulò poſt annum 1301. VII. Edvardvs I. circa an. 1337. obiit. Ex Maria, Roberti II. Burg. Ducis filia ſuſtulit *Henricum* IV. & *Alienoram* Radulfo Loth. Duci nuptam. VIII. Henricvs IV. ex Iolenta Flandrenſi domina de Caſſel, Bourbē, Dunckerke & Grauelinge, genuit *Eduardum* II. Comitem Barrenſē, qui cœlebs obiit, & *Robertum* I. Ducem Barrenſem. Obiit 1344.

IX. Robertvs ex Comite Dux primus Barrenſis circa an. 1357. à Ioanne Francorum Rege creatus, idemque Marchio Muſſipontanus, ex Maria Ioannis Francorum Regis filia liberos ſuſtulit, *Henricum* & *Philippum*, qui in bello Hungarico contra Turcas 1396. perierunt, *Eduardū* III. Ducem Barrenſem, *Ludouicum* Cardinalem, *Carolum*, *Ioannem*, omnes ſine liberis defunctos; *Iolentam* Ioanni I. Aragoniæ Regi, *Mariam* Guilielmo Comiti Namurcēſi, & *Bonam* Waleramo Luxēburgio Comiti S. Pauli, *Iolentam* iuniorem, alius Mariam, Adolfo Duci Montenſi, & *Ioannam* Theodoro Paleologo Marchioni Montis-Ferrati, nuptas. Ex his *Henricus* primò genitus duxit *Mariam* de Coucy, filiam heredem Enguerrami domini de Coucy, Marle, Fere, Oiſy, itemque Comitis Sueſſionenſis; ex qua ſuſtulit *Robertum* de

Bar,

confoſſus, inter martyres adſc ibi meruit, multis poſt obitum miraculis clarus.

1025 Durandus Ep. Leodicenſis X. Kal Februarij moritur: ſuccedit Reginardus. Rebellio excitatur contra Conradum Regem à patruele eius Conrado, Conradi Ducis & Mathildæ filio, & ab Erneſto Duce Alemanniæ, eius priuigno, Welfone quoque Sueuigena Comite, & aliis plurimis. *Contract.* Baſilius Imp. Græcus moritur.

1026 Conradus Rex cum exercitu in Italiam tranſit, & Paſchate Vercellis celebrato, totam ferè Italiam, præter Lucam Tuſciæ vrbem, ſibi ſubiugat. *Contract.* Burchardus Ep. Wormatienſis (qui Olberto Gemblacenſi Abbate adiutante libros XX. Decretorũ concinnauit) moritur. Gothilone Magno Lotharingiæ Duce, qui regnum Conradi Imp. infeſtabat, & aliis proceribus ad pacis vnitatem adductis, regno tranquillitas accreuit. *Sigeb.*

1027 Conradus Rex Lucam, cum Reginhero Marchione, in deditionem accipit, Romamque perueniens à Ioanne XX. Papa, in die Paſchæ, Imperator coronatur: & ſubacta Italia in Alemanniam reuerſus, apud Vlmam placitum habet. Conradus, Contadi Imp. patruelis, Erneſtus Dux & Welfo Comes ibidem Imperatori ſeſe dedunt. Werinharius Ep. Argentinenſis Conſtantinopolim à Conrado Imp. legatus mittitur, & ibi anno ſequenti defunctus Guilielmum accipit ſucceſſorem. *Contract.* Adela Roberti Francorum Regis filia nubit Balduino Inſulano, Bald. Barbati Flandriæ Comitis filio. Adelboldus Ep. Vltraiectinus hoc anno moritur, vt in ms. Chronico eccleſiæ Marianæ Vltraiectenſis legitur. Is templum S. Walburgis Tilæ à Danis deſtructum reędificauit, & Canonicos in eo collocauit; qui poſteà Arnhemium migrarunt. Adelboldo ſucceſſit Bernoldus.

1028 Henricus, Conradi Imp. filius, Aquiſgrani in die Paſchę Rex à Principibus adhuc puęr electus, à Piligrino Ar. Colonienſi vngitur. *Contract.* Fulbertus Ep. Carnetenſis IV. Idus Aprilis moritur: vt ex eius epitaphio conſtàt. Florent Odilo Cluniacenſis, Poppo Stabulenſis, Richardus S. Vitoni Virdunenſis, Berno Augienſis, Abbates, itemque Guido Aretinus, magni nominis Muſicus apud Italos, qui ſex illas notas, quibus hodie vtimur, inſtituit. *Sigeb.* Bald. Barbatus Flandriæ Comes, pulſis Canonicis, in opido Bergenſi nouum S. Winoco cœnobium ac templum ſtatuit; ad quod, ex æde Martiniana, eiuſdem S. Winoci oſſa tranſtulit, & monachos Bertinianos adduxit. Eodem tempore cœnobium Marchianenſe, à Nortmannis euerſum, Bald. Barbatus reſtituit, dimiſſiſque monialibus, eò monachos Vedaſtinos adduxit, Leduino illis Abbate dato. Lenſienſis apud Arteſios eccleſia hoc ipſo anno ſacerdotes cœpit habere Canicos, dotante Lamberto Lenſienſi Comite, Euſtathij II. Comitis Bolonienſis fratre. Vnde verſiculi:

Anno milleno, ter deno, bis minus vno,
Hunc intrare chorum cœpit grex Canonicorum.

Conſtantinus, Baſilij an. 1025. defuncti frater, Imperator CP. menſe Nouembri moritur. Romanus Argyrus coniugem priorem coactus relinquere, cum Zoę Conſtantini filia capit imperium.

1029 Raginerus IV. Comes Hannonienſis moritur; relicta vnica filia herede RICHILDE, pòſt Balduino VI. Flandriæ Comiti nupta, quæ marito ſuo Hannoniam in dotem attulit. Idem Raginerus corpus

S.

S. Veroni confeſſoris Lembeca, municipio Hallis vicino, Montes Hannoniæ an. 1004. tranſtulit: eiuſque iuſſu Olbertus Abbas Gemblacenſis ſcripſit hiſtoriam tranſlationis ac miraculorum, quæ Gemblaci ms. exſtat. Robertus Fr. Rex Aurelianis templum S. Aniano ſtructum ſolemni ritu conſecrandum curat.

Erneſtus Sueuiæ Dux ob repetitam rebellionem, Ducatu priuatur: & frater eius iunior Hermannus Dux efficitur. Conradus II. Imp. cum Stephano Hungarorũ Rege pacem bello finito firmat. *Contract.* Furnis à Balduino Barbato Flandriæ Comite templum nouum S. Walburgi exſtruitur. Vxor eius Otgiua IX. Kal. Martias moritur, ſepulta in Blandinienſi cœnobio cum Giſela ſorore. *Meyerus.* Camaracenſis B. Mariæ baſilica cathedralis, cui ædificandæ Gerardus I. Epiſcopus ſeptennium impenderat, ab eodẽ conſecratur. *Balderic. l. 3. c. 49.* Otheboldus monaſterij S. Bauonis Gandenſis Abbas, epiſtola ad Orginam Flandriæ Comitiſſam Balduini Barbati coniugem circa an. 1030. ſcripta recenſet Sanctos in illo monaſterio tunc quieſcentes. *Not. eccleſ. Belgij c. 82.* 1030

Comites Bolonienſes & Lenſenſes ſeu Lenſienſes in Arteſia.

Guilielmus Pontiui Comes Arnulfo II. Flandriæ Comiti Bolonienſe & Taruanenſe territorium an. 965. eripuit. Is filios quattuor reliquit, *Hilduinum* Pontiui, *Ernuculum* ſiue Arnulfum Boloniæ, *Hugonem* Taruanæ ſeu S. Pauli, Comites, & N. anonymũ qui duxit heredem Aduocatiæ monaſterij S. Walerici. I. ERNVCVLVS ſiue Arnulfus I. Comes Bolonienſis an. 972. vixit. II. Eius filius BALDVINVS, in Comitatu ſucceſſor, duxit Adelam ſeu Adelinam de Gandauo, Arnulfi Comitis Gandenſis ſuprà pag. 230. laudati filiam, & ex ea *Arnulfum* ſine liberis defunctum, *Euſtathium* I. Comitem Bolonienſem, & *Mathildem* Ardulfi Comitis Giſnenſis, ſuprà pag. 258. memorati, vxorem procreauit.

III. EVSTATHIVS I. Comes Bolonienſis duxit *Mathildem* Lamberti II. Comitis Louanienſis ſuprà pag. 222. laudati filiam. Ex ea ſuſtulit *Euſtathium* II. Com. Bolonienſem, *Lambertum* Lenſenſem Comitem an. 1054. ſine liberis defunctum, *Goſridum* Ep. Pariſienſem, & *Gerbergã* Frederico Lotharingię inferioris Duci ſexto, ſuprà pag. 237. memorato, nuptam. Euſtathius I. cum patre ſuo Ernuculo & fratre Arnulfo in monaſterio S. Vulmari de Nemore ſepultus iacet: vt Lambertus Ardenſis in Hiſtoria Comitum Giſnenſium tradit.

IV. EVSTATHIVS II. Com. Bolonienſis fratri ſuo *Lamberto Comiti Lenſenſi Inſla an. 1054. occiſo* in Comitatu Lenſenſi apud Arteſios ſucceſsit; vt Baldericus in Chron. Camaracenſi l. 3. c. 78. tradit: atque ex eo tempore Comitatus Lenſenſis in familia Comitum Bolonienſium diu manſit. Ex Ida God. Barbati Lotharingiæ vtriuſque Ducis filia *Euſtathium* III. Comitem Bolonienſem & Lenſenſem, *God. Bullonium* & *Balduinum*, Hieroſolymitanos ex ordine Reges, & filias duas procreauit. Quarum prior *Agnes*, aliis Adelheida, Henrico IV. Romanorum Regi nupta, ſed paulò pòſt repudiata fuiſſe dicitur: altera N. ex Cunone Montis acuti Comite (qui cum God. Bullonio expeditioni Hieroſolymitanæ interfuit) Lambertum genuit. Vtriuſque filiæ Ordericus Vitalis meminit. His Euſtathij II. liberis Guil. Tyrius, lib. De bello ſacro, Guilielmum adiungit.

V. EVSTA-

V. Eustathius III. Com. Bolonienſis & Lenſenſis ex Syria in Belgicā circa an. 1002. rediit, & ex Maria coniuge filiā heredē *Mathildem* moriens reliquit. Idē habnit filiū *Rodulfum*; vt ex diplomate Lenſenſi (quod an. 1122. datum in Not. eccleſ. Belgij c. 133. publicaui) conſtat; ſed is aut naturalis fuit, aut ante patrem ſine liberis obiit. VI. Mathildis ex Stephano Bleſenſi, pòſt Angliæ Rege, peperit *Euſtathiū* & *Guilielmum* ſine liberis mortuos, itemq́ue *Mariam* Matthęo, Theoderici Alſatij Flandriæ Comitis filio, iunctam. De qua in Auctario Aquicinctino, ad calcem Chronici Sigebertini à nobis editi, ſic legitur: *Anno 1160. obiit Guilielmus, filius Stephani Regis Angliæ, Comes Boloniæ & Dapifer Regis Angliæ, ſine herede. Matthæus verò, filius Theoderici Comitis Flandriæ, Mariam filiam Stephani Regis Anglorum, Abbatiſſam raptam de monaſterio, vbi erat Deo ſacrata, per violentiam Henrici Regis Anglorum, ducit vxorem, & per eam obtinet Comitatum Bolonienſem. Qua de cauſſa à Samſone Remorum Archiepiſcopo, eiusq́; ſuffraganeis Epiſcopis excommunicatus eſt, & à patre ſuo Theoderico, & à fratre Philippo, propter caſtellum Lens, quod aduerſus eos iure hereditario repetebat, eſt iniuriatus. Anno 1182. Maria Comitiſſa, tertio decimo anno poſtquàm reſumpſerat habitum ſanctimonialis, apud Monaſteriolum moritur & ſepelitur.*

	Hildminus Com. Pontiui.	Arnulfus ſine liberis.	Euſtathius II. Com. Bol.	Euſtathius III. Com. Bol. 1122.	Rodulfus ſine liberis.
Guilielmus Co. Pontiui 965.	Ernuculus Com. Bol. 972.	Euſtathius I. Com. Bol.	Lambertus Co. Lenſenſis ob. 1054.	God. Bullonius.	—
	Hugo I. Co. S. Pauli.	Mathildis vxor Ardolfi Com. Giſn.	Gofridus Epiſ. Pariſ.	Balduinus.	Mathildis vx. Stephani Regis Angliæ *ſuprà pag. 257.*
				Agnes.	
	N. filius.		Gerberga.	N. vxor Cononis Com.	

Matthęus porrò ex Maria duas ſuſtulit filias, *Idam* & *Mathildem* Henrico I. Brabantiæ Duci nuptam. Ida Comitiſſa Bolonienſis an. 1181. nupſit *Gerardo* Gelriæ Comiti; Quo breui pòſt, non excitata prole, defuncto, eadē Ida an. 1183. *Reinaldo* Comiti Dom-martinenſi iuncta, *Mathildem* peperit. Mathildis Bolonienſis, Dom-martinenſis & Mortanienſis apud Nortmannos Comitiſſa, duos habuit maritos, *Philippum* Clari-montis Comitem, Philippi Francorum Regis filium, & *Alfonſum* Portugalenſem, qui demùm Rex Portugaliæ obiit. Teſtamentum ab hac Mathilde an. 1241. ſcriptum, in Not. eccleſ. Belgij c. 212. exſtat. Ex priore marito nata eſt *Ioanna* vxor Walteri de Chaſtillon, quæ ſine liberis ante matrem obijt.

Poſt Mathildæ eiusq́ue filiæ Ioannę obitum, Maria Henrici I. Brabantiæ Ducis & Mathildæ Bolonienſis filia, Othonis IV. Imp. vidua, an. 1259. à Parlamento Pariſienſi declarata fuit heres Comitatus Bolonienſis. Mariæ porrò ſine liberis defunctæ ſucceſſit ſoror Alida, *Guilielmi* Aruerniæ Comitis vidua; & huic filius Robertus Aruerniæ ac Boloniæ Comes. Robertus ex Beatrice domina de Montgaſcon Robertum II. genuit, qui an. 1312. duxit *Mariam* Flandrenſem, Guilielmi Teneræmondæ domini filiam: vt Quercetanus Hiſt. Drocenſis l. 2. c. 1, docet.

Mathil-

Mathildis Comitiſſa Bol. vxor Stephani Regis Angliæ.	Euſtathius ſine lib.				
	Guilielmus Com. Bol. ob. 1160. ſine liberis.				
	Maria Com. Bol. iuncta Matthæo Flandrenſi.	Ida Comitiſſa Bol. vx. Reinaldi Co. Dommartinenſis.	Mathildis Com. Bol. vx. Walteri de Chaſtillon.	Ioanna obijt ante matrem ſine liberis.	
		Mathildis vxor Henrici I. Ducis Brabantiæ.	Maria Imp. & Com. Bol.		
			Alidis vxor Guilielmi Com. Aruerniæ.	Robertus Com. Aruerniæ & Bol.	Robertus Com. vt *ſuprà.*

Aribo Ar. Moguntinus, Romam petens, deceſſit; eique in cathedra Bardo monachus ſucceſsit. *Contract.* 1031

Rodulfus Ignauus poſtremus Burgundiæ Rex moritur: diadema eius regnique inſignia ad Conradum II. Imp. per Seligerum deferuntur. Imperatore contra Miſiconẽ Sclauorum, qui Poloni vocantur, Regem exercitum ducante, Odo ſororis eiuſdem Rodulfi filius, Princeps Campaniæ Gallicæ ſuprà pag. 257. memoratus, regnum Burgundiæ inuadit. *Contract.* 1032

Robertus Rex Francorum moritur: filius eius HENRICVS ſuccedit. 1033
Conradus Imp. Campaniam Gallicam vaſtauit, donec Odo ſupplex ad eum venit. Ioanne XX. defuncto, Benedictus IX. ſuccedit. *Contract.* Caſtrum Eihamenſe, quod ad Raginerum Hannoniæ Comitem pertinebat, à Bald. Barbato Flandriæ Comite funditus euertitur; vt in Auctario Lipſiano ad Sigeberti Chronicō legitur. S. Cunegundis S. Henrici Imp. vidua, Sigefridi I. Comitis Luxeburgenſis, ſuprà pag. 231. laudati filia ad cælum migrat. Gerardus Adalberti filius Diuionenſe S. Benigni monaſterium dotat, tabulis in Romarici-monte ſcriptis. Gerardus I. Ep. Cameracenſis Abbatiam S. Andreæ (quæ eſt Benedictinorū) fundat in Caſtello Cameraceſij: quod caſtrum prædeceſſor eius Erluinus, Othone III. Imp. fauente, exſtruxerat. Conradus Imp. Maricolenſẽ S. Humberti Abbatiam, in qua, pulſis Canonicis, dictus Ep. Gerardus monachos collocarat, in protectionem ſuſcipit. *Not. eccleſ. Belgij c.* 83. 84.

Frederico II. Moſellanorum Duce mortuo, quia mares filios non habebat, *Gothilo Magnus* Lotharingiæ inferioris Dux, impetrato ab Imperatore etiam Ducatu Moſellanorum, in Lotharingia potentiùs principatur. *Sigeb. & ſuprà pag.* 221. Conradus Imp. iterum Burgundiam cum magnis petens copiis, Geneuam intrat, Burgardum Ar. Lugdunenſem cum aliis proceribus in deditionem accipit, & ſubiugato Burgundię regno in Germaniam redit. *Contract.* Idem Imperator monaſterium S. Gisleni in Hannonia, tabulis Ratiſponę IV. Nonas Maij datis, firmat; Giſala vxore ſua, Henrico filio, Piligrino Colonienſi, Gerardo Cameracenſi, Epiſcōpis, Gothilone Duce & Poppone Abbate Stabulenſi, petentibus. *Not. c.* 84. Romanus Imp. CP. inſidiis Zoës vxoris ſuæ, die 11. Aprilis periit: ſucceſſit MICHAEL Paphlago Zoës adulter, qua inſtigante Romanum interfecerat. *Curopal.* 1034

Adalbero Dux Carentani & Iſtriæ, amiſſa Conradi Imp. gratia, Ducatu quoque priuatur. Synodus magna Triburiis prope Moguntiam procurante eodem Imperatore, habetur, cui & Gerardus Ep. Cameracenſis interfuit. *Contract. Balderic.* 1035

1036 Piligrinus Ar. Colonienſis moritur; eiq́ue Herimannus, Othonis II. Imp. ex filia nepos, ſuccedit. Henricus Rex, Conradi II. Imp. filius, Cunihildem Canuti Danorum, Anglorum, Noruegorum & Suecorum Regis filiam, apud Nouiomagum nuptiis ſibi iungit. Conradus, eiuſdem Conradi Imp. patruelis, Ducatum patris ſui in Carentano & Iſtria, quem Adelbero habuerat, ab eodem Imperatore impetrat. Herimannus Alemanniæ Dux Marcam ſoceri ſui Meginfredi in Italia ab Imperatore accipit. *Contract.* Bald. Barbatus Flandriæ Comes moritur: ſuccedit filius eius Balduinus Inſulanus: *ſuprà pag.* 197. Odo Comes Campanienſis, *ſuprà pag.* 257. memoratus, regnum Rodulfi Burgundię Regis, auunculi ſui, à Conrado Imp. nepote ſuo repetens, Lotharingiam incurſat, & Tullum obſidet. *Sigeb.* Aicurienſe Canonicorum XII. collegium, in Gallo-Brabantia, à viro nobili *Radulfo* eiusq́ue vxore *Giſla* fundatur: quod inde poſteà Louanium ad S. Iacobi ædem an. 1456. eſt tranſlatum. *Not. eccleſ. Belg. c.* 85. Canutus Angliæ Rex moritur; quem Haraldus excepit, & hunc Canutus. Quo vita functo, regnum Alfredro, Ethelredi filio, delatum eſt; Danis omnibus occiſis, octauo & vigeſimo anno poſtquàm Suenone Rege in Angliam venerant.

1037 Gothilo Magnus Lotharingiæ vtriuſq́ue Dux, cum Reginardo Ep. Leodicenſi, & aliis Lotharingiæ proceribus, occurrit Odoni Campaniæ Comiti, Lotharingiam infeſtanti; & commiſſo prælio apud Barum, Odo in fuga perimitur. *Contract. Sigeb. & ſuprà pag.* 257.

1038 Henricus I. Comes Louanienſis domi ſuæ perimitur à captiuo ſuo Herimanno; eiq́ue filius *Otho* ſuccedit, breuis æui puer. Poſt Othonem patruus eius *Baldricus*, alio nomine Lambertus, collegij Canonicorum Bruxellis fundator, principatum excepit. *ſuprà pag.* 222. Reginardus Ep. Leodicenſis moritur 5. Decembris: cui anno ſequenti Nithardus ſucceſſit. Hermannus Alemannię Dux moritur, & Tridenti tumulatur. S. Stephanus Hungariæ Rex, cùm Petrum ſororis ſuæ filium pro ſe Regem conſtituiſſet, obiit. *Contract.* Bald. Inſulanus Flandriæ Comes Hugonem Hauet, Albiniaci dominum, conſtituit Aduocatum eccleſiæ Marchianenſis, & iura Aduocatiæ explicat, diplomate Atrebati dato. *Not. c.* 85.

Comites Aloſtani, qui & Domini Waſia fuerunt.

Rodvlfvs de Gãdano, Comes ſeu toparcha I. Aloſtanus, an. 1038. diplomati Marchianenſi, 1050. Blandinienſi, & 1056. Bertinenſi ſubſcripſit. Duxit *Giſlam*, Bald. Barbati Comitis Flandrenſis & Otgiuæ Luxeburgicæ filiam. Ex ea genuit *Balduinum*, ſuum in Comitatu Aloſtano ſucceſſorem, *Giſlebertum* conditorem familiæ de Folquingham in Anglia, & *Radulfum* Camerarium Flandriæ: quorum poſtremus dominum ſuum Robertum Flandriæ Comitem an. 1096. in Syriam ad bellum ſacrum eſt comitatus; vt Albertus Aquenſis l. 9. c. 1. & 4. narrat.

II. Baldvinvs de Gandano, Rodulfi filius, an. 1065. diplomati Haſnonienſi, 1075. Arienſi, 1080. Meſſinenſi ſubſcripſit. Meyerus l. 3. narrat, ipſum à Roberto Friſio Flandriæ Comite donatum fuiſſe toparchia Truncinij (vulgò *Dronghen*) prope Gandauũ. Obiit an. 1081. aut anno proximè ſequenti. Ex Oda liberos ſex ſuſtulit, *Balduinum Craſſum* Comitem Aloſtanum, *Walterum* familiæ dominorum Teneręmondę conditorem, *Giſlebertum*, *Engelbertum*, *Gertrudem* Arnulfo II. domino de Ardres nuptam, & *Lutgardem* monialem.

Giſle-

Anni vulgares Christi.

Giſlebertus à Lodberto Abbate Haſnonienſi prædia quędā in Raſſegem & Lede ſita an. 1088. emit. Idem in prædio ſuo Aloſtano cœnobiū monialium Benedictinarum fundauit: in quo mater eius *Oda* & ſoror *Lutgardis* monaſticen poſteà ſunt amplexæ. Quod cœnobium an. 1096. Fulgentius I. Abbas Affligemienſis Aloſto Foreſtum prope Bruxellam, Odone Ep. Camarac. conſentiente, tranſuexit. Idem Giſlebertus cruce ſignatus, cum fratre ſuo primo genito *Balduino, Radulfo* patruo ſuo ſuprà memorato (quem Meyerus fratrem eius non rectè nuncupat) *Fulcone* Giſnenſi & *Arnulfo* Ardrenſi in Orientē ſe contulit. Giſleberti frater *Engelbertus* dominus de Petengem, genuit *Giſlam*, Gerardo domino Niniuenſi Conſtabulario Flandriæ nuptam; ex qua natæ ſunt *Mathildis* de Niniue & *Ermengardis* de Wome.

III. Balduinus II. cognomento Craſſus & Magnus Robertum Friſium Flandriæ Comitem in Terram ſanctam an. 1085. euntem, cum Buchardo domino de Comines, Gerardo Caſtellano Inſulenſi & Waltero Caſtellano Cortracenſi comitatus eſt. Bellum geſsit contra Amalricum dominum Niniuenſem Conſtabularium Flandriæ: in quo bello captus fuit; vt Balduinus Chronographus Niniuenſis narrat. Idem poſteà in Syriam, cum fratre ſuo Gilleberto & aliis (vt paulò antè dixi) ad bellum ſacrum an. 1096. profectus eſt: vbi in obſidione Nicææ periit, ſagitta in capite læſus: vt Tyrius l. 3. c. 5. & Alb. Aquenſis l. 2. c. 3. narrant. Vxorem habuit *Mathildem*, vt Lamb. Ardrenſis, ſeu *Reineuvidam*, vt Meyerus eam nuncupat. Ex ea nati ſunt, *Balduinus* Luſcus, *Iuanus* Caluus, *Giſlebertus*, *Sigerus* & *Beatrix* Theoderico domino Beuerenſi nupta.

IV. Balduinus III. cognomento Luſcus & Barbatus duxit *Lutgardem* de Grimbergis, Arnulfi Grimbergæ domini filiam; ex qua vnicam reliquit filiam *Beatricem* Henrico Caſtellano Borburgenſi in Flandria occidua nuptam. Cæſo Carolo Bono Flandrię Comite, an. 1126. Bald. Luſcus cum aliis proceribus promouit Guilielmum Nortmannum ad Flandriæ principatum. Vitæ finem ſibi inſtare ſentiens, monachum Affligemij induit, & an. 1127. ibidem obiit ac ſepultus fuit.

V. Ivanus cognomento Caluus, fratre ſuo Balduino III. ſine prole maſcula defuncto, Aloſtanam & Waſianam ditiones occupauit; excluſa eius filia *Beatrice*. Fauit ipſi Theodericus Alſatius, quem idē Iuanus, poſt cædem Caroli Boni, ad Comitatum Flandrenſem obtinendum, cum Daniele Teneręmondæ domino & aliis fortiter iuuerat. Idem Iuanus Lidekercanam eccleſiam monaſterio Niniuenſi dedit; vt Balduinus Niniuenſis in ſuo Chronico refert. Truncinij inſuper Canonicos regulares ord. Præmonſtratenſis, amotis ſæcularibus clericis, an. 1136. collocauit. Vxor ipſi fuit *Laureta* ſeu Laurentia, dicti Theoderici Alſatij Flandrię Comitis & Suanahildæ filia: ex qua vnicum ſuſtulit filium *Theodericum*. Obiit an. 1146. ſepultus Truncinij.

VI. Theodericus in tabulis publicis ſeipſum *Dei gratia Principem Aloſti* nuncupat. Matrimonio ſibi iunxit *Laurentiam*, Balduini III. Hannoniæ Comitis & Alidæ ſeu Ermenſendæ Namurcenſis filiam; ſed ex ea prolem non ſuſtulit. Obiit antē an. 1165. aut 1166. & in Aloſti ac Waſiæ ditionibus ipſi ſucceſſit auunculus Philippus Alsatius, Flandriæ Comes; excluſa *Beatrice*, Balduini III. Comitis

Aloſtani filia, Henrici Caſtellani Borburgenſis coniuge, & ab eo tempore Comitatus Aloſtanus cum Flandrenſi coniunctus permanſit.

1039 Contadus II. Salicus Imp. Vltraiecti (quod Traiectum Freſiæ Herm. Contractus nuncupat) V. Nonas Iunij moritur, pòſt Spiræ conditus. Filius eius HENRICVS III. Niger regni gubernacula ſuſcipit. *Contract. Scafnab.* Subſequente menſe Auguſto Gerardus I. Ep. Camre cenſis, cum Henrico Rege, Traiectum Moſæ venit, & rogatu Nithardi Ep. Leodicenſis leuauit oſſa SS. Epiſcoporum Monulfi, Gondulfi, Valentini & Candidi: & conſecrata eſt ibidem baſilica in honorem S. Seruatij. *Balder. Chron. Camerac. l. 3. c. 56.* Saſwalo Caſtellanus Inſulenſis in diœceſi Tornacenſi fundat Abbatiam Falempinenſem Canonicorũ nunc regularium; eamq; Hugo Ep. Nouiomenſis ac Tornacenſis ſuo diplomate firmat. *Not. eccleſ. Belgy c.* 86.

Domini Betuniæ, qui & Aduocati Atrebatenſes fuerunt.

Betunia opidum Arteſiæ olim potentes habuit Toparchas, qui illuſtris monaſterij Vedaſtini, in Atrebatenſi vrbe ſiti, quondam Aduocati fuerunt; ideoque paſſim Aduocati Atrebatenſes nuncupantur. ROBERTVS I. circa an. 999. Betunienſe S. Bartholomæi templum condidit, & in eo Canonicos collocauit; vt habet vetus illius eccleſię traditio. ROBERTVS II. circa an. 1040. Henniaci (vulgò *Hennin Lietarde*) collegium XII. Canonicorum, qui nunc ſunt regulares, fundauit: vt Baldericus in Chron. Camerac. l. 2. c. 23. narrat. ROBERTVS III. an. 1066. Inſulenſe diploma ſignauit. *Not. eccleſ. Belgij c. 86. 95.* ROBERTVS IV. an. 1097. diploma Montis S. Eligij lib. citatò c. 120. firmauit. Idem circa an. 1098. in Syria militauit; cuius & Meyerus in geſtis anni 1096. meminit. ROBERTVS V. cum filio ſuo Guilielmo I. tabulas Henniacenſes an. 1123. firmauit. *Not. c.* 134.

VI. GVILIELMVS I. Betuniæ dominus, Roberti filius, an. 1130. vixit.

VII. ROBERTVS RVFVS, Guilielmi filius, an. 1169. Arienſe, & an. 1177. Warneſtonenſe diploma firmauit: quæ in citata Not. c. 163. & 166. exſtant. Ex Adeliſa ſex filios, *Robertum* qui puer obiit, *Guilielmum* II. *Balduinum*, *Ioannem* Ep. Cameracenſem, *Cononem*, *Anſelmum*, & filias quattuor, *Clementiam*, *Eliſabetham*, *Mathildem*, *Margaritam*, procreauit. Ex his *Cono*, cum fratre ſuo *Guilielmo*, an. 1204. expeditioni Conſtantinopolitanæ interfuit: vt ex Vilharduino conſtat.

VIII. GVILIELMVS II. Betuniæ dominus an. 1190. Ninineuſe, anno 1194. Warneſtonenſe, 1197. Bertinenſe, & 1203. Dunenſe, monaſteria dotauit. Ex *Mathilde* Teneremondę domina quinque filios *Danielem*, *Robertum*, *Balduinum* ſine liberis defunctum, *Ioannem*, *Guilielmum*, & duas filias *Adelidem* ac *Mathildem*, ſuſtulit: vt Quercetanus in Hiſt. Giſnenſi l. 4. c. 13. tradit.

IX. DANIEL Betuniæ dominus ex Euſtathia, Gualcheri domini de Chaſtillon & Eliſabethæ Comitiſſæ S. Pauli filia, prolem non ſuſtulit, & an. 1233. deceſſit. Danieli ſucceſſit *Robertus* infrà laudandus. *Ioannes* Eliſabetham S. Pauli Comitiſſam, Gualcheri de Chaſtillon ſupranominati viduam an. 1234. duxit, ſed ex ea prolem non ſuſtulit. *Guilielmus* Molembecę dominus ex Eliſabetha Pontis Rorardi domina genuit *Ægidium* Molembecę & *Guilielmum* Pontis Rorardi dominos. A Guilielmo Dux Sulliaci & alij Betunij, qui in Francia ſuperſunt, ſtirpem ſuam deducunt.

X. Ro-

X. Robertvs, Guilielmi II. & Mathildæ Tenerçmondanæ filius ſecundò genitus, primùm Teneræmondæ, & poſt fratris Danielis mortem, Betuniæ quoque dominus, an. 1248. in Sardinia apud Calarim deceſſit. Ex Iſabella de Moriamez, Nicolai domini de Condè & Moriamez filia, vnicam reliquit filiam Machtildem, quam ſibi matrimonio iunxit Gvido Flandriæ Comes. Sicq́ue Betunia ac Teneræmonda Flandriæ acceſſerunt.

Henricus III. Niger Imp. confirmat Nithardo Ep. Leodicenſi Comitatum Hasbanienſem ſeu Loſſenſem, ab Arnoldo ſeu Arnulfo Comite Loſſenſi (ſine liberis an. 1014. defuncto) anteà donatum Leodicenſi eccleſiæ. Anſelmum rerum Leodicenſium ſcriptorē cap. 62. conſule. Idem Imperator Niuellenſi nobilium virginum collegio prędia olim ablata reſtituit; diplomate Stabuleti dato. Quod ratum eſſe voluerunt Hermannus Colonienſis Betthelinus Bremenſis, Nithardus Leodicenſis, Benno Traiectenſis, Hermannus Mimigardefordenſis, Richardus Virdunenſis, Gerardus Cameracenſis, Theodericus Metenſis, Epiſcopi, itemq́ue Gothelo & Godefridus Duces. *Not. eccleſ. Belg. c.* 87. 1040

Henricus III. Imp. ſubiugat Odelricum Bohemiæ Ducem, quem Lamb. Scafnaburgenſis Preſlaum nuncupat. *Sigeb.* 1041

Nithardus Ep. Leodicenſis moritur: cuius hoc epitaphium, laminę plumbeæ inſculptum, an. 1567. in tumulo eſt repertum: *Anno incarnationis Dominicæ M. XLII. Indictione decima, IX. Kal. Septemb. obiit Nithardus Leodicenſis Epiſcopus.* Succeſſit Wazo, aliàs Guaſo & Guatho. *Sigeb.* 1042

Giſala Imperatrix, Conradi Salici vidua, moritur, & Spirę apud maritum ſepelitur. Lilerienſe Canonicorum collegium ac templum in Arteſia excitantur à Wenemaro illius opidi domino. *Not. eccleſ. Belg. c.* 88. 1043

Haſpra inter Cameracum & Valentianas ſita monachis Vedaſtinis attribuitur, tabulis Rotomagi datis, quas Richardus Nortmanniæ Comes, Robertus Ar. Rotomagenſis frater eius, & Richardus Richardi filius ſignarunt. *Not. c.* 88. Gothilo Magnus Lotharingię Dux moritur. Godefridus Magnus, Gothilonis filius primogenitus, contra Henricum III. Imp. rebellat. Gothilo Ignauus, eiuſdem Gothilonis Magni filius ſecundò genitus, in Ducatu noſtræ Lotharingiæ inferioris ſufficitur: vt ſuprà pag. 228. & 237. ex Herm. Contracto docui. Benedictus Papa pellitur; ſchiſma oritur: tandem Gregorius VI. Pontifex creatur. 1044

Comites de Montbeliart, Bar, Monſſon & Ferrette.

Lvdovicvs I. Comes de Montbeliart, Monſſon & Ferrette anno 1044. vixit; de quo ſic Herm. Contractus in Chronico: *Anno* 1044. *Ludouicus Comes Reginoldum Principem, Reginæ (Agnetis) auunculum, ſed Regi Henrico inimicum, dum quoddam caſtellum eius, quod Mons-Peligardæ dicitur, expugnare pararet, pugnam iniens vicit, multisq́ caſis reliquos fugauit.* Vxorem habuit *Sophiam*, Frederici II. Lotharingiæ Moſellanæ Ducis filiam ſecundò genitam, Comitatus Barrenſis heredem, vt ſuprà pag. 228. docui. Ex ea genuit *Theodericum, Fredericum*, & *Beatricem* vxorem Bertoldi de Zeringen Ducis Carinthiæ, matrem

III. Theobaldvs I. Comes de Bar, Mouſſon & Brié, ex *Laureta* Ludouici Comitis Loſſenſis filia, genuit *Thomaſcetam*, aliis Agnetem, Frederico Lotharingiæ Moſellanæ Duci nuptam. Ex ſecunda coniuge *Iſabella*, Guidonis Comitis Barrenſis ad Sequanam filia, nati ſunt *Henricus* II. Comes Barrenſis, & N. vxor Hugonis de Chaſtillon. Ex tertia coniuge *Iſabella*, Henrici Cæci Comitis Namurcenſis & Luxeburgenſis filia vnica, nata eſt *Iſabella*, vxor Walerami Longi, domini Falcoburgenſis, qui patrem habuit Henricum V. Comitem Limburgenſem.

IV. Henricvs II. Comes Barrenſis in prælio Bouiuenſi an. 1214. pro Philippo Auguſto Francorum Rege contra Othonem IV. Cæſarem & Flandros ſtetit. Anno 1239. cum Theobaldo Rege Nauarræ & Comite Campaniæ, Hugone Duce Burgundię, & Petro Comite Britanniæ, in Syriam ad bellum ſacrum abiit, & eodem anno ad Gazam periit; vt Marinus Sanutus lib. 3. parte 11. cap. 15. narrat. Vxorem habuit *Philippam* Roberti II. Comitis Drocenſis filiam, & ex ea procreauit *Theobaldum* II. Comitem Barrenſem, *Henricum* qui cœlebs obiit, *Rainaldum* dominum de Pierrepont, *Margaritam* dominam de Liney, Henrici Comitis Luxeburgenſis coniugem, & *Sibyllam* primùm Henrico de Salmes Comiti Blancheimenſi, pòſt Ludouico de Los Comiti Chiniacenſi nuptam.

V. Theobaldvs II. duas habuit coniuges: quarum prior fuit *Ioanna*, ſoror Guidonis Flandriæ Comitis, ex qua prolem non ſuſtulit. Ex altera *Ioanna*, quæ fuit filia Ioannis domini de Tocy, genuit filios ſeptem & filias quinque. Ex filiis *Henricus* III. in Comitatu Barrenſi ſucceſſor fuit; *Ioannes* duxit Ioannam de Dreux; *Theobaldus* Leodicenſis an. 1303. *Rainaldus* Metenſis an. 1302. Epiſcopus electus fuit; *Petrus* dominus de Pierrefort filium habuit Hugonem, an. 1352. Virdunenſem Epiſcopum nominatum; *Erardus* fuit dominus de Pierrepont; *Carolus* iuuenis obiit. Ex filiabus *Philippa* Othoni IV. Burg. Comiti, *Maria* Goberto Comiti Aſpremontis nupſit: aliæ tres fuerunt, *Alidis*, *Margarita* & *Iſabella*.

VI. Henricvs III. Eleonoram Eduardi I. Angliæ Regis filiam duxit, & ex ea ſuſtulit *Eduardum* & *Ioannam* Ioanni Comiti de Warennes in Anglia nuptam. Obiit paulò poſt annum 1301. VII. Edvardvs I. circa an. 1337. obiit. Ex Maria, Roberti II. Burg. Ducis filia ſuſtulit *Henricum* IV. & *Alienoram* Radulfo Loth. Duci nuptam. VIII. Henricvs IV. ex Iolenta Flandrenſi domina de Caſſel, Bourbẽ, Dunckerke & Grauelinge, genuit *Eduardum* II. Comitem Barrenſẽ, qui cœlebs obiit, & *Robertum* I. Ducem Barrenſem. Obiit 1344.

IX. Robertvs ex Comite Dux primus Barrenſis circa an. 1357. à Ioanne Francorum Rege creatus, idemque Marchio Muſſipontanus, ex Maria Ioannis Francorum Regis filia liberos ſuſtulit, *Henricum* & *Philippum*, qui in bello Hungarico contra Turcas 1396. perierunt, *Eduardū* III. Ducem Barrenſem, *Ludouicum* Cardinalem, *Carolum*, *Ioannem*, omnes ſine liberis defunctos; *Iolentam* Ioanni I. Aragoniæ Regi, *Mariam* Guilielmo Comiti Namurcẽſi, & *Bonam* Waleramo Luxẽburgio Comiti S. Pauli, *Iolentam* iuniorem, aliis Mariam, Adolfo Duci Montenſi, & *Ioannam* Theodoro Paleologo Marchioni Montis-Ferrati, nuptas. Ex his *Henricus* primò genitus duxit *Mariam* de Coucy, filiam heredem Engnerrami domini de Coucy, Marle, Fere, Oiſy, itemque Comitis Sueſſionenſis; ex qua ſuſtulit *Robertum* de

Bar,

Bar, Comitem Sueſſionenſem, dominum de Oiſy, Dunkercke, Grauelinge, Bourbourg, Warneſton, Bornhem & Rodes. Roberti filia heres *Ioanna* nupſit Ludouico Luxemburgio Comiti S. Pauli. Couciacum porrò Maria Enguerrami filia, cùm eſſet vidua, Ludouico Duci Aurelianenſi anno 1396. vendidit.

X. *Roberto* an. 1411. defuncto, in Ducatu Barrenſi & dominio Caſletenſi filius EDVARDVS III. Dux an. 1415. & huic frater Ludouicus Cardinalis ſucceſſit. XI. LVDOVICVS ſuæ ſtirpis poſtremus Ducatum Barrenſem & Marchionatum Muſsipontanum (vulgò *du Pont à Monſſon*) Renato Andegauenſi, Guiſię Comiti, pòſt Sicilię Regi, Iolentæ Aragonię filio Ioannis I. Aragoniæ Regis & Iolentæ Barrenſis nepoti dono dedit, tabulis an. 1419. die 13. Auguſti in opido S. Michaelis ſcriptis. Renatus genuit Iolentam III. Andegauenſem, quæ ex Frederico Comite Vaudemontano peperit *Renatum* Lotharingiæ & Barri Ducem, an. 1508. defunctum.

1045 Glabri Rodulfi, monachi Clnniacenſis, Hiſtòria Francorum hîc deſinit.

1046 Henricns Rex Paſcha apud Traiectum Freſiæ vrbem celebrauit, & ſubſecutis diebus nauali expeditione fretum in Phladritingam traiiciens, pagum qnem Theodericus IV. Marchio ſeu Comes Hollandiæ ſibi vſurpauerat, ipſi eripuit: vnde is poſteà rebellionis cauſſam ſumpſit. *Contract. & ſuprà pag.* 242. Idem Henricus Rex Pentecoſtē Aquiſgrani celebrās, Godefrido Duci è cuſtodia relaxato, ſibiq; procedenti terratenus proſtrato, Ducatum Moſellanorum miſertus reddidit. Exinde Fredericns, Adalberonis Metenſis & Henrici Baioariæ Ducis frater, Dnx Lotharingiæ inferioris, loco Gothilonis Ignani nuper defuncti, conſtituitur. *Contract. & ſuprà pag.* 228. & 237. Gregorius VI. Papa, agente Henrico III. Rege, deponitur: Snidgerus natione Saxo (Bambergēſis tunc Epiſcopus) ſubſtituitur, & *Clemens II.* nuncupatnr. Ab ipſo Henricus, eiuſque vxor Agnes, Guilielmi Comitis Pictauiēſis filia, in Natali Dominico Romæ coronantur. *Contract. Baron.* Engelbertns de Oiſy vir nobilis XII. Canonicorum collegium in vico *Halteren* fnndat, probante Gerardo I. Ep. Cameracenſi: quod colleginm inde an. 1495. Aloſtum eſt tranſlatum.

1047 Henricns III. Imp. Welfum Comitem Sueuigenam, Welfi Comitis filium, creat Carentani Ducem: Adalberonem Welfi cognatum, Henrici Baioariæ Ducis & Frederici Lotharingiæ inferioris Ducis fratrem, conſtituit Metenſis eccleſię Epiſcopum, poſt Theodericum nuper defunctum. *Contract. Sigeb.* Godefridus Magnus Lotharingiæ Moſellanę Dux, Balduinus Flandrenſium Comes, itemque Theodericus IV. Hollandiæ Marchio contra Henricum Imp. rebellant. Godefrido rebellionem ſuam callidis legationibus diſſimulante, autumnali tempore, Henricus nauali expeditione collecta contra Theodericum in Phladritingam arma commouit. Sed aquoſis impedientibus locis, parum profecit, & non modicam in exercitu cladem pertulit. Sub idem tempns idem Godefridus Dux, inter alia quę contra Henricum geſsit, palatium Noniomagi & Virdunenſem cinitatem dolo captam incendit. Quapropter Godefridi Ducatum Moſellanum Henricus ADALBERTO cuidam tradit. *Contract. & ſuprà pag.* 228. Poppone Ar. Treuerenſi defuncto, Eberhardus Wormatiæ Prępoſitus ſufficitur. Henricus Baioariæ Dnx, ſine prole defunctus, Treueris ſepelitur. *Clemens* II. Papa moritur, & Bambergæ ſepelitur.

pelitur. *Contract.* S. Gerardus Chanodienſis apud Hungaros Epiſcopus martyrio coronatur: cuius poſteà corpus, Gregorij VII. Papæ iuſſu eleuatum, Ladiſlaus Rex aliiquе proceres propriis humeris tranſtulerunt.

Damaſus II. Papa creatur, & poſt dies 23. moritur. Quo defuncto, cùm Benedictus quidam rurſus ſedem Romanam ſibi vindicare niteretur, miſſa eſt à Romanis in Germaniam ad Henricum III. Imp. legatio, vt quem vtilem fore putaret, Romam mitteret, à Clero ex more Pontificem in Vrbe eligendum ac conſecrandum. Habebatur tunc Wormatiæ, præſente Imperatore, conuentus Epiſcoporum ac procerum: quos inter & *Bruno* Ep. Tullenſis adfuit. Hunc Apoſtolico honore dignum, præſentibus Romanorum legatis, cuncti mox clamarunt; etſi ipſe hoc onus ſubterfugere omni modo conaretur. Wormatia porrò per Veſontionem rediens Tullum, Natalē Domini ſumma deuotione ibidem celebrauit, præſentibus quattuor Epiſcopis, Hugone Piſano, Romanorum legato, Euerardo Treuerenſi, Adalberone Metenſi, & Theodoro Virdunenſi: vt Wibertus Archidiaconus, eius vitæ ſcriptor coætaneus, narrat. Wazo Ep. Leodicenſis, Olbertus Gemblacenſis & Poppo Stabulenſis, Abbates, moriuntur. Wazoni Theoduinus anno proximè ſequenti in Epiſcopatu ſucceſſit. Sanguis Domini reuelatione diuina inuenitur Mantuæ, & plurimis miraculis declaratur. *Contract.* Bruxellenſe XII. Canonicorum collegium (ſtilo Romano annum à Kalendis Ianuariis ordiente) hoc anno 1048. fundatur ac dotatur à Baldrico Comite Louanienſi ac Bruxellenſi. *Not. eccleſ. Belgij c.* 89. Godefridus Exdux Adalbertum Moſellanorum Ducē perſecutus, cum paucis iuuentum occidit. Poſt eū Gerardus de Alſatia, Adalberti alterius filius, ab Henrico III. Imp. Dux Lotharingiæ Moſellanæ ſeu ſuperioris conſtituitur: vt Contractus & Sigebertus in ſuis Chronicis tradunt. 1048

Duces hereditarij Lotharingiæ Moſellanæ ſeu Superioris.

I. Adalberto Lothar. Moſellanæ duce occiſo, Henricus III. Imp. Gerardvm Alſatium an. 1048. ſuffecit, qui an. 1070. obiit; teſte Sigeberto. Vxorem habuit *Hadeuidam*, Alberti I. Comitis Namurcenſis & Ermengardæ filiam, ſuprà pag. 245. memoratam: ex qua filios reliquit *Theodericum Strenuum*, ſuum in Ducatu Moſellano ſucceſſorem, & *Gerardum* Comitem Vaudemontanum. II. Theodericvs II. Strenuus, cum Gozelone ſeu Godefrido Gibboſo Lotharingiæ inferioris Duce, an. 1075. Henrico IV. Imp. in bello adfuit contra Saxones; vt Lamb. Schafnaburgenſis narrat, qui *Diodericum Moſellæ reginis Ducē* nuncupat. Ex Gertrude Roberti Friſij Flandriæ Comitis filia, Henrici III. Comitis Louanienſis vidua, genuit *Simonem* ſuum in Ducatu ſucceſſorem, *Theodericum Alſatium* Flandriæ Comitem ſuprà pag. 198. laudatum, *Henricum, Balduinum*; & an. 1115. obiit. III. Simon I. die 13. Ian. an. 1149. deceſsit, ſepultus in Bello prato ord. Ciſtertienſis cœnobio, quod eius æuo Folmarus Comes Metenſis fundarat prope Lunaris villam, opidum Voſagiæ primarium in diœceſi Tullenſi. Vxor ipſi fuit *Adeleis*, Lotharij Imp. ſoror, ex qua *Matthæum*

ſuſtulit. IV. MATTHÆVS I. Clari loci monaſterinm ord. Ciſtertienſis altero milliari à Nanceio conſtruxit, ibidem poſteà conditus. Ex *Bertha*, Frederici Imp. ſorore, genuit, *Simonem* ſnnm ſucceſſorem, *Fredericum* Comitem de Bitſcbe, Frederici patrem, *Matthaum* Epiſcopum Tullenſem à quibuſdam electum, & *Aleidem*, aliis Iuditham, Comitiſſam Burgundiæ. His addnnt nonnulli *Theodericum* Ep. Metenſem. V. SIMON II. monaſterium Stultzbrunenſe, ord. Ciſtertienſis, condidit, ibidem an. 1207. ſepultus, liberis ex Ida coniuge non ſuſceptis.

VI. FREDERICVS I. Frederici Comitis de Bitſche filius, patruo ſuo Simoni II. ſine liberis defuncto in Ducatu ſucceſsit, & an. 1213. deceſsit. Vxor *Agnes*, Theobaldi Comitis Barrenſis & Lauretæ Loſſenſis filia; quam ſcriptor Genealogiæ S. Arnulfi vocat Tbomaſcetam ſen Thomaſcellam. Ex ea nati ſunt filij quattuor, *Theobaldus* & *Matthæus* Lotbaringiæ Duces ex ordine, *Reginaldus* Comes de Caſtel, *Iacobus* Ep. Metenſis, & filiæ aliqnot; ex quibus *Alidis* primùm Comiti de Kibourg, poſteà Gualtero, Gualteri de Vignory filio, nupta fuit. VII. THEOBALDVS I. Dux Lotharingiæ, & ex parte vxoris *Gertrudis* Comes Metenſis & Dagisburgenſis, prælio Bouinenſi inter Tornacum & Inſulas, an. 1214. pro Othone IV. Imp. pugnans, interfuit obiitque ſine liberis. Gertrudis nupſit poſteà Tbeobaldo IV. Comiti Campaniæ, ſuprà pag. 258. laudato. VIII. Theobaldi frater & ſucceſſor MATTHÆVS II. an. 1225. duxit *Catharinam* Walerami II. Ducis Limburgenſis ac Comitis Luxeburgenſis filiam, obiitque 1254. ſepultus in Bello prato, relicto filio *Frederico* II. Duce, & aliquot filiabus. Ex quibus *Laura* nupſit primùm Ioanni domino de Dampierre, Guidonis Flandriæ Comitis fratri, poſteà Guilielmo de Vergy domino de Mitebean. Alia filia nomine *Iſabella* primùm Guilielmo Comiti de Vienne, poſteà Ioanni de Chalon, Ioannis Burgundiæ Comitis filio, iuncta fuit: vt Quercetanus in Hiſt. Limburgenſi c. 6. tradit. IX. FREDERICVS II. vxorem habuit *Margaritam* dicti Theobaldi IV. Campaniæ Comitis filiam. Ex eo matrimonio nati, *Theobaldus* II. Dux Lotharingiæ, *Matthæus* Theobaldi II. Comitis Barrenſis ſuprà pag. 271. memorati gener, *Fredericus* Ep. Aurelianenſis, *Fredericus* dominus de Bremoncourt & Plommieres, *Ioannes* Comes Tullenſis, N. nupta filio Eginonis Comitis Friburgenſis. Obiit Fredericus II. an. 1303. nonagenarius, ſepultus in Bello prato. Fundauit Nanceij monaſterium virginum Dominicarum, Tulli ſtruxit chorum eccleſiæ cathredralis, cœnobium Franciſcanorum, & templum Dominicanorum.

X. THEOBALDVS II. duxit *Iſabellam* filiam heredem Hugonis domini de Rumigny, Florines & Boues, & ex ea filios tres *Fredericum* III. Ducem, *Matthæum*, *Hugonem*, & filias totidem procreauit. Matthæus dominus de Florines ex Mathilde, Roberti Betunij Flandriæ Comitis filia, prolem non ſuſtulit; vt nec Hugo dominus de Rumigny ex Margarita domina de Beanmez. Ex filiabus *Maria* Guidoni domino Ferç, *Margarita* Comiti Loſſenſi, *Iſabella* Erardo Barrenſi, domino de Pierremont, dicti Theobaldi II. Comitis Barrenſis filio, nupſit; vt citato loco Quercetanus narrat. Iſabella porrò Theobaldi II. Ducis vidua, ſecundis nuptiis iuncta fuit Gualtero de Chaſtillon, Comiti Portiani Franciæque Comeſtabilis

vt

vt Quercetanus in Hiſt. Caſtillionęa l. 7. c. 2. tradit. XI. FREDERICVS III. ex Iſabella Alberti Auſtriaci Imp. filia genuit *Radulfum*, & an. 1330. deceſſit, in Bello prato conditus. XII. RADVLFVS fundauit Nanceij collegium Canonicorum S. Georgij, & an. 1346. cecidit in bello Anglico, ſepultus in Bello prato. Vxor prior fuit *Leonora*, filia Eduardi I. Comitis Barrenſis, poſterior *Maria* Bleſenſis, filia Guidonis Caſtillionæi. XIII. IOANNES I. Radulfi filius an. 1382. aut 1390. Pariſiis obiit, poſteà Nanceiū delatus ad templum S. Georgij. Ex *Sophia*, Werardi Comitis Wirtenbergenſis filia, nati ſunt, *Carolus* in Ducatu ſucceſſor, & *Fredericus* I. Comes Vaudemontanus, ducta Margarita Vaudemontana herede; ex qua idem Fredericus genuit Antonium, Antonius Fredericum II. Vaudemontanum, Renati Lotharingiæ Ducis patrem. Altera Ioannis I. Ducis vxor *Margarita*, Theoderici Comitis Loſſenſis filia, ſine ſobole deceſſit.

XIV. CAROLVS Ioannis filius vxorem duxit *Margaritam* Bauaram, Ruperti Imp. filiam, & an. 1430. obiit, relictis duabus filiabus *Iſabella* & *Catharina*: quarum poſterior fuit vxor Iacobi Marchionis Badenſis. XV. ISABELLA Lotharingiæ Ducisſa an. 1420. nupſit *Renato* Andegauenſi, Regi Siciliæ, pòſt Duci Barrenſi ac Comiti Guiſiæ. Liberi ex hoc matrimonio nati, *Ioannes* Lotharingiæ & Barri Dux, Iolenta vxor Frederici II. Comitis Vaudemontani, mater Renati II. Lotharingiæ Ducis, *Margarita* vxor Henrici VI. Regis Angliæ, & *Carolus* mortuus in ephœbis. *Renatus* porrò Andegauenſis filio ſuo *Ioanni* an. 1462. Ducatum Lotharingiæ ceſſit, & an. 1482. deceſſit, primùm Aquis Sextiis in Prouincia, pòſt Andegaui ſepultus in templo S. Franciſci. XVI. IOANNES II. Renati I. & Iſabellæ filius, Barcinone in bello Arragonico an. 1470. deceſsit. Vxor *Maria*, Caroli Ducis Borbonij filia, an. 1448. obiit. XVII. NICOLAVS Ioannis II. & Mariæ Borboniæ filius vnicus, Lotharingiæ & Barri Dux, an. 1473. cœlebs obiit. Quo ſine liberis defuncto, ſucceſsit RENATVS Frederici II. Vaudemontani ſuprà memorati & Iolentæ Andegauenſis filius. Huic ex *Philippa*, Adolfi Gelriæ Ducis & Catharinæ Borboniæ filia, decem liberi ſunt nati; quos inter emicuerunt, *Antonius* in Ducatibus ſucceſſor, *Ioannes* Cardinalis, *Claudius* Dux Guiſiæ (à quo Duces de Guiſe, Mayenne, Aumale & Elbœuf originem traxerunt) *Ludouicus* Comes Vaudemōtanus in expeditione Neapolitana an. 1520. cæſus, & *Franciſcus*. Renatus porrò Dux an. 1477. Carolum Audacem Burgundię Ducem ad Nanceium vicit, & an. 1508. obiit, ſepultus Nanceij in monaſterio Franciſcanorum, quod conſtruxerat. Philippa eius vidua Muſsiponti cœnobium Clariſſarum fundauit, & monialis ibidem facta an. 1519. piiſsimè obiit.

XVIII. ANTONIVS duxit Renatam Borboniam, Giſleberti Comitis Montpenſerij filiam. Liberi eis fuêre, *Franciſcus* in Ducatibus ſucceſſor; *Nicolaus* Comes Vaudemontanus & Dux Mercœurij, pater Philippi Emanuelis Ducis Mercœurij & Henrici Comitis de Chaligny; *Anna* primùm nupta Renato Chalonio Principi Arauſionenſi, pòſt *Philippo* Croyo Duci Arſchotano, mater Caroli Philippi de Croy primi Marchionis Hanrei; *Antonius* & *Renata*.

XIX. FRANCISCVS duxit Chriſtiernam, Chriſtierni II. Daniæ Regis & Iſabellæ Auſtriacæ filiam, Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolanenſis viduam: ex qua nati, *Carolus* in Ducatibus ſucceſſor, *Renata* Guilielmo Duci Bauariæ, *Dorothea* Errico Duci Brunſuicenſi nupta.

Obiit Franciſcus an. 1549. & Chriſtierna 1590. Dertonæ in Inſubria; ſepulti Nanceij apud Franciſcanos. XX. Carolvs III. Academiam Muſſipontanam inſtituit, & anno 1608. obiit, ſepultus Nanceij iuxta patrem. Ex *Claudia*, Henrici II. Galliarum Regis filia, ipſi liberi fuerunt, *Henricus* in Ducatibus ſucceſſor, *Chriſtierna* vxor Ferdinandi magni Etruriæ Ducis, *Carolus* Cardinalis, *Antonia* vxor Ioannis Guilielmi Ducis Cliuenſis, *Franciſcus* Comes Vaudemontanus, *Catharina* *Abbatiſſa* Romarici-montis, *Anna* & *Claudia*. XXI. Henricvs II. Lotharingiæ & Barri Dux anno 1624. viuere deſiit, ſepultus Nanceij in baſilica S. Georgij. Vxor prior *Catharina* Borbonia, Henrici IV. Galliarum Regis ſoror, altera fuit *Margarita* Gonzaga, ex qua natæ *Nicolea* & *Claudia*. XXII. Nicolea Carolo Franciſci Comitis Vandemontani filio & *Claudia* Henrico, fratri eiuſdem Caroli nupſit.

1049 S. Odilo Abbas Cluniacenſis IV. Nonas Ianuarij moritur. Glaciali hieme viam ſternente, nonnulli Principes ac milites, à Theodnino Leodicenſi, Bernoldo Vltraiectino & Adelberone Metenſi, Epiſcopis adiuti, in Phladritingam tendunt, commiſſaque pugna *Theodericum* IV. Hollandiæ Comitem occidunt, & prouinciam illam Henrico III. Imp. ſubiiciunt. Quam tamen non multò pòſt God. Magnus Lotharingiæ Dux occupans, ab iiſdem prælio victus, vix effugit. *Contract. & ſuprà pag.* 242.

- N. Comes.
  - Gerardus Comes in Alſatia ob. 1017.
    - Sigefridus.
    - Hugo Comes de Egisheim & Dasburg duxit Heiluidem.
      - Gerardus Com. de Egisheim.
      - Leo IX. Papa 1049.
      - Hugo Co. de Dasburg 1046.
        - Albertus Comes de Dasburg 1096.
        - Heiluidis vxor Gerardi Comitis de Vandemont.
  - Adalbertus Com. in Alſatia.
    - Adalbertus Comes.
      - Gerardus de Alſatia Dux Loth. Moſellanæ 1048.
        - Theodericus Strenuus Dux Loth. Moſellanæ.
          - Simon Dux Loth.
            - Matthæus.
          - Theodericus Com. Flandriæ.
            - Philippus.
        - Gerardus Com. de Vandemõt dux. Heiluidem.
          - Hugo Co. de Vandemont.
            - Gerardus II.
      - Vdalricus.
  - Aleidis vxor Henrici Ducis Franconiæ.
    - Conradus II. Salicus Imp. 1024. ob. 1039.
      - Henricus III. Niger Imp. obiit 1056.
        - Henricus IV. Imp. obiit 1106.
          - Conradus.
          - Henricus V. Imp. ob. 1125.
            - Fredericus pater Frederici I. Imp.
            - Conradus III. Imp.
          - Agnes.
        - Conradus.
        - Mathildis.

Bruno Ep. Tullenſis, Hugonis Comitis Egisheimenſis & Heiluidæ filius, ſumpta peregrini veſte, Romanum iter aggreditur. Auguſtæ Vindelicorum exiſtens diuina conſolatione inuatur. Romam ingreſſus ſummo honore excipitur, & cunctis applaudentibus pridie Idus Februarij Pontifex conſecratur, & Leo IX. nuncupatur. Poſt Synodos Romæ & Papiæ celebratas, inde per Montem Iouis in Germaniam rediit. Poſt Pentecoſten Coloniam Agrippinam, cum Henrico Imp. contra God. Magnum Lotharingiæ Ducem & Balduinum Flan-

Flandriæ Comitem bellũ tunc parante, venit: quod bellũ Papa ſedauit ac compoſuit Coloniæ ab Herimanno Archiepiſcopo honorificè ſuſceptus, illo petente, Colonienſi eccleſiæ priuilegium conceſsit, vt ad altare S. Petri ſeptem Presbyteri Cardinales in ſandaliis quotidie diuinum celebrarent officium. Deditque Herimanno & eius ſucceſſoribus officium Cancellarij ſanctæ Romanæ Sedis, tribuens illis eccleſiam S. Ioannis ante portam Latinam: vt Wibertus in hiſtoria vitæ eius loquitur. De ſeptem Canonicis Cardinalibus in eccleſia Veſontionenſi ac Remenſi ab eodem ſimiliter inſtitutis, qui volet, Chifflettium in Veſontione conſular.

Coloniâ Aquaſgraui & inde Leodicum Leo IX. venit. Hinc Fredericum Archidiaconum, Godefridi Magni Lotharingiæ Ducis fratrem, ſecum Romam abduxit, qui pòſt Papa Stephanus IX. fuit. Tranſiit dehinc in Hannoniam, vt Richildem illius prouinciæ Comitiſſam, Hermanno Comiti nuptam, viſeret: vbi, prope opidum Bellum-montem, ſacellum S. Venantij dedicauit. Ab Herimaro Abbate cœnobij S. Remigij Remenſis poſteà inuitatus, nouam illius loci baſilicam conſecrauit: ad quam vrbem incredibilis multitudo Hiſpanorum, Britannorum, Francorum, Anglorum, aliarumque nationum multitudo, illius viſendi cauſſa, confluxit. Poſt Synodum Remis celebratam, Metas in Lotharingiam ſe contulit, & petente Guarino Abbate baſilicam S. Arnulfi ibidem dedicauit. Autumnali tempore Moguntiam ingreſſus, áliam Synodum 40. Epiſcoporum, coram Henrico III. Imp. & Germaniæ proceribus, ibi celebrauit. *Contract.* Eodem tempore Stabulenſis & Malmundárienſis monaſteriorum priuilegia confirmauit, tabulis III. Nonas Septembris Moguntiæ datis, quæ in noſtra Notitia eccleſ. Belgij cap. 127. leguntur. Alemanniam ſeu Sueuiam poſteà adiens, apud Augiam in honorem S. Crucis eccleſiam dedicauit, & feſtum diem S. Clementis ac Dominicam ante Aduentum VI. Kal. Decembris ibidem egit. Demum per Auguſtam Vindelicorum & Baioariam tranſiens, Natalem Domini Veronæ in Italia tranſegit. *Contract.*

Gerardus I. Ep. Cameracenſis 14. Martij hoc anno moritur, calculo Romano. In eius locum ſufficitur Lietbertus. Ioannes Aduocatus Atrebatenſis (qui Gualteri Caſtellani Cameracenſis viduam duxerat) Lietberto Cameracum venienti portas vrbis occluſit, nec admittere voluit, niſi Caſtellanus ab Epiſcopo conſtitueretur. Sed Balduinus Flandriæ Comes Ioannem cum ſuis abire compulit, & Lietbertum in vrbem introduxit. Is Hugonem, Gualteri Caſtellani defuncti nepotem & heredem, aduocauit: eique Caſtellaturam conceſſit: & quia Hugo adbuc puer erat, propinquum èius, Anſelmum nomine, pueri rectorem eſſe voluit. *Baldericus l. 3. c. 65. & ſeq.* 1050

Henricus III. Imp. Paſcha Vltraiecti celebrat. Leo IX. Papa poſt Paſcha Synodum Romæ, & in autumno alteram Vercellis collegit: inde Galliam & Epiſcopatum ſuum Tullenſem reuiſit. Quo tempore Agnes Imperatrix Henricum filium peperit. *Contract.* Leo Pápa Romæ exiſtens, ſuperna admonitus reuelatione, Gerardum Ep. Tullenſem in numero Sanctorum collocandum ſtatuit: eodemque anno Tullum veniens, illius ſacra oſſa honorificè tranſtulit; vt Wibertus l. 2. c. 6. narrat. Balduinus Flandriæ Comes, pace facta, Cameracum & Antuerpiam Henrico Imp. reſtituit. *Meyerus.*

Anni vulgaris Christi.

Comites S. Pauli ex familia de Candauena.

Hugo I. Comes S. Pauli, Guilielmi Comitis Pontiuenſis ſuprà pag. 263. memorati filius, an. 970. vixit, genuitque *Hugonem* II. *&* *Roſellam* Radulfo III. Comiti Giſnenſi nuptam. HVGO II. *Rogerium* procreanit. ROGERIVS circa an. 1038. collegium Canonicorum in opido S. Pauli apud Arteſios fundauit. Falempinenſe item diploma 1039. & Winnocibergenſe an. 1067. ſignauit, quæ in Not. eccleſ. Belgij cap. 86. & 98. extant. HVGO III. Rogerij filius ex *Clementia* (poſt nupta Arnulfo Ardæ domino) *Guidonem* I. Comitem S. Pauli ſine liberis defunctum, & *Hugonem* IV. ſuſtulit. HVGO IV. Comes S. Pauli an. 1096. cum God. Bullonio in Syriam iuit. Duxit primò *Heliſendem*, ſecundò *Margaritam* Rainaldi Claromontani apud Bellouacos Comitis filiam, Caroli Boni Flandriæ Comitis viduam, quę tertiò nupſit Balduino de Encre. Ex priore coniuge nati ſunt *Engelramus* & *Hugo* V. Comites S. Pauli ex ordine, & *Beatrix* Roberto domino de Boues nupta. Engelramus in Syria ſine liberis obiit. Ex poſteriore vxore prodierunt *Radulfus* & *Guido*: vt Quercetanus in Hiſt. de Chaſtillon lib. 3. tradit. Alij cenſent Margaritam ſuprà nominatam non Hugonis IV. ſed Hugonis V. vxorem fuiſſe. HVGO V. Ceruicampenſem Abbatiam monachorum ord. Ciſtertienſis in diœceſi olim Morinenſi, nunc Bolonienſi ſitam, an. 1137. fundauit, ibidem 1142. conditus. Ex Beatrice coniuge filios tres reliquit, *Engelramum* II. Comitem S. Pauli 1145. ſine prole mortuum, *Anſelmum* ſimiliter Comitem, & *Guidonem* maritum Mathildæ de Dourlens. ANSELMVS Comes S. Pauli an. 1151. Pariſienſi monaſterio S. Martini de Campis benefecit & ex Euſtathia genuit *Hugonem* VI. Comitem, *Engelramum*, *Guidonem* Seneſcallum Pontiui, & *Beatricem* vxorem Ioannis Comitis Pontiuenſis. Obiit an. 1174.

HVGO VI. Comes S. Pauli duxit Iolentam, Balduini III. Ædificatoris Hannoniæ Comitis filiam, Ioanis Comitis Sueſſionenſis viduam, ſuprà pag. 209. memoratam; & ex ea non niſi filias duas ſuſtulit, *Eliſabetham* & *Euſtathiam* Ioanni Nigellę domino ac Brugenſi Caſtellano nuptam. In Syria cum Philippo Alſatio Flandriæ Comite an. 1190. militauit: cum Balduino Flandrenſi item Comite an. 1204. expeditioni Conſtantinopolitanę interfuit; vt Gofridus de Villa-Harduini fusè narrat. HVGONIS VI. filia heres ELISABETHA an. 1196. nupſit Galchero domino de Chaſtillon, Guidonis & Alidæ Drocenſis filio ſecundò genito, Galcheri & Adæ de Roucy nepoti; ipſiq; Comitatum S. Pauli in dotem attulit.

Hugo I. Comes S. Pauli 970.	Hugo II. Co. S. P.	Rogerius Co. S. P. 1039. 1067.	Hugo III. duxit Clementiam.	Guido I. Co. S. P. ſine lib.			
				Hugo IV. Co. S. P. 1096.	Engelramus I. 1146. ſine lib.		
					Hugo V. Co. S. P. ob. 1142.	Engelramus II.	
						Anſelmus Co. S. P. ob. 1174.	Hugo VI. Co. S. P. 1204.	Eliſabeth vx. Galcheri de Chaſtillon.
							Engelramus.	Euſtachia.
							Guido.	
							Beatrix.	
						Guido.		
					Beatrix.			
	Roſella.							

Comites S. Pauli ex familia de Chaſtillon.

GALCHERVS dominus de Chaſtillon (caſtrum eſt ad Matronam fl.) ex *Eliſabetha* Comitatus S. Pauli herede genuit *Guidonem* an. 1226. Auenione defunctum ante patrem, *Hugonem* Comitem VII. S. Pauli;

Galcherum Galcheri Comitis Portiani patrem, *Eliſabetham* Radulfo II. domino de Roucy, *Euſtathiam* Danieli domino Betuniæ, *Beatricem* Auberto Hangeſtio, nuptas. HVGO VII. Comes S. Pauli primò duxit N. Barrenſem ſine prole mortuam, ſecundò Mariam filiam heredem Gualteri domini Aueſuenſis & Margaritę Comitiſſæ Bleſenſis. Ex poſteriore nati ſunt, *Ioannes* Comes Bleſenſis, dominus de Aueſnes, Leuſe & Guiſe, pater Ioannæ ſine liberis defunctæ, *Guido* II. Comes S. Pauli, & *Hugo* ſine liberis mortuus, *Philippa* & *Eliſabetha*.

GVIDO II. Comes S. Pauli, dominus de Aueſnes Leuſe & Guiſe, duxit *Mathildem* Henrici II. Brabantiæ Ducis filiam, Roberti I. Arteſiæ Comitis viduam, & ex ea genuit *Hugonem* Comitem Bleſenſem, *Guidonem* III. *Comitem* S. Pauli, *Iacobum* dominum Lutoſę & Condati. GVIDO III. Comes S. Pauli, Buticularius regni Franciæ, an. 1292. ſibi iunxit Mariam, Ioannis II. Britanniæ Ducis & Beatricis Anglicanæ filiam. Obiit hæc an. 1339. in Ceruicampo iuxta maritum condita. Ex iſto matrimonio prodierunt *Ioannes* Comes S. Pauli, *Iacobus* dominus Encræ, *Eliſabetha* Guilielmo domino de Coucy, Oiſy & Montmirel; *Mathildis* Carolo Comiti Valeſię, *Beatrix* Ioanni domino Neellæ & Teneræmondæ, *Maria* Aimaro Comiti Pembrocæ in Anglia, *Leonora* Ioanni Malet, & *Ioanna* Militi de Noyers, nuptæ: vt Quercetanus in Hiſt. Droceuſi l. 3. c. 3. docet. MATHILDIS Ioannis Comitis S. Pauli filia heres Guidoni Luxeburgio, Comiti primo de Liney, Caſtellano Inſulenſi matrimonio iuncta, Comitatum S. Pauli in familiam Luxeburgicam tranſtulit. WALERAMVS Guidonis & Mathildæ filius, Comes S. Pauli & Caſtellanus Inſulenſis, vnicam reliquit filiam heredem IOANNAM: cuius poſteritatem, vt & reliquos S. Pauli Comites, paulò infrà dabimus, cùm de Caſtellanis Inſulenſibus agemus.

- Galcherus dominus de Chaſtillon duxit Eliſabetham Comitiſſam S. Pauli ob. 1219.
  - Guido ob. 1226.
    - Ioanna Comitiſſa Niuern.
  - Hugo Co. VII. S. Pauli d. Mariam Com. Bleſenſ.
    - Ioannes Com. Bleſ.
      - Ioanna ſine lib.
    - Guido Com. II. S. Pauli.
      - Hugo Co. Bleſ.
      - Guido Com. III. S. Pauli.
        - Ioannes Comes S. Pauli.
          - Mathildis Comitiſſa S. Pauli, vx. Guidonis Lux.
            - Waleramus
              - Ioanna.
        - Iacobus do. Encrę.
        - Eliſabeth.
        - Mathildis.
        - Beatrix.
        - Maria.
        - Leonora.
        - Ioanna.
      - Iacobus dom. Lutoſæ.
    - Hugo.
    - Philippa.
    - Eliſabeth.
  - Galcherus.
  - Eliſabeth.
  - Euſtachia.
  - Beatrix.

Caſtellani Inſulenſes in Gallo-Flandria.

I. Qui primus Caſtellanorum Inſulenſium vel in diplomatibus vel in libris ad poſteros nomen tranſmiſerit, *Saſvvalonem* inuenio. Is Fanopineuſe ſeu Falempineuſe Canonicorum nunc regularium cœnobium an. 1039. condidit. II. Huic ſucceſsit filius *Robertus*; vt ex Anſelmi & Gerardi Epiſcoporum Tornacenſium diplomatibus datur intelligi. III. Qui ſucceſsit Roberto, *Rogerius* fuit cognomento Senior, Roberti filius, vt apparet. Duxit is Otgiuam magna pietate femi-

feminam. Horum liberalitate monaſterium Fanopinenſe eſt inſtauratum, & Canonicis regularibus traditum. IV. Eorumdem filius *Rogerius* iunior an. 1127. floruit, & filios quattuor, Robertum, Rainaldum, Hugonem, Rogerium, & filiam vnam nomine Saram reliquit. V. Rogerium patrem *Robertus* filiorum maximus excepit. Is in Syriam cum Theoderico Alſatio Flandriæ Comite an. 1147. militatum abiit, & nulla ſobole relicta obiit. VI. Poſt Robertum frater eius *Rainaldus* Inſulenſium fuit Caſtellanus, & ſimiliter improlis an. 1162. deceſsit.

VII. Hunc ſecutus eſt *Hugo* frater ordine tertius, qui ex Ermentrude duos ſuſtulit filios, vtrumque Ioannem nomine. Quorum minor Abbas Fanopinenſis fuit; maior militiæ nomen dedit. VIII. Hugone mortuo grandior natu *Ioannes* paternum munus an. 1177. ſuſcepit, duxitque Mathildem Betunienſem, Pontis Rorardi, Molembecæ & Blaringemi dominam. Ex ea nati ſunt ei Robertus, Rogerius, Guilielmus, Nicolaus & Eliſabetha. IX. Cùm Robertus abſque liberis, parente adhuc ſuperſtite, diem obiuiſſet, frater eius *Rogerius* patri ſucceſsit. Is apud Aſcam Brabantiæ municipium an. 1217. fortiter in prælio rem geſſit, & an. 1229. ſine liberis deceſsit, in Laudenſi monaſterio conditus.

X. Rogerij fratris ſui hereditatem *Guilielmus* adiit, baſilicæ S. Petri Inſulenſis tunc Præpoſitus; qui adiutante Canonicorum Inſulenſium S. Petri collegio, Dominicanorum Inſulenſe cœnobium fundauit. XI. Auunculo ſuo Guilielmo *Ioannes* ſucceſsit, Caſtellanus Peronenſis, & ſororis Eliſabethæ filius. Is accepta in vxorē altera Eliſabetha, trium factus eſt parens liberorum, Ioannis Rogerij, & N. Roberto Waurinio nuptæ. XII. *Ioannes* Ioannis filius ac ſucceſſor duxit Mathildem, Arnulfo Mortaniæ domino ac Tornacenſi Caſtellano progenitam, ex eaque liberos quattuordecim ſuſtulit. Intra Laudenſis monaſterij clauſtrum iuxta parentem in magnifico iacet mauſoleo. XIII. *Ioannes* Ioannis & Mathildæ filius duxit Beatricem Claromontanam, Radulfi Franciæ Comeſtabilis & Neellæ domini ſororem, in prælio Groningano iuxta Cortracum an. 1302. cæſus. Liberos reliquit Simonem & N. alterum filium, & Guiottam: vt Quercetanus in Hiſt. Drocenſi l. 1. c. 1. tradit.

XIV. Intra fines adoleſcentiæ mortuis fratribus, *Guiotta* paternas opes adiit; & per nuptias *Waleramo* Luxeburgio domino de Liney, Walerami filio, Henrici Blondi Comitis Luxeburgenſis nepoti iuncta, Caſtellaniam Inſulenſem in familiā Luxeburgiam tranſtulit. XV. Ex eo coniugio natus *Ioannes* Luxeburgius, Caſtellanus Inſulenſis, duxit Aliſā Guidonis Namurcenſis filiam, *Guidonis* Flandriæ Comitis neptem, Richeburgi & Archingehemi dominum. XVI. Horum filius fuit *Guido* Luxeburgius primus Comes de Liney; qui duxit Mathildē, Guidonis III. Comitis S. Pauli filiam heredē, & ex ea genuit Waleramum, Ioannem dominū de Beaureuoir, B. Petrum vrbis Aueniouenſis patronum an. 1387. defunctum, Andream Ep. Cameracenſem, & filias quattuor. XVII. Filiorum primogenitus *Waleramus* Comes S. Pauli & Caſtellanus Inſulenſis vnicā reliquit filiam Ioannam. XVIII. *Ioanna*, Comitatus S. Pauli Caſtellaniæ, Inſulenſis & aliarum ditionum paternarū heres, nupſit Antonio Burgundo, Brabantię Duci, Philippi Audacis Burgundiæ Ducis filio. Ex eo matrimonio filij duo ſuſcepti ſunt, *Ioannes* & *Philippus*: quorum ille Ducatum Brabantiæ obtinuit

&

& Louanienſem Academiam anno 1425. condidit; hic verò maternam adeptus hereditatem, Comitatum S. Pauli & Caſtellaniam Inſulenſem tenuit.

Philippo abſque liberis defuncto, venit in eius ditiones, iure cognationis, *Petrus* Luxeburgius, Ioannis domini de Beaurevoir paulò antè memorati filius; adeòque factus eſt S. Pauli Comes & Inſulenſis Caſtellanus. Petri filius & heres *Ludouicus* an. 1475. Pariſiis capite plexus fuit. Huius filius *Petrus* an. 1482. obiit. Vxor Maria Sabauda duas ipſi filias peperit, Mariam & Franciſcam Angiæ dominam ſine liberis defunctam. *Maria* Comitiſſæ S. Pauli, & Caſtellanæ Inſulenſi prioribus nuptiis, & quidem ſterilibus, maritus obtigit Iacobus Sabaudus Rotundi-montis Comes, Condati & Lutoſæ toparcha, Ludouici Sabaudię Ducis filius; alteris *Franciſcus* Borbonius Comes Vindocinenſis. Suſcepti è Franciſco *Carolus* Dux primus Vindocinenſis idemque Caſtellanus Inſulenſis, & *Franciſcus* Comes S. Pauli, pater Mariæ nuptæ Leonoro de Orleans Duci Longevillæ. Carolus Antonium, Antonius ex Ioannâ Albreta Henricum IV. Galliæ Regem, & hic Ludouicum XIII. ex Maria Medicæa genuit. Theobaldus, Sigeberto Tietbaldus, Francus nobili genere natus, floret: qui Vicentiæ in Venetis cella concluſus, duodecimo poſt anno moritur, ac multis à Deo miraculis pòſt obitum illuſtratur. Eius oſſa in Galliam ſunt deportata. *Sigebertus in Chronic.*

Bardo Ar. Moguntinus moritur, & ſuccedit Luitbaldus. *Contract.* Bald. Inſulanus Flandriæ Comes Hannoniam inuadit: qua ſubacta, Montibus Hannoniæ, Balduini filij ſui cum Richilde, Ragineri IV. Comitis filia & herede, Hermanni vidua, nuptias celebrat: ſicque Hannonia Flandriæ acceſſit. Hinc renatum cum Cęſare bellum. *Sigebert.* Imperator Lambertum Comitem Louanienſem, rebellare molientem & pro Flandro ſtantem, ad deditionem compellit. *Contract.* Berengarius Andegauenſis Archidiaconus impiam hęreſim excitat, quæ Chriſti corpus in Euchariſtię Sacramento contineri negat. Quem errorem cùm ſæpè à ſe damnatum repetiſſet, eum anno 1088. moriens poſtremò retractanit. Contra Berengarium multi ea ætate viri eruditi ſcripſerunt; & inter alios Theoduinus Ep. Leodicenſis. Cuius librum Durando itidem Epiſcopo Leodicenſi (quem an. 1025. obiiſſe ſuprà diximus) non rectè attribui, Claudius Robertus in ſua Gallia Chriſtiana contendit. In geſtis huius anni 1051. Chronicon Hermanni Contracti, ab Henrico Caniſio tomo 1. Antiquæ lectionis editum, deſinit. Ipſe Hermannus anno 1054. obiit: à cuius obitu Bertoldus Conſtantienſis hiſtoriam vſque ad annum 1100. proſequitur. 1051

Henricus, Henrici III. Imp. filius, Coloniæ ab Herimanno Archiepiſcopo baptizatur. *Scafnab.* 1052

Michael Conſtantinopolitanus & Leo Acridanus Epiſcopi Latinam eccleſiam ſcriptis oppugnant. Quos Leo IX. Papa epiſtolis, quæ exſtant, eruditè confutauit. Sequenti anno idem Legatos Conſtantinopolim miſit, Humbertum Siluæ candidæ Epiſcopum, & Fredericum S. Romanæ Eccleſiæ Cancellarium (poſteà Papam Stephanum IX.) cum Petro Amalphitano Epiſcopo. Qui benignè à Conſtantino Imperatore auditi, Nicetam Pectoratum, Studienſem apud Conſtantinopolitanos 1053

tanos

ranos monachum, quæ contra Latinos de Azymo, Sabbato & Nuptiis ſacerdotum ſcripſerat, retractare coëgerunt. Michaëlem verò Patriarcham in errore pertinacem publicè damnarunt; vt Wibertus in vita eiuſdem Leonis l. 2. c. 9. Contractus & Scafnaburgius narrant. Nortmanni opidum *Ciuitatulam* cognominatū aggrediuntur. Leo IX. Papa cœptum iter verſus Beneuentū proſequitur, & ab iiſdem Nortmannis honorificè tractatur. *Wibertus l. 2. c. 13.* Bald. Inſulanus Flandriæ Comes Lotharingiam incurſans, Hoium opidum ad Moſam incendit. *Sigebertus.*

1054 God. Magnus Exdux Italiam latenter adit, Beatricem Frederici II. Moſellanorum Ducis filiam, Bonifacij Italiæ Marchionis anno ſuperiore defuncti viduam, ducit. Fredericus, Godefridi Exducis frater, Conſtantinopoli à legatione in Italiam reuerſus, fit monachus in Caſſino monte: vt Scafnaburgenſis & Leo Oſtienſis narrant. Henricus, Henrici III. Imp. filius, Aquiſgrani ab Hermanno Ar. Colonienſi Rex conſecratur. Qua re peracta, Imperator contra Bald. Inſulanum Flandrenſem Comitem proficiſcitur, Scaldim fl. tranſit, Lambertum II. Comitem Louanienſem, pro Balduino ſtantem, cum multis apud Tornacum perimit. *Sigeb.* Periit autem Lambertus XIII. Kal. Iulij, Niuellis conditus, vt Aduocatus illius eccleſiæ. Lamberto ſucceſsit Henricus II. eius filius: *ſuprà pag.* 222. Hoc ipſo anno & Lambertus Comes Lenſenſis, Euſtathij Comitis Bolonienſis frater, ſuprà pag. 263. memoratus, apud caſtellum Illenſe (nunc *Lille*) pro Flandro pugnans occubuit: vt Baldericus in Chron. Camer. l. 3. c. 70. narrat. Bernulfus Ep. Vltraiectinus moritur. Is ea in vrbe duo Canonicorum collegia, videlicet S. Petri & S. Ioannis Baptiſtæ, fundauit. Medietatem quoque collegij S. Saluatoris Vltraiecto Dauentriam tranſtulit, & Abbatiam ab Ansfrido Epiſcopo in Monte Sancto prope Amersfurtum collocatā, in vrbem Vltraiectinam tranſuexit: vbi & templum in honorem S. Pauli monachis condidit: vt Guil. Heda in hiſtoria Epiſcoporum Vltraiectenſium narrat. Leonem IX. Papam an. 1054. obiiſſe Scafnaburgenſis, Baronius & alij ſcribunt; ſed Wibertus vitæ eius ſcriptor ad ſequentem annum id refert.

1055 Gebehardus, Eiſtatenſis anteà Epiſcopus, Idibus Aprilis, in Cœna Domini, Romæ Pontifex coronatur, & Victor II. appellatur. Henricus Imp. in Italiam mouet contra Beatricem, ægrè ferens eam Godefrido Exduci nuptam eſſe. Sed vbi Italiam ingreſſus eſt, Godefridus miſsis nuntiis ſignificauit, ſe nihil minùs quàm rebellionem cogitare. Beatrix autem, diſſimulato metu, Imperatori obuiàm proceſsit. *Scafnaburg.* Bald. Inſulanus Flandriæ Comes cum Godefrido Duce ſæpè memorato, Fredericum Lotharingiæ inferioris Ducem ac Marchionem intra Andouerpnm obſidet; ſed concurrentibus Lotharingis ab oppugnatione deſiſtit. *Sigebertus.*

Orientis ſiue Græcorum Imperatores ab anno 1028. *vſque ad annum* 1204.

Baſilius Imperator anno 1025. & frater eius *Conſtantinus* anno 1028. menſe Nouembri deceſſit. Exinde *Romanus Argyrus* coniugem priorem relinquere coactus, cum Zoë Conſtantini filia cepit Imperiū, ac demum

Anni vulgaris Christi.

demum an. 1034. periit, eiuſdem Zoës inſidiis. Succeſſit *Michael Paphlago* Zoës adulter, qua adiutante Romanum Argyrum interfecerat. Is parricidium ſuum deteſtatus, poſteà monachum induit, & an. 1041. menſe Decembri obiit. Paphlagone exſtincto, ſumma rerum in Zoën recidit; quæ tanto ponderi imparem ſe ſentiens *Michaelem Calaphatum*, Stephani, qui rem Siculam perdiderat, filium adoptauit ac fecit Auguſtum. Calæphatus huius beneficij oblitus, Zoën amouere cupiens, dum vulgi pertentat animos, illius ſtudia in Zoën ac Theodoram ſororem accendit: in quas ſubitò tranſlatum eſt Imperium; cuius ſpes Calæphato cum oculis an. 1042. in perpetuum eſt erepta. *Conſtantinus* itaque *Monomachus*, ab Zoë thori pariter & Imperij conſors factus, eodem illo anno 1042. coronatur. Huius Conſtantini Imp. impenſis Hieroſolymitanum Dominicę Reſurrectionis templum à fundamentis an. 1048. eſt inſtauratum, quod ante 37. annos Saraceni euerterant: vt Tyrius l. 1. c. 7. narrat. Conſtantinus an. 1054. deceſſit: quo defuncto *Theodora* Zoës ſoror vno regnauit anno, obiitque an. 1055. menſe Auguſto. *Michael Stratioticus* poſt Theodoram à ſpadonibus palatinis ad Imperium euectus, anno vno Imperium geſſit. Aduersùs quem *Iſaacius Comnenus* an. 1057. Imperator ſalutatus eſt. Atq; hîc Georgij Cedreni Hiſtoria deſinit. Iſaacius biennio ac tribus menſibus exactis, deſperata valitudine, Imperatorem an. 1059. deſignauit *Conſtantinũ Ducam*, & Studienſi cœnobio ſe incluſit. Hoc Conſtantino regnante Ioannes Xiphilinus Trapezuntius, ex monacho Conſtantinopolitanus Patriarcha, Dionis libros 20. poſteriores in compendium redegit, & circa an. 1078. viuere deſiit. Ducas autem an. 1067. obiit, relictis cum Eudocia coniuge filiis tribus, *Michaele Parapinacio* & *Andronico*, quos priuatus genuerat, & *Conſtantino*, quem Imperator procrearat; quique Porphyrogenitus ideo dictus eſt. Eudocia, contra iuſiurandum marito morienti datum, poſt ſeptimum menſem *Romano Diogeni* nupſit, qui Andronici proditione, prælio victus, in Sultani Turcarum Principis poteſtatem venit, ac demum dimiſsus, & an. 1071. oculis per ſuos priuatus, deceſsit. Eudociâ in monaſterium relegatâ, *Michael Parapinacius*, Conſtantini Ducæ filius, vitrico ſuo Romano Diogeni anno eodem 1071. ſublectus eſt. Quo regnante *Nicephori* duo *Botoniates* & *Bryennius*, ille in Oriente, hic in Occidente (vbi Dyrrachio præerat) imperium vſurparunt. Botoniates Turcarum fretus auxiliis 25. Martij Imperator ſolemni ritu creatur: Michael in Studienſi cœnobio, depoſita purpura, veſtem monaſticam an. 1078. induit, cùm annos 6. & menſes totidem præfuiſſet. Nicephorus Botoniates, principatus initio, Bryennium per Alexium Comnenum an. 1078. fregit, oculisque priuauit. Sed poſteà ob inſitam mollitiem ab Comnenis dignitate ſpoliatus, an. 1081. inter monachos adſcriptus fuit. In hoc Imperatore Conſtantinus Manaſſes Hiſtoriam ſuam finit.

Ex Comnenis duobus *Iſaacio* & *Alexio*, hic natu licet minor, anno 1081. ad Imperium peruenit; quòd bellicæ rei peritia præſtaret. Is cùm properantibus in Terram ſanctam, God. Bullonio duce, Belgis obſiſteret, maxima Græcorum ſtrage an. 1096. repulſus eſt. Obiit 1118, *Ioanne Comneno* (qui & Caloioannes) filio relicto ſucceſſore. In hoc Hiſtoriam ſuam terminauit Zonaras, & ferè Curopalates. Caloioannes anno 1143. deceſsit, qui *Manuelem Comnenum*, natu licet

minorem filium, Iſaacio alteri filio prætulit, atque Imperatorem eſſe iuſſit. Manuel è viuis exceſsit an. 1180. ſuccedente *Alexio* filio, 12. circiter annos nato. Is Agnetem Ludouici Francorum Regis filiam ſibi deſponſam habuit, ſed ab *Andronico* Manuelis patruele, quem Imperij conſortem per vim acceperat, necatus eſt, nondū expleto 15. ætatis anno. Andronicus itaque ſolus an. 1183. imperare cœpit, & Agnetem Alexio deſponſam ſibi matrimonio iunxit. Poſt biennium, dum Iſaacio Angelo molitur necem, populari orto tumultu, an. 1185. à furente plebe dilaniatus eſt. Hic finis Comnenorum fuit.

Iſaacius Angelus à populo delatum Auguſti nomen eo ipſo anno accepit. Is Fredericum Imp. cognomento Barbaroſſam, cùm per Thraciam & Aſiam peteret Palęſtinam, intercludere conatus, magno ſuo damno, Latinorum in ſe arma conuertit. Ab *Alexio Angelo* fratre an. 1195. Imperium cum oculis ipſi ereptum eſt. Angelus, aſſumpto Comneni cognomine, annis 8. imperauit. Huius filiam Irenem Philippus Occidentis Imperator à quibuſdam proceribus electus in matrimonio habebat. Ad eam Alexius eius frater Conſtantinopoli in Germaniam profugit: cuius hortatu Veneti, Dandulo Duce inſtigante, cum Balduino Flandriæ Comite aliiſque proceribus militiæ ſacrę adſcriptis, ſocietatem aduersùs Alexium Comnenum ineunt. Cumque Comnenus, capta incenſaque vrbe Conſtantinopolitana, an. 1203. Debeltum fuga petiiſſet, Iſaacius Angelus cœcus, cum *Alexio* filio, ſpeciem priſtinæ dignitatis Imperatoriæ recuperauit. Sequenti anno 1204. cùm aduersùs illos *Alexius Murſiphlus* per tyrannidem inſurrexiſſet, Europæorum claſſis Conſtantinopolim 12. Aprilis expugnauit: primuſque ex Latinis datus eſt Gręcis Imperator BALDVINVS Flandriæ Hannoniæque Comes ſuprà pag. 198. laudatus.

1056 Hermannus Ar. Colonienſis moritur; ſuccedit S. Anno. Ad hunc Anſelmus libellum ſuum, *De geſtis Epiſcoporum Leodicenſium*, hoc anno miſit. Henricus III. Imp. Victorem Papam Goſlariæ magnifico apparatu excepit. Exinde à venatione rediens, cùm 17. diebus decubuiſſet, III. Nonas Oct. diem clauſit extremum. Præſentes aderant, quaſi ad funeris officium ex induſtria vocati, Romanus Pontifex, Aquileienſis Patriarcha, Ratiſponenſis Epiſcopus idemque patruus Imperatoris, præter innumerabiles alios cùm ſacri tùm politici ordinis proceres. Regnum poſt patrem obtinuit filius eius HENRICVS IV. puer 5. annorum: ſed adminiſtratio regni penes Agnetem Imperatricem aliquamdiu manſit. Conradus Baioariæ Dux, Henrici III. Imp. filius, moritur. *Scafnaburg.*

1057 Victor II. Papa in Italiam regreſſus, V. Kal. Auguſti migrat ad Dominum; ſuccedit 2. Auguſti Fredericus (frater God. Magni Ducis Lotharienſis, qui Beatricē duxerat) olim Archidiaconus Leodicenſis, tunc autem monachus & Abbas Caſſinenſis; eſtque Stephanus IX. nuncupatus. *Scafnaburg. & ſuprà pag.* 231.

1058 Lambertus Scafnaburgenſis, Hiſtoricus, veſtem monaſticam ex Meginheri Abbatis Herfeldenſis manibus accipit, & presbyter ordinatus peregrinationem Hieroſolymitanam aggreditur; vt ipſemet narrat. Stephanus IX. Papa IV. Kal. Aprilis, Florentiæ agens, ad gaudium tranſiit Angelorum. Indicio ſunt ſigna & prodigia, quibus ſepulcrum eius in eadem vrbe vſque hodie diuinitus illuſtratur: ait Scafnaburgenſis. Schiſmatici quidam eligunt Benedictum; ſed *Nicolaus II.* ſufficitur ab orthodoxis, adiuuante Godefr. Magno Italię tunc

Marchio-

Marchione. Otho Dux Sueuorum obiit: Ducatũ eius Rudolphus obtinuit, cui & ſoror Henrici Regis eſt deſponſata. *Scafnaburg.*

Nicolaus Papa Romæ conſecratur mẽſe Ianuario; vt Leo Oſtienſis & Baronius ſupputant. Lambertus Scafnaburgenſis, peracta peregrinatione Hieroſolymitana, ad monaſterium ſuum Herfeldenſe XV. Kal. Octob. reuertitur. In pago Brachatenſi, iuxta Tornacum colubri prodigioſo prælio inter ſe concurrunt. *Sigeb.* Notet hic Lector, quidquid ab hac parte Scaldis eſt, Tornacum & Condatum vſque, pago olim Brachateuſi fuiſſe adſcriptum. Extat diploma Gallico ſermone ante annos ampliùs 300. conſcriptum, quod Condatum in Brabanto, *Condéen Breban*, diſertè collocat. Henricus Francorum Rex Philippum filium ſuum ſeptennem Remis Regẽ vngi mandat die Pentecoſtes. Hinc itaque anni Regis Philippi in diplomatibus incohantur, quæ varia in noſtra Notitia eccleſ. Belgij produximus. Henricus IV. Imper. prædia eccleſiæ Niuellenſis in tres portiones diuidit: quarum prima Xenodochio, ſecunda Abbatiſſæ, tertia Canonicis & Canoniſſis (vt vulgò vocant) attributa fuit. *Not. eccleſ. Belg. c.* 89. Quam prædiorum diuiſionem Lotharius Imper. an. 1136. ratam eſſe iuſſit. *Notitia c.* 147. 1059

Adela Bald. Inſulani Flandriæ Comitis vxor, Roberti Francorum Regis vidua, in municipio Meſſinenſi nobile virginum monaſterium, & XII. Canonicorum collegium fundare incipit: vt ex illius monumentis didici. Poſt monaſterium S. Martini de Campis à ſe fundatum, Henricus I. Franciæ Rex moritur; relictis filiis, Philippo in regno ſucceſſore, & Hugone Veromanduorum Comite. *Sigeberi.* 1060

Nicolaus Papa VI. Kalend. Auguſti moritur; poſt tres menſes Alexander II. ſufficitur Agnete Imperatrice Cadelaum Epiſcopũ Parmẽſem protrudente. Vnde ſchiſma enatum: de quo Bertoldus & Baronius. Marianus Scottus Chronographus claret, qui è Scottia in Galliam veniens, Coloniæ factus monachus, primò apud Fuldam, poſteà apud Moguntiam recluſus eſt. *Sigebert.* Marianus ipſe tradit ſe in Hibernia natum fuiſſe. Baioariæ Ducatus, quem Agnes Imperatrix, poſt mortem Conradi filij ſui, hactenus adminiſtrauerat, ab eadem datur Othoni viro induſtrio. *Scafnaburg.* Florentius Hollandiæ Comes, cædem fratris ſui Theoderici IV. vindicare volens, contra Hermannum Comitem Cudiceuſem, Wichardum Gelriæ Aduocatum, & alios confœderatos validas copias educit. Demum cum ſuis, in vico *Hemert* inter Moſam ac Vahalim, ab hoſtibus inopinatè ſuperuenientibus XIV. Kalend. Iulij trucidatur, & in Egmondano cœnobio conditur: vt Ioannes Becanus, rerum Hollandicarum ſcriptor, narrat. Filium reliquit *Theodericum* V. ſuprà pag. 242. laudatum. 1061

Anno Ar. Colonienſis Henricum Imp. puerum à matre Agnete abſtrahit, & Coloniæ retinet. Educatio itaque Regis, & rerum publicarum adminiſtratio aliquamdiù manſit penes Colonienſẽ & Moguntinum Archiepiſcopos. His poſthabitis, Adelbertus Arch. Bremenſis, & Werenherus Comes, iuuenis ingenio atque ætate ferox, poſteà apud Imperat. puerum gratioſi extiterunt. Inualeſcente demum audacia, in monaſteria impetum aulici fecerunt, atque ea inter ſe ſunt partiti; Rege ad omnia, quæ iuſſus erat, puerili facilitate annuente, vt Scafnaburgenſis fusè commemorat. Ab his prauis initiis grauiſſima pòſt in Eccleſiam ac Rempublicam incommoda redundarunt. 1062

1063 Eihamenſe monaſterium prope Aldenardam à Bald. Inſulano Comite eiuſque coniuge Adela conſtruitur. *Not. eccleſ. Belgij c. 92.* Sed Baldericus l. 2. c. 45. in Chron. Camer. ferè ſic habet: *Eſt locus ſuper Scaldim fl. quem dicunt Iham, vbi modernis temporibus Godefridus Comes Virdunenſis & vxor eius Mathildis (erat enim eius prædium) caſtro munito, nauigium, mercatum ac teloneum ſtatuerunt. Intra caſtrum verò monaſterium in honorem S. Mariæ, deputatis Canonicis, fundauerunt. Extra autem Herimannus, Godefridi ac Mathildæ filius, duo monaſteria ſtruxit, vnum S. Laurentio, alterum verò S. Saluatori.* Quæ quidem vt inter ſe concilientur, notet Lector, Eihamenſe monaſterium (*Eenham*) primùm à Godefrido Captiuo Comite Virdunenſi, ſuprà pag. 231 laudato, circa annum 990. fuiſſe conditum; pòſt anno 1034. à Bald. Barbato Flandriæ Comite, cum caſtro Eihamenſi, vaſtatum, à Balduino autem Inſulano an. 1063. fuiſſe inſtauratum, ac Benedictinis traditum; Waltero primo ibidem Abbate collocato, ex S. Vedaſti cœnobio. Philippus Francorum Rex collegium Canonicorum, Harlebecæ propè Curtracum ab eodem Bald. Inſulano eiuſque coniuge Adela fundatum confirmat, diplomate Pariſiis edito: quod in noſtra Not. eccleſ. Belgij c. 91. legitur, vnà cum Alexandri II. Papæ & Balduini Ep. Nouiomenſis ac Tornacenſis tabulis in eamdem ſententiam ſcriptis. Inter Robertum, Bald. Inſulani filium natu minorem, & Gertrudem Florentij I. Hollandiæ Comitis viduam, Aldenardæ matrimonium tractatur. Pro hereditaria portione Roberto aſſignatæ ſunt quinque inſulæ Zelandicæ, Comitatus item Aloſtanus, cum quattuor Ambactis. Robertus in Hollandiam profectus cum Gertrude nuptias celebrault, & nomine priuignorum mox bellum Hollandis ſeu Friſiis indixit, partem regionis ſubegit, indeque nomen Friſij ſibi peperit. *Meyerus & ſuprà pag. 197. & 242.*

1064 Henricus Rex Romanorum Paſcha Leodij celebrat. Sigefridus Moguntinus, Gundetus Bambergenſis, Otho Ratiſponenſis & Guilielmus Vltraiectenſis, Epiſcopi, & alij plurimi ad ſeptem millia hominum autumnali tempore Hieroſolymam proficiſcuntur. *Scafnab.* Ex quo liquet frequentem & vſitatam illo etiam æuo fuiſſe peregrinationem Hieroſolymitanam. Lietbertus Ep. Cameracenſis Abbatiam S. Sepulcri (quæ eſt Benedictinorum, olim extrà nunc in vrbe Cameracenſi) fundat ac dotat. Henricus IV. Imp. poſſeſsiones per Comites Hollandos eccleſiæ Vltraiectinæ ablatas reſtituit; interventu Frederici, Godefridi & Gerardi, Ducum Lotharingiæ. *Not. c. 93.*

1065 Henricus Rex, die tertia Paſchalis hebdomadæ, Goſlariæ gladio accingitur. Godefridus Magnus ex Italia redux Scutarius eius eligitur; Dux item Lotharingiæ inferioris & Aduocatus monaſterij Stabulenſis, loco Frederici Ducis nuper defuncti, conſtituitur: vt ſuprà pag. 238. ex Bertoldo, Continuatore Contracti, Scafnaburgio & Sigeberto docui; Drogo Ep. Taruanenſis petente Bald. Inſulano Fl. Comite eiuſque coniuge Adela, dat talem libertatem eccleſiæ Meſſinenſi, ab ipſis nuper fundatæ, qualem Bertefridus Ep. Ambianenſis an. 664. ſuprà pag. 139. dederat eccleſiæ Corbeienſi. Eiuſdem Meſſinenſis eccleſiæ prædia, per Balduinum & Adelam collata, Philippus I. Francorum Rex an. 1066. confirmauit, diplomate Furnis dato, quod Goffridus Ep. Pariſienſis, God. Bullonij patruus, vt Cancellarius ſignauit. *Not. eccleſ. Belgij c. 94.*

1066 S. Eduardus Angliæ Rex ſine liberis moritur, & teſtamenti tabu-

lis

ſis heredem regni ſcribit *Guilielmum Nothum* Nortmanniæ Ducem, Bald. Inſulani Flandriæ Comitis generum. Idem Balduinus Inſuleo-ſe Canonicorum collegium à ſe inſtitutum dotat; & baſilicam anno 1055. ædificari cœptam curat an. 1066. conſecrari dari; præſente Philippo Francorum Rege. Lietbertus Ep. Cameracenſis, amotis Canonicis ſæcularibus, regulares ſubſtituit in Cameracenſi S. Autberti cœnobio. *Not. eccleſ. Belgij c.* 95. 96. Henricus IV. Rex Paſcha Traiecti ad Rhenum celebrat. Eberhardus Ep. Treuerenſis Sabbato ſancto moritur: Cuno ſeu Conradus Præpoſitus Colonienſis poſt eum ſubſtituitur, ſed mox à Theoderico Treuerorum Comite occiditur. Succeſsit itaque Vdo, aliis Ado; vt Scafnaburburgius & Bertoldus narrant. De Cunonis cæde Sigebertus anno 1067. multis agit. Bozo Archidiaconus Leodicenſis XV. Canonicos in Hoienſi S. Mariæ eccleſia collocarat. His alios totidem Theoduinus Ep. Leodicenſis addidit, & eamdem eccleſiam, à fundamentis vſque ad laquearia à ſe perfectam, an. 1066. dedicauit; præſente Lietberto Ep. Cameracenſi. Iidem Pontifices corpus S. Domitiani Epiſcopi ad dictam eccleſiam ex vetuſta ędicula tranſtulerunt. *Not. c.* 97. Fidemienſe monaſterium in pago Cameracenſi fundatur; cuius poſſeſsiones Odo Ep. Cameracenſis poſteà confirmauit.

Bald. Caluus Comes Flandriæ in Bergenſis opidi regione inferiore 1067
eccleſiam in honorem SS. Martini & Winoci iam olim fundauerat, & Canonicos à ſe dotatos in ea collocarat, vnà cum ſacro corpore B. Winoci. Exinde Bald. Barbatus, ſuſcepto Flandrorum principatu, baſilicam ampliorem in ſuperiore eiuſdem opidi parte conſtruxerat, & oſſa eiuſdem S. Winoci cum Canonicis eòdem tranſtulerat. Sed cùm delitiis Canonici diffluerent, idem Bald. Barbatus, iis amotis, monachos ex S. Bertini cœnobio euocatos an. 1029. ſubſtituit. Hos Bald. Inſulanus, Barbati filius, Bergis in ſolemni curia Pentecoſtes exiſtens, an. 1067. ampliter dotauit. *Not. eccleſ. Belgij. c.* 98. Gandaui templum S. Bauonis à Balduino Tornacenſi & Lietberto Cameracenſi Epiſcopis dedicatur, & ibidem corpus S. Macarij Epiſcopi eleuatur; Philippo Francorum Rege, Bald. Inſulano Flandriæ Comite, eiuſq́; filio Balduino Haſnonio, præſentibus. Eodem anno Bald. Inſulanus ſeu Pius, Kalendis Decembris viuere deſiit; Inſulis in temploà ſe condito ſepultus; hoc addito epitaphio, quod etiamnum legitur: *Chi giſt treſ. haus, tres-nobles & trespoiſſant Princes Baudevvins li Debonnaires, iadis Contes de Flandres li Onzimes, qui funda ceſte eglize, & treſpaſſa en l'an de graſes mil LXVII.* Adela Balduini vidua, poſt mariti obitum Romam profecta, ab Alexandro II. Papa ſacrum velamen accepit; indeq́ue reliquias S. Sidronij martyris attulit, & Meſſinenſibus monialibus ſe iungens, ibidem piè vitam peregit. Bald. Inſulano ſucceſſit filius Balduinus cognomento Haſnonius & Montanus: *ſuprà pag.* 197. Is Geraldi montem à viro nobili Geraldo emit, muniuit atque in opidi formam redegit. Henricus IV. Rex Bertam, Othonis in Italia Marchionis & Adelheidæ filiam, accipit vxorem; nuptiaſq́; Triburiæ celebrat: vt Conradus Lichtenauius Abbas Vrſpergenſis, in Chronico tradit.

Theodericus Comes Treuerorum, ob Cononem ſeu Conradum 1068
electum Epiſcopum Treuerenſem è viuis ſublatum, ab Henrico Rege in exilium miſſus, peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcipit. *Sigeb.* Henricus II. Comes Louanienſis moritur: ſuccedit Henricus III.

cus III. filius, qui an. 1083. Affligemienſe monaſterium condidit, & annis 28. pacatè rexit: *ſuprà pag.* 222. Balduinus Ep. Nouiomenſis ac Tornacenſis moritur; ſufficitur Radbodo. Formiſelenſe Canonicorum collegium à viro nobili Iſaaco Formiſelenſi fundatur, & à Drogone Ep. Morinenſi libertate donatur: qui quidem Canonici poſteà an. 1100. regularem vitam ſunt amplexi. *Meyerus.*

1069 God. Magnus Lotharingię Dux, rogante coniuge ſua Beatrice, Sathanaci in eccleſia S. Dagoberti martyris monachos Gorzienſes, amotis Canonicis, collocat; tabulis in arce Bullonienſi datis, quæ in noſtra Not. eccleſ. Belgij c. 99. exſtant. Ardulfus Ardæ dominus Canonicorum collegium in opido Ardenſi, diœceſis olim Taruanenſis nunc Bolonienſis, in honorem S. Audomari fundat ac dotat: quod Balduinus itidem Ardæ dominus an. 1144. in Abbatiam ord. Præmonſtratenſis vertit. *Not. c.* 100. Henticus IV. Rex coniugem ſuam Bertam dimittere conatur; ſed impeditur à Petro Damiani, viro doctrina vitæque innocentia claro, qui vt Legatus Apoſtolicus, à Nicolao II. Rom. Pontifice in Germaniam ea de cauſſa miſſus, Regem Francofurti conuenit. *Scafnab.*

1070 Gerardus Alſatius Lotharingiæ Moſellanæ Dux moritur: ſuccedit filius eius *Theodericus Strenuus*. Motitur item Godefridus Magnus Dux Lotharingiæ inferiotis, & Virduni ſepelitur. Cui filius eius *Godefridus* ſucceſſit, præſtantis quidem animi adoleſcens, ſed *Gibboſus*. Ita Scafnaburgius & Sigebertus: ſed Bertoldus ſcribit God. Magnum an. 1096. in vigilia Natiuitatis Chriſti obiiſſe. Vide ſuprà pag. 238. & 273. Ceterùm God. Magnus territorium Bullonienſe iure hereditario poſſedit, & monachos Benedictinos, ex vicino S. Huberti cœnobio euocatos, in S. Petri eccleſia Bullonienſi conſtituit, dotauit, & Alexandri II. Papæ auctoritate firmauit: vt conſtat ex God. Bullonij diplomate à me producto cap. 116. in Not. eccleſiarum Belgij. Floret hodieque Cella ſeu Prioratus S. Petri Bullonienſis, à God. Magno primùm inſtitutus, pòſt à God. Bullonio, illius poſt God. Gibboſi obitum herede ac ſucceſſore, copioſiùs dotatus. Aldenburgi in Flandria templum S. Petri à Radbodone Ep. Tornacenſi dedicatur. Canonicorum collegium *Haſnonienſe* in Benedictinorum monaſterium à Balduino Haſnonio Fl. Comite conuertitur: nouum illius loci templum ab eodem Radbodone, itemque Lietberto Cameracenſi & Reinero Aurelianenſi, Epiſcopis, III. Nonas Iulias ſumma celebritate conſecratur. S. Godeleua, iuſſu Bertulfi mariti, ſtrangulatur Giſtellæ, ſecundo lapide ab Oſtenda Flandrię opido. Eſtque ibidem poſteà virginum Benedictinarum Abbatia, per Bertulfi ex altera coniuge filiam, conſtructa, nunc Brugis florens. Godeleuæ vitam & martyrium ſcripſit Drogo monachus Winocibergenſis ad dictum Radbodonem Epiſcopum, qui beatæ martyris corpus anno 1088. è terra leuauit. Balduinus VI. Haſnonius Flandriæ Hannoniæque Comes XII. Kal. Auguſti moritur, & Haſnonij ſepelitur; vt ſuprà pag. 197. dixi. *Arnulfo* filio maiori Flandriam, *Balduino* autem iuniori filio Hannoniam teſtamenti tabulis aſsignauit, & fratri ſuo Roberto Friſio tutelam Arnulfi commiſit. Quæ cùm illi denegaretur, obnitente Richilde Arnulfi matre, Robertus illius ſe hoſtem declarauit, & è contrà Richildis quidquid Robertus apud Flandros poſsidebat, vt Comitatum Aloſtanum, Ambactos quattuor, itemque inſulas Zelandicas inuaſit. Atque hæc origo funeſti belli fuit, quod Flandriam diu afflixit

afflixit. Robertus itaque Richildem cum filiis Flandria exturbauit: quæ Pariſios fugiens à Philippo Rege auxilium petiit & impetrauit. Euſtathius II. Comes Bolonienſis & Lenſenſis, eiuſque vxor Ida, parentes God. Bullonij Regis Hieroſolymitani, Lenſenſe Canonicorum in Arteſia collegium, à maioribus ſuis fundatum, prædiis ac priuilegiis augent. Lietbertus Epiſcopus Cameracenſis Lenſenſe item templum in honorem Deiparæ conſecrat. *Not. eccleſ. Belgij c.*101.

Comites & Duces Limburgenſes.

HENRICVS I. Comes Limburgenſis ex *Iutha* ſeu Iuditha; Frederici Lotharingiæ inferioris Ducis ſexti filia, ſuprà pag. 237. memorata, *Henricum II.* genuit. II. HENRICVS II. God. Bullonio, an. 1100. in Syria ſine liberis defuncto, in Ducatu inferioris Lotharingiæ anno 1101. ab Henrico IV. Imp. eſt ſuffectus, eodemque Ducatu poſteà ab eodem an. 1106. priuatus: & ideò Henricus Exdux vulgò nuncupatur. Vide quæ ſuprà pag. 239. diximus. Vxorem habuit *Adelam*, Walerami Comitis de Arlon filiam heredem.

III. WALERAMVS dictus Paganus, Henrici II. filius, Dux Limburgenſis & Comes de Arlon, an. 1126. Ducatum Lotharingiæ inferioris patri ablatum, rurſus à Lothario Imp. impetrauit: quem Conradus, Lotharij ſucceſſor, an. 1138. eidem rurſus abſtulit: vt ſuprà pag. 239. & 240. docui. Ex N. coniuge filios tres reliquit, *Henricum* Ducem Limburgenſem, *Waleramum* Comitem de Arlon, & *Gerardum*: ex quibus duo poſteriores ſine liberis obierunt. Fuit Aduocatus Abbatiæ S. Trudonis, & Subaduocatum habuit Giſlebertum Comitem de Duraz, & circa annum 1139. viuere deſiit.

IV. Henricus III. Walerami filius, cum fratre ſuo Waleramo Comite de Arlon, an. 1146. diplomati Cameracenſi, quod in Not. eccleſ. Belgij c. 155. exſtat, ſubſcripſit. Duas habuit coniuges, *Laurentiam*, Theoderici Alſatij Flandriæ Comitis filiam, & alteram N. cuius nomen ignoratur. Ex poſteriore liberos reliquit, *Henricum IV.* Ducem, & *Margaritam* Godefrido III. Brabantiæ Duci an. 1155. nuptam. Ceterùm Laurentia ob conſanguinitatem dimiſſa, tres ex ordine poſteà maritos habuit, *Iuanum* Caluum Comitem Aloſtanum, *Radulfum* Comitē Veromanduorū, & *Henricum* Cæcum Comitem Namurcenſem ac Luxeburgenſem: vt ſuprà pag. 267. & 246. narraui.

V. HENRICVS IV. Dux Limburgenſis & Comes ſeu Marchio de Arlon, quattuor habuit filios, *Waleramū II.* Ducē, *Henricum* dominum Waſſenbergæ in agro Iuliacenſi, *Gerardum* dominum de Bornes in agro Limburgenſi, & *Simonem* an. 1193. electum Leodicenſem, qui Cardinalis Romæ an. 1195. obiit, ibidem in Lateranenſi baſilica conditus. Henricus IV. admodum ſenex an. 1221. deceſſit, in Rodenſi Canonicorum regularium Abbatia conditus; vt Renerus rerum Leodicenſium ſcriptor & Albericus in Chron. tradunt.

VI. WALERAMVS II. duas habuit coniuges. Ex priore N. nati ſunt, *Henricus V.* Dux Limburgenſis, *Waleramus* cognomento Longus, dominus de Fauquemont, Monjoye & Poileuache, & N. vxor Frederici Comitis Iſenbergēſis. Ex poſteriore coniuge *Ermenſinda*, Henrici Cæci Comitis Luxeburgenſis filia herede (quā an. 1214. duxit) nati ſunt, *Henricus I.* cognomēto Blondus, Comes Luxeburgenſis & Marchio de Arlon, *Gerardus* dominus de Durbuy, Rouſſy & Villance, & *Catharina* vxor Matthæi II. Ducis Lotharingiæ Moſellanæ; vt pag. 232. docui. Ceterùm

Oo Wale-

Waleramus II. Dux Limburgenſis & iure vxorio Comes Luxeburgenſis, an. 1191. cum Richardo Angliæ Rege & Theoderico Cliuiæ Comite in Syria militauit: vt in Auctario Aquicinctino à nobis edito legitur. Idem Roberti-montenſe virginum cœnobium, ord. Ciſtertienſis, an. 1221. dotauit; exſtatque diploma cap. 196. in noſtra Notitia eccleſ. Belgij. Obiit an. 1226. ſepultus in dicta Rodenſi Abbatia: vbi hoc eius epitaphium marmori inſcriptum legi & exſcripſi:

Iſte fuit talis, virtutibus Imperialis,
Maieſtas ſimilem neſciuit habere per orbem:
Limburg Dux, Archos Arlon, Comes in Luceliburg
Walramus: dictus Dux Henricus pater eius.

VII. Henricvs V. ex *Cunigarde*, Adolfi (qui fuit frater S. Engelberti Archiepiſcopi Colonienſis) Montenſis Comitis filia herede, ſuſtulit *Waleramum III.* Ducem Limburgenſem, & *Adolfum* Comitem Montenſem: cuius poſterioris ſobolem infrà ſuo loco explicabimus. Ceterùm Henricus V. Dux Limburgenſis & iure vxorio Comes Montenſis, an. 1227. in Terram ſanctam profectus, exercitui ad Sagetam muniendam præfuit: vt Albericus in Chron. & Marinus Sanutus narrant. Inde domum reuerſus, manu armata caſtrum *Limburgum* ad Lenam fl. in diœceſi Colonienſi à fundamentis exſtruxit, & ſororis ſuæ filio (qui ex Frederico Iſenbergæ Comite, S. Engelberti Ar. Colonienſis percuſſore, natus fuerat) tradidit: vt Leuoldus Northonius in Chronico Comitum Marcanorum narrat.

VIII. Waleramvs III. Dux Limburgenſis, ex illa ſtirpe poſtremus, circa annum 1278. moriens, ex N. filiam vnicam reliquit *Ermengardem*, Rainaldo I. Gelriæ Comiti nuptam; quæ ante patrem ſine liberis moriens, heredem reliquit *Adolfum II.* Comitem Montenſem, Adolfi I. paulò antè memorati filium. Adolfus II. anno 1282. Ducatum Limburgenſem *Ioanni I.* Brabantiæ Duci ceſſit. Ab illo tempore, Brabantiæ & Limburgi Ducatus manſerunt vniti. Reliquis itaque Limburgi Duces infrà ſuo loco in ſerie Ducum Brabantiæ Lector reperiet.

Comites de Chiſneio (Chiny) in diſtrictu Luxeburgenſi.

I. Arnvlfvs Comes de Chiny an. 1070. in Valle Aurea monaſterium ædificare cœpit; adiutante *Mathilde*, God. Gibboſi Lotharingiæ Ducis coniuge. Obiit an. 1110. ſepultus Metis in eccleſia S. Arnulfi. Duxerat N. filiam Hilduini Comitis de Roucy. II. Otho Arnulfi filius, cum Alide coniuge ſua, Alberti III. Comitis Namurcenſis filia, ſuprà pag. 245. laudata, monachis Benedictinis amotis, Canonicos regulares in Valle Aurea collocauit, probante Brunone Ar. Treuerenſi. Baſilicam nouam anno 1124. ab Henrico Ep. Virdunenſi conſecrandam curauit, & anno proximè ſequenti viuere deſiit. Othonis frater (non tamen vterinus) fuit Albero Epiſcopus Virdunenſis.

III. Albertvs Othonis filius, cum *Agnete* coniuge, Rainaldi I. Comitis Barrenſis filia, ſuprà pag. 270. memorata, an 1131. S. Bernardo Claræ-Vallis Abbati ac monachis ord. Ciſtertienſis Vallem Auream tradidit; promouente Alberone Ep. Virdunenſi.

Hæc

Hæc ex archiuis dicti monaſterij Vallis aureæ hauſimus. Obiit verò Albertus circa an. 1163. & ex Agnete tres filios ac totidem filias reliquit, *Ludouicum* in Comitatu ſucceſſorem, *Theodericum* dominum de Marlieres, *Arnulfum* Ep. Virdunenſem, N. dominam de Hierges, matrem Alberti de Hierges Epiſcopi Virdunenſis, *Idam* vxorem domini de Aſpremont, & N. matrem Rogerij de Valchein: vt ex Alberico Quercetanus in Hiſt. Luxeburgenſi docet.

IV. LVDOVICVS in obſidione Ptolemaidis an. 1191. periit; teſte eodem Alberico in ms. Chronico. V. LVDOVICVS II. Ludouici filius, Comes de Chiny, duxit *Ioannam* Aueſnenſem, Iacobi Aueſnenſis filiam primogenitam, & ex ea tres ſuſtulit filias, quarum primogenita fuit Ioanna; teſte Balduino Aueſnenſi. Obiit autem Ludouicus II. an. 1226. iuxta auum Albertum in Valle Aurea ſepultus; vt idem Albericus tradit. VI. IOANNA Comitiſſa de Chiny nupſit *Arnulfo* Comiti Loſſenſi, & ex eo genuit quattuor filios, & duas filias; in his *Ioannem* Comitem Loſſenſem, & *Ludouicum* Comitem de Chiny: vt idem Balduinus Aueſnenſis in ms. Genealogia Comitum Hannoniæ tradit.

VII. LVDOVICVS III. Comes de Chiny duxit Sibyllam, filiam Henrici II. Comitis Barrenſis. Ludouico ſine liberis defuncto, Comitatus de Chiny ad ARNVLFVM Comitem Loſſenſem, Ioannis ſuprà memorati filium, eſt deuolutus.

Comites Loſſenſes in diœceſi Leodicenſi.

I. OTHO Comes Loſſenſis in diplomate Stabulenſi (quod an. 1067. ſcriptum in Notitia eccleſ. Belgij c. 127. exſtat) inter teſtes cum Alberto Comite Namurcenſi recitatur. Duxit *Emmam*, aliàs Lutgardim, Alberti I. Comitis Namurc. filiam, in Genealogia S. Arnulfi & ſuprà pag. 245. memoratam: & ex ea genuit *Emmonem* Comitem Loſſenſem, & *Othonem* Comitem de Duraz Subaduocatum monaſterij Trudonenſis, patrem Giſleberti Comitis de Duraz. II. EMMO *Arnulfum* Comitem Loſſenſem, *Theodericum* & *Sophiam* Comitiſſam in Hungaria procreanit: vt Quercetanus in Hiſt. Comitũ Luxeburgenſium c. 7. tradit. III. ARNVLFVS an. 1119. diploma eccleſiæ Antuerpienſis ſignauit, & an. 1135. *Auerbodium*; virorum ord. Præmonſtratenſis Abbatiam, fundauit. *Not. c.* 130. & 146. Genuit *Arnulfum* Comitem Loſſenſem, & *Imainam* Godefrido III. Brabantiæ Duci nuptam. IV. LVDOVICVS duxit *Ermenſindam* de Reneke, Gerardi de Reneke & Heluidæ de Caſtel filiam; & ex ea genuit *Gerardum* Comitem Loſſenſem, *Lauretam* Theobaldi I. Comitis Barrenſis vxorem, & N. matrem Ducis Bauariæ: vt ex Alberici Chronico docet Quercetanus in Hiſt. Comitum Barrenſium. Ludouicus porrò Comes obiit an. 1171. in Loſſenſi Beginagio conditus: vt Godefridus, monachus ad S. Pantaleonem Coloniæ, tradit in ſuo Chronico.

V. GERARDVS ex N. ſorore Comitis Gelrenſis quattuor genuit filios, *Ludouicum II.* Comitem Loſſenſem; *Gerardum* Comitem de Reneke, *Arnulfum* & *Henricum*: demũ in obſidione Ptolemaidis 1191. periit, teſte Alberico. Idem Gerardus 1170. contra Radulfum Ep. Leodicenſem bellum geſſit, & *Herkenrodenſe* virginum ord. Ciſtercienſis monaſterium ædificauit. VI. LVDOVICVS II. duxit Adam, Theoderici VII. Hollandiæ Comitis ſuprà pag. 245. memorati filiam,

& an. 1202. Comitatum Loſſenſem S. Lamberto donauit, & eumdem in feudum ab Hugone Ep. Leodicenſi recepit. Idem prælio Steppenſi 1213. interfuit, obiitque ſine liberis an. 1218. vt & frater eius Henricus; teſte Alberico. VII. Gerardus Comes de Reneke, Ludouici frater, filios reliquerat, *Ludouicum* & *Arnulſum*: quorum poſterior ARNVLFVS patruo in Comitatu Loſſenſi ſucceſſit: duxitque *Ioannam* Ludouici Comitis de Chiny & Ioannæ Aueſneuſis filiam heredem. Ex qua filios quattuor & filias duas, in his *Ioannem* Comitem Loſſenſem & *Ludouicum* Comitem de Chiny ſuſtulit. VIII. IOANNES ex N. filia Comitis Iuliacenſis genuit *Arnulſum III.* Comitem Loſſenſem, *Theodericum* dominum Heinsbergæ iure vxorio, & *Ioannem* dominum de Agimont. IX. ARNVLFVS III. Comes Loſſenſis patruo ſuo Ludouico Comiti de Chiny, ſine liberis defuncto, in dicto Comitatu ſucceſſit. Cum vxore ſua *Margarita* an. 1296. & 1321. Haſletenſe Eremitarum Auguſtinianorum cœnobium dotauit. Liberos habuit, *Ludouicum* Comitem de Los & Chiny, *Arnoldum* & *Mariam* Godefrido Heinsbergæ domino, dicti Theoderici filio, nuptam. Notitiam noſtram eccleſiarum Belgij cap. 226. conſule, vbi & Stemma Loſſenſis atque Heinsbergenſis familiæ reperies.

X. LVDOVICVS Loſſenſis & Chiniacenſis Comes, an. 1336. ſine prole maſcula moriens, heredem nominauit *Theodericum* Heinsbergæ dominum, Mariæ ſororis ſuæ, ex Godefrido filium. Hinc nata eſt contentio de Comitatu Loſſenſi inter Epiſcopum Leodicenſem & Dominos Heinsbergenſes: de qua fusè ſcribit Ioannes presbyter in Geſtis Epiſcoporum Leodicenſium, to. 2. cap. 22. apud Chapeauillium. Ceterùm Ioannes Hocſemius in Hiſtoria Epiſcoporum Leodicenſium cap. 22. ſcribit, poſt mortem Ludouici Comitis Loſſenſis, Adolfum Marcanum Ep. Leodicenſem à collegio Canonicorum S. Lamberti, monitum fuiſſe, vt dictum Comitatum, ad Eccleſiam Leodicenſem iure deuolutum, occuparet; ſed ipſum frigidè egiſſe aut diſſimulaſſe, in fauorem ſororij ſui domini Heinsbergenſis; ideoque à Papa fuiſſe reprehenſum. Exſtat ea de re Conſilium Oldradi Iureconſulti. Ioannes presbyter & alij rerum Leodicenſium ſcriptores tradunt, Ludouicum poſtremum Comitem Loſſenſem & Chiniacenſem obiiſſe ſine liberis. Alij ſcribunt ipſi ſuperſtitem fuiſſe filiam *Margaritam*, cuius hoc cenotaphium hodieque exſtat in Valle aurea, ord. Ciſtertienſis Abbatia, in Ducatu Luxeburgenſi: *Hic iacet illuſtris domina Margareta, Comitiſſa de Loz & Chiny, Ludouici Comitis de Chiny & Ioanna de Blamont vnica filia: qua fuit Ioannis Ducis Lotharingia vxor (qui Pariſiis veneno vitam finiit cùm Neapolim verſus iter meditaretur, an. 1372.) & hic ſepulta quieſcit. Et quia ſola vera heres remanſerat, duo ſupradicti Comitatus diuiſi alter ab altero fuere. Primum de Loz ſcilicet, vſurpauit Adulfus à Marca, Leodicenſis Antiſtes, poſt mortem Ludouici Comitis prædicta Margareta patris, qui obiit pridie S. Sebaſtiani anno 1336. vtpote quem eius auus Arnulfus, poſteritatis ſpe deſtitutus vel diffiſus, Hugoni Antiſtiti ſponte in ara S. Lamberto ſacra obtulerat. Alter verò, à morte prædicta Margareta, recidit in poteſtatem Wenceſlai Luxemburgenſis Ducis.*

1071 Treueris S. Paulini Epiſcopi corpus, olim è Phrygia, vbi exulauerat, allatum, cum Palmatij, Tyrſi & aliorum cælitum oſſibus inuenitur: vt Sigebertus hoc anno & Scafnaburgenſis proximè ſequenti narrant. *Martyrol. Rom. 31. Aug. 5. & 6. Oct.* God. Gibboſus, Lotharingiæ inferioris Dux, adiutante Guilielmo Ep. Vltraiectenſi, Friſiam ſeu

Hollan-

Hollandiam inuadit. *Sigeb.* Adelbero III. Ep. Metenſis moritur: &
ſuccedit Herimannus. *Scafnab.* Salefeldiæ, pulſis Canonicis, per An-
nonem Ar. Colonienſem monachi Benedictini ſubſtituuntur. Richil-
dis, eiuſque filius *Arnulfus* Flandriæ Comes, & Philippus Francorum
Rex, 22. Februarij, à Roberto Friſio, Flandriæ inuaſore, memorabili
prælio prope Caſtellum Morinorum, *Caſſel*, vincuntur. Inter alios
cecidit *Arnulfus* Comes, meritò *Infelix* nuncupatus, quòd à patruo
victus vitam ac Principatum ſibi ſuiſque ademptum amiſerit. Ri-
childis itidem victa Leodicum ad Henricum IV. Regem ſe contu-
lit, ab eodẽ, vt & à Theoduino Ep. Leodicenſi, auxiliũ imploratura.

Richildis grandi pecunia à Theoduino impetrata, God. Gibboſum 1072
Lotharingiæ Ducem, Albertum Namurcenſem, Henricum Loua-
nienſem, alioſque Comites in armorum ſocietatem ſibi adiungit, re-
paratoq; bello in Flandriam irrumpit. At Rob. Friſius è contrà Han-
noniam aggreſſus, ad Broqueroiam hoſtes adeò fregit ac cæcidit, vt
deinceps *Balduinus*, Arnulfi Infelicis frater, intra Hannoniæ maternæ
limites ſe continuerit. *Scafnab.* Robertus exinde Flandriam pacificè
poſſedit, & Philippo Franciæ Regi, olim hoſti, fidem clientelarem, vt
Flandrenſis Comes, demum præſtitit. Idem principatus ſui initio
(quòd Deo principique Apoſtolorum victoriam Caſſetanam ferret
acceptam) multa per Flandriam templa, in honorem S. Petri, par-
tim à fundamentis erexit, partim iacentia reſtituit. Caſſeti nomina-
tim S. Petro Canonicos XX. & Torholti X. conſtituit. Hoc item anno
poſſeſſiones monaſterij S. Petri Gandenſis ſuo diplomate confirma-
uit: quod in Not. noſtra cap. 102. exſtat. Idem Rob. Friſius apud *Wa-
tanas* Canonicos diſciplinæ regularis inſtituit: cuius monaſterij poſ-
ſeſſiones, noſtra ætate, partim Epiſcopatui Audomaropolitano, par-
tim Watanenſi Soc. Ieſu Collegio ſunt attributæ. Heribertus Abbas
Bertinenſis Suelgerum vnum ex monachis ſuis mittit Alciacum (vbi
tunc cella erat Bertinenſi Abbatiæ annexa, *Aulcy les moines*, in Ar-
teſia) eumque primum illius loci Abbatem conſtituit. Quod deinde
obtinuit: exſtatque, lib. 5. Decretalium, Innocentij III. Reſcriptum
de Alciacenſibus Abbatibus ex collegio monachorum Bertinenſium
ſumendis.

Petrus Damiani (cuius ſcripta exſtant) in Domino obdormit. 1073
Alexander II. Papa moritur: ſuccedit Hildebrandus monachus Bene-
dictinus, *Gregorius VII.* nuncupatus: quem vitæ integritate multiſque
miraculis claruiſſe, tradit Scafnaburgenſis illius æui ſcriptor. Quod
addo, ne temerè quis credat Sigeberto, & aliis mira in odium huius
Pontificis fingentibus. S. Anno Ar. Colonienſis Henricum IV. Re-
gem deſerit, & ad Epiſcopatum ſuum reuertitur: vnde Rex in præ-
ceps ruit. *Scafnab.* S. Ioannes Gualbertus, fundator Ordinis Vallis-
Vmbroſæ, ad cælos migrat.

Cœlibatus ſacerdotum, ſecundùm veteres Canones, à Grego- 1074
rio VII. Papa ſeuerè indicitur. Sigebertus id malignè ſuo in Chroni-
co interpretatur: ſed nihil eum noui ſanxiſſe, Scafnaburgenſis, Baro-
nius, Bellarminus & alij docent. S. Staniſlaus Cracouienſis martyrio
coronatur.

Henricus IV. Imp. contra Saxones mouet: ad quod bellum co- 1075
mitati ſunt Henricum Theodericus Strenuus Lotharingiæ Moſella-
næ ſeu ſuperioris, & God. Gibboſus Loth. inferioris Duces. *Scafnab.*
Theoduinus Ep. Leodicenſis moritur. Succedit Henricus, aduiten-

te God. Gibboſo, & conſecratur à S. Annone Ar. Colonienſi, qui hoc ipſo anno 4. Decemb. obiit, Sigebergæ in monaſterio à ſe excitato conditus.

1076 Gozilo ſeu Godefridus Gibboſus, Dux Lotharingorum inferiorum, cùm eſſet in confinio Lotharingiæ & Flandriæ, in ciuitate quæ dicitur *Antvverpha*, occiditur, per inſidias, vt putatur, Roberti Flandrenſis Comitis, & Virduni ſepelitur, non relictis liberis. *Scafnab.* Exinde Henricus IV. Imp. Paſcha Vltraiecti celebrauit, ibíque exiſtens Ducatum Lotharingiæ inferioris filio ſuo *Conrado*, Marchiam verò Antuerpienſem *Godefrido Bullonio*, Gozilonis Ducis nepoti, Euſtathij Comitis filio, *impigro & ad rem militarem acerrimo adoleſcenti*, tradidit: vt ex Scafnaburgenſi ſuprà pag. 238. docui. Eumdem God. Bullonium auunculo ſuo in ditione Bullonienſi ſucceſſiſſe, ibidem diximus. Guilielmus Ep. Vltraiectenſis moritur, & ſuccedit Conradus, anno 1085. demum ordinatus. *Scafnaburg.* Lietbertus Ep. Cameracenſis & Atrebatenſis die 22. Iunij moritur; vt eius tumuli inſcriptio teſtatur. Poſt biennium, hoc eſt, anno 1078. *Gerardus II.* ſucceſſit. Lietbertus porrò Benedictinorum Abbatiam *S. Sepulcri* in vrbe Cameracenſi fundauit, & ibidem in *S. Auberti* cœnobium Canonicos regulares introduxit, clericis ſæcularibus amotis: vt Baldericus l. 3. c. 77. commemorat. Idem in Monte S. Eligij prope Atrebatum regulares conſtituit, & S. Andreæ cœnobium in Caſtello Cameraceſij perfecit. Gregorius VII. Papa Henricum IV. Regem excommunicat. *Scafnab.*

1077 Gregorius VII. per litteras à proceribus Teutonicis rogatus, vt ad diſcutiendam Henrici IV. Regis cauſſam in Germaniam veniret, Roma egreditur; ducatum ei per Italiam præbente *Mathilde*, God. Gibboſi Lotharingiæ noſtræ vidua, Bonifacij Marchionis ac Beatricis Comitiſſæ filia: quæ hoc ipſo anno magnam Tuſciæ & Liguriæ partem S. R. Eccleſiæ dono dedit: vt Domnizo presbyter in eius vita narrat. Mathildis porrò, viuente adhuc marito, quandam viduitatis ſpeciem, longiſſimis ab eo ſpatiis excluſa, prætulerat, cùm nec ipſa maritum in Lotharingiam, extra natale ſolum, ſequi vellet, & ipſe Lotharingici Ducatus adminiſtratione implicitus, tertio aut quarto vix anno Marcam Italicam inuiſeret. Igitur Papa cùm in Germaniam properaret, audiens Henricum Regem iam intra Italiam eſſe, hortante Mathilde, *Canuſium* (quod erat caſtellum munitiſſimum) diuertit. Henricus Mathildem ad colloquium euocauit, eamque promiſſis oneratam ad Papam tranſmiſit, & cum ea ſocrum ſuam Adeleidem Comitiſſam, eiuſque filium, Azonem inſuper Marchionem Eſtenſem & S. Hugonem Abbatem Cluniacenſem; obſecrans vt ab excommunicatione abſolueretur. Sed cùm promiſſis non ſtaret, Germaniæ Principes nouum ſibi Regem *Rodulfum* Sueuiæ Ducem elegerunt, eumque Sigefridus Archiepiſcopus VII. Kal. Aprilis Moguntiæ vnxit: vt Scafnaburgius, Sigebertus & Bertoldus narrant. Agnes, Henrici IV. Regis mater, Romæ moritur. Suenoni Daniæ Regi defuncto ſuccedit Haraldus filius. In Geiſæ Hungarorum Regis mortui locum ſufficitur Ladiſlaus. In geſtis huius anni deſinit Hiſtoria Germanorum à Lamberto Scafnaburgenſi, monacho Herſfeldenſi, conſcripta.

1078 Gerardus II. creatur Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus. Huic *Baldericus* Ep. Nouiomenſis ac Tornacenſis Chronicon Cameracenſe,

racenſe, à ſe conſcriptum, dedicauit. Libet hîc ſubnectere quæ de Lietberti (in quo Balderici Chronicon deſinit) ſucceſſoribus in cathedra Cameracenſi, ſubiunguntur in ms. codice monaſterij Rubeæ Vallis, quod eſt Canonicorum regularium altero lapide à Bruxella. *Poſt Lietbertum in Epiſcopatu ſucceſſit alter* Gerardus; *poſt hunc* Manaſſes *Sueſſionenſis eccleſiæ clericus; poſt hunc* Gualterus *Tornacenſis eccleſiæ Canonicus; poſt hunc* Odo; *poſt hunc* Burchardus; *poſt hunc* Lietardus, *poſt hunc* Nicolaus *Goſuini de Montibus frater, qui an.* 1167. *apud Vaucellas obiit, ſed Cameracum tranſlatus, ſepultus eſt in veſtibulo eccleſiæ B. Mariæ ante altare S. Ioannis Baptiſtæ. Poſt Nicolaum ſucceſſit* Petrus, *filius Theoderici Comitis Flandriæ, & rexit annis quattuor: ſed poſteà, vt erat iuuenis, clericatum depoſuit, vxore accepta Comitiſſa Niuernenſi. Poſt hunc ſucceſſit* Robertus *Præpoſitus Ariæ, & rexit in electione Eccleſiam Cameracenſem per quinque menſes, & à complicibus Iacobi Aueſnenſis, vt fertur, apud Condatum interfectus eſt, & apud Ariam tumulatus. Poſt hunc* Alardus *Archidiaconus eiuſdem eccleſiæ ſucceſſit, & rexit Eccleſiam anno & dimidio, & mortuus eſt plenus dierum. Poſt hunc ſucceſſit* Rogerus, *frater Hellini Wauringani. Hic an.* 1179. *Concilio Romano, ab Alexandro Papa celebrato, interfuit, & ibidem in Epiſcopum conſecratus eſt à Guilielmo Ar. Remenſi in eccleſia S. Sabinæ.* Inter Rodulfum & Henricum Reges VII. Idus Auguſti prælium atrox committitur: Rudolfus victoriam, ſed cruentam obtinet. *Bertold.*

Adela, Bald. Inſulani Flandriæ Comitis vidua, moritur, in monaſterio Meſſinenſi à ſe condito ſepulta. Obiit item *Drogo* Ep. Morinenſis; & ſuccedit *Hubertus*. Quo pulſo, Lambertus per Rob. Friſium Flandriæ Comitem eſt ſuperinductus. Illo item per Euſtathium Aduocatum Taruanenſem pulſo, Taruanenſes *Gerardum* ſibi Antiſtitem elegerunt. Gregorij VII. Papæ epiſtolas ad Rob. Friſiũ ſcriptas lege. Berengarius Romæ in Synodo hæreſim ſuam tertiò abiurat. *Bertold.* S. Saluatoris cœnobium in inſula Aquicinctina (*Anchin*) viri duo nobiles *Sicherus* & *Walterus* ædificare incipiunt. Inſulam ipſis dono dederat *Anſelmus de Riboldimonte* vir potens in Oſtrouandia. Gerardus II. Ep. Cameracenſis & Atrebatenſis primum illis Abbatem præfecit Alardum monachum Haſnonienſem. *Not. eccleſ. Belgij* c. 103. Hoc tempore Turci in Oriente ſuper Arabes & Saracenos præualuerant. Armeniam itaque ac Syriam incurſantes, Antiochiam inter reliquas vrbes capiunt. *Sigeb.* 1079

Gregorius VII. menſe Martio Henricum IV. Regem iterùm excommunicat; Henricus Guibertum Antipapam creat. *Bertold.* Rodulfus & Henricus Reges, medio Octobri in Saxonia prope Elſtram, prælio inter ſe concurrunt: in quo Rodulfus Rex God. Bullonij manu (vt quidam tradunt) cæſus occubuit, pòſt Merſeburgi ſepultus. *Sigeb. Bertold.* Floneuſe Canonicorum regularium cœnobium, ad Moſam in diœceſi Leodicenſi, à Rodulfo & Lamberto fratribus, eorumdque conſanguineo Fulcuino, militibus, fundatur; vt Ægidius monachus Aureæ Vallis c. 12. narrat. Rob. Friſius Flandriæ Comes monaſterij Meſſinenſis ab Adela matre ſua conditi (*viſis*, vt ipſe loquitur, *tot miraculorum ſignis in eodem loco*) poſſeſſiones confirmat. *Not. eccleſ. Belgij* c. 104. 1080

Metis Concilium habetur, in quo *S. Arnulfus* fit Sueſſionum Epiſcopus, & Lambertus Morinenſis deponitur: vt ex Hariulfo in Arnulfi vita c. 25. & ex Gregorij VII. Papæ l. 9. epiſt. 34. datur intelligi. Ioannes Curopalates Græcus Hiſtoriam ab anno 811. vſque ad hunc annum conſcripſit. Henricus IV. Rex magno cum exercitu in Italiam 1081

Anni vulgares Chriſti.

liam profectus, Romam obſidet. Eidem filius Henricus V. naſcitur. Decliuinnum ſeu Ticliuinnum (*Dickleuenne*) vetus municipium ad Scaldim inter Gandauum & Aldenardam eſt ſitum; cuius in Diuiſione regni Lotharienſis an. 870. ſuprà pag. 192. fit mentio. Quo in loco Benedictini monaſterium excitauerant; quod inde an. 1081. ad Geraldimontem à Gerardo II. Ep. Cameracenſi eſt tranſlatum. *Not. c.* 104. Richildis Hannoniæ Comitiſſa, eiuſque filius ac ſucceſſor Balduinus, fundant Abbatiam S. Dionyſij in Broqueroia, quæ eſt Benedictinorum prope Montes Hannoniæ. *Not. c.* 105. Marianum Scottum à Chriſti ortu ad hunc vſque annum (ætatis ſuæ 56.) perduxiſſe ſuum Chronicon ſcribit Sigebertus. Quo fit, vt meritò dubitent eruditi, an pars Chronici, ab orbe condito vſque ad Chriſti ortum, Mariano præfixa, ſit ipſius opus. Henricus IV. Rex Romam iterùm obſidet, ſed fruſtrà. Itaque in Longobardiam reuertitur, Guiberto Antipapa Tibure relicto. Germaniæ Principes, in locum Rodulfi defuncti, Regem ſibi ſufficiunt Herimannvm Comitem Salmenſem, Giſleberti Comitis Luxeburgenſis filium: cuius ſtemma ſuprà pag. 231. explicuimus. Ab iſto Herimanno originem trahit familia Comitum Salmenſium, in Arduenna, Alſatia & Auſtria illuſtris.

Comites Salmenſes in Arduenna, Alſatia & Auſtria.

- Herimānus ex Comite Salmenſi in Arduennâ 1081. Rex Roman. ob. 1088.
  - Otho Comes de Rineke duxit Gertrudem Comitiſſam de Benthem.
    - Otho II. Com. de Rineke & Benthem 1148.
      - Otho III. obiit ſine liberis ante patrem.
    - Sophia vx. Theoderici VI. Co. Holl.
      - Florentius III. Comes Hollandiæ.
      - Otho IV. Comes de Benthem.
      - Liberi alij ſuprà pag. 243.
  - Herimannus II. Com. Salmenſis 1131.
    - Henricus I. Com. Salmenſis duxit heredem de Blāmont. ob. 1170.
      - Henricus II. Comes de Salmes & Blamont in Lotharingia.
        - Henricus III. obiit ante patrem.
          - Henricus IV. Com. Salmenſis in Arduenna, obiit 1278.
            - Guilielmus Com. Salmenſis in Arduenna 1314.
              - Henricus.
        - Fredericus Com. de Blāmont & Salmes in Alſatia.
          - Henricus duxit Sibyllā Barrenſē ſup. p. 271.
            - Ioannes Com. Salmenſis in Alſatia.

Herimannvs I. Comes Salmenſis in Arduenna, Giſleberti Comitis Luxeburgenſis filius ſecundò genitus, an. 1081. Rex Romanorum à proceribus Germaniæ creatus, demum an. 1088. viuere deſiit, ſepultus Metis in Lotharingia. Ex N. coniuge duos ſuſtulit filios, *Othonem* Comitem de Rineke, & *Herimannum II.* Comitem Salmenſem. Otho duxit Gertrudem heredem Comitatus de Benthem, & ex ea genuit *Othonem II.* Comitem de Rineke & Benthem, & *Sophiam*. Otho III. Comes de Benthem, Othonis II. filius, Henrici VI. Imp. diploma Vltraiectinum ſignauit, quod in noſtra Notitia eccleſ. Belgij c. 179. exſtat; obiitque ſine liberis. Sophia, Othonis II. Comitis Benthemienſis ſoror, & Othonis III. heres, nupſit *Theoderico VI.* Hollandiæ Comiti, & ex eo genuit *Florentium III.* Hollandiæ Comitem, Othonem IV. Comitem de Benthem, & alios vtriuſque ſexus liberos, ſuprà pag. 243. à nobis commemoratos.

He-

II. Herimannvs II. Comes Salmenſis in Arduenna an. 1131. vixit, duxitque N. filiam Theoderici I. Comitis de Monthbellart & Bar ſuprà pag. 270. laudati. III. Henricvs I. Herimanni II. filius, Comes Salmenſis in Arduenna, duxit N. heredem Comitatus de Albo monte (*Blanmont* ſeu *Blanckenheim*) in Lotharingia, & circa an. 1170. viuere deſiit. IV. Henricvs II. Henrici I. filius, Comes de Salmes in Arduenna & de Blanmont in Lotharingia, duxit *Iuditham*, filiam Frederici à Lotharingia Comitis de Bitſche, ſuprà pag. 274. memorati; & ſtruxit caſtrum Salmenſe in Alſatiæ & Lotharingiæ confinibus: vt ex Richerio in Hiſtoria monaſterij Senonienſis Quercetanus docet. Idem Henricus II. ex Iuditha duos genuit filios, *Henricum* III. familiæ Salmenſis in Arduenna propagatorem, & *Fredericum* Comitem de Blanmont, familiæ Comitum Salmenſium in Alſatia & Auſtria conditorem.

V. Henricvs III. obiit ante patrem, relicto filio *Henrico* IV. Comite Salmenſi in Arduenna. Hic an. 1278. moriens, ex Clementia de Roſoy filium reliquit Goilielmum. Goilielmus *Henricum* V. & Henricus V. *Guilielmum* II. procreauit. Guilielmus II. ex filia Gerardi de Prouny *Ioannem*, Ioannes *Henricum* VI. ſuſtulit. Henricus VI. *Henricum VII.* & *Mariam* Engelberto Comiti Hirſuto nuptam genuit. Henricvs VII. (niſi fallor) duxit *Iſabellam* de Glimes, aliàs de Brabantia, Louanij apud Franciſcanos ſepultam; periitque an. 1408. in prælio Othenſi apud Tungros, ſepultus Leodici ad S. Iacobum, non relicta ſobole.

Ceterùm duæ primariæ ſunt ſtirpes Comitum Salmenſium, videlicet *Arduennenſis* & *Alſatica*. Ex his ſtirps Arduennenſis pro inſigni geminos Salmones rubeos, ſtirps autem Alſatica geminos Salmones argenteos in ſcuto præfert. Ex Alſatica ſtirpe prodierunt Comites Salmenſes in Auſtria hodieque potentes; ex quibus fuit Nicolaus Comes Salmenſis, quem Carolus V. Imp. an. 1531. Equitem Velleris aurei creauit. Salmenſis porrò in Alſatia Comitis Pauli filiam heredem Chriſtinã matrimonio ſibi iunxit Franciſcus à Lotharingia Comes Vaudemontanus, Henrici Lotharingię ac Barrinum Ducis pater: ſicque ditio Salmenſis in Alſatia cum Ducatu Lotharingico fuit coniuncta.

Weterico monacho Blandinienſi longè lateque contra ſæculi vitia acriter concionante, quinque viri nobiles, inter quos *Gerardus Niger* eminebat, illius ſacris monitionibus moti mundi curis valedicunt, & Affligemij, loco tunc inculto ac ſiluis horrido, monaſterium exſtruere incipiunt: quod anno 1086. Henricus III. Comes Louanienſis, eiusque frater God. Barbatus poſteà ampliter dotarunt. Henricus IV. Rex capta, Vrbe Leonina, Guibertum ſeu Clementem Pſeudo-papam in Vaticana ſede per vim collocat. *Munſterienſe* B. Mariæ cœnobium, à Conrado I. Comite Luxeburgenſi, Herimanni Germaniæ Regis fratre, in diœceſi Treuerenſi conditur: quod olim extra, nunc intra muros vrbis Luxeburgenſis viſitur. *Not. c. 106. & ſuprà pag. 232.* 1083

Henricus IV. Rex Lateranenſe palatium, feria quinta ante Dominicam Palmarum, occupat, & die Paſchatis à ſuo Antipontifice coronatur. Sed mox, adueniente Roberto Guiſcardo Nortmanno, in Germaniam rediit. Gregorius VII. Papa Vrbe relicta, Caſinum montem petiit, indeque Salernum ſe contulit. *Leo Oſt.* 1084

In Aldeburgenſi apud Flandros templo, Deiparæ cultu ac miraculis celeberrimo, *S. Arnulfus* Ep. Sueſſionenſis monachos Benedictinos, Roberto Friſio Flandriæ Comite & Radbodone Ep. Tornacenſi probantibus, collocar. Hoc ipſo in loco idem S. Arnulfus an. 1087. obiit ac ſepultus fuit, multis clarus miraculis. Vitam eius ſcripſit Hariulfus Abbas Aldeburgenſis, quam Surius edidit, ſed omiſſa præfatione triplici. Ingelramus dominus Lilarienſis *Hammenſe* monaſterium in Arteſia & Balduinus Comes Giſnenſis *Andrenſe* fundant, probante Girardo Morinenſi Epiſcopo; monachis Benedictinis ex Carofenenſi apud Pictones cœnobio euocatis: vt Iperius in ms. Chronico Bertinenſi, & nos in Not. c. 108. docuimus. *S. Bruno* Coloniæ Agrippinæ natus, in vaſta eremo apud Gratianopolim in Gallia, monaſterium ædificare incipit. Hinc origo ordinis Carruſiani. Riboldimontenſis ſeu Ribodimontenſis S. Nicolai, Benedictinorum (*Ribomont*) in diœceſi Laudunenſi anno 1084. fundatur ab Anſello ſeu Anſelmo de Riboldimonte, viro in Oſtrouandia potente. *Notit. eccleſ. Belgij cap.* 71.

1085 Gregorius VII. Papa, die 22. Maij, Salerni moritur ac ſepelitur. Hoc ferè tempore Gerardus II. Ep. Cameracenſis & Atrebatenſis Strumenſe virginum Benedictinarum cœnobium (*Eſtrun*) primo lapide ab Atrebato ædificare cœpit: quod circa annū 1110. Paſchalis II. Papa confirmauit. *Not. c.* 126.

1086 Richildis Hannoniæ & Flandriæ Comitiſſa menſe Martio moritur, & Haſnonij iuxta Balduinum maritum ſepelitur. *Guiſius to.* 3. *c.* 29. *& ſuprà pag.* 209. Henricus Louanij & Bracbatenſis patriæ Comes, itemque Aduocatus eccleſiæ Niuellenſis, monaſterium Affligemienſe fundat ac dotat. *Not. cap.* 109. Balduinus (qui poſteà Hieroſolymitanus eſt dictus) Comes Hanuoniæ baſilicam S. Mariæ maioris in vrbe Valentianenſi, à ſe & matre ſua Richilde magnificè ædificatam, & à Gerardo II. Ep. Cameracenſi conſecratam, monachis Benedictinis Haſnonienſibus tradit. *Not. cap.* 108. Deſiderius Abbas Caſinenſis die Pentecoſtes eligitur Papa, & Victor III. nuncupatur. *Bertoldus.*

1087 Balduinus Hannoniæ & Valentianarum Comes benefacit monaſterio Haſnonienſi. *Not. cap.* 110. Guilielmus Rex Angliæ & Dux Nortmanniæ moritur: ſuccedit filius Guilielmus Rufus. Victor III. Papa moritur XVI. Kal. Octobris. S. Arnulfus Ep. Sueſſionenſis, ex Comitibus Namurcenſibus originem trahens, in Domino obdormit: *ſuprà pag.* 245. *&* 295. S. Anſelmus Ep. Lucenſis, qui pro Gregorio VII. Papa contra Henricum IV. Regem ſteterat, Mantuæ in exilio 18. Ian. moritur. Hoc ipſo anno aut proximè ſequenti *S. Canutus* Daniæ Rex, pro zelo Chriſtianæ religionis, martyr occubuit. Is ex Adela, Roberti Friſij Flandriæ Comitis filia, genuit *Carolum Bonum* Flandriæ Comitem, *Olaum* qui regnum Carolo debitum occupauit, & *Ericum* Olai in regno ſucceſſorem: vt Saxo Grammaticus in hiſt. Danorum l. 13. narrat.

1088 Giſlebertus de Gandano, Balduini toparchæ Aloſtani filius tertiò genitus, à Lotberto Abbate Haſnonienſi emit alodium in Aloſt, Raſſeghem & Lede. In quo alodio idem Giſlebertus an. 1096. cœnobium monialium Benedictinarum fundauit, quod inde an. 1107. Foreſtum (*Vorſt*) prope Bruxellam eſt tranſlatum. *Not. c.* 110. 119. *& ſup. pag.* 267. Berta Hen. IV. Regis coniux moritur, & Spiræ ſepelitur.

Anno

Anno ſequenti idem Henricus Coloniæ vxorem duxit N. Vionis Marchionis viduam. VRBANVS II. Papa IV. Idus Martij conſecratur. Fuit is ex illuſtri apud Francos familia *de Chaſtillon ſur Marne* procreatus: cuius ſtemma in Not. eccleſ. Belgij cap. 115. reperies.

God. Bullonio ab Henrico IV. Germaniæ Rege datur Ducatus Lotharingiæ inferioris, quem Conradus eiuſdem Henrici filius hactenus poſſederat. *Sigeb. & ſuprà pag.* 238. Herimannus Ep. Metenſis, acer Gregorij VII. Papæ defenſor, ad ſedem ſuam reuertitur, expulſo Brunone inuaſore. Præpoſitum eccleſiæ S. Donatiani Brugenſis Robertus Comes perpetuum Flandriæ Cancellarium conſtituit. *Not. c.* 112. Coloniæ poſt Siguinum Herimannus ordinatur Archiepiſcopus. *Sigeb.* 1089

Herimannus Ep. Metenſis moritur. Vrbanus II. Papa Toloſæ Synodum habet circa Pentecoſten. S. Bernardus in Burgundia naſcitur. Metis corpus S. Clementis, primi illius vrbis Epiſcopi, inuentum leuatur. Herimannus Comes Salmenſis, ſuprà pag. 296. laudatus, poſt Rodulfum Rex Germaniæ creatus moritur. *Sigeb.* 1090

Apud Brugas in templo Deiparæ collegium ſacerdotum à Radbodone Ep. Tornacenſi inſtituitur. Euerſamenſe regularium cœnobium in agro Furnenſi inchoatur, Waltero Canonico Caſletenſi dotante. Henricus Epiſc. Leodicenſis moritur, & ſuccedit Otbertus. Henricus IV. Rex Mantuam & alia Italiæ caſtella expugnat & capit. *Sigebertus.* 1091

Odo patria Aurelianenſis, Tornaci tunc Rector ſcholarum, monaſterium S. Martini Tornacenſe conſtruere incipit; Radbodone Epiſcopo & Canonicis eccleſię cathedralis fundum donantibus. Idem Odo cum ſociis ſuis anno 1093. veſtem monaſticam induit: poſt ex Abbate an. 1108. factus Epiſcopus Cameracenſis, demùm an. 1113. obiit. Odonis commentarius in Canonem Miſſæ, ad Wolbodonem monachum Affligemienſem ſcriptus, hodieque extat. Gerardus II. Ep. Cameracenſis & Atrebatenſis moritur, menſe Auguſto. Poſt cuius obitum magna fuit altercatio de ſucceſſore conſtituendo: Quam occaſionem amplexi Atrebatenſes, vt proprium ſibi Epiſcopum eligere poſſent, ab Vrbano II. Papa anno 1093. impetrarunt. *Not. c.* 115. Elegerunt itaque *Lambertum* Archidiaconum Tornacenſem. Cameracenſis autem populus *Manaſſem*, clerus verò *Gualterum* ſibi Epiſcopum elegit. Iuo, eccleſiæ S. Quintini Belloua-cenſis Præpoſitus, ab Vrbano II. Papa conſecratur Epiſcopus Carnotenſis. Scripſit inter alia Epiſtolas plurimas, rerum iſto æuo geſtarum plenas. Idem Canonicorum regularium diſciplinam iniuria temporum collapſam reſtituit, & per Galliam propagauit, ac primò quidem in Bellouacenſi, poſt in Carnutenſi, aliiſque diœceſibus. Abbatiam S. Ioannis Carnutenſis in Valle, ex ſæculari in regularem an. 1099. conuertit. Ad meliorem vitam tranſiit an. 1115. Idibus Decembris. 1092

Robertus Friſius Flandriæ Comes in viuis eſſe deſinit, & Caſleti in crypta S. Petri ſepelitur. Succedit filius eius *Robertus*, poſt Hieroſolymitanus dictus: *ſuprà pag.* 197. Laceníis Abbatia Benedictinorum in diœceſi Treuerenſi, prope Antonacum fundatur ab Henrico Comite Palatino Rheni, eiuſque coniuge Adleide. *Not. c.* 114. Thomas 1093

presbyter Loënſis circa an. 1050. eccleſiam ſuam in Canonicorum regularium cœnobium verterat. Hoc anno *Philippus* Comes Loenſis, Roberti Friſij filius, Comitatum ſuum Loënſem cœnobio huic attribuit. *Not.c.*114. Situm eſt monaſterium iſtud in diœceſi Iprenſi, olim Præpoſituræ, nunc Abbatiæ titulo ab an. 1623. gaudens, ex indulto Apoſtolico. Conradus, Henrici IV. Regis filius, à patre deficiens in Italiam fugit, & Rex ab Archiepiſcopo Mediolanenſi coronatur. Aimericus Abbas Aquicinctinus templum ac monaſteriolum S. Georgij martyris, iuxta caſtrum Heſdinienſe (*Heſdin*) ædificare incipit: cui coadiutores fuerunt *Engelramus* Comes Heſdinienſis & *Ernulphus* vir nobilis. Anno 1099. ex Lidda vrbe Palæſtinæ, pro eccleſia Aquicinctina, tranſmiſſum eſt brachium S. Georgij, ab Anſelmo de Riboldimonte, ſuprà pag. 295. laudato: quod an. 1100. Robertus Flandriæ Comes eò detulit; vt in Chronico ms. Aquicinctino legitur. Lanfrancus Archiep. Cantuarienſis moritur; ſuccedit Anſelmus.

1094 Anno 1094. ineunte Lambertus Romæ ab Vrbano II. Papa conſecratur Epiſcopus Atrebatenſis. Gualterus paulò pòſt adueniens etiam approbatur; ſed Cameracenſis tantummodò Antiſtes futurus: eſtque Remis à Rainaldo Archiepiſcopo deinde conſecratus. Vrbani Papæ epiſtolæ plures ad Rainaldum, & Rainaldi ad Lambertum, extant mss. Atrebati in baſilica cathedrali. God. Bullonius eccleſiam S. Petri, in municipio Bullonienſi ſitam, monachiſque Benedictinis ab auo ſuo Godefrido Magno Lothariugiæ Duce traditam, prouentibus amplioribus dotat. *Not.*116. *& ſuprà pag.* 288.

1095 Henricus III. Comes Louanienſis Tornacum profectus, ad Euerardum illius loci Caſtellanum, in haſtiludio perimitur, & Niuellis ſepelitur. *Sigeb.* Fratri ſine maſcula prole defuncto ſucceſſit *God. Barbatus*: *ſuprà pag.* 222. Rainaldus Ar. Remenſis 21. Ianuarij Atrebati obiit: ſucceſſit Manaſſes. Vrbanvs II. Papa, impulſu Petri Eremitæ, menſe Nouembri, in Claro monte Aruerniæ vrbe Synodum celebrat, pro recuperatione Terræ ſanctæ. Inter alia hîc decretum fuit, *vt quotquot ſacræ huius viæ voto ſe obligarent, viuificæ Crucis ſalutare ſignum veſtibus imprimerent, & in humeris portarent illius memoriam, cuius paſſionis locum viſitare propoſuerant*: vt Guil. Tyrius l.1. c.16. loquitur. Itaque ſigno Crucis ſe muniuerunt, Hugo Magnus Philippi Francorum Regis frater, Veromanduorum Comes; Robertus Flandrenſis, Robertus Nortmanniæ Comes, Guilielmi Anglorum Regis filius, Stephanus Carnutenſiũ & Bleſenſium Comes, Ademarus Podienſis, Guilielmus Ep. Arauſicenſis, Raimundus Comes Toloſæ, God. Bullonius Lothariugiæ noſtræ inferioris Dux, Balduinus & Euſtathius eius fratres, Balduinus de Burgo, Hugonis Comitis Regiſtenſis filius, Balduinus Comes Hainaucorum ſeu Hannonienſium, Rainaldus Comes Arauſicenſis, Hugo Comes S. Pauli, Henricus de Aſca Brabantus, Petrus Eremita Ambianenſis, Boamundus Tarentinorum Princeps, Roberti Guiſcardi Apuliæ Ducis filius, Tancredus eius ſorore genitus, & alij plurimi. *Tyrius l.1.c.*17.

1096 God. Bullonius, ad bellum ſacrum ſe accingens, Otberto Ep. Leodicenſi caſtellum ac ditionem *Bullonienſem* mille trecentis argenti & tribus auri marcis vendidit. Balduinus Hannoniæ Comes, ſimiliter ad Terram ſanctam profecturus, eidem Otberto Epiſcopo caſtellum *Couinum*, an. 1096. menſe Maio, vendidit. Et verò maior fuit vtriuſque

que vendentis, quàm ementis gloria. *Not.* c. 117. Apud Sathanacum God. Magnus Lotharingiæ Dux, eiuſque vxor Beatrix, monachos Benedictinos, ex cœnobio Gorzienſi euocatos in eccleſia S. Dagoberti martyris collocarant. Hos ab Arnulfo Comite pulſos God. Bullonius eiuſque frater Balduinus, cùm hoc ipſo anno Sathanacum veniſſent, in integrum reſtituerunt, & copioſiùs dotarunt. *Not.* 116. Fulgentius Abbas Affligemienſis, opibus Giſelberti Aloſtani, cœnobium virginum Benedictinarum prope Aloſtum fundat, quod an. 1107. *Foreſtum* prope Bruxellam eſt tranſlatum. *Not. c.* 119. *& ſuprà pag.* 267. Menſe Martio anni 1096. *Walterus Senſauerius* vir nobilis, cum ingenti multitudine, primus ſacrum iter arripuit, & per Germaniam tranſiens in Hungariam ſe contulit. Non multò pòſt *Petrus Eremita*, cum quadraginta circiter millibus hominũ, Lotharingia, Franconia, Bauaria, Auſtria & Hungaria tranſcurſis, demum Conſtantinopolim cum Senſauerio peruenit. Anno eodem, die 15. Auguſti, *God. Bullonius*, conuocatis ſociis, iter aggreſſus eſt. Bullonij caſtris ſe adiunxerunt, Balduinus frater ipſius, Balduinus Hannonienſis, Hugo S. Pauli Comes cum filio Engelramo, Rainardus Comes Tullenſis cum fratre Petro, Balduinus de Burgo, Henricus & Godefridus Aſcani, Cuno Comes Montis acuti, & alij plurimi. Hi omnes vno comitatu 20. Septembris in Auſtriam, & peragrata Hungaria Conſtantinopolim peruenerunt. *Guil. Tyrius.* His addantur Anſelmus de Riboldimonte, & Gillebertus Aloſtanus, ſuprà pag. 295. & 267. laudati. Omitto alios penè innumerabiles, quos Tyrius aliique ſcriptores bellorum ſacrorum enumerant.

Ceterùm vt ad God. Bullonium reuertamur, antequam in iter is ſe daret, vt expeditionem ſuam Deo ac S. Michaeli, militiæ cæleſtis principi, commendaret, Antuerpiæ collegium XII. Canonicorum, in honorem eiuſdẽ S. Michaelis, inſtituit ac dotauit. Quod collegium ex S. Michaelis templo ad baſilicam Marianam anno 1124. tranſlatum, & aliis totidem Canonicis decurſu temporis auctum, nunc eſt cathedrale. Ida Comitiſſa Bolonienſis (filiis ſuis God. Bullonio, Euſtathio & Balduino conſentientibus) villam *Genapiam* dat monachis Affligemienſibus, anno profectionis Chriſtianorum contra paganos in Hieruſalem. Diploma Idæ & God. Bullonij ſigillis firmatum Gerardus Comes de Gelre, & frater eius Henricus, Godeſcalcus de Iacea, Henricus de Cuck, Cono de Monte acuto & Walterus de Grimbergis ſignarunt. *Not. eccleſ. Belgij c.* 119.

Comites & Duces Gelriæ, itemque Comites Sutfaniæ.

S. MEGENGOSVS ſeu Megengaudus Gelriæ toparcha Vilicenſe cœnobium in diœceſi Colonienſi fundauit, & ex Girberga, Godefridi Comitis ſeu Ducis cuiuſdam filia, genuit *Godefridum*, *Irmentrudem*, *Aluaradam*, N. Abbatiſſam monaſterij B. Mariæ in vrbe Colonienſi, & *Adelheidem* Abbatiſſam Vilicenſem. Adelheidæ vita per Bertradam ſcripta apud Surium exſtat; & de ea eiuſque patre Megengoſo nos in Faſtis Belgicis 5. Feb. & 19. Decemb. egimus. Sunt autem Vilicæ duo hodie collegia, vnum Canonicorum, alterum verò nobilium virginum Canonicarum, à S. Megengoſo eiuſque vxore ampliter dotata.

Anni vulgares Christi.

- Otho Comes Sutfaniæ & Gelriæ 1074.
  - Mathildis vxor Ludolfi.
    - Henricus Co. Sutfaniæ 1138. ſine lib.
    - Cuno.
  - Gerardus Co. Gelriæ 1096.
    - Henricus Co. Gelriæ & Sutfaniæ 1145.
      - Gerardus II. ſine lib.
      - Otho II. 1188.
        - Henricus.
        - Gerardus III. Co. Gelriæ 1224.
          - Otho III. Claudus 1234.
            - Ex 1. Margarita.
            - Ex 2. Rainaldus Co. 1288.
              - Rainaldus II. Dux I. Gelriæ 1339.
                - Ex 1. Mathildis.
                - Eliſabeth.
                - Maria vx. Guilielmi Ducis Iuliac.
                - Margarita.
                - Ex 2. Rainaldus III. Dux Gel.
                - Eduardus Dux Gel.
              - Guido.
              - Philippus.
              - Margarita.
              - Philippa.
              - Eliſabeth.
            - Ermengardis.
          - Henricus Ep. Leod.
        - Otho Ep. Vltr.
        - Adelheidis.
        - Margarita.
      - Theodericus.
      - Agnes.
      - Catharina.
      - Margarita.
    - Arnoldus Ep. Colon.
  - Henricus.

I. Otho Comes de Zutphen & Gelre diploma à S. Annone Ar. Colonienſi (de prædiis Colonienſi & Noueſienſi eccleſiis ab Euerardo Comite Cliuenſi eiuſque coniuge Berta donatis) an. 1074. ſcriptum ſignauit. Liberos reliquit, *Mathildem* Sutfaniæ Comitiſſam, *Gerardum* Gelriæ Comitem & *Henricum*. Mathildis nupſit Ludolfo, filio Ezzonis ſeu Eremfridi Comitis Palatini ac fundatoris Brouwilerenſis; & ex eo peperit Henricum Sutfaniæ Comitem, & Cunonem, ſine liberis defunctos. Qui quidem Henricus Sutfaniæ Comes anno 1138. diploma Vltraiectenſe in Not. eccleſ. Belgij cap. 149. ſignauit.

II. Gerardus Othonis filius, Comes Gelriæ, cum Henrico fratre ſuo, diploma Affligemienſe, in cit. Notitia c. 119. productum, an. 1096. ſignauit. Is filios reliquit, *Henricum* in Comitatu Gelrenſi ſucceſſorem & *Arnoldum* Ep. Colonienſem, quem Eugenius III. Papa in Concilio Remenſi an. 1151. depoſuit.

III. Henricus vt Gelriæ Comes tria Conradi II. Imp. diplomata an. 1145. & Frederici I. Imp. diploma Antuerpienſe an. 1157. ſignauit: exſtantque ea in cit. Notitia c. 154. & 169. Idem conſobrino ſuo Henrico Sutfaniæ Comiti, ſine liberis defuncto, in Comitatu Sutfanienſi ſucceſſit: atque ex eo tempore Comitatus Gelrenſis & Sutfanienſis manſerunt vniti. Henricus porrò liberos reliquit, *Gerardum II. & Othonem II.* Gelriæ Sutfaniæque Comites ex ordine, *Theodericum*, *Agnetem* Henrico Cæco Namurcenſi ac Luxeburgenſi Comiti, ſuprà pag. 246. laudato nuptam, *Catharinam & Margaritam*.

IV. Gerardus II. in tabulis à Philippo Ar. Colonienſi an. 1183. ſcriptis, c. 162. in cit. Notitia, nominatur vt teſtis. Ex Ida, Matthæi & Mariæ Comitiſſæ Bolonienſis filia, prolem non ſuſtulit.

V. Gerardi II. frater & ſucceſſor Otho II. expeditioni ſacræ ſub Frederico I. Imp. an. 1180. interfuit. Idē pacta inter Brabantos, Colonienſes & Gelros, an. 1203. cum fratre ſuo Theoderico ſignauit, *Not c.* 179. Ex Richarda (Gerardi Comitis Iuliacenſis, vt quidam tradunt, filia) *Henricum* qui cælebs obiit, *Gerardum III.* Gelriæ Sutfaniæque Comitem, *Othonem* Ep. Vltraiectenſem, *Adelheidem* & *Margaritam* procreauit. Sepultus iacet in Campenſi monachorum ord. Ciſtertienſis Abbatia prope Rhenobercam.

VI. Gerardus III. pacta inter Brabantos & Colonienſes an. 1208. & 1217. ſignauit. *Not. c.* 184. Cum *Margarita* coniuge ſua & *Othone* filio,

Anni vulgares Christi.

filio, an. 1224. in matris ſuæ Richardæ gratiam, Ruræmondæ virginum ord. Ciſtertienſis monaſterium ædificauit. *Not. c.* 199. Idem Carthuſianorum & Franciſcanorum monaſteria Ruræmondæ excitauit. Ex N. Naſſouia priore coniuge duos ſuſcepit filios, *Othonem III.* & *Henricum* Ep. Leodicenſem. Altera eius vxor fuit *Sophia*, Henrici I. Brabantiæ Ducis filia; quę marito ſuperſtes Ruræmondæ in monialium cœnobio Abbatiſſam egit, & maritum ibidem ſepultum luxit.

VII. OTHO III. Claudus an. 1237. cum Henrico Herenbergæ domino ſuper Aduocatia Embricenſi tranſegit, & an. 1268, Ruræmondenſi virginum ord. Ciſtertienſis cœnobio benefecit. *Not. c.* 209 & 222. Duxit primò *Margaritam* Theoderici Cliuiæ Comitis filiam, & ex ea genuit *Margaritam* Engueramo IV. domino de Coucy nuptam: vt ex Genealogia familiæ de Coucy 1303. Gallicè ſcripta conſtat. Secundò duxit *Philippam* de Ponthieu, Radulfi II. domini de Coucy viduam, Rainaldi I. & Ermengardæ matrem. Condidit monialium ord. Ciſtertienſis cœnobium prope Gochum, quod Vallis Comitis (*Grauendale*) dicitur, ibidem ſepultus.

VIII. RAINALDVS I. duas habuit coniuges, *Ermengardem* Walerami III. Ducis Limburgenſis filiam, ſed ſterilē, & *Margaritam* Guidonis Flandriæ Comitis filiam, anteà Alexandro Alexandri Regis Scotiæ filio nuptam. A Ioanne I. Brabantiæ Duce an. 1288. in prælio Woringano captus, non antè dimiſſus fuit, quàm Brabanto ius omne ſuum ad Ducatum Limburgenſem ceſſiſſet. Pacis conditiones ac tabulæ exſtant apud Emundum Dinterum in ms. Brabantiæ hiſtoria. Idem *Thilenſe* S. Walburgis Canonicorum collegium anno 1315. ad vrbem Arnhemienſem tranſtulit; quod illuſtri Dominicæ Crucis parte, ex municipio *Dodenvverde* tranſlata, nobilitauit. A filio cognomine demùm captus, an. 1326. in carcere obiit. Liberos ex Margarita Flandrenſi reliquit, *Rainaldum II. Guidonem, Philippum, Margaritam, Philippam* & *Eliſabetham*. Ex his Philippa Waleramo Falcoburgi domino nupſit.

IX. RAINALDVS II. ex Comite Dux I. Gelriæ à Ludouico IV. Bauaro an. 1339. creatus (*Not. c.* 228.) Cartuſianos prope Arnhemium & Carmelitas in opido Gelrenſi collocauit ac dotauit. Ex priori coniuge *Sophia*, Florentij Bertoldi Mechlinię domini filia, quattuor ſuſtulit filias, *Mathildem, Eliſabetham, Mariam* Guilielmo Duci Iuliacenſi nuptam, & *Margaritam*. Sophia an. 1336. obiit, vt Froſſardus l. 3. narrat. Ex altera coniuge *Eleonora*, Eduardi Angliæ Regis filia, *Rainaldum* & *Eduardum*, Gelrię Duces ex ordine, procreauit. Eleonora duo Franciſcanorum monaſteria condidit, Dauentriæ ad Iſalam vnum, Harderuici alterum. Eius maritus Rainaldus II. an. 1343. deceſſit, in Valle Comitis ſepultus.

X. RAINALDVS III. cognomine Pinguis Cartuſiam prope Arnhemium conſtituit. A fratre Eduardo an. 1361. captus, annos nouem & menſes tres in carcere egit: poſt cædem fratris liber factus, iterùm rebus Gelricis præfuit menſes tres; & an. 1271. ad plures abiit, ſepultus in Valle Comitis, nulla ſobole relicta ex Maria Ioannis III. Brabantiæ Ducis filia.

XI. EDVARDVS Rainaldum fratrem, vt dixi, multis annis captiuum tenuit. Anno 1371. in prælio prope vicum *Baeſvvilder* inter Rhenum & Moſam cecidit, nondum ducta coniuge. In *Rainaldo* III. & *Eduardo* fratribus ſtirps maſcula veterum Gelriæ Comitum defecit. Horum

rum ſoror Maria, vt dixi, nupſit Guilielmo Duci II. Iuliacenſi, peperitque ex eo *Guilielmum* & *Rainaldum* IV. Duces Iuliacenſes ac Gelrenſes ex ordine, & *Ioannam* Ioanni domino de Arckel nuptam. Ioannes Arckelenſis genuit *Guilielmum* qui cælebs an. 1417. in prælio prope Gorichemium ante patrē periit, & *Mariam*. Maria ex Ioanne Egmondæ domino genuit *Arnoldum* Gelriæ Ducem & *Guilielmum* Egmondæ dominum.

- Maria Rainaldi Ducis I. Gelrenſis filia, Guilielmi Ducis Iul. vxor.
  - Guilielmus Dux Iul. & Gelr. ob. ſine lib. 1402.
  - Rainaldus IV. Dux Iul. & Gelr. ſine lib. 1423.
  - Ioanna vx. Ioannis dom. de Arckel ob. 1428.
    - Guilielmus de Arckel cælebs ob. ante patrem 1417.
    - Maria de Arckel vx. Ioannis dom. Egmondæ.
      - Arnoldus Egmondanus Dux Gelriæ obiit 1468.
        - Adolfus Dux Gelriæ obiit 1477.
          - Carolus Dux Gelriæ obiit ſine lib. 1538.
          - Philippa.
      - Guilielmus dominus Egmōdę 1478. Eq. v. a. ob. 1483.
        - Ioannes Comes I. Egmōdæ ob. 1516.
          - Ioannes Com. II. Egm. & Gaueræ ob. 1528.
            - Carolus Co. III. cælebs ob. 1541.
            - Amoraldus Com. IV. Princeps Gauciæ ob. 1568.
              - Philippus
              - Amoraldus.
              - Carolus.
                - Ludouicus.
              - Filiæ IX.
            - Margarita.
        - Fredericus Com. Buræ ob. 1500.
          - Florentius Eq. v. a. 1505.
            - Maximilianus Eq. v. a. ob. 1548.
              - Anna vx. Guiliel. Naſſouij.
                - Philippus Princeps Araúſ ob. 1617.

XII. Gvilielmvs, Mariæ Gelricæ & Guilielmi Ducis Iuliacenſis filius primogenitus, ex *Catharina*, Alberti Bauari Hollandiæ Hannoniæque Comitis filia, prolem non ſuſtulit, an. 1402. ſepultus apud Cartuſianos Arnhemienſes cum vxore. XIII. Rainaldvs IV. Guilielmi frater & in Ducatibus ſucceſſor, ſimiliter ſine liberis an. 1423. obiit, in Cartuſia Arnhemienſi iuxta fratrem conditus. Quo defuncto *Arnoldus Egmondanus*, Mariæ Arckelenſis filius, in Ducatu Gelrenſi, & *Adolfus de Iuliaco*, Dux I. Montenſis in Ducatu Iuliacenſi, iure ſanguinis ſucceſſerunt. Adolfi frater & heres Guilielmus genuit Gerardum Ducem Iuliacenſem ac Montenſem, Gerardus Guilielmum, Guilielmus Mariam Ducissam Iuliacenſem ac Montenſem Ioanni Duci Cliuenſi nuptam: vt ſuis infrà locis docebo. Egmondanæ porrò familiæ ſtemma lib. 1. Donationum Belgicarum cap. 136. explicui.

XIV. Arnoldvs Egmondanus, Dux VI. Gelriç, ex *Catharina*, Adolfi Marcani Ducis Cliuenſis filia, ſuſtulit *Eduardum* qui puer obiit, *Adolfum* in Ducatu ſucceſſorem, *Mariam* N. Regi Scotiç, Margaritam N. Duci Bauariæ nuptas, & *Catharinam* quæ cælebs permanſit. Arnoldus porrò an. 1465. ab Adolfo filio captus in carcere diu detentus fuit: ideoque offenſus pater Ducatum Gelriæ & Ducatum Sutfaniæ Carolo Audaci, Burgundiæ Brabantiæque Duci, an. 1467. vendidit, obiitque 1468. ſepultus Grauiæ ad Moſam.

XV. Adolfvs (qui capto patre an. 1465. Ducatum Gelrenſem inuaſerat) ex Catharina Borbonia *Carolum* in Ducatu ſucceſſorem, & *Philippam* Renato II. Lotharingiæ Duci nuptam, procreauit; cecíditque an. 1477. ad Tornacum à Francis tunc occupatum.

XVI. Carolvs Adolfi filius & heres, Francorum auxiliis ſubnixus, contra Auſtriacos continenter bellum geſſit, & demùm an. 1538. deceſſit, ſummo in templo Arnhemij conditus, nullis ex

vxore

vxore relictis liberis. XVII. Quo è viuis ſublato, *Guilielmus* Cliuenſis ac Iuliacenſis Dux Gelriam Sutfaniamque ſibi armis vindicare conatus fuit: ſed veteris actionis iure, fœderumque legibus ac copiis bellicis ſubnixus CAROLVS V. Imp. anno 1543. demum præualuit.

1097 Martio menſe God. Bullonius, nauigiis instructis, Boſphorū Thracium traiiciens, exercitū ſuum ex Græcia in Bithyniā, Aſiæ prouinciā, tranſuexit. Boamundus Princeps Tarentinus, qui ante ingruentē hiemem, cum Tancredo ſororis ſuæ filio, & Guilielmo Marchione copiiſque Italicis, Adriatico mari tranſito, Dyrrachium vſque peruenerat, peragrata Bulgaria, Paſchali tempore, prope Conſtantinopolim in complexum God. Bullonij venit. Hugo Magnus Philippi Fr. Regis frater, & Robertus Flandriæ Comes, qui hieme ineunte ex Bario Apuliæ vrbe Dyrrachium appulerant, luſtrata Conſtantinopoli, haut multo pòſt Bullonio & Boamundo in Aſia ſe adiunxerunt. His deinde acceſſêre, Raimundus Comes Toloſanus, Ademarus Podienſis, Guilielmus Arauſionēſis, Epiſcopi. Rainbaldus Comes Arauſionenſis, Guilielmus de Monte Peſſulano, & alij plurimi. Cùm & Petrus Eremita (qui in Bithynia locisque finitimis cum ſuis hiemauerat) reliquis ſe iunxiſſet, copiis omnibus in vnum velut corpus conflatis, Europæi Heroës, medio menſe Maio, Nicæam vrbem obſederunt, pulſiſque Turcis demum expugnarunt. *Tyrius.* Europæi Laodiceam expugnant. Lambertus Ep. Atrebatenſis Aridagamantienſe, nunc *Aroaſienſe* Canonicorum regularium cœnobium, prope Bapalmam Arteſiæ oppidū, ab Heldemaro presbytero eiuſque diſcipulo Conone ædificari cœptum, ſuo diplomate, hoc anno 1097. firmat. Idem *Montis S. Eligij* cœnobium, à Fulberto Epiſcopo incohatum, & à Lietberto itidem Epiſcopo ac prædeceſſore ſuo regularibus Canonicis traditum, prouentibus auget. *Not. c.* 120. Ceterùm Aroaſia fuit olim caput famoſæ Congregationis Canonicorum regularium, Aroaſienſis hinc dictæ: de qua in Originibus noſtris Monaſticis, Coloniæ editis, fusè egimus.

1098 Europæorum exercitus 3. Iunij Antiochiam expugnat. S. Robertus Abbas Moliſmenſis Ciſtertienſe monaſterium in Burgundia conſtruere incipit, opibus Odonis I. Burgundiæ Ducis, ſuprà pag. 248. laudati. Hinc origo Ordinis Ciſtertienſis. Vide Chronicon noſtrum Ciſtertienſe. Lancea Dominica per Chriſtianos in Oriente inuenitur: quam poſteà in præliis felici ſucceſſu prætulerunt. *Sigebertus.* Ida. God. Bullonij mater, dotat S. Bertini monaſterium in Arteſia. *Not. eccleſ. Belgij cap.* 121.

1199 Coloniæ poſt Herimannū Fredericus ordinatur Archiepiſcopus. Ieroſolyma, die 15. Iulij à Latinis capitur, God. Bullonio omnium primo muros tranſcendente. Regnum *Ieroſolymitanum* eidem Godefrido omniū conſenſu eſt delatū. *Sigeb. & ſuprà pag.* 239. *Antiochia* Boamundo Tarentinorum Principi, *Edeſſa* Balduino Bullonij fratri, *Galilæa* Tancredo ſororis Boamundi filio, ceſſerunt. Vrbanus II. Papa IV. Kal. Auguſti moritur: Paſchalis II. ſuccedit. Ioannes Bonus, ex Canonico regulari in Monte S. Eligij Archidiaconus Atrebatenſis, creatur Morinenſis Epiſcopus, qui laudatiſſimè annis 30. præfuit. Eo adiuuāte, ſex monaſteria in diœceſi Morinenſi partim ſunt incohata, partim abſoluta, videlicet S. Martini *Ipreſe*, *Loënſe* & *Euershamēſe*, Canonicorū regularium, *Borburgenſe* & *Merckemenſe*, monialium Benedictinarum, itemque *Giſnenſe*: vt Iperius in ms. Chronico Bertinenſi commemorat.

rum ſoror Maria, vt dixi, nupſit Guilielmo Duci II. Iuliacenſi, peperitque ex eo *Guilielmum* & *Rainaldum* IV. Duces Iuliacenſes ac Gelrenſes ex ordine, & *Ioannam* Ioanni domino de Arckel nuptam. Ioannes Arckelenſis genuit *Guilielmum* qui cælebs an. 1417. in prælio prope Gorichemium ante patrẽ periit, & *Mariam*. Maria ex Ioanne Egmondæ domino genuit *Arnoldum* Gelriæ Ducem & *Guilielmum* Egmondæ dominum.

- Maria Rainaldi Ducis I. Gelrenſis filia, Guilielmi Ducis Iul. vxor.
  - Guilielmus Dux Iul. & Gelr. ob. ſine lib. 1402.
  - Rainaldus IV. Dux Iul. & Gelr. ſine lib. 1423.
  - Ioanna vx. Ioannis dom. de Arckel ob. 1428.
    - Guilielmus de Arckel cælebs ob. ante patrem 1417.
    - Maria de Arckel vx. Ioannis dom. Egmondæ.
      - Arnoldus Egmondanus Dux Gelriæ obiit 1468.
        - Adolfus Dux Gelriæ obiit 1477.
          - Carolus Dux Gelriæ obiit ſine lib. 1538.
          - Philippa.
      - Guilielmus dominus Egmõdę 1478.
        - Ioannes Comes I. Egmõdæ ob. 1516.
          - Ioannes Com. II. Egm. & Gaueræ ob. 1528.
            - Carolus Co. III. cælebs ob. 1541.
            - Amoraldus Com. IV. Princeps Gaueræ ob. 1568.
              - Philippus
              - Amoraldus.
              - Carolus.
                - Ludouicus.
              - Filiæ IX.
            - Margarita.
        - Fredericus Com. Buræ ob. 1500.
          - Florẽtius Eq. v. a. 1505.
            - Maximilianus Eq. v. a. ob. 1548.
              - Anna vx. Guiliel. Naſſouij.
                - Philippus Princeps Arauſ. ob. 1617.
      - Eq. v. a. ob. 1483.

XII. Gvilielmvs, Mariæ Gelricæ & Guilielmi Ducis Iuliacenſis filius primogenitus, ex *Catharina*, Alberti Bauari Hollandiæ Hannoniæque Comitis filia, prolem non ſuſtulit, an. 1402. ſepultus apud Cartuſianos Arnhemienſes cum vxore. XIII. Rainaldvs IV. Guilielmi frater & in Ducatibus ſucceſſor, ſimiliter ſine liberis an. 1423. obiit, in Cartuſia Arnhemienſi iuxta fratrem conditus. Quo defuncto *Arnoldus Egmondanus*, Mariæ Arckelenſis filius, in Ducatu Gelrenſi, & *Adolfus de Iuliaco*, Dux I. Montenſis in Ducatu Iuliacenſi, iure ſanguinis ſucceſſerunt. Adolfi frater & heres Guilielmus genuit Gerardum Ducem Iuliacenſem ac Montenſem, Gerardus Guilielmum, Guilielmus Mariam Duciſſam Iuliacenſem ac Montenſem Ioanni Duci Cliuenſi nuptam: vt ſuis infrà locis docebo. Egmondanæ porrò familiæ ſtemma lib. 1. Donationum Belgicarum cap. 136. explicui.

XIV. Arnoldvs Egmondanus, Dux VI. Gelrię, ex *Catharina*, Adolfi Marcani Ducis Cliuenſis filia, ſuſtulit *Eduardum* qui puer obiit, *Adolfum* in Ducatu ſucceſſorem, *Mariam* N. Regi Scotię, Margaritam N. Duci Bauariæ nuptas, & *Catharinam* quæ cælebs permanſit. Arnoldus porrò an. 1465. ab Adolfo filio captus in carcere diu detentus fuit: ideoque offenſus pater Ducatum Gelriæ & Ducatum Sutfaniæ Carolo Audaci, Burgundiæ Brabantiæque Duci, an. 1467. vendidit, obiitque 1468. ſepultus Grauiæ ad Moſam.

XV. Adolfvs (qui capto patre an. 1465. Ducatum Gelrenſem inuaſerat) ex Catharina Borbonia *Carolum* in Ducatu ſucceſſorem, & *Philippam* Renato II. Lotharingiæ Duci nuptam, procreauit; ceciditque an. 1477. ad Tornacum à Francis tunc occupatum.

XVI. Carolvs Adolfi filius & heres, Francorum auxiliis ſubnixus, contra Auſtriacos continenter bellum geſſit, & demùm an. 1538. deceſſit, ſummo in templo Arnhemij conditus, nullis ex

vxore

vxore relictis liberis. XVII. Quo è viuis ſublato, *Guilielmus* Cliuenſis ac Iuliacenſis Dux Gelriam Sutfaniamque ſibi armis vindicare conatus fuit: ſed veteris actionis iure, fœderumque legibus ac copiis bellicis ſubnixus CAROLVS V. Imp. anno 1543. demum præualuit.

Martio menſe God. Bullonius, n[illegible]gris inſtructis, Boſphorũ Thra- 1097
cium traiiciens, exercitũ ſuum ex Græcia in Bithyniã, Aſiæ prouinciã, tranſuexit. Boamundus Princeps Tarentinus, qui ante ingruentẽ hiemem, cum Tancredo ſororis ſuæ filio, & Guilielmo Marchione copiiſque Italicis, Adriatico mari tranſito, Dyrrachium vſque peruenerat, peragrata Bulgaria, Paſchali tempore, prope Conſtantinopolim in complexum God. Bullonij venit. Hugo Magnus Philippi Fr. Regis frater, & Robertus Flandriæ Comes, qui hieme ineunte ex Bario Apuliæ vrbe Dyrrachium appulerant, luſtrata Conſtautinopoli, haut multo pòſt Bullonio & Boamundo in Aſia ſe adiunxerunt. His deinde acceſſêre, Raimundus Comes Toloſanus, Ademarus Podienſis, Guilielmus Arauſionẽſis, Epiſcopi. Rainbaldus Comes Arauſionenſis, Guilielmus de Monte Peſſulano, & alij plurimi. Cùm & Petrus Eremita (qui in Bithynia lociſque finitimis cum ſuis hiemauerat) reliquis ſe iunxiſſet, copiis omnibus in vnum velut corpus conflatis, Europæi Heroës, medio menſe Maio, Nicæam vrbem obſederunt, pulſiſque Turcis demum expugnarunt. *Tyrius.* Europæi Laodiceam expugnant. Lambertus Ep. Atrebatenſis Aridagamantienſe, nunc *Aroaſienſe* Canonicorum regularium cœnobium, prope Bapalmam Arteſiæ opidũ, ab Heldemaro presbytero eiuſque diſcipulo Conone ædificari cœptum, ſuo diplomate, hoc anno 1097. firmat. Idem *Montis S. Eligij* cœnobium, à Fulberto Epiſcopo incohatum, & à Lietberto itidem Epiſcopo ac prædeceſſore ſuo regularibus Canonicis traditum, prouentibus auget. *Not. c.* 120. Ceterùm Aroaſia fuit olim caput famoſæ Congregationis Canonicorum regularium, Aroaſienſis hinc dictæ: de qua in Originibus noſtris Monaſticis, Coloniæ editis, fusè egimus.

Europæorum exercitus 3. Iunij Antiochiam expugnat. S. Rober- 1098
tus Abbas Moliſmenſis Ciſtertienſe monaſterium in Burgundia conſtruere incipit; opibus Odonis I. Burgundiæ Ducis, ſuprà pag. 248. laudati. Hinc origo Ordinis Ciſtertienſis. Vide Chronicon noſtrum Ciſtertienſe. Lancea Dominica per Chriſtianos in Oriente inuenitur: quam poſteà in præliis felici ſucceſſu prætulerunt. *Sigebertus.* Ida. God. Bullonij mater, dotat S. Bertini monaſterium in Arteſia. *Not. eccleſ. Belgij cap.* 121.

Coloniæ poſt Herimannũ Fredericus ordinatur Archiepiſcopus. 1199
Ieroſolyma, die 15. Iulij à Latinis capitur, God. Bullonio omnium primo muros tranſcendente. Regnum *Ieroſolymitanum* eidem Godefrido omniũ conſenſu eſt delatũ. *Sigeb. & ſuprà pag.* 239. *Antiochia* Boamundo Tarentinorum Principi, *Edeſſa* Balduino Bullonij fratri, *Galilea* Tancredo ſororis Boamundi filio, ceſſerunt. Vrbanus II. Papa IV. Kal. Auguſti moritur: Paſchalis II. ſuccedit. Ioannes Bonus, ex Canonico regulari in Monte S. Eligij Archidiaconus Atrebatenſis, creatur Morinenſis Epiſcopus, qui laudatiſſimè annis 30. præfuit. Eo adiuuãte, ſex monaſteria in diœceſi Morinenſi partim ſunt incohata, partim abſoluta, videlicet S. Martini *Iprenſe*, *Loënſe* & *Euerſhamẽſe*, Canonicorũ regularium, *Borburgenſe* & *Merckemenſe*, monialium Benedictinarum, itemque *Giſnenſe*: vt Iperius in ms. Chronico Bertinenſi commemorat.

rum ſoror MARIA, vt dixi, nupſit Guilielmo Duci II. Iuliacenſi, peperitque ex eo *Guilielmum* & *Rainaldum* IV. Duces Iuliacenſes ac Gelrenſes ex ordine, & *Ioannam* Ioanni domino de Arckel nuptam. IOANNES Arckeleoſis genuit *Guilielmum* qui cælebs an. 1417. in prælio prope Gorichemium ante patrē periit, & *Mariam*. Maria ex Ioanne Egmondæ domino genuit *Arnoldum* Gelriæ Ducem & *Guilielmum* Egmondæ dominum.

- Maria Rainaldi Ducis I. Gelrenſis filia, Guilielmi Ducis Iul. vxor.
  - Goilielmus Dux Iul. & Gelr. ob. ſine lib. 1402.
  - Rainaldus IV. Dux Iul. & Gelr. ſine lib. 1423.
  - Ioanna vx. Ioannis dom. de Arckel ob. 1428.
    - Guilielmus de Arckel cælebs ob. ante patrem 1417.
    - Maria de Arckel vx. Ioannis dom. Egmondæ.
      - Arnoldus Egmondanus Dux Gelriæ obiit 1468.
        - Adolfus Dux Gelriæ obiit 1477.
          - Carolus Dux Gelriæ obiit ſine lib. 1538.
          - Philipps.
      - Goilielmus dominus Egmõdę 1478. Eq. v. a. ob 1483.
        - Ioannes Comes I. Egmõdæ ob. 1516.
          - Ioannes Com. II. Egm. & Gaueræ ob. 1528.
            - Carolus Co. III. cælebs ob. 1541.
            - Amoraldus Com. IV. Princeps Gaueræ ob. 1588.
              - Philippus
              - Amoraldus.
              - Carolus.
                - Ludouicus.
              - Filiæ IX.
            - Margarita.
        - Fredericus Com. Boræ ob. 1500.
          - Florentius Eq. v. a. 1501.
            - Maximilianus Eq. v. a. ob. 1548.
              - Anna vx. Guiliel. Naſſouij.
                - Philippus Princeps Arauſ. ob. 1617.

XII. GVILIELMVS, Mariæ Gelricæ & Guilielmi Ducis Iuliacenſis filius primogenitus, ex *Catharina*, Alberti Bauari Hollandiæ Hannoniæque Comitis filia, prolem non ſuſtulit, an. 1402. ſepultus apud Cartuſianos Arnhemienſes cum vxore. XIII. RAINALDVS IV. Guilielmi frater & in Ducatibus ſucceſſor; ſimiliter ſine liberis an. 1423. obiit, in Cartuſia Arnhemienſi iuxta fratrem conditus. Quo defuncto *Arnoldus Egmondanus*, Mariæ Arckelenſis filius, in Ducatu Gelrenſi, & *Adolfus de Iuliaco*, Dux I. Montenſis in Ducatu Iuliacenſi, iure ſanguinis ſucceſſerunt. Adolfi frater & heres Guilielmus genuit Gerardum Ducem Iuliacenſem ac Montenſem, Gerardus Guilielmum, Guilielmus Mariam Duciſſam Iuliacenſem ac Montenſem Ioanni Duci Cliuenſi nuptam: vt ſuis infrà locis docebo. Egmondanæ porrò familiæ ſtemma lib. 1. Donationum Belgicarum cap. 136. explicui.

XIV. ARNOLDVS Egmondanus, Dux VI. Gelrię, ex *Catharina*, Adolfi Marcani Ducis Cliuenſis filia, ſuſtulit *Eduardum* qui puer obiit, *Adolfum* in Ducatu ſucceſſorem, *Mariam* N. Regi Scotię, Margaritam N. Duci Bauariæ nuptas, & *Catharinam* quæ cælebs permanſit. Arnoldus porrò an. 1465. ab Adolfo filio captus in carcere diu detentus fuit: ideoque offenſus pater Ducatum Gelriæ & Ducatum Sutfaniæ Carolo Audaci, Burgundiæ Brabantiæque Duci, an. 1467. vendidit, obiitque 1468. ſepultus Grauiæ ad Moſam.

XV. ADOLFVS (qui capto patre an. 1465. Ducatum Gelrenſem inuaſerat) ex Catharina Borbonia *Carolum* in Ducatu ſucceſſorem, & *Philippam* Renato II. Lotharingiæ Duci nuptam, procreauit; ceciditque an. 1477. ad Tornacum à Francis tunc occupatum.

XVI. CAROLVS Adolfi filius & heres, Francorum auxiliis ſubnixus, contra Auſtriacos continenter bellum geſſit, & demùm an. 1538. deceſſit, ſummo in templo Arnhemij conditus, nullis ex

vxore relictis liberis. XVII. Quo è viuis ſublato, *Guilielmus* Cliuenſis
ac Iuliacenſis Dux Gelriam Sutfaniamque ſibi armis vindicare cona-
tus fuit: ſed veteris actionis iure, fœderumque legibus ac copiis bel-
licis ſubnixus CAROLVS V. Imp. anno 1543. demum prænaluit.

Martio menſe God. Bullonius, magnis inſtructis, Boſphorũ Thra- 1097
cium traiiciens, exercitũ ſuum ex Græcia in Bithyniã, Aſiæ prouinciã,
tranſuexit. Boamundus Princeps Tarentinus, qui ante ingruentẽ hie-
mem, cum Tancredo ſororis ſuæ filio, & Guilielmo Marchione copiiſ-
que Italicis, Adriatico mari tranſito, Dyrrachium vſque peruenerat,
peragrata Bulgaria, Paſchali tempore, prope Conſtantinopolim in
complexum God. Bullonij venit. Hugo Magnus Philippi Fr. Regis
frater, & Robertus Flandriæ Comes, qui hieme ineunte ex Bario A-
puliæ vrbe Dyrrachium appulerant, luſtrata Conſtantinopoli, haut
multo pòſt Bullonio & Boamundo in Aſia ſe adiunxerunt. His dein-
de acceſſêre, Raimundus Comes Toloſanus, Ademarus Podienſis,
Guilielmus Arauſionẽſis, Epiſcopi. Rainbaldus Comes Arauſionenſis,
Guilielmus de Monte Peſſulano, & alij plurimi. Cùm & Petrus Ere-
mita (qui in Bithynia lociſque finitimis cum ſuis hiemauerat) reli-
quis ſe iunxiſſet, copiis omnibus in vnum velut corpus conflatis,
Europæi Heroës, medio menſe Maio, Nicæam vrbem obſederunt,
pulſiſque Turcis demum expugnarunt. *Tyrius.* Europæi Laodiceam
expugnant. Lambertus Ep. Atrebatenſis Aridagamantienſe, nunc
Aroaſienſe Canonicorum regularium cœnobium, prope Bapalmam
Arteſiæ opidũ, ab Heldemaro presbytero eiuſque diſcipulo Conone
ædificari cœptum, ſuo diplomate, hoc anno 1097. firmat. Idem *Montis
S. Eligij* cœnobium, à Fulberto Epiſcopo incohatum, & à Lietberto
itidem Epiſcopo ac prædeceſſore ſuo regularibus Canonicis tradi-
tum, prouentibus auget. *Not. c.* 120. Ceterùm Aroaſia fuit olim caput
famoſæ Congregationis Canonicorum regularium, Aroaſienſis hinc
dictæ: de qua in Originibus noſtris Monaſticis, Coloniæ editis, fusè
egimus.

Europæorum exercitus 3. Iunij Antiochiam expugnat. S. Rober- 1098
tus Abbas Moliſmenſis Ciſtertienſe monaſterium in Burgundia con-
ſtruere incipit; opibus Odonis I. Burgundiæ Ducis, ſuprà pag. 248.
laudati. Hinc origo Ordinis Ciſtertienſis. Vide Chronicon noſtrum
Ciſtertienſe. Lancea Dominica per Chriſtianos in Oriente inueni-
tur: quam poſteà in præliis felici ſucceſſu prætulerunt. *Sigebertus.*
Ida. God. Bullonij mater, dotat S. Bertini monaſterium in Arteſia.
Not. eccleſ. Belgij cap. 121.

Coloniæ poſt Herimannũ Fredericus ordinatur Archiepiſcopus. 1199
Ieroſolyma, die 15. Iulij à Latinis capitur, God. Bullonio omnium
primo muros tranſcendente. Regnum *Ieroſolymitanum* eidem Go-
defrido omniũ conſenſu eſt delatũ. *Sigeb. & ſuprà pag.* 239. *Antiochia*
Boamundo Tarentinorum Principi, *Edeſſa* Balduino Bullonij fratri, *Ga-
lilea* Tancredo ſororis Boamundi filio, ceſſerunt. Vrbanus II. Papa IV.
Kal. Auguſti moritur: Paſchalis II. ſuccedit. Ioannes Bonus, ex Cano-
nico-regulari in Monte S. Eligij Archidiaconus Atrebatenſis, creatur
Morinenſis Epiſcopus, qui laudatiſſimè annis 30. præfuit. Eo adiuuãte,
ſex monaſteria in diœceſi Morinenſi partim ſunt incohata, partim ab-
ſoluta, videlicet S. Martini *Iprenſe*, *Loënſe* & *Euershamẽſe*, Canonicorũ
regularium, *Borburgenſe* & *Merckemenſe*, monialium Benedictinarum,
itemque *Giſnenſe*: vt Iperius in ms. Chronico Bertinenſi commemo-
Qq rat.

rum ſoror MARIA, vt dixi, nupſit Guilielmo Duci II. Iuliacenſi, peperitque ex eo *Guilielmum* & *Rainaldum* IV. Duces Iuliacenſes ac Gelrenſes ex ordine, & *Ioannam* Ioanni domino de Arckel nuptam. IOANNES Arckeleñſis genuit *Guilielmum* qui cælebs an. 1417. in prælio prope Gorichemium ante patrē periit, & *Mariam*. Maria ex Ioanne Egmondæ domino genuit *Arnoldum* Gelriæ Ducem & *Guilielmum* Egmondæ dominum.

- Maria Rainaldi Ducis I. Gelrenſis filia, Guilielmi Ducis Iul. vxor.
  - Guilielmus Dux Iul. & Gelr. ob. ſine lib. 1402.
  - Rainaldus IV. Dux Iul. & Gelr. ſine lib. 1423.
  - Ioanna vx. Ioannis dom. de Arckel ob. 1418.
    - Guilielmus de Arckel cælebs ob. ante patrem 1417.
    - Maria de Arckel vx. Ioannis dom. Egmondæ.
      - Arnoldus Egmondanus Dux Gelriæ obiit 1468.
        - Adolfus Dux Gelriæ obiit 1477.
          - Carolus Dux Gelriæ obiit ſine lib. 1538.
          - Philippa.
      - Guilielmus dominus Egmōdę 1478. Eq v a. ob 1483.
        - Ioannes Comes I. Egmōdæ ob. 1516.
          - Ioannes Com. II. Egm. & Gaueræ ob. 1528.
            - Carolus Co. III. cælebs ob. 1541.
            - Amoraldus Com. IV. Princeps Gaueræ ob. 1568.
              - Philippus
              - Amoraldus.
              - Carolus.
                - Ludouicus.
              - Filiæ IX.
            - Margarita.
        - Fredericus Com. Buræ ob. 1500.
          - Florētius Eq. v. a. 1505.
            - Maximilianus Eq. v. a. ob. 1548.
              - Anna vx. Guiliel. Naſſouij.
                - Philippus Princeps Araūſ ob. 1617.

XII. GVILIELMVS, Mariæ Gelricæ & Guilielmi Ducis Iuliacenſis filius primogenitus, ex *Catharina*, Alberti Bauari Hollandiæ Hannoniæque Comitis filia, prolem non ſuſtulit, an. 1402. ſepultus apud Cartuſianos Arnhemienſes cum vxore. XIII. RAINALDVS IV. Guilielmi frater & in Ducatibus ſucceſſor, ſimiliter ſine liberis an. 1423. obiit, in Cartuſia Arnhemienſi iuxta fratrem conditus. Quo defuncto *Arnoldus Egmondanus*, Mariæ Arckelenſis filius, in Ducatu Gelrenſi, & *Adolfus de Iuliaco*, Dux I. Montenſis in Ducatu Iuliacenſi, iure ſanguinis ſucceſſerunt. Adolfi frater & heres Guilielmus genuit Gerardum Ducem Iuliacenſem ac Montenſem, Gerardus Guilielmum, Guilielmus Mariam Duciſſam Iuliacenſem ac Montenſem Ioanni Duci Cliuenſi nuptam: vt ſuis infrà locis docebo. Egmondanæ porrò familiæ ſtemma lib. 1. Donationum Belgicarum cap. 136. explicui.

XIV. ARNOLDVS Egmondanus, Dux VI. Gelrię, ex *Catharina*, Adolfi Marcani Ducis Cliuenſis filia, ſuſtulit *Eduardum* qui puer obiit, *Adolfum* in Ducatu ſucceſſorem, *Mariam* N. Regi Scotię, Margaritam N. Duci Bauariæ nuptas, & *Catharinam* quæ cælebs permanſit. Arnoldus porrò an. 1465. ab Adolfo filio captus in carcere diu detentus fuit: ideoque offenſus pater Ducatum Gelriæ & Ducatum Sutfaniæ Carolo Audaci, Burgundiæ Brabantiæque Duci, an. 1467. vendidit, obiitque 1468. ſepultus Graniæ ad Moſam.

XV. ADOLFVS (qui capto patre an. 1465. Ducatum Gelrenſem inuaſerat) ex Catharina Borbonia *Carolum* in Ducatu ſucceſſorem, & *Philippam* Renato II. Lotharingiæ Duci nuptam, procreauit; ceciditque an. 1477. ad Tornacum à Francis tunc occupatum.

XVI. CAROLVS Adolfi filius & heres, Francorum auxiliis ſubnixus, contra Auſtriacos continenter bellum geſſit, & demùm an. 1538. deceſſit, ſummo in templo Arnhemij conditus, nullis ex

vxore

vxore relictis liberis. XVII. Quo è viuis ſublato, *Guilielmus* Cliuenſis
ac Iuliacenſis Dux Gelriam Sutfaniamque ſibi armis vindicare cona-
tus fuit: ſed veteris actionis iure, fœderumque legibus ac copiis bel-
licis ſubnixus CAROLVS V. Imp. anno 1543. demum præualuit.
Martio menſe God. Bullonius, [illegible] inſtructis, Boſphorũ Thra- 1097
cium traiiciens, exercitũ ſuum ex Græcia in Bithyniã, Aſiæ prouinciã,
[illegible] Boamundus Princeps Tarentinus, qui ante ingruentẽ hie-
mem, cum Tancredo ſororis ſuæ filio, & Guilielmo Marchione copiiſ-
que Italicis, Adriatico mari tranſito, Dyrrachium vſque peruenerat,
peragrata Bulgaria, Paſchali tempore, prope Conſtantinopolim in
complexum God. Bullonij venit. Hugo Magnus Philippi Fr. Regis
frater, & Robertus Flandriæ Comes, qui hieme ineunte ex Bario A-
puliæ vrbe Dyrrachium appulerant, luſtrata Conſtautinopoli, haut
multo pòſt Bullonio & Boamundo in Aſia ſe adiunxerunt. His dein-
de acceſſêre, Raimundus Comes Toloſanus, Ademarus Podienſis,
Guilielmus Arauſionẽſis, Epiſcopi. Rainbaldus Comes Arauſionenſis,
Guilielmus de Monte Peſſulano, & alij plurimi. Cùm & Petrus Ere-
mita (qui in Bithynia lociſque finitimis cum ſuis hiemauerat) reli-
quis ſe iunxiſſet, copiis omnibus in vnum velut corpus conflatis,
Europæi Heroës, medio menſe Maio, Nicæam vrbem obſederunt,
pulſiſque Turcis demum expugnarunt. *Tyrius.* Europæi Laodiceam
expugnant. Lambertus Ep. Atrebatenſis Aridagamantienſe, nunc
Aroaſienſe Canonicorum regularium cœnobium, prope Bapalmam
Arteſiæ opidũ, ab Heldemaro presbytero eiuſque diſcipulo Conone
ædificari cœptum, ſuo diplomate, hoc anno 1097. firmat. Idem *Montis
S. Eligij* cœnobium, à Fulberto Epiſcopo incohatum, & à Lietberto
itidem Epiſcopo ac prædeceſſore ſuo regularibus Canonicis tradi-
tum, prouentibus auget. *Not. c.* 120. Ceterùm Aroaſia fuit olim caput
famoſæ Congregationis Canonicorum regularium, Aroaſienſis hinc
dictæ: de qua in Originibus noſtris Monaſticis, Coloniæ editis, fusè
egimus.
Europæorum exercitus 3. Iunij Antiochiam expugnat. S. Rober- 1098
tus Abbas Moliſmenſis Ciſtertienſe monaſterium in Burgundia con-
ſtruere incipit; opibus Odonis I. Burgundiæ Ducis, ſuprà pag. 248.
laudati. Hinc origo Ordinis Ciſtertienſis. Vide Chronicon noſtrum
Ciſtertienſe. Lancea Dominica per Chriſtianos in Oriente inueni-
tur: quam poſteà in præliis felici ſucceſſu prætulerunt. *Sigebertus.*
Ida. God. Bullonij mater, dotat S. Bertini monaſterium in Arteſia.
Not. eccleſ. Belgij cap. 121.
Coloniæ poſt Herimannũ Fredericus ordinatur Archiepiſcopus. 1199
Ieroſolyma, die 15. Iulij à Latinis capitur, God. Bullonio omnium
primo muros tranſcendente. Regnum *Ieroſolymitanum* eidem Go-
defrido omniũ conſenſu eſt delatũ. *Sigeb. & ſuprà pag.* 239. *Antiochia*
Boamundo Tarentinorum Principi, *Edeſſa* Balduino Bullonij fratri, *Ga-
lilea* Tancredo ſororis Boamundi filio, ceſſerunt. Vrbanus II. Papa IV.
Kal. Auguſti moritur: Paſchalis II. ſuccedit. Ioannes Bonus, ex Cano-
nico-regulari in Monte S. Eligij Archidiaconus Atrebatenſis, creatur
Morinenſis Epiſcopus, qui laudatiſſimè annis 30. præfuit. Eo adiuuãte,
ſex monaſteria in diœceſi Morinenſi partim ſunt incohata, partim ab-
ſoluta, videlicet S. Martini *Iprenſe*, *Loënſe* & *Euershamẽſe*, Canonicorũ
regularium, *Borburgenſe* & *Merckemenſe*, monialium Benedictinarum,
itemque *Giſnenſe*: vt Iperius in ms. Chronico Bertinenſi commemo-
 rat.

Anni vulgares Christi.

- Otho Comes Sutfaniæ & Gelriæ 1074.
  - Mathildis vxor Ludolfi.
    - Henricus Co. Sutfaniæ 1138. ſine lib.
    - Cuno.
  - Gerardus Co. Gelriæ 1096.
    - Henricus Co. Gelriæ & Sutfaniæ 1145.
      - Gerardus II. ſine lib.
      - Otho II. 1188.
        - Henricus.
        - Gerardus III. Co. Gelriæ 1224.
          - Otho III. Claudus 1234.
            - Ex 1. Margarita.
            - Ex 2. Rainaldus Co. 1288.
              - Rainaldus II. Dux I. Gelriæ 1339.
                - Ex 1. Mathildis.
                - Eliſabeth.
                - Maria vx. Guilielmi Ducis Iuliac.
                - Margarita.
                - Ex 2. Rainaldus III. Dux Gel.
                - Eduardus Dux Gel.
              - Guido.
              - Philippus.
              - Margarita.
              - Philippa.
              - Eliſabeth.
            - Ermengardis.
          - Henricus Ep. Leod.
        - Otho Ep. Vltr.
        - Adelheidis.
        - Margarita.
      - Theodericus.
      - Agnes.
      - Catharina.
      - Margarita.
    - Arnoldus Ep. Colon.
  - Henricus.

I. Otho Comes de Zutphen & Gelre diploma à S. Annone Ar. Colonienſi (de prædiis Colonienſi & Noueſienſi eccleſiis ab Euerardo Comite Cliuenſi eiuſque coniuge Berta donatis) an. 1074. ſcriptum ſignauit. Liberos reliquit, *Mathildem* Sutfaniæ Comitiſſam, *Gerardum* Gelriæ Comitem & *Henricum*. Mathildis nupſit Ludolfo, filio Ezzonis ſeu Eremfridi Comitis Palatini ac fundatoris Brouwilerenſis; & ex eo peperit Henricum Sutfaniæ Comitem, & Cunonem, ſine liberis defunctos. Qui quidem Henricus Sutfaniæ Comes anno 1138. diploma Vltraiectenſe in Not. eccleſ. Belgij cap. 149. ſignauit.

II. Gerardus Othonis filius, Comes Gelriæ, cum Henrico fratre ſuo, diploma Affligemienſe, in cit. Notitia c. 119. productum, an. 1096. ſignauit. Is filios reliquit, *Henricum* in Comitatu Gelrenſi ſucceſſorem & *Arnoldum* Ep. Colonienſem, quem Eugenius III. Papa in Concilio Remenſi an. 1151. depoſuit.

III. Henricus vt Gelriæ Comes tria Conradi II. Imp. diplomata an. 1145. & Frederici I. Imp. diploma Antuerpienſe an. 1157. ſignauit: exſtantque ea in cit. Notitia c. 154. & 169. Idem conſobrino ſuo Henrico Sutfaniæ Comiti, ſine liberis defuncto, in Comitatu Sutfanienſi ſucceſſit: atque ex eo tempore Comitatus Gelrenſis & Sutfanienſis manſerunt vniti. Henricus porrò liberos reliquit, *Gerardum II.* & *Othonem II.* Gelriæ Sutfaniæque Comites ex ordine, *Theodericum*, *Agnetem* Henrico Cæco Namurcenſi ac Luxeburgenſi Comiti, ſuprà pag. 246. laudato nuptam, *Catharinam* & *Margaritam*.

IV. Gerardus II. in tabulis à Philippo Ar. Colonienſi an. 1183. ſcriptis, c. 162. in cit. Notitia, nominatur vt teſtis. Ex Ida, Matthæi & Mariæ Comitiſſæ Bolonienſis filia, prolem non ſuſtulit.

V. Gerardi II. frater & ſucceſſor Otho II. expeditioni ſacræ ſub Frederico I. Imp. an. 1180. interfuit. Idē pacta inter Brabantos, Colonienſes & Gelros, an. 1203. cum fratre ſuo Theoderico ſignauit, *Not* c. 179. Ex Richarda (Gerardi Comitis Iuliacenſis, vt quidam tradunt, filia) *Henricum* qui cælebs obiit, *Gerardum III.* Gelriæ Sutfaniæque Comitem, *Othonem* Ep. Vltraiectenſem, *Adelheidem* & *Margaritam* procreauit. Sepultus iacet in Campenſi monachorum ord. Ciſtertienſis Abbatia prope Rhenobercam.

VI. Gerardus III. pacta inter Brabantos & Colonienſes an. 1208. & 1217. ſignauit. *Not. c.* 184. Cum *Margarita* coniuge ſua & *Othone* filio,

filio, an. 1224. in matris ſuæ Richardæ gratiam, Ruræmondæ virginum ord. Ciſtercienſis monaſterium ædificauit. *Not.c.*199. Idem Cartuſianorum & Franciſcanorum monaſteria Ruræmondæ excitauit. Ex N. Naſſouia priore coniuge duos ſuſcepit filios, *Othonem III.* & *Henricum* Ep. Leodicenſem. Altera eius vxor fuit *Sophia*, Henrici I. Brabantiæ Ducis filia; quę marito ſuperſtes Ruræmondæ in monialium cœnobio Abbatiſſam egit, & maritum ibidem ſepultum luxit.

VII. Otho III. Claudus an. 1237. cum Henrico Herenbergæ domino ſuper Aduocatia Embricenſi tranſegit, & an. 1268, Ruræmondenſi virginum ord. Ciſtercienſis cœnobio benefecit. *Not.c.*209 & 222. Duxit primò *Margaritam* Theoderici Cliuiæ Comitis filiam, & ex ea genuit *Margaritam* Engueramo IV. domino de Coucy nuptam: vt ex Genealogia familiæ de Coucy 1303. Gallicè ſcripta conſtat. Secundò duxit *Philippam* de Ponthieu, Radulfi II. domini de Coucy viduam, Rainaldi I. & Ermengardæ matrem. Condidit monialium ord. Ciſtercienſis cœnobium prope Gochum, quod Vallis Comitis (*Grauendale*) dicitur, ibidem ſepultus.

VIII. Rainaldvs I. duas habuit coniuges, *Ermengardem* Walerami III. Ducis Limburgenſis filiam, ſed ſterilē, & *Margaritam* Guidonis Flandriæ Comitis filiam, anteà Alexandro Alexandri Regis Scotiæ filio nuptam. A Ioanne I. Brabantiæ Duce an. 1288. in prælio Woringano captus, non antè dimiſſus fuit, quàm Brabanto ius omne ſuum ad Ducatum Limburgenſem ceſſiſſet. Pacis conditiones ac tabulæ exſtant apud Emundum Dinterum in ms. Brabantiæ hiſtoria. Idem *Thilenſe* S. Walburgis Canonicorum collegium anno 1315. ad vrbem Arnhemienſem tranſtulit; quod illuſtri Dominicæ Crucis parte, ex municipio *Dodenvverde* tranſlata, nobilitauit. A filio cognomine demùm captus, an. 1326. in carcere obiit. Liberos ex Margarita Flandrenſi reliquit, *Rainaldum* II. *Guidonem*, *Philippum*, *Margaritam*, *Philippam* & *Eliſabetham*. Ex his Philippa Waleramo Falcoburgi domino nupſit.

IX. Rainaldvs II. ex Comite Dux I. Gelriæ à Ludouico IV. Bauaro an. 1339. creatus (*Not.c.*228.) Cartuſianos prope Arnhemium & Carmelitas in opido Gelrenſi collocauit ac dotauit. Ex priori coniuge *Sophia*, Florentij Bertoldi Mechlinię domini filia, quatuor ſuſtulit filias, *Mathildem*, *Eliſabetham*, *Mariam* Guilielmo Duci Iuliacenſi nuptam, & *Margaritam*. Sophia an. 1336. obiit, vt Froſſardus l. 3. narrat. Ex altera coniuge *Eleonora*, Eduardi Angliæ Regis filia, *Rainaldum* & *Eduardum*, Gelrię Duces ex ordine, procreauit. Eleonora duo Franciſcanorum monaſteria condidit, Dauentriæ ad Iſalam vnum, Harderuici alterum. Eius maritus Rainaldus II. an. 1343. deceſſit, in Valle Comitis ſepultus.

X. Rainaldvs III. cognomine Pinguis Cartuſiam prope Arnhemium conſtituit. A fratre Eduardo an. 1361. captus, annos nouem & menſes tres in carcere egit: poſt cædem fratris liber factus, iterùm rebus Gelricis præfuit menſes tres; & an. 1271. ad plures abiit, ſepultus in Valle Comitis, nulla ſobole relicta ex Maria Ioannis III. Brabantiæ Ducis filia.

XI. Edvardvs Rainaldum fratrem, vt dixi, multis annis captiuum tenuit. Anno 1371. in prælio prope vicum *Baeſvvilder* inter Rhenum & Moſam cecidit, nondum ducta coniuge. In *Rainaldo* III. & *Eduardo* fratribus ſtirps maſcula veterum Gelriæ Comitum defecit. Ho-

rum

vxore relictis liberis. XVII. Quorum viuis ſublato, *Guilielmus* Cliuenſis ac Iuliacenſis Dux Gelriam Sutfaniamque ſibi armis vindicare conatus fuit: ſed veteris actionis iure, fœderumque legibus ac copiis bellicis ſubnixus CAROLVS V. Imp. anno 1543. demum præualuit.

Martio menſe God. Bullonius, nauigiis inſtructis, Boſphorũ Thracium traiiciens, exercitũ ſuum ex Græcia in Bithyniã, Aſiæ prouinciã, 1097
tranſuexit. Boamundus Princeps Tarentinus, qui ante ingruentẽ hiemem, cum Tancredo ſororis ſuæ filio, & Guilielmo Marchione copiiſque Italicis, Adriatico mari tranſito, Dyrrachium vſque peruenerat, peragrata Bulgaria, Paſchali tempore, prope Conſtantinopolim in complexum God. Bullonij venit. Hugo Magnus Philippi Fr. Regis frater, & Robertus Flandriæ Comes, qui hieme ineunte ex Bario Apuliæ vrbe Dyrrachium appulerant, luſtrata Conſtautinopoli, haut multo pòſt Bullonio & Boamundo in Aſia ſe adiunxerunt. His deinde acceſſêre, Raimundus Comes Toloſanus, Ademarus Podienſis, Guilielmus Arauſionẽſis, Epiſcopi. Rainbaldus Comes Arauſionenſis, Guilielmus de Monte Peſſulano, & alij plurimi. Cùm & Petrus Eremita (qui in Bithynia lociſque finitimis cum ſuis hiemauerat) reliquis ſe iunxiſſet, copiis omnibus in vnum velut corpus conflatis, Europæi Heroës, medio menſe Maio, Nicæam vrbem obſederunt, pulſiſque Turcis demum expugnarunt. *Tyrius.* Europæi Laodiceam expugnant. Lambertus Ep. Atrebatenſis Aridagamantienſe, nunc *Aroaſienſe* Canonicorum regularium cœnobium, prope Bapalmam Arteſiæ opidũ, ab Heldemaro presbytero eiuſque diſcipulo Conone ædificari cœptum, ſuo diplomate, hoc anno 1097. firmat. Idem *Montis S. Eligij* cœnobium, à Fulberto Epiſcopo incohatum, & à Lietberto itidem Epiſcopo ac prædeceſſore ſuo regularibus Canonicis traditum, prouentibus auget. *Not. c.* 120. Ceterùm Aroaſia fuit olim caput famoſæ Congregationis Canonicorum regularium, Aroaſienſis hinc dictæ: de qua in Originibus noſtris Monaſticis, Coloniæ editis, fusè egimus.

Europæorum exercitus 3. Iunij Antiochiam expugnat. S. Rober- 1098
tus Abbas Moliſmenſis Ciſtertienſe monaſterium in Burgundia conſtruere incipit; opibus Odonis I. Burgundiæ Ducis, ſuprà pag. 248. laudati. Hinc origo Ordinis Ciſtertienſis. Vide Chronicon noſtrum Ciſtertienſe. Lancea Dominica per Chriſtianos in Oriente inuenitur: quam poſteà in præliis felici ſucceſſu prætulerunt. *Sigebertus.* Ida. God. Bullonij mater, dotat S. Bertini monaſterium in Arteſia. *Not. eccleſ. Belgij cap.* 121.

Coloniæ poſt Herimannũ Fredericus ordinatur Archiepiſcopus. 1199
Ieroſolyma, die 15. Iulij à Latinis capitur, God. Bullonio omnium primo muros tranſcendente. Regnum *Ieroſolymitanum* eidem Godefrido omniũ conſenſu eſt delatũ. *Sigeb. & ſuprà pag.* 239. *Antiochia* Boamundo Tarentinorum Principi, *Edeſſa* Balduino Bullonij fratri, *Galilea* Tancredo ſororis Boamundi filio, ceſſerunt. Vrbanus II. Papa IV. Kal. Auguſti moritur: Paſchalis II. ſuccedit. Ioannes Bonus, ex Canonico-regulari in Monte S. Eligij Archidiaconus Atrebatenſis, creatur Morinenſis Epiſcopus, qui laudatiſſimè annis 30. præfuit. Eo adiuuãte, ſex monaſteria in diœceſi Morinenſi partim ſunt incohata, partim abſoluta, videlicet S. Martini *Iprenſe*, *Loënſe* & *Euersbamẽſe*, Canonicorũ regularium, *Borburgenſe* & *Merckemenſe*, monialium Benedictinarum, itemque *Giſnenſe*: vt Iperius in ms. Chronico Bertinenſi commemorat.

rat. Ex his *Iprenſe* an. 1559. à Pio IV. Papa verſum eſt in Canonicorum ſæcularium cathedrale collegium. *Merckemenſis* cœnobij prouentus Iprenſi Soc. Ieſu collegio ſunt attributi. *Borburgenſis* monaſterij (quod eſt nobilium virginum) fundatrix fuit *Clementia*, Roberti Ieroſolymitani Flandriæ Comitis coniux, Othonis Guilielmi Burgundiæ Comitis, ſuprà pag. 254. laudati filia, & Calixti II. Papæ ſoror: quæ an. 1129. moriens, ibidem eſt condita. Eadem Clementia *Aueſnenſe* Benedictinarum ſimiliter monialium cœnobium, apud Bapalmam Arteſiæ opidum, circa an. 1128. condidit: quod bellis Gallicis ſæuientibus, inde ad caſtrum Bellomottæum, haut procul Atrebato, circa an. 1565. eſt tranſlatum. Conradus Ep. Vltraiectinus, templi & collegij Mariani Canonicorum illa in vrbe fundator, feria 4. Paſchæ à quodam architecto Friſio perimitur: vt ex ms. illius eccleſiæ Chronico didici.

1100 Guilielmus Rex Anglorũ moritur: frater eius Henricus ſuccedit. GOD. BVLLONIVS Rex Ieroſolymorum, idemque Dux Lotharingiæ inferioris & Marchio Antuerpienſis, 18. Iulij Ieroſolymis moritur. In regno ſucceſſit frater *Balduinus*, in Ducatu autem ab Henrico IV. Rege an. 1101. ſuffectus fuit *Henricus* Comes Limburgenſis. *Sigeb. & ſuprà pag.* 239. Bertoldi Conſtantienſis presbyteri Chronicon deſinit. Belli Loci monaſterium, in diœceſi tunc Morinenſi, nunc Audomarenſi, prope vicum *Choques* in Arteſia, à Canonicis regularibus ædificatur: quod Robertus & alij Domini Betuniæ (*ſuprà pag.* 268.) poſteà dotarunt.

1101 Henricus IV. Rex Paſcha Leodici celebrat. Conradus, Henrici Regis filius, à patriis moribus alienus, in Italia viuere deſiit. S. Bruno, Cartuſiani ordinis conditor, moritur in Calabria. Ad Aquas certas (*Eaucourt*) in diœceſi Atrebatenſi, Odo presbyter ædificat monaſterium Canonicorũ regularium, probante Lamberto Ep. Atrebatenſi. *Not. c.* 122. Andennam villam, ab Alberto III. Comite Namurcenſi virginibus in eccleſia Andennenſi famulantibus reſtitutam, itemque poſſeſſiones monachorum & Canonicorum Laubienſium Henricus IV. Imp. confirmat. *Not. c.* 122. Wenemarus Caſtellanus Gandenſis (*ſuprà pag.* 252.) in Bornehem Flandriæ municipio, ad veterem Scaldis alueum, fundat Abbatiam Canonicorũ regularium. Hi poſteà 1120. Benedictinum vitæ inſtitutum amplexi, monachis Affligemienſibus ſeſe adiunxerunt. *Not. c.* 123. 131. Henricus Craſſus Friſiæ Comes prope vicum Nagel interficitur: vt in ms. Chronico Vltraiectino eccleſiæ Marianæ legitur.

1102 Mathildis Tuſciæ Comitiſſa, God. Gibboſi Lotharingiæ inferioris Ducis vidua, Tuſciæ & Liguriæ opida an. 1077. Eccleſiæ Romanæ dederat. Hanc donationem tabulis Canuſiæ datis an. 1102. confirmauit. *Not.* 124. *& ſuprà pag.* 233. 238.

1103 Otbertus Ep. Leodicenſis corpus S. Odæ virginis è terra eleuat, & decenter collocat in eccleſia Rodana, quæ nunc eſt collegiata Canonicorum in diœceſi Silniducenſi.

1104 Balduinus Rex Ieroſolymorum Turcis eripit Aconem ſeu Ptolemaidem.

1105 Manaſſes Ep. Cameracenſis cùm veſtem monaſticam induiſſet, *Odo*, primus Abbas S. Martini Tornacenſis, ipſi in Epiſcopatu ſucceſſit. Robertus Ieroſolymitanus Flandriæ Comes, in Terra ſancta militans, monaſterium S. Andreæ Apoſtoli prope Brugas

inſtitui per vxorem ſuam Clementiam iuſſerat. Hanc fundationem ipſe domum redux, an. 1105. auxit, & Baldricus Ep. Tornacenſis ac Nouiomenſis (cuius exſtat Chronicon Cameracenſe) eamdem confirmauit. Idem Baldricus eccleſiam Tiletanam Canonicis Harlebecanis donauit. *Not. c.* 125.

Lambertus Ep Atrebatenſis confirmat poſſeſſiones Lenſenſis collegij Canonicorũ in Artelia; Ida God. Bullonij matre, Euſtathio Bolonienſium & Lenſenſium Comite, eiuſque coniuge Maria, petentibus. *Not. c.* 125. Henricus IV. Imp. Leodici IV. Idus Auguſti moritur, inde Spiram poſteà deportatus. Patri in Imperio HENRICVS V. ſucceſſit. Henricus Limburgenſis, Dux Lotharingiæ inferioris (qui pro Henrico IV. Imp. contra Henricum V. eius filium ſteterat) capitur; & Ducatus, eius ab eodem Henrico V. datur GODEFRIDO BARBATO Comiti Louanienſe.

Duces hereditarij Lotharingiæ inferioris, & Brabantiæ.

I. GODEFRIDVS BARBATVS, Comes Louanienſis, ab Henrico V. Imp. Dux Lotharingię inferioris (vt ſuprà pag. 222. & 239. dixi) an. 1106. creatus, Ducalem dignitatem, cum Marca Antuerpienſi, vt hereditariã primus ad poſteros tranſmiſit. Is duas habuit coniuges *Idam* & *Clementiam* Calixti II. Papæ ſororem. Ex Ida ſuſtulit *Godefridum* ſuum in Ducatu ſucceſſorem, *Henricum* monachum Afflighemienſem, Aleidem 1120. Henrico Angliæ Regi, *Idam* Theoderico Cliuiæ Comiti nuptam, & *Clarstiam*. Guil. Camdenus in ſua Britannia bis liberis adiungit *Ioſcelinum de Louanio*, cui coniugem attribuit *Agnetem* filiam heredem *Guilielmi Percy*. Ex noſtratibus Hiſtoricis nemo iſtius Ioſcelini meminit. Camdenus dicit ipſum in Angliam traieciſſe cum ſorore ſua Aleide, & ibi domicilium fixiſſe. Godefridus porrò Barbatus 1140. obiit, ſepultus in Afflighemienſi Benedictinorum Abbatia, ab Henrico fratre & ſuo in Comitatu Louanienſi prædeceſſore fundata, quam & multis ipſe prædiis auxit: vt ſecundus illius loci fundator meritò cenſeatur.

II. GODEFRIDVS II. duxit *Luitgardem* Gebhardi Comitis Sulsbacenſis filiam, cuius ſoror Gertrudis Conrado II. Imp. nupſerat. Ex ea reliquit *Godefridum* III. Ducem, & *Albertum* Comitem de Moha & Dagisburg, itemque filiam vnam N. Conrado Comiti de Hoſtade & Dalem nuptam. Obiit 1143. aut 1144. Louanij in baſilica S. Petri conditus. III. GODEFRIDVS III. an. 1155. *Margaritam* Henrici III. Ducis Limburgenſis filiam duxit & ex ea genuit *Henricum I.* Ducem, *S. Albertum* Ep. Leodicenſem, & N. monialem in Foreſto prope Bruxellam. Ex altera coniuge *Imaina*, Arnulfi Comitis Loſſenſis filia (*ſuprà pag.* 291.) ſuſtulit *Guilielmum* Perueſij dominum, Godefridi & Ingelramni patrem. Obiit 1186. aut 1191. Louanij ad S. Petrum humatus. Godefridus Guilielmi filius ex Alicia Grimbergæ domina genuit Mariam Perueſij & Grimbergæ dominam, quę nupſit Philippo Viandæ Comiti in agro Luxeburgenſi.

IV. HENRICVS I. in Syriam ad bellum ſacrum an. 1197. ſe contulit. *Not. cap.* 169. Anno eodem in Banco prope Louanium moniales collocauit ac dotauit. Siluam *Heidonck* & alia prædia in Weſtmalle Guilielmo IX. Abbati Villarienſi anno 1233. dedit, ad fundan-

fundandum S. Bernardi monaſterium, quod hodie ad Scaldim ſecundo lapide ab Antuerpia floret. Cuius monaſterij dotem Ægidius Bertout 1235. auxit, fundo dato ad monaſterium ædificandum. *Not.* c. 208. Henricus porrò ex Mathilde, Matthęi Comitis Bolonienſis & Mariæ filia, ſuſtulit *Henricum* II. Ducem, *Godefridum de Louanio*, dominum de Herſtal, Leeuw & Gasbeke, *Mariam* Othoni IV. Imperatori, *Aleidem* Guilielmo Aruerniæ Comiti, *Mathildem* Florentio IV. Hollandiæ Comiti, & *Sophiam* Gerardo III. Gelriæ Comiti, nuptas. Ex altera coniuge *Maria* Philippi Francorum Regis filia, Affligemij ſepulta, vnicam genuit filiam *Iſabellam*, Theoderico de Dinſlaken Comiti Cliuenſi nuptam; obiitque 1235. Louanij ad S. Petrum olim in crypta, nunc in medio choro conditus. Is primus Leonem, pro inſigni gentilicio, in ſigillo ſuo expreſſit; vt filius eius ac ſucceſſor *Henricus II.* titulo Lotharingiæ titulum Ducis Brabantiæ primus in diplomatibus adiunxit. Quod vtrumque partim ex ſigillis, partim ex diplomatibus Baldrici & Henrici Comitum Louanienſium, item Godefridorum trium ac totidem Henricorum ex ordine Ducum noſtrorum mihi conſtat. Ceterùm ex Henrici I. filiis ſecundò genitus Godefridus de Louanio ex Maria domina de Bauſigny & Montcornet genuit *Henricum Gaſbecæ* dominum, *Arnoldum* Bredæ dominum iure vxorio, & *Gerardum* Præpoſitum Niuellenſem. Henricus de Louanio *Ioannem* Gasbecæ dominum, & *Ioannam* Gerardo Hornæ domino nuptam procreauit. Ioannes ex Felicitate de Luxembourg ſuſtulit *Ioannem* aliàs Triſtanum, *Henricum* & *Beatricem*, omnes ſine liberis defunctos. Sicque Gasbeca ad Ioannæ & Gerardi Hornani poſteritatem eſt deuoluta.

V. Henricvs II. Lotharingiæ inferioris & Brabantiæ Dux, anno 1247. moriens, in Villarienſi monachorum ord. Ciſtercienſis Abbatia à ſe dotata, condi voluit. Ex *Maria* Philippi Sueuiæ Ducis, pòſt Germaniæ Regis à quibuſdam electi, filia nati ſunt *Henricus* III, Dux, *Philippus*, *Mathildis* Roberto I. Arteſiæ Comiti, pòſt Guidoni II. Comiti S. Pauli nupta, *Maria* à Ludouico Comite Palatino Rheni iniuſtè capite plexa, *Beatrix* Henrico Thuringiæ Lantgrauio ac Romanorum Regi, pòſt Guilielmo Dampetræ, Guidonis Flandriæ Comitis filio primogenito iuncta, & *Margarita* Abbatiſſa in Valle Ducis prope Louanium, ord. Ciſtercienſis, quam idem Henricus II. condiderat. Ex altera coniuge *Sophia*, Ludouici Thuringiæ Lantgrauij & S. Eliſabethę filia, nati ſunt *Henricus* cognomento *Brabantinus*, familiæ Lantgrauiorum Haſſiæ (hodieque in recta linea maſculina ſuperſtitis) conditor, & *Eliſabetha* Alberto Duci Brunſuicenſi nupta.

VI. Henricvs III. ex *Aleide* Hugonis IV. Burgundiæ Ducis (*ſuprà pag.* 249.) filia, peperit *Henricum* monachum Diuionenſem ad S. Sthephanũ, *Ioannem* I. Brabantię Ducem, *Godefridum* dominum Arſchoti, Bitbecæ, Sichenę & Rodæ S. Agathæ, & *Mariam* Philippi III. Audacis Francorum Regis coniugem. Louanij monaſterium Dominicanorũ condidit, vbi & ſepultus iacet cum coniuge. Ex filiis *Godefridus* Arſchoti dominus duxit *Ioannam* dominam de Vierſon in Buturigibus & de Maiſieres; & ex ea ſuſtulit *Ioannem* Mariæ dominæ Mortanienſis ac Caſtellanę Tornacenſis maritum, non relictis liberis in prælio Cortracenſi cum patre 1302. cæſum, & filias ſex *Mariam*, *Blancam*, *Alidem*, *Iſabellam*, *Margaritam* & *Ioannam*. Ex his

duę

duæ poſteriores monaſticen ſunt amplexæ. *Maria* domina Vierſonij, Sichenæ & Rodæ S. Agathæ, primùm *Ioanni* Bertout, pòſt *Gerardo* Comiti Iuliacenſi, tertiùm *Roberto* de Beaumont 1323. nupſit. *Blanca* maritum habuit *Ioannem* Vicecomitem de Thoars. *Alidis* domina Maiſieræ, Arſchoti & Birbecæ ex *Ioanne* de Harcour genuit *Ioannem* Comitem I. de Harcour: à quo reliqui deinde Comites Harcuriæ ſtirpem traxerunt. *Iſabella* N. Bronchorſtio iuncta Guilielmum de Bronchorſt procreauit. Quercetanum in Hiſt. Drocenſi l. 1. conſule.

VII. Ioannes I. Lotharingiæ inferioris, Brabantiæ & Limburgi Dux, S. R. I. Marchio, cum Godefrido fratre 1285. in Aragonia pro Francis militauit. Ex *Margarita*, S. Ludouici Galliæ Regis filia, ſuſtulit filium, cum matre paulò pòſt exſtinctum. Ex altera vxore *Margarita*, Guidonis Flandriæ Comitis filia, *Ioannem* II. Ducem, *Godefridum* in pubertate ſublatum, *Margaritam* Henrico Comiti Luxeburgenſi, pòſt illo nomine VII. Imperatori, *Mariam* Amadeo Sabaudiæ Comiti, nuptas procreauit. Periit 1294. Barri in Haſtiludio, Bruxellæ in cœnobio Franciſcanorum conditus.

VIII. Ioannes II. ex *Margarita* Angliæ Regis filia vnicum reliquit filium *Ioannem* III. Ducem. Obiit 1312. Furæ, ſepultus Bruxellę in choro baſilicæ S. Gudilæ.

IX. Ioannes III. ex *Maria*, Ludouici Ebroicenſis filia, non niſi filias tres ſuperſtites reliquit, *Ioannam* Brabantiæ Duciſſam, *Margaritam* Ludouico Malano Flandriæ Comiti, & *Mariam* Rainaldo III. Gelriæ Duci, nuptas. Viuere deſiit 1355. in Villarienſi monaſterio humatus.

X. Ioanna nupſit primùm *Guilielmo* IV. Hollandiæ Comiti, 1345. à Friſiiscæſo, pòſt *Wenceſlao* Duci Luxeburgenſi, 1384. in monaſterio Vallis aureæ ſepulto. Ioanna grandæua 1404. Brabantiam & Limburgum ceſſit *Antonio Burgundo*, Philippi Audacis Burgundię Ducis Flandriæque Comitis ſecundò genito filio, ex Margarita, Margaritæ ſororis ſuæ filia, nato. Obiitque 1406. Bruxellæ ſepulta in choro Carmelitarum, cum filiolo *Guilielmo*.

- Ioannes III. Dux Brabant. ob. 1355.
  - Ioanna Duciſſa Brabant. ob. 1404.
    - Guilielmus obiit puer.
  - Margarita vx. Lud. Malani Co. Fland. Burg. Niuern.
    - Margarita vx. Philippi Audacis Ducis Burg. qui obiit 1404.
      - Ioannes Intrepidus Dux Burg. Com. Fl. ob. 1419.
        - Philippus Bonus Dux Burg. Brab. Co. Fland. obiit 1467.
          - Carolus Audax Dux Burg. Brab. Co. Fl. ob. 1477.
            - Maria vx. Maximiliani I. Auſtrij Imp.
      - Antonius Dux Brab. & Limb. ob. 1415.
        - Ioannes IV. Dux Brab. ob. 1427. ſ. lib.
        - Philippus Dux Brab. ob. 1430. ſ. lib.
      - Philippus Co. Niuern. & Rethel. ob. 1415.
        - Ioannes Comes Niuern. & Reth.
          - Iſabella vxor Ioannis II. Ducis Cliuię.
  - Maria vxor Rainaldi Ducis Gelr. ſine liberis.

XI. Antonius Burgundus, Philippi Audacis, vt dixi, filius, ex Ioanna Luxeburgica, Walerami Comitis S. Pauli filia, ſuſtulit *Ioannem* IV. & *Philippum*, Brabantię Duces ex ordine. Occubuit 1415. non procul à Blangiaco in Arteſia, pro Francis pugnans contra Anglos. XII. Ioannes IV. Antonij filius, Louanienſis Academię fundator, an. 1418. duxit vxorem *Iacobam* Bauaram, Hannoniæ & Hollandiæ Comitiſſam, ſed quę biennio pòſt ipſum deſeruit. Obiit 17. Apri-

Aprilis 1427. ſtilo Romano, ſepultus Furæ ſecundo lapide à Bruxella. XIII. PHILIPPVS Ioannis IV. ſine liberis defuncti frater, 1430. cælebs deceſsit, Furæ iuxta fratrem conditus. XIV. PHILIPPVS BONVS, Burgundiæ Dux, Flandriæque Comes, IOANNIS & PHILIPPI Ducum fratruelis, reliquit CAROLVM AVDACEM & hic MARIAM Burgundam, Maximiliano I. Auſtrio Imp. nuptam.

1107 Henricus Comes Limburgenſis, re & cognomento Exdux, Ducatum Lotharingiæ repetens, occupat Aquaſgrani. Id non ferens Barbatus Aquenſe opidum recuperat, Henrico cum filiis ſuis vix fuga elapſo. *Sigeb.* Congregatio Canonicorum regularium S. Rufi, apud Valentiam prouinciæ Viennenſis vrbem, hoc ferè tempore ſumpſit exordium. Ligerius anachoreta in Flandrico Oceani littore haud procul à Furnis, loco arenoſo vitam ducit ſolitariam. Conuenerunt in eadem ſolitudine viri aliquot religioſi, quibus piè annis XX. præfuit, conſtructo monaſteriolo, quod Ioannes Bonus, Morinorum Epiſcopus dicauit. Id celeberrimi apud Flandros cœnobij Dunenſis exordium fuit: quod an. 1138. Ciſtertienſem diſciplinam admiſit, & nunc in vrbe Brugenſi floret.

1108 Philippus Franciæ Rex exeunte menſe Iulio moritur, cùm annis 49. regnaſſet. *Ludouicus* VI. Craſſus, filius eius, ſucceſſit: vt in Fragmento Annalium Pithæanorum & apud Iperium legitur. Sigebertus ad annum ſequentem hæc refert. Odo Ep. Cameracenſis Teneręmondanum Canonicorum collegium, à Riugoto Caluo Teneræmondæ domino eiuſque coniuge Adelvvide fundatum, confirmat. *Not. eccleſ. Belgij c.* 125.

1109 S. Anſelmus Cantuarienſis, & S. Hugo Abbas Cluniacenſis in Domino obdormiunt.

1110 Valentianis in Hannonia Canonici S. Ioannis regularem vitam amplectuntur. Henricus V. Rex, ineunte autumno, proficiſcitur in Italiam. S. Guibertus cœnobij Gemblacenſis fundator Frederici Ar. Colonienſis auctoritate & Synodi aſſenſu ab Otberto Ep. Leodicenſi è terra eleuatur. Leo Marſicanus Epiſcopus Oſtienſis, qui Chronicon monaſterij Caſinenſis conſcripſit, moritur. Lambertus Ep. Atrebatenſis prædia Strumenſis cœnobij (quod eſt monialium Benedictinarum in agro Atrebatenſi) circa hoc tempus à Paſchali II. confirmari poſtulat. *Notit. c.* 126.

1111 Henricus V. Rex Romæ à Paſchali II. extorquet priuilegium, ſiue, vt alij veriùs nuncupant, prauilegium de Inueſtituris, & 13. Aprilis, Dominica in Albis coronatur. *Baron.* Tanchelinus hæreſim ſuam Sacramentariam apud Belgas ſpargit. S. Adriani martyris reliquiæ, ex Raulicuria Hannoniæ vico ad Geraldimontem transferuntur. Rupertus Abbas Tuitienſis ex oppoſito Coloniæ Agrippinæ, olim monachus Leodici ad S. Laurentium, ſcriptis clarus floret. Robertus Ieroſolymitanus Flandriæ Comes moritur, & Atrebati ad S. Vedaſtum ſepelitur; Lud. Craſſo, Galliæ Rege, inter alios funus proſequente. Balduinus Securis filius ſuccedit: *ſuprà pag.* 197.

1112 Paſchalis Papa, Concilio indicto, priuilegium de Inueſtituris reuocat, & Henricum V. Imp. in Germaniam reducem excommunicat. *Baron.* Sigeberti Gemblacenſis in Brabantia monachi Chronicon definit, quod cum autographo collatum Antuerpiæ 1608. publicani. Sed & ipſe Sigebertus hoc anno Gemblaci III. Nonas Octobris obiit. Eius Chronicon continuarunt *Anſelmus* Abbas Gemblacenſis

Anni vulgaris Christi.

cenſis, à nobis pariter editus, & *Robertus* Abbas Montis S. Michaëlis, in Britannia minore. Baldericus Epiſc. Nouiomenſis ac Tornacenſis, ſcriptor Chronici Cameracenſis, item moritur. Cella S. Georgij, prope Heſdinium Arteſiæ opidum, monachis Aquicinctinis attribuitur, & à Paſchali II. Papa id confirmatur. Walterus Heſdinienſis Comes Alciacenſi monaſterio benefacit. *Not. c.* 128.

Anſelmus, Chronici Sigebertini continuator, fit Abbas Gemblacenſis. Balduinus Ieroſolymorum Rex vxorem ducit viduam Rogerij Siciliæ Ducis. S. Bernardus fit monachus in Ciſtertio, ætatis 22. anno: quem Ordinem is poſteà mirificè auxit ac propagauit; vt vulgò Bernardinus inde nuncupari ſoleat. S. Victoris cœnobium Canonicorum regularium, ad muros vrbis Pariſienſis, à Lud. Craſſo Rege fundatur ac dotatur. Fuit id poſteà caput Congregationis Victorinæ, quam Iac. Vitriacus in Hiſt. ſua Occidentali laudat. Firmitas *(la Ferté)* prima Ciſtertij filia, in diœceſi Cabilonenſi fundatur. 1113

Concilium in vrbe Bellouacenſi celebratur à Conone Ep. Præneſtino & Legato Apoſtolico. Henricus V. Imp. Moguntiæ vxorem ducit N. filiam Henrici Anglorum Regis. Burchardo Ep. Vltraiectino 1112. defuncto Godebaldus ſufficitur. Pontiniacum, ſecunda Ciſtertij filia, in diœceſi Autiſiodorenſi fundatur. 1114

Petrus Eremita (qui Vrbano II. ſacræ in Syriam expeditionis auctor exſtiterat) apud Huium diœceſis Leodicenſis, VIII. Idus Iulij moritur, & ibidem ſepelitur in monaſterio S. Sepulcri, Canonicorum regularium, quod ipſe fundarat, opibus Cononis Comitis Montis acuti & Lamberti Comitis Claromontani. Moritur item Lambertus Ep. Atrebatenſis, & ſepultus iacet Atrebati in baſilica cathedrali, hac addita inſcriptione: *Anno* 1115. *XVI. Kal. Iunij, obiit beatæ memoriæ Lambertus, huius Atrebatenſis ſedis Cardinalis Epiſcopus. Per hunc reſtituta eſt dignitas huius Epiſcopatus, quæ per multa tempora Cameracenſi Epiſcopo fuerat commendata. Huic Epiſcopo & duobus ioculatoribus Itherio & Normanno B. Maria in hac eccleſia apparuit, dans eis candelam, per quam ſanantur Ardentes igne malo.* Candela ſeu Cereus iſte miraculoſus (qui ardendo non minuitur) etiamnum adſeruatur à ciuibus Atrebati, in ipſius fori ſacello. De quo Annales & Faſtos noſtros Belgicos 30. Iunij conſulat qui volet. *Clara-Vallis*, tertia Ciſtertij filia, in diœceſi Lingonenſi fundatur: cuius poſteà Abbas fuit S. Bernardus. Eodem anno in eadem diœceſi conditur *Morimundus*, quarta Ciſtertij filia. Mathildis Italiæ & Antuerpiæ Marchioniſſa, God. Gibboſi Lotharingiæ Ducis vidua, viuere deſinit; cùm ſex decieſque nouem vixiſſet annos. Condita eſt in Padolirone monaſterio, à ſe dotato, inter Padum & Larionem lacum, in diœceſi Mantuana: *ſuprà pag.* 238. 1115

Tanchelinus, qui Antuerpienſes, Zelandos, Flandros & alios Belgicæ populos hæreſi infecerat, occiditur. Sigerus Abbas Blandinienſis, ſacram promoturus militiam, proficiſcitur in Syriam; regimen autem monaſterij Ansboldo committitur. 1116

Blandinienſe monaſterium reformatur (procurante Balduino Flandriæ Comite, eiuſque matre Clementia) per Ioannem Ep. Morinenſem, & Lambertum Abbatem Bertinenſem. Nouus ibidem Abbas conſtituitur Arnulfus: ad quem loco ſuo pulſus confugit Rodulfus Abbas S. Trudonis, cuius Chronicon Trudonenſe ms. apud me exſtat. 1117

Balduinus Rex Ieroſolymorum, frater God. Bullonij, moritur: ſuccedit Balduinus de Burgo, filius Hugonis Comitis Regiſtenſis. 1118

Paſcha-

Paſchalis II. Papa 18. Iaņ. moritur: Gelaſius II. ſufficitur, anteà Ioannes Caietanus dictus. *Anſ. Gembl.* Alexio Comneno Imp. CP. defuncto ſuccedit *Calo-Ioannes* Comnenus. Ioannis Zonaræ monachi Græci Chronicon in hoc terminatur; quod Nicetas Choniates excipit: *ſuprà pag.* 285.

1119 Gelaſius II. Papa IV. Kal. Feb. moritur Cluniaci in Gallia, ibidemque ſepelitur. Succedit *Calixtus*, Guilielmi II. Burgundiæ Comitis *ſup. pag.* 254. laudati filius, & Cluniaci conſecratur. Otbertus Ep. Leodicenſis 31. Iaņ. moritur. Sufficitur Fredericus, Godefridi Comitis Namurcenſis frater (*ſuprà pag.* 245.) quem Calixtus II. Papa Remis in ſynodo menſe Octobri conſecrauit. Cono Epiſcopus Præneſtinus & Legatus Apoſtolicus ſynodum Coloniæ celebrat: cui Norbertus peregrinantis habitu interfuit, paulò pòſt Ord. Præmonſtratenſis conditor futurus. Furnenſe S. Auguſtini monaſterium incohatur; quod poſteà Præmonſtratenſem diſciplinam admiſit

1120 Norbertus, Sanctis Cliuiæ opido natus, relicto Canonicatu, quem in patria poſſederat, Præmonſtrati, loco ſiluis horrido ac ſolitario, in diœceſi Laudunenſi, monaſterium fundat, adiutante Bartholomæo Laudunenſi Epiſcopo: vnde Ordini Pręmonſtratenſi nomen natum. Chronicon noſtrum Præmonſtratenſe, Coloniæ an. 1613. editum conſule. Theodericus Metenſis Epiſcopus moritur, vt Dodechinus in Chronico teſtatur. S. Martini Laudunenſis eccleſia in regularem conuertitur à S. Norberto: quę eſt ſecunda ord. Præmonſtratenſis Abbatia.

1121 Fredericus Ep. Leodicenſis moritur: cui poſt bienniū Albero ſucceſſit. S. Arnulfi Ep. Sueſſionenſis corpus (auctoritate Cononis Apoſt. Legati, & Concilij Bellouacenſis) Aldenburgi in Flandria è terra leuatur. Floreffienſis Abbatia, in ord. Præmonſtratenſi tertia, ædificatur à Godefrido Comite Namurcenſi, eiuſque coniuge Ermenſende: *ſuprà pag.* 245. Lamberto Ep. Nouiomenſi ac Tornacenſi defuncto ſufficitur Simon, Hugonis Magni Veromanduorum Comitis filius.

1122 Henricus V. Imp. cum Calixto II. Papa in gratiam redit, dimittens omnem Inueſtituram per annulum & baculum, & concedens in omnibus eccleſiis fieri electionem & liberam conſecrationem. Idem Henricus caſtrum Gothuini, quod *Mons Falconis* dicitur (adiutante God. Barbato Duce Lotharingiæ) obſidet, capit & deſtruit. *Anſel. Gemb.* Godefridus Comes Capenbergenſis in Weſtfalia caſtrum ſuum Capenbergenſe conuertit in monaſterium ord. Præmonſtratenſis; ibidem poſteà regularem vitam amplexus, cum fratre ſuo Othone. Oſtbroucana Benedictinorum Abbatia, primo lapide ab Vltraiecto, ædificatur à Godebaldo Epiſcopo. Campenſe monachorum ord. Ciſtertienſis cœnobium, prope Rhenobercam, à Frederico Archiepiſcopo Colonienſi fundatur. *Not. c.* 133.

1123 Albero ordinatur Epiſcopus Leodicenſis. Is in eccleſia S. Ægidij, in publico monte haut procul Leodico, à Goderano ædificata, Canonicos regulares poſuit ac dotauit. Idem in monte Cornelio, extra Leodicum, Præmonſtratenſibus cœnobium ædificauit, quod inde ad vrbem tranſlatum, nunc Bellus-Reditus (*Beaurepari*) nuncupatur. Henniacenſis Canonicorum regularium Abbatia (*Hennin Lietard*) in diœceſi Atrebatenſi fundatur. *Not. c.* 134.

Tan-

Tancheliniana hereſi per Norbertum ord. Præmonſtratenſis conditorem, Antuerpiæ profligata, Hildolfus Præpoſitus & Canonici Antuerpienſes, in templo S. Michaëlis tunc reſidentes, eidem Norberto & ſociis eius dictum templum cum parte prædiorum cedunt, & inde ad ædem Deiparæ migrant: quam Paulus IV. Papa 1559. Epiſcopali cathedra illuſtriorem reddidit. Hildolfi diploma to. 12. apud Baronium (quod ipſi tranſmiſi) & in Not. c. 135. exſtat. Compoſtella vrbs Galæciæ in Hiſpania, S. Iacobi lipſanis cultuque celebris, à Calixto II. dignitate Archiepiſcopali donatur: qui hoc ipſo anno obiit, *Honorio II.* ſuccedente. Tyrus à Chriſtianis capitur. Bruno Ep. Treuerenſis moritur; Dodechino teſte. 1124

Henricus V. Imp. Leodici Paſcha celebrat, inde per Nouiomagum veniens Vltraiectum, moritur ibidem feria 5. Pentecoſtes; Spiræ iuxta patrem & auum Henricos, & proauum Conradum conditus. Succeſſit LOTHARIVS II. Dux Saxonum. Fliderbecanum Benedictinorum monaſterium prope Louanium à God. Barbato Duce Loth. incohatur. *Not. c.* 136. Pratenſe S. Nicolai cœnobium regularium à Mouino ciue Tornacenſi ædificatur. Lothario ad Imperium euecto *Conradus* Sueuus ſe obiecit, à nonnullis Germaniæ proceribus Rex ſalutatus. Conrado inter alios ſeſe God. Barbatus Dux Lotharingiæ inferioris adhæſit. Lotharius itaque offenſus Godefridum Ducatu priuauit, & *Valeramum* Comitem Limburgenſem, Henrici Exducis filium, illa dignitate cohoneſtauit. Quam & Valeramus vſque ad an. 1137. tenuit, quo idem Conradus, Lotharij defuncti ſucceſſor, Barbato Ducatum Lotharienſem reſtituit: *ſuprà pag.* 239. Arnulfus Comes Arſchotanus, cùm Ioannem filium ſuum in monaſterio Affligemienſi collocaſſet, vicum *Buggenhoudt* eidem monaſterio donat: adſentientibus filiis ſuis Godefrido & Arnulfo. Cœnobium S. Foillani incobatur iuxta Rodium (*Reux*) Hannoniæ opidum, Burchardo Ep. Cameracenſi donante: quod cœnobium paulò pòſt Præmonſtratenſibus eſt traditum. *Not. c.* 136. Viconienſe cœnobium apud Valentianas ædificari cœptum eſt: quod inter Præmonſtratenſia apud Belgas eſt pulcherrimum. 1125

Warneſtonenſem Canonicorum S. Petri eccleſiam (quæ nunc eſt Abbatia regularium in diœceſi Iprenſi) Athelidis Peronæ & Warneſtonij domina, eiuſque frater Odo dotant; maiorum ſuorum exemplo. S. Medardi olim, nunc S. Nicolai de pratis, Abbatia Canonicorum regularium Tornaci à Simone Epiſcopo inſtituitur. *Not. eccleſ. Belgij cap.* 137. 1126

Godebaldus Ep. Vltraiectenſis moritur: cui anno ſequenti ſucceſſit Andreas. *Dodech.* Rainaldus Ar. Remenſis beneficium caſtri Bullonienſis Alberoni Ep. Leodicenſi cedit. *Not. c.* 138. Godefridus Capenbergenſis in Weſtfalia olim Comes, pòſt relicto ſæculo S. Norberti ſectator, idemque Capenbergenſis, Vorlarenſis & Ilmſtadienſis cœnobiorum fundator, in Domino obdormit. Guilielmus Burgundionum & Sedunenſium Comes, in eccleſia orans, ante altare à ſuis confoditur. *Dodech. Anſelm. & ſuprà pag.* 254. Carolus Bonus Flandriæ Comes, Brugis in templo S. Donatiani, VI. Nonas Martij, ab impiis occiditur, cùm ante aram Deiparæ, in ſuperiore templi parte, quæ palatio eius erat contigua, preces ad Deum funderet. Guilielmus Nortmannus in principatu ſuccedit. *Anſel. & ſuprà pag.* 198. 1127

1128 Albero Ep. Leodicenſis moritur, & in monaſterio S. Ægidij, prope Leodicum à ſe fundato, ſepelitur Alexander eius loco ſufficitur. Ligerius anachoreta moritur, & ſufficitur Fulco primus Abbas Dunenſis, natione Biturix, Sauiniacenſis inſtituti monachus. Guilielmo Nortmanno defunčto, *Theodericus Alſatius* (Theoderico Strenuo Lotharingiæ Moſellanæ Duce, ſuprà pag. 273. memorato, & Gertrude Roberti Friſij Flandriæ Comitis filia natus) apud Flandros imperat. Is Grauelingam opidum condidit. In Concilio Trecenſi militibus Templariis Regula à S. Bernardo dičtata præſcribitur, hoc anno, qui erat nonus ab inſtitutione dičtæ Militiæ Templi.

Bertoldi Grimbergæ, Mechliniæ, Ninouiæ & alibi olim Domini.

- Walterus I. domin. Grimbergæ 1096.
  - Gerardus 1128.
  - Arnolfus 1128.
    - VValterus II. 1149.
      - VValterus III. 1200.
        - VValterus IV. Aduocatus Mech. ob. 1243.
          - VValterus V. dominus Mechliniæ obiit 1283.
            - VValterus VI. dom. Mechlin. ob. 1288.
              - Ioannoes dom. Mechliniæ.
              - AEgidius dom. Mech. ob. 1310.
            - Florentius dom. Mech. 1324.
              - Sophia vxor Rainaldi Ducis Gelriæ.
            - Guilielmus.
            - Sophia.
            - Mathildis.
          - Ægidius.
          - Henricus.
        - Henricus dominus Duffelæ.
        - Ægidius.
      - Ægidius de Berlar.
    - Gerardus do. Grimbergæ 1149.
      - Gerardus do. Grimb. & Ninouiæ 1200.
        - VValterus Bertout al. Gerardus 1225.
          - Alieia domina Grimb. & Ninouiæ 1294.
            - Guilielmus.
            - Gerardus.
            - Godefridus.
            - Maria vx. Philippi Comitis Viandæ 1280.
              - Godefridus Com. Viandæ dominus Grimb. & Nineuiæ.
                - Philippus.
                - Godefridus genuit Mariam & Adelheidem.
              - Philippus.
          - Agnes.
        - Guilielmus dom. Aſcæ 1230.
      - Arnulfus do. Grimbergæ pro parte.
        - Arnoldus.
        - Oda dom. Grimbergæ vxor VValteri de A.
          - Leonius de A. 1267.
            - Gerardus de A dom. Grimb. duxit Annam de Gruthuſe 1312.
              - Ioannes de A dom. Grimb. & Gruthuſæ 1339.
                - Ioannes II. genuit Ioannam dominam Grimb. & Guidolfum dom. Gruthuſe.
  - Aluericus.
  - Lutgardis.

Grimberga, ſecundo milliari ſita à Bruxella, potentes olim Toparchas habuit. I. Ex his WALTERVS I. diploma Affligemienſe 1096. in Not. eccleſ. Belgij c. 119. ſignauit, & monaſterium Grimbergenſe circa an. 1110. fundauit, Odone Ep. Cameracenſi approbante. Liberos reliquit *Gerardum*, *Arnulfum*, *Aluericum*, & *Lurgardim Balduino III.* Luſco Comiti Aloſtano nuptam. II. ARNVLFVS cum fratre ſuo Gerardo Grimbergenſe monaſterium S. Norberto eiuſque ſodalibus 1128. tradidit: quod Liethardus Ep. Cameracenſis 1132. confirmauit. *Not. c.* 143. Idem duos genuit filios, *Walterum II.* cognomento Bertout (à quo Bertoldi Mechliniæ Domini ſtirpem traxerunt) & *Gerardum* Grimbergæ dominum paulò infrà laudandum. III. WALTERVS II. (quem in Oriente 1169. obiiſſe tradunt) *Walterum III.* Mechlinienſis agri dominū, & *Ægidium* de Berlar procreauit. Ægidij filius *Ægidius Bertout* 1227. Vallem Roſarū prope Mechliniam monialibus, & 1235. Locū S. Bernardi monachis ord. Ciſtertienſis, altero lapide ab Antuerpia, fundauit; & ex Heluide coniuge duas ſuſtulit filias,

Anni vulgares Christi.

filias, in Valle Roſarum moniales. *Not. c.*199. *&* 208. IV. WALTERVS III. Bertout duxit Margaritam N. Comitis Britanniæ minoris filiam, & ex ea genuit *Walterum* IV. Mechliniæ Aduocatum, *Henricum* Duffelæ ac Gelæ dominum, & *Ægidium*. V. WALTERVS IV. Bertoldus, Aduocatus Mechliniæ ſeu eccleſiæ Mechlinienſis, Franciſcanorum Mechlinienſe monaſterium 1231. excitauit, & 1243. moriens, ex Adeliua Ingelberti Angiæ domini filia, reliquit *Walterū V. Ægidium* & *Henricum*. VI. WALTERVS V. cognomento Magnus Mechliniæ dominus (*Not. c.*208.) obiit circa an. 1283. ad S. Rumoldum ea in vrbe in ambitu chori ſepultus. Duas habuit coniuges, *Mariam* Guilielmi Aruerniæ Comitis filiam, & alteram *Mariam*. Proles ipſi fuerunt, *Walterus* VI. Bertoldus, *Florentius*, vterque Mechliniæ dominus, *Guilielmus* ex Præpoſito S. Petri Louanienſis Epiſcopus Vltraiectinus, *Sophia* Henrico Bredæ domino, & *Mathildis* Mauritio domino de Craon, nuptæ.

VII. WALTERVS VI. Mechliniæ dominus 1271. duxit Alidem, Arnulfi III. Comitis Giſnenſis filiam, & ex ea *Ioannem* & *Ægidium*, Mechlinienſes ex ordine toparchas, procreauit; periitque 1288. in prælio Woringano. IOANNES Mariam Brabantinam, Godefridi Arſchotani ſeu Virſonij filiam, ÆGIDIVS N. Loſſenſem duxit; ſed neuter prolem reliquit. Ægidio itaque 1310. mortuo (qui cum Theobaldo Ep. Leodicenſi ſuper iuribus villæ Mechlinienſis an. 1308. tranſegerat, vt in Not. c. 226. explicatur) patruus FLORENTIVS in Mechliniæ dominio ſucceſſit: qui tabulas Cortebergenſes 1312. ſignauit, & ex Gertrude, Guidonis Comitis S. Pauli filia, vnicam reliquit filiam SOPHIAM, Rainaldo Gelriæ Duci I. nuptam. A Rainaldo eiuſque coniuge Ludouicus Malanus Flandriæ Comes Mechliniam, quà ad Bertoldos pertinebat, an. 1343. emit, & ad ſuos heredes tranſmiſit. Altera namque vrbis Mechlinienſis pars olim ad Eccleſiam ſeu Epiſcopum Leodicenſem pertinuit. Notitiam noſtram eccleſ. Belgij c. 226. conſule.

Vt ad Grimbergæ Dominos redeamus, GERARDVS Arnulfi filius, Walteri I. nepos, an. 1149. vixit, duxitque *Mathildem* Gerardi, Ninouiæ in Flandria domini (qui Præmonſtratenſem S. Cornelij Abbatiam ibi 1137. condidit) filiam heredem, & ex ea genuit *Gerardum* & *Arnulfum*, in Not. c. 163. memoratos. Qui duo fratres (vt & poſteri ipſorum in hunc vſque diem) Grimberganam ditionem indiuiſim poſſederunt. GERARDVS, Gerardi Grimbergani & Mathildis Ninouianæ filius, Grimbergæ pro parte & Ninouiæ dominus, ex Adeliſa genuit *Walterum Bertout*, (qui poſteà Gerardus dictus fuit) Grimbergæ ac Ninouiæ, & *Guilielmum* Aſcæ dominum. WALTERVS duxit Agnetem Theoderici Beuerenſis filiam. Horum filia ALICIA, Grimbergæ & Ninouiæ domina, ex *Godefrido* de Louanio, Peruеſij domino, peperit *Guilielmum*, *Gerardum*, *Godefridum*, omnes ſine liberis defunctos, & *Mariam* Philippo Viandæ Comiti nuptam. GODEFRIDVS, Philippi & Mariæ filius, ex Alide Aldenardenſi ſuſtulit *Philippum* & *Henricum* ſine prole mortuos, *Godefridum* & *Margaritam* Ninouiæ dominam, Henrico de Flandria, Henrici filio, Guidonis Comitis Flandrenſis nepoti, nuptam. GODEFRIDVS Godefridi F. Viandæ Comes & Grimbergæ pro parte dominus, an. 1337. in Cypro obiit, & ex Margarita, Ioannis I. Comitis Namurcenſis filia, duas reliquit

filias, *Mariam* Waleramo Comiti Spanheimenſi & *Adelheidem* Othoni Comiti Naſſouio nuptam. Simone, Walerami & Mariæ filio, ſine prole defuncto, ENGELBERTVS Naſſouius, Othonis ex Ioanne filio nepos, in Comitatu Viandæ & dominio Grimbergæ ſucceſſit. Is 1404. Ioannam Polanam, Bredæ & Leccæ dominam duxit, & Viandam, Grimbergam ac Bredam ad poſteros tranſmiſit: vt in Not. c. 183. fuſiùs explicui.

Ad ARNVLFVM ſeu Arnoldum, Gerardi Grimbergani & Mathildis Ninouianæ filium alterum, Grimbergæ pro altera parte dominum nunc tranſeamus. Is ex Sophia (pòſt Leonio de A Caſtellano Bruxellenſi nupta) *Arnoldum* ſine liberis defunctum & *Odam* ſuſtulit. ODA Grimbergæ domina nupſit Waltero de A, domino de Pollar prope Ninouiam, & ex eo *Leonium* genuit. Leonij filius GERARDVS de A tabulas Cortebergenſes 1312. ſignauit, & Annam de Brugis, Gruthuſæ dominam, ſibi iunxit. IOANNES de A, Grimbergæ & Gruthuſæ dominus, 1339. pactum Flandrenſe in Notitia c. 229. firmauit, & ex Magdalena. Balduini Dudzelæ domini filia, genuit *Ioannem* II. Grimbergæ & Gruthuſæ dominum. IOANNES II. tabulas Cortebergenſes 1372. in Not. c. 230. ſignauit. Duas habuit coniuges, *Iſabellam* Loſſenſem dominam de Walhain, & *Mariam* de Giſtelles. Ex priore nata eſt *Ioanna* de A, Grimbergæ & Walhainæ domina: ex poſteriore *Guidolfus*, aliis Ioannes de Brugis, Gruthuſæ dominus, Ioannis pater, Ludouici de Brugis, Equitis Velleris aurei, auus, prodiit.

IOANNAM de A duxit Henricus Bouterſemius, Bergarum ad Zomam dominus, & ex ea genuit *Henricum* ſine liberis defunctũ, & *Ioannam* Bergarum, Grimbergæ & Walhainæ dominam; quæ Ioanni de Brabantia, aliàs de Glimes, an. 1418. nupſit. Ioannes ex Ioanna Bouterſemia *Ioannem Labeonem*, Bergarum ac Walhainæ dominum (à quo Marchiones Bergizomẽſes ſtirpem trahunt) & *Philippum* Grimbergæ dominum procreauit. Philippus Iacobum, Iacobus Georgium, Georgius Ferricum, Ferricus Gerardum, Gerardus Godefridum, Grimbergæ Comitem primum à Philippo IV. Hiſp. Rege 1625. creatum, genuit. Grimberga porrò à duobus hodie Dominis (quorum vnus ex Naſſonia, alter ex Bergia eſt familia) indiuiſim poſſidetur. Plura de his qui volet, Donationes noſtras Belgicâs, Antuerpię 1629. editas, legat.

1129 Magdeburgi in eccleſia S. Marię Norbertus Archiepiſcopus ſui ordinis Canonicos conſtituit, amotis ſæcularibus.

1130 Burchardum Ep. Cameracenſem hoc anno obiiſſe Dodechinus & Wattelofius in Chronico ms. tradunt. Succeſſit anno ſequenti Liethardus. Balduino Ieroſolymorum Regi ſuccedit gener eius Fulco Andegauenſis Comes. *Anſelm.* Honorius Papa moritur: cui ritè *Innocentius* II. eſt ſublectus. Alij Petrum Leonis, ſub Anacleti II. nomine, Pontificem ſibi conſtituunt. Innocentio pars orbis Chriſtiani maxima adhęſit. Anacletum fouit Rogerius, Rogerij (qui Roberti Guiſcardi frater fuit) filius, Comes Siciliæ, & Apuliæ, Calabriæque Dux poſt Guilielmi patruelis obitum, qui in annum 1127. incidit. Hunc vt ſibi obnoxium haberet Anacletus, Regium ei nomen hoc ipſo anno 1130. indulſit. *Baron.* Innocentius Petri Leonis potentiam veritus, mari emenſo, in Galliam appulit. Quercetana Canonicorum regularium Abbatia apud Brugenſes à Theoderico Alſatio Flandriæ Comite dotatur. *Not. c.* 139. Algerus ex Scholaſtico Leodicen-

dicenſi monachus Cluniacenſis, Petrus Venerabilis Abbas Clunia-
cenſis, & Guilielmus Malmesburienſis, ſcriptis clari florent.

Roberto Ep. Atrebatenſi Aluiſus, & Ioanni Morinenſi ſuccedit
Milo, Abbas S. Iudoci in Nemore, ex ord. Præmonſtratenſi. Inno- 1131
centius II. Papa ex Francia, per Nouiomum & Cameracum, Domi-
nica 5. Quadrageſimæ Leodicum venit. Dominica ſequenti, à tem-
plo S. Martini in monte, quaſi via triumphali ad baſilicam cathedra-
lem S. Lamberti proceſſit, & Miſſa celebrata Lotharium Regem ac
Reginam coronauit. Leodico Innocentius Papa in Brabantiam ve-
nit, & Idibus Octobris templum maioris xenodochij (quod S. Ioan-
nis nuncupant) Bruxellæ dedicauit. *Not. c.* 142. Remis, poſt feſtum
S. Lucæ, idem Pontifex Conciliũ habuit, cum 300. Epiſcopis & Ab-
batibus, præſente Lud. Craſſo Francorum Rege: cuius filiũ Ludoui-
cum VII. ibidem in Regem vnxit. Alexander Ep. Leodicenſis, iuſſu
Innocentij Papæ, corpus S. Gerardi Bronienſis Abbatis è terra ele-
uat. *Not. c.* 142. In Aurea Valle, agri Chiniacenſis cœnobio, monachi
ord. Ciſtertienſis ab Alberto Comite de Chiny collocantur: *ſuprà
pag.* 290. Parcum ſeu viuarium ferarum, prope Louanium, à God.
Barbato Lotharingię Brabantiæque Duce in Abbatiam ord. Prẹmon-
ſtratenſis conuertitur. *Not. c.* 141. Frederico Ar. Colonienſi Bruno, &
Meginhero Treuerenſi Adelbero, ſufficiuntur. Liſquenſe cœno-
bium (*Liques*) in diœceſi Taruanenſi à Roberto illius loci toparcha
conditur; quod Milo Epiſcopus Taruanenſis poſteà Præmonſtraten-
ſibus ſuis tradidit.

Lotharius Imp. cum Innocentio II. Papa in Italiam tendit; 1132
S. Norberto Ar. Magdeburgenſi & S. Bernardo Abbate Clareuallenſi
inter alios comitantibus. Valcellis ſecundo lapide à Cameraco, Hu-
go II. de Oiſy, Caſtellanus Cameracenſis, monachos ex Clara-Valle
euocatos collocat & dotat. Caſtellanorum Cameracenſium ſeriem
Quercetanus in Hiſt. Giſnenſi l. 6. c. 6. fuſè explicat. S. Hugo Ep.
Gratianopolitanus moritur.

God. Barbatus Loth. & Brabantiæ Dux fundat Bigardiam maio- 1133
rem, quæ eſt Abbatia nobilis monialium Benedictinarum prope
Bruxellam. *Not. c.* 44. Lotharius Romam ingreſſus Innocentium II.
Papam in ſede Lateranenſi collocat, & ab ipſo coronatur Imperator.
Anſel. Vetus Mons ſiue Aldenberga in diœceſi Colonienſi ab Adol-
fo Comite Montenſi, eiuſque fratre Euerardo monacho Morimun-
denſi fundatur. *Not. c.* 215.

Folcoldus Bernæ dominus, eiuſque vxor Beſſela, fundant Abba- 1134
tiam Bernenſem ord. Præmonſtratenſis, prope Siluam Ducis. God.
Barbatus Loth. & Brab. Dux monachis S. Sepulcri Cameracenſis
donat Capellam B. Mariæ, muris opidi Bruxellenſis tunc adiacentem,
quæ nunc eſt parochialis eccleſia Capellenſis in vrbe. *Not. c.* 145.
S. Norbertus ab expeditione Italica cum Lothario Imp. in Germa-
niam reuerſus, in Domino obdormit VIII. Idus Iunij, Magdeburgi
in Mariano ſui ordinis cœnobio conditus. Vallis Clara in diœceſi
Laudunenſi, Locus Creſcens in diœceſi Veſontionenſi, & Bellum
Pratum in diœceſi Tullenſi, tres Abbatiæ monachorum ord. Ciſter-
tienſis, fundantur. Tungerloæ in Campania Brabantiæ Canonici
regulares ord. Præmonſtratenſis collocantur.

Arnulfus ſeu Arnoldus Comes Loſſenſis fundat Auerbodienſem 1135
Abbatiam ord. Prẹmonſtratenſis. 1133. incohatam. *Not. c.* 146. Guiliel-

mum Pictauorum Comitem & Aquitaniæ Ducem, Anacleti Antipapæ partes contra Innocentium II. pertinaciùs tuentem, S. Bernardus ad meliorem mentem reducit.

1136 Anſelmi Abbatis Gemblacenſis, hoc anno defuncti, Chronicon deſinit, quòd cum Sigeberti Chronico, ad fidem autographi emendato, itemque cum Auctariis Gemblacenſi, Affligemienſi & Aquicinctino, an. 1608. Antuerpiæ edidimus. Theodericus Flandriæ Comes eiuſque coniux Suanahildis varia prædia dant eccleſiæ Truncinienſi. Innocentius II. monachos ex Remenſi S. Remigij cœnobio euocatos, & in Marſanenſi eccleſia (altero lapide à Traiectu Moſæ) loco Canonicorum ſubſtitutos confirmat. *Not.c.*147. Albero II. fit Ep. Leodicenſis. Huic Innocentius II. Papa vſum Rationalis conceſſit.

1137 Guilielmum Aquitaniæ Ducem hoc anno in Galæcia, feria 6. Paraſceues, obiiſſe, & Compoſtellæ in æde S. Iacobi ſepultum fuiſſe, tradit Robertus Abbas Montis S. Michaëlis. Sic & Sugerius Abbas, qui illa ætate vixit, teſtatur ipſum, ſub exitum Ludouici Craſſi & Ludouici Iunioris initium, in Hiſpania mortuum eſſe, quò, S. Iacobum veneraturus, ſe contulerat. Ex quibus Theobaldus eius vitæ ſcriptor redarguendus videtur, qui in annum 1156. obitum illius reiicit. Guilielmi Ducis filiam *Alionoram* dictus Ludouicus VII. Iunior Francorum Rex in coniugem accepit; cum ea dotalem illius ditionem habiturus, niſi imprudenter poſteà ipſam dimiſiſſet; vt infrà dicam. Gerardus Ninouiæ dominus & Flandriæ Conſtabularius, Amalrici filius, regulares ord. Præmonſtratenſis ex cœnobio Parcenſi euocat, & in Ninouienſi eccleſia 1137. collocat: vt ex ms. Chronico Balduini Niniuenſis didici. Id 1138. Nicolaus Ep. Cameracenſis & Theodericus Flandriæ Comes 1142. ratum eſſe voluerunt. *Not.*151. Hoc ipſo anno aut ſuperiore, Truncinienſe Canonicorum collegium, haut procul à Gandauo, in cœnobium eiuſdem ord. Præmonſtratenſis ab Iuano Caluo Comite Aloſtano eſt verſum: *ſuprà pag.*267. Lotharius Imp. III. Kal. Decembris moritur. *Dodech. Auct. Gembl.* Ab hoc ferunt inſtitutum eſſe, vt ex Iure ciuili Romanorum fierent iudicia. Lotharij obitum alij ad annum ſequentem referunt. Ludouicus VI. Craſſus Francorum Rex moritur. Filios habuit, Philippum Regem coronatum, qui ante patrem obiit, *Ludouicum VII.* in regno ſucceſſorem, Henricum Ar. Remenſem, Robertum cognomento Magnum Comitem Drocenſem, Philippum, Petrum & Conſtantiam. Roberti poſteritatem Quercetanus libro peculiari deſcripſit. Gerardus vir potens apud Cameracenſes interficitur. Quo mortuo, bellum ſequenti anno exarſit inter Simonem Caſtellanum Cameracenſem & ciues Cameracenſes, pro caſtro quod *S. Auberti* nuncupatur. Nam ciues illud deſtruere ſatagebant; ſed Caſtellanus, vt tutor filiorum ſuæ ſororis, conabatur idem defendere. Nicolaus Ep. Cameracenſis (qui in Liethardi, à Rainaldo Ar. Remenſi an. 1135. amoti, locum ſucceſſerat) pro Simone, amitæ ſuæ filio, ſtabat. Ciues ira commoti Balduinum Comitem Hainoenſem, Epiſcopus & Caſtellanus Theodericum Flandriæ Comitem cum copiis aduocarunt. Sed fracta ciuium inſolentia, rebuſque compoſitis, Epiſcopus demum ad vrbem rediit cum gloria: vt Lambertus Watreloſius, Canonicus regularis ad S. Aubertum Cameraci, in ſuo ms. Chronico fusè narrat. Vixit is illo ipſo tempore, & Chronicon ſuum ab anno 1101. vſque ad an. 1169. deduxit.

Conradus III.Frederici Sueuiæ Ducis ex Agnete Henrici V.Imp. 1138
ſorore filius, Rex Romanorum eligitur, & Dominica 4. Quadrage-
ſimæ Aquiſgrani coronatur. *Dodech. Auct. Gembl.* Sed alij hæc anno ſe-
quenti adſcribunt. Fulco Dunenſis in Flandria Abbas ſuum mona-
ſterium S. Bernardo eiuſque diſciplinæ ſubmittit. Warneſtouenſis
Canonicorum S. Petri eccleſia in regularem à Milone Ep. Morinenſi
conuertitur; Theoderico Flandriæ Comite & Adelide Peronæ ac
Warneſtonij domina, approbantibus. *Not. c.*149. Honorij Auguſto-
dunenſis presbyteri Chronicon deſinit.

Innocentius II. Papa dum Rogerium Apuliæ Calabriæque Du- 1139
cem perſequitur, ab eodem capitur. A quo cum honore habitus, ipſi
Apuliam & Calabriam, cum Regis titulo, hoc ipſo anno 24 Iulij con-
ceſſit. *Otho Friſ. l.*7.*c.*24. Robertus de Monte tradit Rogeriũ an. 1141.
Regem Siciliæ ab Innocentio II. creatum fuiſſe.

Rainaldo Ar. Remenſi 1138. defuncto Samſon ſufficitur. Manaſſes 1140
dominus de Hierge in agro Leodicenſi, Herbrandi F. Manaſſis N. in
Syriam profecturus, monachis Bronienſibus benefacit. Is poſteà, ſub
Meleſinda Regina, fuit regni Ieroſolymitani Comeſtabilis, duxitque
N. viduam Domini de Ramath in Syria, & ex ea genuit Henricum
Aduocatum Hasbaniæ ac Caſtellanũ Bullonienſem, & Euſtathium.
Henricus duxit Iolentam, filiam Nicolai domini de Romigny in
Thieraſcia, & an. 1212. deceſſit. Henrici filia & heres nupſit Raſoni,
qui iure vxorio fuit Aduocatus Hasbaniæ & Vexillifer Eccleſiæ
Leodicenſis. *Not. c.*138.152. Clara-palus ſeu Claromariſcus, in Ar-
teſia, à Fulcone Dunenſi Abbate traditur S. Bernardo ac monachis
ord. Ciſtercienſis.

Aluiſus Ep. Atrebatenſis benefacit Abbatiæ Canonicorum regu- 1141
larium ord. Præmonſtratenſis, quæ Caſtellum Dei nuncupatur, pro-
pe Mortauiam in diœceſi Atrebatenſi. *Not. c.*152. Cerui-campus,
monachorum ord. Ciſtertienſis Abbatia, an. 1137. incohata, ab Hu-
gone V. Comite S. Pauli dotatur: *ſuprà pag.*278.

Pomarium (*Bomgardt*) monachorum ord. Ciſtertienſis Abbatia in 1142
diœceſi Colonienſi & Ducatu Montenſi excitatur.

Fulconem Regem Ieroſolymis hoc anno obiiſſe, Guil. Tyrius tra- 1143
dit: alij ad annum ſequentem referunt. *Balduinus III.* filius ſucceſ-
ſit. Innocentio II. Papæ defuncto ſuccedit Cæleſtinus. Mareoli in
agro Atrebatenſi, amotis clericis Canonici regulares ſufficiuntur.

Cæleſtinus Papa moritur: Lucius II. ſubrogatur. Balduinus Ar- 1144
denſis toparcha Ardenſe Canonicorum ſæcularium collegium, ab
auo ſuo Arnulfo an. 1069. fundatum, vertit in regularium ord. Præ-
monſtratenſis Abbatiam. *Not. c.* 153. Alcobatia in Luſitania & Scho-
naugia in Germania, monachorum ord. Ciſtertienſis cœnobia, fun-
dantur.

Lucius II. Papa moritur. Eugenius III. diſcipulus S Bernardi ſuc- 1145
cedit. Albero Ep. Leodicenſis obit: Henricus ſufficitur.

Tornacenſis eccleſia, quę annis ferè 600. cum Nouiomenſi fuerat 1146
vnita, proprium Epiſcopum nomine Anſelmum ab Eugenio Papa
accipit: S. Bernardo procurante. Villarienſis monachorum ord. Ci-
ſtercienſis Abbatia in Gallo-Brabantia, ad Diliæ ſeu Thiliæ fl. ſcatu-
riginem, fundatur.

Conradus II. Imp. Henricum filium ſuum Aquiſgrani Regem 1147
creat: menſe Maio expeditionem in Paleſtinam ſuſcipit. Conradum
ſubſe-

ſubſecutus eſt Ludouicus VII. Francorum Rex. Belgæ eodem zelo moti, cùm in Luſitaniam appuliſſent, *Oliſiponem* Saracenis eripuerunt, & Alfonſo Portugaliæ Regi tradiderunt. Dodechinus & Robertus de Monte referunt, 200. ferè naues Flandricas & Anglicas huic expeditioni interfuiſſe. Faſtos noſtros Belgicos 18. Oct. conſule. Huic expeditioni & ipſe Dodechinus Chronographus interfuit. Alna, ad Sabim fl. in agro Leodicenſi (monaſterium olim à S. Landelino fundatum, *ſuprà pag.* 136.) monachis ord. Ciſtertienſis ab Henrico Ep. Leodicenſi traditur. Laudenſe cœnobium (*Loz*) monachorum ord. Ciſtertienſis, primo lapide ab Inſula Gallo-Flandriæ emporio, incohatur; fauente Theoderico Alſatio Flandriæ Comite. *Not. c.* 156.

1148 Eugenius III. Papa Remis ſynodum habet menſe Martio. Cruor Chriſti, ex Terrâ ſanctâ iuſſu Theoderici Alſatij Fl. Comitis allatus, Brugis à Leone Abbate Bertinenſi collocatur: vbi etiamnum religiosè adſeruatur. *Iperius in Chron. ms. Bertinenſi.* Matthæum Galenum Catecheſi 128. & 21. itemque Faſtos noſtros Belgicos 3. Maij conſule.

1194 Conradus Imp. & Ludouicus Fr. Rex ex Syria domum redeunt, rebus infeliciter geſtis, ob fraudes Græcorum.

1150 Theodericus Alſatius Flandriæ Comes Ieroſolymis in Flandriam redit.

1151 Ludouicus VII. Fr. Rex cum Alienora coniuge, Guilielmi Aquitaniæ Ducis filia, diuortium an. 1151. facit, & Alfonſi VII. Regis (qui ſe Imperatorem Hiſpaniæ appellauit) filiam ducit: quam Tyrius & Sugerius Mariam, Rodericus & alij ſcriptores Hiſpani Beatricem vocant. Alienora ſequenti anno Henrico Nortmanniæ Duci & Andegauenſium Comiti nupſit, qui poſt Stephanum in Anglia 1154. regnare cœpit, illo nomine ſecundus. Semen id atrociſſimi belli fuit, quod de Aquitaniæ poſſeſſione 1156. inter Francos & Anglos ortum eſt. Aluiſo Epiſc. Atrebatenſi in Oriente defuncto ſufficitur Godeſcalcus.

1152 Conradus III. Imp. 15. Febr. moritur: habuitque ſucceſſorem fratris ſui filium *Fridericum Barbaroſſam*, qui Aquiſgrani coronatus fuit Dominica Lætare. *Otho Friſ.*

1153 Eugenius III. Papa 8. Iulij obit: Anaſtaſius IV. ſuccedit. S. Bernardus Abbas 20. Auguſti ad cœlos migrat.

1154 Fredericus Rex menſe Octobri in Italiam profectus, Mediolanenſes bello perſequitur. *Otho Friſ.* Anaſtaſius Papa 2. Dec. moritur: ſequenti die Hadrianus IV. natione Anglus eligitur.

1155 Fredericus Rex Romam veniens, ab Hadriano Papa menſe Iunio coronatur Imperator.

1156 Sub ditione Imperij Germanici, adeòque in Germania tam ſuperiore quàm inferiore, multi quidem Comites, ſed pauci olim Duces exſtiterunt. Circa annum 1000. Duces ſeptem in vniuerſa Germania fuiſſe, didici ex illius æui ſcriptoribus, & ex vetuſtis Principum diplomatibus: videlicet Duces *Sueuiæ* ſeu *Alemanniæ*, *Bauariæ*, *Saxoniæ*, *Franconiæ*, *Bohemiæ*, *Carentaniæ* & *Lotharingiæ*. His poſteà acceſſerunt Ducatus Auſtriæ, Cliuiæ, Iuliaci, ditionis Montenſis ſeu Bergenſis ad Rhenum, Gelriæ, Luxeburgi, Wirtembergæ, & alij varij, beneficio variorum Cæſarum. Brabantiæ & Limburgi Ducatus eo tempore velut enati ſunt, quo Godefridus Barbatus Comes Louanienſis, & Henricus Comes Limburgenſis, ab Henrico IV. Imp. ad Ducatum Lotharingiæ ſunt euecti. Auſtriæ Ducatus an. 1156. à Frederico

derico I. Imp. inſtitutos, primuſque ex Marchione Dux creatus fuit Henricus, S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ filius. *Not. c.* 159. Carolus IV. Imp. Wenceſlaum fratrem ſuum ex Comite primum Ducem Luxeburgenſem an. 1354. fecit. In Italia celebres iam olim fuerunt Duces Calabriæ, Tuſciæ, Spoleti, Beneuenti & Fori Iulij : quibus poſteà acceſſerunt Duces Sabandiæ Florentiæ, Mantuæ, Ferrariæ, Vrbini, Parmæ, Montis-ferrari, & alij à Romanis Pontificibus aut Cæſaribus creati. Marculphus in Formulis ſuis recitat formulam veterem, qua olim Duces creari ſolent.

Initium diſcordiæ inter Hadrianum Papam & Fredericum Imperatorem. Qua de re Baronium conſule. Idem Fredericus ducit Beatricem Rainaldi III. Burgundiæ Comitis filiam, ſuprà pag. 254. memoratam. Theodericus Alſatius Fl. Comes tertiò in Syriam proficiſcitur, & Sibyllam vxorem ſecum ducit. *Auct. Afflig.* Tyrium l. 18. c. 16. conſule. 1157

Vladiſlaus Bohemorum Dux à Frederico Imp. creatur Rex, vt Radeuicus narrat. Stero id ad annum 1156. refert. Otho Ep. Friſingenſis & Chronographus moritur. 1158

Theodericus Fl. Comes tertiò Ieroſolymis domum reuertitur : Sibylla autem eius vxor ibi remanſit, & ad S. Lazarum ægris ſeruiens, ibidem 1165. ſanctο fine quieuit. *Auct. Aquic.* Hadrianus IV. Papa 1. Sept. moritur. Alexander III ſuccedit. Corpora trium Magorum in veteri capella prope Mediolanum inueniuntur, & ob belli tempeſtatem in vrbem Mediolanenſem transferuntur. *Rob. Abb.* 1159

Miloni Ep. Taruanenſi defuncto ſufficitur alter Milo. Petrus Lumbardus (quem Magiſtrum Sententiarum nuncupant) fit Pariſienſis Epiſcopus ; cuius tumulus hodieque extat ibidem in ſuburbana S. Marcelli baſilica. Radeuici Canonici Friſingenſis Chron. definit. 1160

Ludouicus Francorum Rex ducit filiam Theobaldi Campaniæ Comitis: *ſuprà pagina* 258. 1161

Mediolano capto & euerſo, Fredericus Imp. in Germaniam menſe Septembri redit, & cum Ludouico Fr. Rege colloquitur. S. Thomas fit Cantuarienſis Archiepiſcopus. 1162

Corpora trium Regum, prope Mediolanum inuenta, Rainaldus Ar. Colonienſis ad eam vrbem defert. *Auct. Afflig.* Sed Dodechinus ad annum ſuperiorem, Godefridus & Stero ad ſequentem hæc referunt. Ioſcio Roſeus, ad S. Bertinum monachus, eximius Deiparæ cultor, in Domino obdormit. Hortus B. Mariæ, regularium ord. Præmonſtratenſis Abbatia, in agro Leouardienſi apud Friſios fundatur. Chronicon noſtrum Præmonſtratenſe adi. 1163

Victor Antipapa Lucæ menſe Aprili moritur, & Paſchalis à ſchiſmaticis ſufficitur. Henricus Ep. Leodicenſis Papiæ menſe Decembri decedit, cui Alexander II. ſucceſſit. Godeſcalcus Epiſcopatum Atrebatenſem ſponte deponit : Andreas ſuccenturiatur. 1164

Alexander Papa è Galliis Romam tendit, eamque XI. Kal. Dec. ingreditur. Cœnobium virginibus ord. Præmonſtratenſis, à Goſuino Heinsbergæ domino eiuſque vxore Aleide ſtructum ac dotatum, Alexander II. Ep. Leodicenſis confirmat. *Not. c.* 162. 1165

Caroli Magni Imp. oſſa Aquiſgrani eleuantur : qua de re Faſtos noſtros Belgicos 28. Ianuarij conſule. Rainaldus Arch. Colonienſis, & Alexander Epiſc. Leodicenſis, in comitatu Frederici Imp. exiſtentes, peſtilentia in Italia pereunt. Rainaldo Philippus 1166

Goſnini Falcomontenſis filius,& Alexandro Rodulfus ſucceſſerunt.
Goſuinus Abbas Aqnicinctinus, vir integerrimæ vitæ, moritur.
1167 Nicolaus Ep. Cameracenſis moritur: eius in locum Petrus eligitur, Theoderici Flandriæ Comitis filius. *Auct. Aquic.*

Domini Angiæ.



Angia opidum Hannoniæ, Gallis *Enghien*, Flandris *Edinghem*, multos ſub ſe pagos ſeu vicos parochiales comprehendit; ex quibus nonnulli ſunt iuris Brabantini, alij iuris Hannonienſis. Brabantiæ feuda ſunt nouem, videlicet *Seneſſe*, *Ronquieres*, *Hemeries*, *Tubiſe*, *Rebecque*, *Bierges*, *Bongardes*, *Laerbeke* & *Beringem*: vt ex libris Curiæ feudalis Brabantinæ didici. I. WALTERVS I. Angiæ dominus an. 1167. Niniuenſe diploma ſignauit, & fratrem habuit Oſtonem. *Not.c.* 163. Ex Eliſabetha coniuge duos filios, *Goſuinum* ſine liberis defunctum & *Engelbertum* genuit. II. ENGELBERTVS Angiæ dominus an. 1179. cum fratre ſuo Goſnino contractum antenuptialem inter Henricum I. Brabantiæ Ducem & Mathildem Philippi Alſatij Flandriæ Comitis cognatam firmauit. *Not.c.* 167. Ex Ida, alijs Adeliua, Iacobi Aueſnenſis filia, genuit *Sigerum* Angiæ dominum, *Iacobum*, *Adeliuam* Waltero IV. Bertoldo Mechliniæ Adnocato (*ſuprà pag.* 315.) & alteram filiam N. Euerardo Radulfo Mortaniæ domino ac Caſtellano Tornacenſi nuptam. Cantipratenſe cœnobium ad muros vrbis Cameracenſis ſitum 1215. dotauit. Eccleſiã *Bellingemienſem* (*Not.c.* 170.) inter Angiã & Hallas poſitam 1224. cenſibus auxit, ibidẽ cum vxore conditus. Ad quem locũ Abbatia Cantipratana noſtro æuo eſt tranſlata, cõſentiente Alberto Pio Belgarũ Principe. *Not.c.* 192. 197. 197. & 213.

III. SIGERVS I. ex Aleide ſeu Adeliſa, Walteri domini de Sottenghien filia herede, genuit *Walterum II.* Angiæ dominum, *Gerardum* Sottegemij toparcham, *Ioannem* Ep. Tornacenſem, pòſt Leodicenſem, *Iacobum* Walteri patrem, *Arnoldum* ſeu Arnulfum dominum de Thiant iure vxorio, *Engelbertum* Caſtellanum Montenſem & dominum de Havrech iure item vxorio, & filias tres, videlicet N. Ægidio domino de Traſigniesnuptam, Agnetis matrem, *Sophiam* vxorem Raſſonis de Gauere domini Lidekercæ & N. Abbatiſſam Guiſlengemienſem. IV. WALTERVS II. Angiæ dominus duxit Ioannam de Chaſtillon; Camberonæ cum vxore 1271. conditus. V. WALTERVS III. Walteri & Ioannæ filius, ex Iolenta, Roberti Betunij Flandriæ Comitis

mitis filia, genuit *Walterum* IV. Angiæ dominum, *Sigerum* qui adoleſcens obiit, *Mariam* primùm Roberto Comiti de Dreux, pòſt Roberto Comiti de Roucy, & Iolentam domino de Canny, nuptas. Moriens 1309. cenſus annuos reliquit ad Cartuſiam Herinenſem in agro Angiano conſtituendam: quod filius eius Walterus IV. anno 1314. præſtitit.

VI. Walterus IV. Angiæ dominus duxit Iſabellam, aliis Helenam de Brienne, ſororem heredem Gualteri Ducis Athenarum, Comitis de Brienne, Conuerſan & Liche, in Pictauis an. 1356. cæſi; vt Quercetanus in Hiſt. de Chaſtillon. l. 7. c. 2. tradit. Ex ea nati ſunt filij ſeptem, videlicet *Walterus* V. *Sigerus* II. domini Angiæ ex ordine, *Ludouicus* Briennæ & Conuerſani Comes, *Ioannes* Comes de Liche in regno Neapolitano, Petri pater, *Iacobus*, *Guido*, *Engelbertus* dominus de Rameru, Folie & Tubiſe, Engelberti Camberonæ ſepulti pater, & filiæ tres moniales. VII. Walterus V. anno ætatis 18. deceſſit, non relicta ſobole. VIII. Eius frater ac ſucceſſor Sigerus II. ex N. Moriamça, Ioannis toparchæ Condatenſis ſorore, filium reliquit *Walterum* VI. Angiæ dominum; Querceti in Hannonia 1366. capite plexus, iuſſu Alberti Hannoniæ Hollandiæque Comitis. IX. Walterus VI. tabulas Cortebergenſes 1372. in Not. c. 230. ſignauit, & pro Lud. Malano Flandriæ Comite contra Gandenſes militans, 1381. occubuit, non relicta ſobole.

X. Lvdovicus, Walteri VI. patruus, duxit Ioannam de S. Seuerino Neapolitanam, & ex ea genuit filias duas, *Margaritam* Angiæ dominã & *Iolentã* Philippo Barrenſi nuptam. Margarita ſeu Iſabella (vt in libris Curiæ feudalis Brab. nuncupatur) nupſit *Ioanni Luxeburgio*, domino de Richeburg & Beaurevoir, qui fuit frater B. Petri Luxeburgij, Auenionenſium patroni, an. 1387. defuncti. Sicque Angia, Conuerſanum & Brienna ad familiam Luxeburgiam tranſierunt. Ioanni Luxeburgio in dominio Angiæ ſucceſſit *Petrus*, huic *Ludouicus* filius, Ludouico *Petrus* filius. Quorum poſtremus filias duas reliquit, *Franciſcam* & *Mariam* Luxeburgias, Angiæ dominas ex ordine. Franciſca nupſit Philippo Cliuio Raneſtenij domino, ſed nullam ex eo prolem genuit, Bruxellæ apud Dominicanos cum marito condita. Itaque ſorori ſuæ Franciſcæ ſucceſſit *Maria Luxeburgia*, vxor Franciſci Borbonij Comitis Vindocinenſis: *ſuprà pag.* 281. Et ſic Angia ad familiam Borboniam peruenit, eamque Henricus IV. Borbonius Francorum Rex 1606. Carolo de Ligne Comiti Arenbergio vendidit.

Ad Gerardvm redeo, Sigeri I. Angiæ domini filium ſecundo-genitum, Sottegemij dominum. Is cognomen familiæ de Sottegem ſibi ſumpſit, & ex filia Gerardi domini de Vianen, in agro Gerardimontenſi, genuit *Gerardum* II. Sottegemij dominum, & filias duas, *Iſabellam Thomæ* de Coucy, & N. Ioanni domino de Lens nuptam. *Gerardus* II. Sottegemij dominus circa an. 1280. duxit *Mariam* Caſtellanam Gandenſem, & ex ea genuit *Hugonem* Sottegemij dominum ac Caſtellanum Gandenſem, & *Mariam* Hugoni domino de Antoing & Eſpinoy nuptam. Mariæ filia *Iſabella* domina de Antoing, Eſpinoy & Sottegem, eademque Caſtellana Gandenſis, tertiis nuptiis iuncta fuit *Ioanni* Vicecomiti de Melun. *Quercetanus l.* 8. *Hiſt. Giſnenſis c.* 6. *& ſuprà pag.* 253.

 Theo-

1168 Theodeticus Alſatius Fl. Comes motitur, in Watenenſi regularium cœnobio, diœceſis Audomarenſis, conditus, hoc elogio addito: *Hic iacet ſepultus dominus Theodericus de Elſatia Comes Flandriæ, qui quatuor vicibus Terram ſanctam viſitauit: & inde rediens Sanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti detulit, & villæ Brugenſi tradidit: & poſtquam Flandriam annis XL. ſtrenuè rexerat, apud Grauelingas obiit anno Domini M.C. LXVIII.* Theoderico in Comitatu Flandrenſi ſucceſſit filius *Philippus*, tunc Veromanduorum Comes iure vxorio.

1169 Fredericus Imp. filium ſuum quinquennem *Henricum* Aquiſgrani in Regem eleuat, menſe Auguſto. Balduinus, Balduini Hainoenſis Comitis filius, ducit Margaritam Philippi Ducis Flandrenſis ſororem, & ex ea genuit Balduinum Flandriæ Hannoniæque Comitem, ac demùm Imp. Conſtantinopolitanum; & ſic Flandria rurſus ad verum ac veterem heredem rediit: *ſuprà pag.* 198. *&* 209. Philippus Alſatius Fl. Comes in Arienſi apud Arteſios S.Petri baſilica Canonicos 16. fundat ac dotat. *Not. c.* 163.

1170 Thomas Ar. Cantuarienſis, pro defenſione libertatis eccleſiaſticæ, ab impiis occiditur. Ordo Humiliatorum ab exulibus Mediolanenſibus inſtituitur. Origines noſtras Monaſticas, Coloniæ editas, ſi placet, conſule.

1171 Balduinus, futurus Græcorum Imperator, menſe Iunio Valentianis naſcitur: *ſuprà pag.* 198. 209.

1172 Hugo III. Burgundiæ Dux fundat Capellam Diuionenſem, & Canonicos 10. in ea conſtituit ac dotat. *Not. c.* 163.

1173 Poſtulenſis eccleſia dotatur, quæ nunc eſt Abbatia Canonicorum ord. Præmonſtratenſis, in Campania Brabantiæ & diœceſi Siluæducenſi. *Not. c.* 165. Lambertus Beguius, ſacerdos pius, contra concubinarios Leodici fortiter concionatur. Sunt qui ab eo *Beguinas* virgines nomen accepiſſe exiſtimant. Alij à *S. Begga* Abbatiſſa ac fundatrice Andennenſi, ſuprà pag. 140. laudata, eas ſic dictas volunt. Beguinarum ſeu Begginarum pij conuentus hodieque ſunt plurimi apud Brabantos, Flandros & Leodicenſes. Almericus Ieroſolymorum Rex moritur; cui an. 1175. filius *Balduinus IV.* ſucceſſit.

1174 Petrus Cameracenſis electus, frater Philippi Flandriæ Comitis, Epiſcopatum dimittit, & armis militaribus accingitur. Anno ſequenti & vxorem duxit & obiit. Robertus Atrebatenſis electus ad Cameracenſem Epiſcopatum vocatur; Frumalda in ſede Atrebatenſi collocato. Idem Robertus Cameracenſis electus à miniſtris Iacobi Aueſnenſis (cuius ſtemma in Not. eccleſ. Belgij c. 159. deſcripſi) apud Condatum Hannoniæ opidum perimitur. Roberto Alardus ſucceſſit. *Auct. Aquic.*

1175 Milites S. Iacobi his temporibus in Hiſpania celebrari cœperunt; Alexandro Papa approbante, & S. Auguſtini regulam præſcribente. Thoſana monachorum ord. Ciſtercienſis Abbatia (*Doeſt*) in agro Brugenſi fundatur.

1176 Robertus Abbas S. Michaëlis in Normannia, ſcriptor horum temporum, in Angliam traiicit. Balduinus Hannoniæ Comes Condatum, Iacobi Aueſnenſis caſtellum, occupat, eiuſque muros ac turrim ſolo æquat. *Auct. Aquic.*

1177 Philippus Alſatius Flandriæ Comes circa Pentecoſten Ieroſolymam petit. Alardus Epiſcopus Cameracenſis moritur: Rogerius ſuccedit.

Philip-

Philippus Comes Flandrenſis ex Syria per Conſtantinopolim ad ſuos domum redit. 1178

Lateraneuſe concilium oecumenicum ab Alexandro Papa Romæ celebratur. Ludouicus Fr. Rex & Philippus Flandriæ Comes, traiectomari, Cantuariam pergunt, & S. Thomam martyrem diuerſis 1179
muneribus honorant. Henricus Rex Anglorum honorificè eos excipit. *Auct. Aquic.* Philippus Flandriæ Comes Mathildem, Matthæi fratris ſui ex Ida Comitiſſa Boloníenſi filiam, matrimonio iungit cum Henrico, Godefridi III. Brabantiæ Ducis filio ac ſucceſſore. *Not. eccleſ. Belgÿ c.* 167.

Ludouicus VII. Fr. Rex Pariſiis 17. Sept. moritur: ſuccedit filius eius Philippus Auguſtus, 16. ætatis annum auſpicatus. *Rigord.* Aldeuburgenſem Benedictinorum Abbatiam, à S. Arnulfo Epiſcopo Sueſſionenſi an. 1080. fundatam, Arnoldus Vicecomes Giſtellenſis dotat. *Not. c.* 168. Enerardus Radulfus Princeps Mortaniæ & Caſtellanus Tornacenſis moritur. Is circa an. 1155. Canonicos ordinis Præmonſtratenſis in Mortanienſi eccleſia collocauit. 1180

Philippus Auguſtus Fr. Rex Iudæos, per innocentum puerorum cædem Chriſtianis ſacris illudentes, & aliorum ſcelerum conuictos XVI. Kal. Martias comprehendi primùm tota Gallia iubet, tum inſequente Iulio menſe, perpetuo mulctat exilio. *Rigord.* Alexander Papa exeunte menſe Auguſto moritur; Lucius III. ſuccedit. Henricus Trecarum Comes Theobaldi filius, nuper ex Syria reuerſus moritur, & filius eius Henricus ſufficitur. *Robertus de Monte*; Fredericus Imp. Henricum Saxoniæ Ducem bello perſequitur, & in Brunſuicenſem inſulam fugere compellit. *Auct. Aquic.* 1181

Bellum inter Philippum Francorum Regem & Philippum Flandriæ Comitem, pro Veromanduorum & Ambianorum Comitatibus, excitatur. *Auct. Aquic.* 1182

Antiquum clauſtrum *(Olden Clooſter)* in Groningenſi apud Friſios agro, ab Hatebrando Abbate pro vtroque ſexu fundatur. Is an. 1189. obiit. Bernardus Pœnitens, Audomaropoli ad S. Bertinum monachus, in Domino piè obdormit. De vtroque in Faſtis Belgicis egimus. Rogerus de Wavrin, Ep. Cameracenſis, fundum ab Hugone de Oiſy, Caſtellano Cameracenſi, donatum Ioanni primo Abbati Cantipratano, ad exſtruendum cœnobium regularium ord. S. Auguſtini, confirmat. Idem Antiſtes, Ieroſolymam profecturus, Epiſcopatus ſui reditus vno anno recipiendos dictis regularibus conceſſit. *Not. eccleſ. Belgÿ c.* 170. 171. 1183

In Frumaldi Ep. Atrebatenſis, anno ſuperiore defuncti, locum Petrus Abbas Ciſtertienſis ſuffectus, conſecratur. Guilielmi Tyrij Hiſtoria belli ſacri deſinit. 1184

Veromanduorum & Ambianorum Comitatus Philippo Fr. Regi à Philippo Fl. Comite traduntur, & pax inter eos componitur. Lucius Papa moritur; Vrbanus III. ſuccedit. Hugo de Oiſy, Caſtellanus Cameracenſis & Vicecomes Meldenſis, cum vxore ſua Margarita, Cantipratenſem Abbatiam dotat. Is an. 1190. viuere deſiit. *Not. eccleſ. Belgÿ c.* 172. 1185

Guilielmus Caſtellanus Audomarenſis in Arteſia, eiuſque vxor Ida de Aueſnis, & filius Guilielmus, monachis Andrenſibus beneficiunt. *Not. c.* 173. & 211. Vrbanus III. Papa poſſeſſiones Abbatiæ Tungerloënſis, à Giſelberto & Engelberto de Caſtetloo aliiſque do- 1186

 natas,

natas, confirmat. *Notit. eccleſ. Belgij cap.* 173. Godefridi Viterbienſis Chronicon deſinit.

1187 S. Andreæ Cella ſeu Prioratus Benedictinorum prope Brugas, fit Abbatia. *Notit. eccleſ. Belgij cap.* 174. *& ſuprà pag.* 306. Theodericus Alſatius Flandriæ Comes, eiuſque vxor Sibylla, in burgo Brugenſi ædem in honorem S. Baſilij ædificarant, quæ nunc ſacri Cruoris Domini dicitur, & in ea Capellanos 4. cum cuſtode collocarant. Dotē an. 1187. auxit Philippus eius filius ac ſucceſſor. *Not. c.* 175. Ieroſolyma Chriſtianis Europæis; per Saladinum Saracenorum Principem, eripitur. Guido Luſignanus, Ieroſolymorum Rex, Damaſcum captiuus abducitur. Armenij & Græci Chriſtiani Sepulcrum Domini ac templum magno auro à Saladino redimunt. *Auct. Aquic.* Vrbano III. Papæ mortuo Gregorius VIII. ſufficitur. Ioannes Iperius (cuius exſtat ms. Chronicon) Bertinianus in Arteſia Abbas creatur.

1188 Balduinus Comes Hainoēnſis caſtrum Namurcenſe occupat. *Auct. Aquic. & ſuprà pag.* 246. Iacobus Aueſnenſis, cum aliis Belgis Cruce ſignatis, vrbem Siluenſem in Luſitania Mauris eripit, indeque verſus Syriam nauigat: vt Vaſconcellus in Hiſt. rerum Luſitaniæ narrat. Guilielmus Tyri Archiepiſcopus, Belli ſacri ſcriptor, in Galliam venit, ſuppetias pro Terra ſancta petiturus.

1189 Fredericus Imp. rerum ſumma Henrico filio ſuo relicta, per Hungariam & Græciam, in Syriam proficiſcitur: quem inter alios Radulfus Ep. Leodicenſis ſecutus eſt. Iacobus Aueſnenſis, cum Hellino Seneſcallo ſeu Dapifero Flandrenſi Lileriiq́ue domino, multiſque aliis Belgis in Palæſtinam vt appulit, Aconem ſeu Ptolemaidem obſedit. Guilielmus Apuliæ Rex moritur, Henricum, Frederici Imp. filium, nominans heredem: ſed Apuli Tancredum ſibi Regem crearunt. *Auct. Aquic.* Teutonicorum militum ordo incohatur: quem anno 1191. Cæleſtinus Papa confirmauit. De eo Vitriacus in Hiſt. Occidentali.

1190 Philippus Auguſtus Francorum, & Richardus Anglorum, Reges in Palæſtinam tendunt, & Meſſanæ in Sicilia hiemant. Philippus Alſatius Flandrorum Comes eódem tendens, in Italia hiemat. Fredericus Imp. Tarſi in Cydno fl. per æſtiuos calores corpus abluens, ter demergitur, & triduo pòſt moritur. Succeſsit *Henricus VI.* eius filius. Is regni collega à patre factus, Conſtantiam Rogerij primi Siciliæ Regis filiam 1186. duxerat: quam fuiſſe monialem, & 50. ætatis anno nupſiſſe, falsò quidam referunt. *Auct. Aquic.* Euerardus Ep. Tornacenſis moritur: Stephanus ſuccedit.

1191 In obſidione vrbis Aconenſis Philippus Fl. Comes, Balduinus Cantuarienſis, Rogerius Cameracenſis, Epiſcopi, Fredericus Dux Sueuiæ, Theobaldus Comes Bleſenſis, eiuſque frater Stephanus, & Hellinus Dapifer Fl. obierunt. Philippi Comitis corpus, ex Syria allatum, vxor Mathildis in Clara-Valle ſepeliuit. In Comitatu Flandriæ ſucceſsit Balduinus Comes Hainoēnſis, qui Margaritā Philippi ſine prole defuncti ſororem duxerat: *pag.* 198. Philippus Fr. Rex, cum fœderatis Principibus, Aconem IV. Nonas Iunij expugnat. Verùm ea belli ſocietate in ſimultatem ac diſcordiam verſa, eodem anno in Galliam redit. Richardus Angliæ Rex, poſt diſceſſum Philippi Fr. Regis, Aconenſibus muris nonnihil inſtauratis, verſus Aſcalonem tendit, cum Theoderico Clinenſi, Gualtero Bleſenſi, Comitibus,

Guiliel-

Guilielmo Barrenſi, Hugone Florinenſi, Iacobo Aueſuenſi & aliis
proceribus. Ex his in vltima turma, quæ præcedentes muniebat, Sa-
ladini inſidiis & Turcorum telis, *Iacobus Aueſnenſis*, vni ex Machabæis
comparandus, cecidit. *Auct. Aquic.* Richardus Angliæ Rex Cyprum
inſulam occupat. In ea tunc Iſaacius Comnenus contra Andronicum
Imp. Conſtantinopolitanum tyrannicè regnabat, & nomen ſibi Im-
periale vſurpabat. Quem cum vxore ac liberis captum Rex Angliæ
ſecum duxit ad exercitum Europæorum, in obſidione vrbis Aco-
nenſis occupatum. *Auct. Aquic. Nicetas.* Aſcalon & Cæſarea vrbes Sy-
riæ ab Europæis expugnantur. Rogerio Ep. Cameracenſi Ioannes,
& Deſiderio Morinenſi Lambertus ſufficiuntur. Radulfus Ep. Leo-
dicenſis è Syria rediens, menſe Auguſto moritur: ſuccedit Albertus
Godefridi III. Brab. Ducis filius.

Philippus Flandriæ Comes Eliſabetham, Margaritæ ſororis ſuæ, 1192
Hainoenſis Comitiſſæ, filiam matrimonio iungit cum Philippo Au-
guſto Francorum Rege, ipſique pro dote attribuit S. Audomari opi-
dum, Ariam, Atrebatum, Bapalmas, Comitatum Heſdinienſem &
Lenſenſem, homagium Boloniæ, S. Pauli, Giſnenſe & Lilerienſe.
Auct. Aquic. Hinc origo Comitatus Arteſiæ. Conradus Marchio Mon-
tis-Ferrati (qui Tyrum vrbem tunc regebat) machinatione cuiuſ-
dam felicitati eius inuidentis, occiditur. Eius filiam duxit Henri-
cus Campaniæ Comes, quem Richardus Angliæ Rex, Hugo Bur-
gundiæ Dux, Templarij & Hoſpitalarij milites, aliique proceres Prin-
cipem totius Chriſtianitatis tranſmarinæ (excepto Principatu An-
tiocheno) conſtituerunt, ipſique Tyrum, Aſcalonem, Aconem, Cæ-
ſaream, Ioppen & reliqua ad mare caſtella tradiderunt. *Auct. Aquic.*
Richardus Angliæ Rex filiam Iſaaci Comneni (quem captiuum ha-
bebat) dedit Guidoni Luſignano, cum tota Cypri inſula. *Auct. Aquic.*
Hinc origo regni Cypri. Lotharius, N. Comitis de Hoſtade & Dalem
frater, in cathedram Leodicenſem ab Henrico VI. Imp. intruditur.
Albertus anno ſuperiore legitimè electus Romam ſe contulit. Inde
in Galliam reuerſus, Remis 20. Sept. eſt conſecratus, ac demũ ab im-
piis cæſus 24. Nou. extra muros eiuſdem vrbis. Albertus Pius Bel-
garum Princeps oſſa Præſulis ſibi cognominis inde Bruxellam anno
1612. transferri iuſſit, & ſuis ipſe humeris in auguſtam monialium
Carmelitanarum baſilicam intulit. Eumdem Paulus V. Papa in cæli-
tum numerum an. 1613. retulit, diplomate edito, quod in Faſtis no-
ſtris Belgicis exſtat. Hugo III. Burgundiæ Dux Tyri moritur, & Ci-
ſtertij ſepelitur. Odo III. filius eius ſuccedit. *Auct. Aquic. & ſuprà
pag.* 249. Balduinus Magnanimus Hannoniæ Comes Valentianis in
aula ſua (vulgò *la Sale*) collegium quindecim Canonicorum fundat.
ſuprà pagina 210.

Pactis in triennium cum Saladino induciis, *Richardus* Angliæ Rex, 1193
ex Syria per Auſtriam in patriam redire cogitans, à Leopoldo Duce
Auſtriæ capitur: eſtque anno ſequenti demum dimiſſus. *Auct. Aquic.*
Saladino Damaſci mortuo, inter filios eius exorta eſt diſſenſio. Ex
his vnus in Halapia nunc Aleppo, alter in Damaſco, tertius in Baby-
lonia ſedem regni collocauit: vt ex epiſtola Gaufridi Magiſtri mili-
tum Hoſpitalariorum datur intelligi, quæ in Auctario Aquicinctino
ad Sigebertus Chronicon exſtat.

Guidoni Luſignano, Regi Cypri, defuncto ſuccedit in regno A- 1194
malricus frater eius. Lambertus Paruus, Leodici ad S. Iacobum mo-
nachus,

naehus, Chronica ab anno 988. vſque ad hunc annum ſcripſit, quo & floruit.

1195 Balduino Magnanimo patri ſuo, menſe Decembri defuncto, in Flandriæ & Hannoniæ Comitatibus ſuccedit BALDVINVS, qui poſtea Imp. Conſtantinopolitanus fuit: *ſuprà pag.* 210.

1196 Anetenſe ſeu Braëllenſe monaſterium (*Brayelle lez Aunay*) virginum ord. Ciſtertienſis, ab Ada ſeu Alide de Harnes, Conſtabularia Flandrenſi, conditur in diœceſi Atrebatenſi. *Not. c.* 179. Comitatus Veluæ Henrico I. Brabantiæ Duci à Balduino Ep. Vltraiectenſi conceditur. Henricus VI. Imp. noni in Brabantia opidi Silnæducenſis incolis dat immunitatem à teloneis ad Rhenum. *Not. c.* 179.

1197 Henricus VI. Imp. in Apulia 28. Sept. moritur: Fridericus filius eius quadrimus in regno Siciliæ ſuccedit. Henricorum & Fridericorum Impp. ſtemma genealogicum in Not. eccleſ. Belgij c. 111. reperies. Ceterùm de ſucceſſore in Imperio deligendo procerum ſciſſa eſt concordia. Conradus Moguntinus, N. Magdeburgenſis Epiſcopus, & alij Principes Erfordiæ congregati, *Philippum* Henrici fratrem elegerunt. Adolfus Colonienſis, Theodericus Treuerenſis, Berardus Paderbornenſis, Thietmarus Mindenſis, Epiſcopi, Henricus Brabantiæ Dux, Henricus Cudicenſis, & alij proceres Coloniæ congregati, *Othonem*, Henrici Leonis Saxoniæ Bauariæque Ducis filium, ſibi Regem ſtatuerunt. *Not. c.* 181. Prior Aquiſgrani Philippus Imperium 1198. ſibi ſumpſit. Eòdem paulò pòſt Otho peruenit, regnique inſignia adeptus bellum cum Philippo aliquamdiu geſſit: donec inter ſe ita 1206. pacti ſunt, vt quamdiu Philippus eſſet ſuperſtes, à titulo Regis Otho abſtineret; poſt illius obitum Germaniæ regnum poſſeſſurus.

1198 Otho Imp. Mariam Henrici I. Brab. Ducis filiam ducit. Almaricus Cypri Rex Iſabellam, Henrici Campanienſis & Conradi Montferratenſis viduam, ſibi matrimonio iungit.

1199 Petrus Corbolius conſecratur Ep. Cameracenſis. Richardus Angliæ Rex, poſt bellum quinquennale cum Philippo Fr. Rege geſtum, in caſtelli cuiuſdam obſidione ſpiculo ictus occumbit, & in monaſterio Fontis Ebraldi ſepelitur, vbi & patris illius corpus iacebat. Richardo ſucceſſit frater eius *Ioannes Sine terra* nominatus, qui cum Philippo bellum continuauit. Rogerus Honedenus Annales ſuos Anglicos hîc terminat.

1200 Albertus Cudicenſis Ep. Leodicenſis 1. Febr. moritur. Hugo de Petra-ponte ſuccenturiatur, Othone Imp. Leodici tunc agente. Saxo Grammaticus floret, qui ad hæc vſque tempora Hiſtoriam Daniæ perduxit. Dodechini Appendix ad Mariani Schotti Chronicon deſinit. Balduinus Bocla, Bodeloënſis in Waſia monaſterij auctor moritur, quod nunc in vrbe Gandenſi floret. De quattuor ſubſequentium ſæculorum rebus in Belgio & alibi geſtis peculiarem commentarium ſcripſimus; quem Antuerpiæ 1608. cum Sigeberti Chronico edidimus, quemque Coloniæ 1622. Balduinus Ionius, noſtro permiſſu, in ſuo Chronico Morali recudendum curauit. Ideoque breuiores deinceps erimus.

1201 Petro Corbolio ad Senonenſem Archiepiſcopatum euecto, Ioannes Betunius, ſuprà pag. 268. laudatus, ſubrogatur. Henricus I. Brabantiæ Dux, eiuſque frater Guilielmus Dominus de Perues & Ruſebroec, dotant cœnobium Bruxellenſe S. Iacobi, in Monte frigido ſeu

ſeu Palatino ſitum, quod eſt Canonicorũ regularium. *Not. c.* 183. Camera B. Mariæ, monialium ord. Ciſtertienſis Abbatia, prope Bruxellã, ab eodem Henrico Duce eiuſq; coniuge Mathilde, fundatur. *Not.* 185.

Ciſtertienſis ord. monachi in Valle S. Lamberti ad Moſam ab Hugone Ep. Leodicenſi collocantur & dotantur. 1202

Theoderico VII. Hollandiæ Comite Dordraci trucidato, Guilielmus eius frater principatum occupat; excluſa Ada Theoderici filia, Ludouico Loſſenſi Comiti nupta. *Godefr. & ſup. pag.* 243. Stephano Ep. Tornacenſi mortuo Goſuinus ſuccedit. In Terræ ſanctæ ſubſidium, Brugis Crucẽ aſſumunt Balduinus Flandriæ Hannoniæque Comes, cum vxore ſua Maria, Henricus Balduini frater, Guilielmus Betuniæ dominus, eiuſque frater Cono, Ioannes de Neſle Caſtellanus Brugenſis, Rainerus de Trit Hannonius cum filio ſuo Rainero, Guilielmus de Gomignies, Matthæus de Walincourt & alij. Horum poſteà exemplũ ſecuti ſunt Hugo Comes S. Pauli, Petrus de Ambiano eius cognatus, Ægidius de Traſignies Flandriæ Conſtabularius, Ægidius de Landas, Theodericus & Henricus de Teneræmonda, aliique innumerabiles. Ex his Rainerus de Trit poſteà dominus Philippopolis, Theodericus de Teneræmonda, Walteri Teneræmondę domini filius, Comeſtabilis Romaniæ, Theodericus de Loz Seneſcallus Imperij Conſtantinopolitani & dominus Nicomediæ fuit: vt Geofridus de Villa-Harduini in Hiſtoria expeditionis Conſtantinopolitanæ (cui & ipſe interfuit) fusè narrat. Ceterùm Balduinus Flandrenſis Comes 1203. in iter verſus Venetias ſe dedit, inde in Syriam, vt ſperauerat, mox traiecturus. Maria vxor (quæ tunc erat granida) poſtquam Margaritam filiam peperiſſet, maritum ſuum ſubſecuta, ex portu Maſſilienſi ſoluens, mari mediterraneo emenſo, Aconem appulit: vbi exiſtens maritum ſuum à Latinis Imperatorem CP. electum fuiſſe læta intellexit, ſed paulò pòſt obiit: vt idem Vilhardninus tradit. 1203

Veneti, Franci & Belgę confœderati 12. Aprilis Conſtantinopolim expugnant, feria 2. hebdomadis ſextæ Quadrageſimæ; vt Nicetas Choniates tradit, qui inter obſeſſos fuit & captæ vrbis hiſtoriam ſcripſit: *ſuprà pag.* 284. Eodem anno, de communi conſilio, è Latinorum genere primus Conſtantinopoli datus eſt Imperator BALDVINVS, Flandrię Hannoniæque Comes, annum 32. agens; à Niceta aliiſque Græcis (quod magnum virtutis eſt argumentum) ſummopere laudatus. Prętér Geofridum à Villa-Harduini, & Gunterus monachus Pariſienſis, à Caniſio to. 5. Antiq. Lect. editus, ſcripſit hiſtoriam Byzantij à Latinis capti. De eiuſdem expugnatione longam ipſe Balduinus Imp. epiſtolam ſcripſit, quæ in Codice Donationum piarum, Bruxellæ 1624. à nobis edito, c. 99. exſtat. 1204

Latini Impp. Conſtantinopolitani, & Græci Impp. in Bithynia.

Conſtantinopolim Latini annis 58. tenuerunt. Primus in ea regnauit BALDVINVS, vt dixi, Flandriæ Hannoniæque Comes: qui cum expeditionis ſociis Imperij CP. prouincias partitus eſt, Venetis præſertim ac Genuenſibus. Quorum illi Eubœam aliaſque Ægæi maris inſulas ceperunt; Genuenſes Cretam occuparunt: vt Nicetas prodidit. Bonifacius Montisferrati Marchio nouum Theſſalonicæ regnũ inſtituit. Balduinus 1205. die 15. April. à Bulgaris prælio captus, & menſes 16. in vinculis habitus, per ſummos cruciatus ab Ioanne Bulgarorũ Rege perimitur. Ac tum demũ HENRICVS,

Balduini frater, ad Imperium 1206. euehitur. Is annos circiter 10. imperauit, & 1216. viuere deſiit. Huic ſucceſſit PETRVS de *Courtenay*, Comes Autiſiodorenſis & Namurcenſis (*ſuprà pag.* 246) qui Iolentam Balduini & Henrici ſororem duxerat. Petrus ab Honorio III. Romæ coronatus, dum in Thraciam proficiſcitur, à Theodoro Dyrrachij Principe perfidè captus, & à Theodoro Laſcari 1225. trucidatus eſt. ROBERTVS Petri filius poſt hunc imperauit, ſine liberis 1228. defunctus. Exinde BALDVINVS Roberti frater regnauit: qui 1261. recuperata ab Græcis Conſtantinopoli, in Occidentem reuerſus, Carolum Siciliæ Regem adiit, eiuſque filiam filio ſuo deſpondit; Conſtantinopoli promiſſa, ſi illius ope recuperari poſſet. Tabulam genealogicam Latinorum Impp. Conſtantinopolitanorum in Notitia eccleſ. Belgij c. 181. Lector reperiet.

Latinis Conſtantinopolim obtinentibus, *Theodorus Laſcaris* à Græcis Imperator creatus, Nicææ in Bithyuia ſedem habuit: qui Turcos ab Alexio ſocero contra ſe concitatos magna ſtrage deleuit, eorumque Sultanum ſuapte manu peremit. Moriens 1222. ſucceſſorem deſignauit generum *Ioannem Ducam*; à quo multa opida de Latinis ſunt recepta. Imperauit annos 33. & 1255. viuere deſiit. *Theodorus Laſcaris* Ioannem patrem excepit, & 1259. obiit, ſex annorum filiolo relicto *Ioanne*. Verùm *Michaël Palæologus Comnenus*, maternum ab Alexio Comneno trahens genus, & Andronici Palæologi filius, excæcato poſt annos 4. pupillo, decimum annum tunc agente, imperium vſurpat. Cuius artibus Conſtantinopolis per *Alexium* Cæſarem, cum 800. haut ampliùs militibus, proditione capitur. Anno 1274. Lugdunenſis Concilij Patres cùm legatos ſuos ad Michaëlem deſtinaſſent, conditum in eo decretum Fidei is ratum habuit. Idemque Siculam in Francos conſpirationem 1282. opibus & auctoritate ſua promouit. Obiit 1283. cùm poſt Ioannis pupilli abdicationem annis circiter 23. imperaſſet. *Andronicus* Michaëlis filius, mortuo *Michaële* filio, eius filium *Andronicum* deſignauit heredem Imperij: qui auum extrema ſenectute confectum abdicare coëgit.

Alexius Comnenus, Theodori Laſcaris ſocer, genero Imperium inuidens, Colchidem occupauit, & nouum Trapezunti Imperium condidit; hinc Impp. Trapezuntinorum origo. Sicque Orientis Imperium diuiſum eſt in Europæum & Aſiaticum ad Colchidem: vt Gregoras fusè narrat.

Nicetas Choniates, Cæſaris Cubicularius ante Conſtantinopolim à Latinis captam, hiſtoriam ab anno 1117. (in quo Zonaras deſinit) ad hoc vſque tempus deſcripſit. Nicetam Nicephorus Gregoras excipit. Balduinus Imp. CP. idemque Flandriæ & Hannoniæ Comes, hoc anno in captiuitate (vt ſuprà dixi) moriens, ex Maria, Henrici Campaniæ Comitis filia, duas reliquit filias, *Ioannam* & *Margaritam*. Harum ſenior IOANNA patri in vtroque Comitatu ſucceſſit, primùm Ferdinando Sanctij Luſitaniæ Regis filio, pòſt Thomæ Sabaudo nupta, ſed ex neutro mater.

1206 Henricus I. Brab. Dux nobilem Canonicorum regularium S. Gertrudis Abbatiam Louanij fundat ac dotat. *Not. c.* 186. Albertus Patriarcha Ieroſolymitanus floret, qui vitæ Regulam monachis Carmelitanis præſcripſit. Vidi nummum argenteum ab eo cuſum, hac inſcriptione: *Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus, anno M.CC.VI. Hieroſolyma à Saracenis capta, Sede Aconem tranſlata. Numus peregrinorum.*

Lamb.

Lamb. Ep. Morinēſi mortuo Ioannes ſuccedit. S. Dominicus, familię Prędicatorū conditor, contra Albigenſes hęreticos in Gallia prędicat. 1207

Philippus Germaniæ Rex ab Othone Wittelſpacenſi 23. Iunij occiditur. Otho vacuam morte competitoris regni poſſeſſionem adit ex pacto, & Beatricem Philippi filiam ducit. *Godefr.* 1208

Otho Romam profectus ab Innocentio III. Imperator 4. Octob. conſecratur. Hermannus Ludouici filius, Turingiæ Lantgrauius, hoc ferè tempore obiit; relictis filiis quattuor, Ludouico, Henrico, Conrado & Hermanno. Ludouicus patri ſuccedens vxorem duxit S. Eliſabetham, Andreæ Regis Hungariæ filiam. Henricus cognomine Raſpo, poſteà Romanorum Rex fuit. Conradus militibus Teutonicis adſociatus, eiuſdem ordinis Magiſter generalis exſtitit. Hermannus ætatis anno 15. deceſſit, apud patrem Iſenaci ſepultus: vt Siffridus presbyter Miſnenſis in Chronico narrat. Philippus Nobilis, Comes Namurcenſis, Henrico I. Brab. Duci de ditione Aloſtana homagium facit. Idem an. 1211. numerum Canonicorum in Namurcenſi S. Albani baſilica auxit. *Not. c.* 190. *& ſup. pag.* 246. 1209

Innocentius III. Othonem Imp. ſacris excludit, eò quòd ditiones Rom. Eccleſiæ inuaderet. Germaniæ Principes Fredericum Henrici VI. filium, Siciliæ Regem, ſibi Regem eligunt. Robertus Abbas Montis Naualis in Nortmanniates ſuo æuo geſtas ad hunc vſque annum eſt proſecutus. 1210

Reginaldus ſeu Reinaldus à Domno-Martino, qui Idam Comitiſſam Bolonienſem duxerat, à Philippo Galliæ Rege pulſus, Othonem Imp. & Ioannem Angliæ Regem auunculum ſuum ad bellum Francis inferendum concitat. *Iperius, Ioan. Pariſius, & ſuprà pag.* 264. 1211

Philippus Nobilis Comes Namurcenſis, non relicta ſobole, moritur. Teſtamento condito, multis eccleſiis benefecit. Succeſſit ſoror eius *Iolendis*, Petro de Courtenay Comiti Autiſiodorenſi nupta, qui poſteà Imp. Conſtantinopolitanus fuit. *Not. c.* 191. *& ſuprà pag.* 246. Helinandus monachus in Frigido monte, ord. Ciſtertienſis, in diœceſi Bellouacenſi, & Robertus cœnobij S. Mariani apud Autiſiodorum Canonicus ord. Præmonſtratenſis, Chronica ſua ab orbe condito ad hæc vſque tempora deduxerunt. Alfonſo Caſtellæ Rege, feliciter in Hiſpania contra Saracenos bellatum fuit. Miramamolinus Tuniſij Rex vniuerſam Hiſpaniam paruagatus, Arelatem & Auenionem vſque perruperat. Sed an. 1212. Regum quattuor Caſtellæ, Aragoniæ, Luſitaniæ & Nauarræ oppoſitis ad Toloſam Hiſpaniæ vrbem copiis, tanta ſtrage profligati ſunt Saraceni, vt ducenta millia cecidiſſe dicantur. Poſt hanc pugnam res Saracenorum in Hiſpania inclinare cœperunt: adeò vt paulatim amiſſis ceteris prouinciis, nihil eis præter regnum Granatenſe reliquum fuerit, quod Ferdinandus Aragoniæ Rex auorum memoria demum occupauit. 1212

Adamus Pariſienſis Archidiaconus fit Morinorum Epiſcopus. Alcantara ad Tagi fl. ripam Mauris eripitur: quæ Calatrauæ militibus dono ceſſit. Hoc Alcantaræ militibus initium fuit. 1213

Philippus Auguſtus Fr. Rex Othonem IV. Imp. prope Bouinas, vicum haut procul à Tornaco diſtantem, memorabili prælio vincit. Capti atque in Galliam abducti ſunt, qui pro Othone ſteterant, *Ferdinandus* Flandriæ & *Reginaldus* Boloniæ Comites. Pugnam iſtam Bouinenſem Guilielmus Armoricus carmine deſcripſit. Pari felicitate Ludouicus, Philippi filius, Anglos in Pictonibus prælio ſuperauit. 1214

perauit. In vtriuſque victoriæ memoriam, Philippus ad Siluanectum ædificauit illuſtre Victoriæ cœnobium. Waleramus Henrici IV. Ducis Limburgenſis filius, pòſt illo nomine Dux ſecundus, duxit *Ermenſindem* Henrici Cæci Comitis Namurcenſis & Luxeburgenſis filiam vnicam: *ſuprà pag.* 232. 246. & 289. Contractus antenuptialis in Not. eccleſ. Belgij c. 191. exſtat. Hæc fuit vxor eius poſterior: prioris nomen ignoratur.

Comites & Duces Luxeburgenſes ex familia Limburgia.

- Waleramus II. Dux Limb. 1. duxit N. 2. Ermenſindē Co. Luxeb. ob. 1226
  - Ex 1. Henricus V. Dux Limb. d. Coniugardem Co. Montenſem.
    - VValeramus III. Dux Limburg. ob. 1278.
      - Ermengardis vx Rainaldi I. Com. Geldriæ obiit ante patrem.
    - N Comitiſſa Iſenbergæ.
    - Adolfus I. Comes Montenſis.
      - Adolfus II.
      - Guilielmus, vterque ſine liberis.
      - Henricus obiit 1310.
        - Adolfus III. Co. Montenſ. ob. 1348.
          - Adolfus.
          - Guilielmus, vterque ſ. lib.
          - Margarita Comitiſſa Mont. & Rauenſbergæ.
            - Margarita vxor Gerardi de Iuliaco.
        - Henricus.
        - Theodericus.
      - Conradus.
      - Ermengard.
  - VValeramus dom. Falcoburgi.
  - N. filia.
  - Ex 2. Henricus I. Blondus Co. Lux.
    - Henricus II. Com. Lux. obiit 1288.
      - Henricus III. Com. Luxeb. & Imp. VII. ob. 1313.
        - Ioannes Cæcus Co. Lux. & Rex Bohem.
          - Carolus IV. Imp. ob. 1379.
            - VVenceſlaus Dux Luxeb. & Imp.
            - Sigiſmundus Imp.
              - Eliſabeth.
            - Ioannes
              - Eliſabeth.
          - VVenceſlaus Dux Luxeb. & Brab ſine liberis.
    - VValeramus dom. de Liney ob. 1288.
      - Ioannes ſine liberis.
      - VValeramus dom. de Liney.
        - Ioannes dom. de Liney, & Caſt. Inſ. ob. 1364.
          - Guido Comes de Liney & S. Pol.
            - VValeramus Co. S. Pauli & Caſt. Inſ.
            - Ioannes.
            - B. Petrus.
            - Andreas.
  - Gerardus.
  - Catharina.

Primæ ſtirpis Comites Luxeburgenſes ſuprà pag. 231. recenſuimus: nunc illos dabimus qui ex familia Ducum Limburgenſium prodierunt. IX. Henricvs I. Blondus, Walerami II. Ducis Limburgenſis & Ermenſindæ Comitiſſæ Luxeburgenſis filius, Comes Luxeburgenſis & Rupenſis, itemque Marchio Arlunenſis, an. 1270. in Syriam iturus Cruce ſe ſignauit: & ex Margarita, Henrici II. Comitis Barrenſis filia, ſuſtulit *Henricum II.* Comitem Luxeburgenſem, *Waleramum* dominum de Liney & Rouſſy, *Philippam* Ioanni II. Hannoniæ & Hollandiæ Comiti, *Iſabellam* Guidoni Flandriæ Comiti nuptam, & *Margaritam* quæ cœlebs obiit. Conditus iacet cum coniuge ſua in Claro-Fonte, monialium ord. Ciſtertienſis cœnobio prope Arlunum: quod ab Ermenſinda matre incohatum ipſe & coniux perfecerant. X. Henricvs II. duxit Beatricem Aueſnenſem, Balduini Bellomontani in Hannonia toparchæ filiam: & ex ea *Henricum III.* Comitem Luxeburgenſem pòſt Imperatorem eo nomine ſeptimum, *Waleramum* in obſidione Brixienſi an. 1308. cæſum, *Balduinum* Ar. Treuerenſem, *Margaritam* & *Felicitatem* procreauit. Ex his Margarita fuit Prioriſſa Valentianis in Bellomontano ord. Dominicani cœnobio, obiitque 1336. Prioriſſa in Valle noſtræ Dominæ prope Leodicum. Eius ſoror Felicitas nupſit Ioanni, aliàs Triſtano de Louanio, Godefridi filio, Gasbecæ & Herſtalli domino: & ex eo genuit *Henricum, Ioannem* & *Beatricem.* Marito defuncto, in dicto Bellomontano

cœno-

cœnobio monaſticam eſt amplexa; ibidemque condita, hac inſcriptione ſepulcrali addita: *Cy giſt Dame Felicitas de Luxembourg, ſeur maiſnée de l'Empereur Henry, femme à Monſieur Ieau de Louain & de Gaesbeke: duquel vefue à l'age de 22. ans fut Religieuſe & Prieuſe ceans.* Ceterùm Henricus II. pro Rainaldo Gelriæ Comite contra Ioannem I. Brabantiæ Ducem dimicans, in prælio Woringano, cum fratre ſuo Waleramo, anno 1288. cecidit.

XI. Henricus III. Comes Luxeburgenſis, an. 1308. electus Imperator illo nomine ſeptimus, ex *Margarita*, Ioannis I Brabantiæ Ducis filia, ſuſtulit *Ioannem* Comitem Luxeburgenſem & iure vxorio Bohemiæ Regem. *Beatricem* Carolo II. Hungariæ, *Mariam* Carolo Pulchro Franciæ Regi, *Agnetem* Rudolfo Bauariæ Duci Comitique Palatino ad Rhenum, & *Catharinam* Leopoldo Auſtrio Alberti Imp. filio, nuptas. Obiit 1313. eiuſque vitam inter alios ſcripſit Conradus Vecerius. De huius Cæſaris itemque Balduini Imp. Conſtantinopolitani natalibus Valentiana glortantur. XII. Ioannes Cæcus Comes Luxeburgenſis duxit Eliſabetham Wenceſlai Bohemiæ Regis filiam vnicam, & ex ea genuit *Carolum IV.* Imp. ac Bohemiæ Regem, *Ioannem-Henricum* Morauiæ Marchionem, & *Bonam* Ioanni Franciæ Regi nuptam. Ex altera coniuge Beatrice, Ludouici I. Borbonij Ducis filia, *Wenceſlaum I.* Luxeburgi-Brabantiæque Ducem procreauit.

XIII. Wenceslavs, ex Comite Dux primus Luxeburgenſis à fratre ſuo Carolo IV. Imp. 1354. creatus, ducta Ioanna, Ioannis III. Brabantiæ Ducis filia, Brabantiæ Ducatum quoque obtinuit. Deceſſit 1383. nulla poſt ſe relicta prole; ſepultus in Aurea-Valle, monachorum ord. Ciſtertienſis Abbatia, ſuprà pag. 290. laudata. Eius vidua 1406. demum defuncta, quieſcit Bruxellæ in choro Carmelitarum. XIV. Wenceſlao patruo ſine liberis defuncto Wenceslavs II. Imp. Bohemiæque Rex, Caroli IV. Imp. filius; huic ſimiliter ſine prole mortuo frater Sigismvndvs Imp. in Ducatu Luxeburgenſi ſucceſſit. Sigiſmundo vnica filia *Eliſabetha* fuit Alberto Auſtriaco Imp. nupta, quæ 1451. die 25. Oct. ius omne ſuum, quod in Ducatum Luxeburgenſem habebat, Philippo Bono Burgundiæ Brabantiæque Duci ceſſit; defunctis ſcilicet liberis, quos ex Alberto pepererat.

Quod ad Dominos de Liney, à Waleramo Henrici I. Blondi Comitis Luxeburgenſis progenitos attinet, illorum ſtirps maſcula vſque ad noſtram ætatem in Francia perdurauit. De hac ſtirpe Linacenſi Quercetanus & Florentius Harçus l. 2. de Caſtellanis Inſulenſibus c. 5. & alij fusè tractant.

Fredericus II. Aquiſgrani Rex Romanorum 25. Iulij coronatur: Otho fugit in Saxoniam. *Godefr* Concilium Lateranenſe Romæ ab Innocentio celebratur: Huic Concilio Patriarchæ Conſtantinopolitanus & Ieroſolymitanus, & Epiſcopi ampliùs 400. interfuerunt. Antiochenus & Alexandrinus Patriarchæ legatos ſuos miſerunt. Inter alios & Rodericus Ar. Toletanus adfuit, cuius exſtant commentarij de rebus Hiſpaniæ & Arabum gente. Conradus Lichtenauius creatur Abbas in Vrſperga, ord. Præmonſtratenſis monaſterio, inter Anguſtam & Vlmam ſito: vt de ſe teſtatur ipſe in Chronico. 1215

Innocentius III. Papa XVI. Kal. Aug. moritur: ſequenti die Honorius III. eligitur. Is anno Pontificatus ſui primo ordinem Prædicatorum à S. Dominico inſtitutum confirmauit. Vallis Dei, Abbatia 1216

monachorum ord.Ciſtertienſis, tertio lapide à Limburgo, fundatur à Lothario Comite de Hoſtaden & Dalem; fauente S. Engelberto Arch.Colonienſi. *Not.c.92.*

1217 Henricus Caſtellæ Rex moritur: poſt quem Ferdinandus cognomento Sanctus regnauit. Is Hiſpalim & Cordubam Mauris eripuit, regna item Caſtellæ ac Legionis coniunxit. Andreas Hungariç Rex, Leopoldus Auſtriç Dux, aliique Principes expeditionem in Terram ſanctam ſuſcipiunt. Eódem per Oceanum & mare internum nauigauit Guilielmus I.Hollandiç Comes, cum plurimis Belgis ac Germanis. *Godefridus in Chron.*

1218 Damiata Ægypti vrbs, ad Nilum ſita, ab Europçis obſidetur. Fuit in hac obſidione S.Franciſcus, ord. Minorum conditor. Otho IV. quondam Imperator, ab omnibus deſertus, Brunſuici moritur ingloriuſ. *Vrſp.* Alij id ad annum præcedentem aut ſequentem referunt. Eius vxor Maria Binderenſem nobilium virginum ord. Ciſtertienſis Abbatiã (quç *Locus Imperatricis* olim nuncupabatur) prope Helmondam Campaniæ Brabantinæ opidum fundauit ac dotauit. De Othonis IV. maioribus pauca hîc ſubnectere lubet. WELFO I. Comes Altdorfenſis an. 1036. floruit, vt Herm.Contractus teſtatur. Huius filius *Welfo II.* genuit *Welfonem III.* monaſterij Wingartenſis conditorem, ſine liberis defunctum, & *Cunizam.* Hæc ex *Azone V.* Marchione Eſtenſi *Azonem VI.* & *Welfonem IV.* genuit. Ab Azone VI. *Fulco*, & reliqui deinde Marchiones Eſtenſes ac Duces Ferrarienſes originem traxerunt. WELFO IV. Robuſtus, ab Henrico IV.Imp. Dux Bauariæ creatus, ad bellum ſacrum tendens, an. 1101. in Cypro obiit; vt Albertus Aquenſis teſtatur. Is ex Iuditha, Balduini V. Inſulani Flandriæ Comitis filia, *Welfonem V.* & *Henricum Nigrum*, Bauariæ Duces procreauit. Welfo V. ex Mathilde, Bonifacij Tuſciæ Marchionis filia, God.Gibboſi Lotharingiæ Ducis vidua, prolem non ſuſtulit. Henricus Niger eius frater ex Wulfilde, Magni Saxoniæ Ducis filia, ſuſtulit *Conradum* monachum Clareuallenſem, *Henricum Superbum* Bauariæ Ducem, *Welfonem VI.* Spoleti Ducem, Welfonis VII. patrem, *Iuditham* Frederici I. Imp. matrem, *Sophiam, Mathildem* & *Wulfodim.* Henricus Superbus, an. 1141. moriens, ex Gertrude, Lotharij II Imp. filia, *Henricum Leonem* Bauariæ, Saxoniæ & Spoleti Ducem procreauit. Hunc Fredericus I. Barbaroſſa Imp. ſuis ditionibus an. 1180. priuauit, eaſque diuerſis Principibus donauit: vt infrà ad an. 1225. dicemus. Henrico Leoni ex Mathilde, Henrici II. Angliæ Regis filia, tres nati ſunt filij, *Otho IV.* Cæſar, *Henricus* per matrimonium factus Comes Palatinus ad Rhenum, qui inter belli ſacri duces anno 1197. enituit, & *Guilielmus.* Horum fratrum poſtremus reliquit filium *Othonem I.* Ducem Brunſuicenſem ac Luneburgenſem, illius familiæ (quæ hodieque ſupereſt) conditorem. Donationes noſtras Belgicas, Antuerpiæ 1629. editas, plura ſi voles, lib. 2. c. 51. conſule.

Regnante in Gallia Philippo Auguſto, pium bellum contra Albigenſes hçreticos motum eſt, quorum partes Raimundus Toloſæ Comes & Aragoniæ Rex tuebantur. Contra quos, Innocentij III. hortatu, Catholici Principes copias iunxerunt, conſtituto *Simone Montfortio.* Qui illorum ſæpè debellatis copiis, in Toloſana obſidione an. 1218. glorioſam mortem oppetiit. Poſt quem filius eius *Almaricus* ſacrç contra Albigenſes militiæ prçfuit. Huius belli hiſtoriam, Tre-

cis 1615. editam, ſcripſit Petrus Sarnenſis monachus ord. Ciſter-
tienſis, in finibus Carnutum.

Damiata Nonis Nouembris ab Europæis capitur, vt Iperius & Go-
defridus in ſuis Chronicis narrant. Abbas Vrſpergenſis addit, *Friſo-* 1219
*nes, Colonienſes & alios Germanos inferiores in conflictibus & operibus ad
Damiatam ſeſe ſtrenuiſſimos exhibuiſſe.* In his Harlemenſes præ ceteris
laudem meruerunt. *Faſti Belgici* 15. *Iulij.*

S. Laurentius Dublinienſis in Hibernia Archiepiſcopus (1191. 1220
defunctus) ab Honorio Papa in Diuos refertur: vt Ioannes Pariſius
tradit in ſuo Memoriali hiſtoriarum, quod ms. legi Lutetiæ in
S. Victoris monaſterio. Gillebertus de Sottegem dotat Pitſebur-
gum, domum Teutonicorum militum in vrbe Mechlinienſi. *Not. c.*
194. Fredericus II. Imp. ab Honorio III. Romæ coronatur. *Vrſp.*
Hondeſchotanum in Flandria monaſterium Trinitariorum, à patre
ſuo Galtero Hondeſchotæ domino (1204. defuncto & ibidem ſe-
pulto) fundatum, Clari Viuarij nomine olim celebre, filius & heres
Galterus dotat. *Not. c.* 194. Ferdinandus Luſitanus Flandriæ Han-
noniæque Comes, & eius vxor Ioanna, monaſterium Franciſcano-
rum Valentianis fundant. *Not. c.* 195.

S. Dominicus, familiæ Prædicatorum conditor, in Domino ob- 1221
dormit. Waleramus Dux Limburgenſis & Comes Luxeburgenſis
Roberti-montenſe virginum cœnobium, ord. Ciſtertienſis dotat.
Not. c. 196. Henricus I. Brab. Dux Thenenſe Canonicorum colle-
gium fundat. *Not. c.* 198.

Henricus VII. Frederici II. Imp. filius, adhuc puer, coronatur 1222
Rex Aquiſgrani ab Engelberto Ar. Colonienſi. *Godefr.*

Philippo Auguſto (cuius vitam Rigordus ſcripſit) mortuo, filius 1223
eius *Ludouicus* VIII. regnat in Gallia. Is ſequente anno, Rupella aliiſ-
que cis Garumnam opidis expugnatis, citeriore omni Aquitania
Anglos expulit. Honorius Papa inſtitutum & regulam S. Franciſci
confirmat. Suiuecana monialium ord. Ciſtertienſis Abbatia, prope
Teneræmondam, fundatur à Machtilde Teneræmondæ domina.
Notitia eccleſ. Belgij c. 197. & 200.

Iacobi Vitriaci Epiſcopi Hiſtoria Orientalis ſeu Ieroſolymitana, 1224
vt typis exſtat edita, hîc definit. Tertium illius hiſtoriæ librum vti-
nam quis proferat! Ingelbertus Angiæ dominus dotat Prioratum ſeu
cellam Bellingemienſem prope Hallas, quæ nunc gaudet iure ac ti-
tulo Abbatiæ Cantipratanæ. *Not. c.* 197. *& ſuprà pag.* 322. Ruræmondæ
nobilium virginum Abbatia, ord. Ciſtertienſis, à Gerardo Gelriæ Co-
mite, eiuſque coniuge Margarita, fundatur. *Not. c.* 199. & *ſup. pag.* 303.

Bertrandus Rainſus ex Campania oriundus, qui ſe reducem eſſe 1225
Balduinum Imp. Conſtantinopolitanum, an. 1204. à Bulgaris captum,
vulgarat ac finxerat, à Ioannæ Flandrorum Comitiſſæ miniſtris com-
prehenſus, in vrbe Inſulenſi ſuſpenditur, & laqueo vitam finit. *Iperius.*
S. Engelbertus Ar. Colonienſis occiditur. Henricus Ep. Wormatienſis
Heidelbergenſe caſtrum, cum burgo adiacente, in feudum tradit
Ludouico Bauariæ Duci, eiuſque filio Othoni Comiti Palatino Rhe-
ni. *Not. c.* 198. De Bauarica ac Palatina familiis haud abs re fuerit hîc
pauca attexuiſſe. Fredericus I. Barbaroſſa Imp. 1180. *Henricum Leo-
nem* Bauariæ, Saxoniæ & Spoleti Ducem ſuis ditionibus priuauit.
OTHONI Comiti Palatino de Schiern & Wittelſpach Ducatum
Bauariæ, Bernardo Anhaltino Aſcaniæ Comiti Ducatum Saxo-
niæ,

niæ, Philippo Ar. Colonienſi Weſtphaliam & Angriam donauit: vt l.2. Donationum Belg. c.51. docui. Othonis filius *Ludouicus* Bauariæ Dux genuit *Othonem* Bauariæ Ducem. Hic circa an. 1220. aut 1225. duxit *Agnetem*, Henrici vltimi ex illa familia Comitis Palatini filiam vnicam. Iſto fœdere matrimoniali in vnum coierunt duo nobiliſſimi Germaniæ Principatus, *Bauaria & Palatinatus Rheni.* Sed & inſignia illa gentilicia vtriuſque domus, Palatinæ & Bauaricæ vno in ſcuto ſiue vmbone tunc coaluerunt, quæ priùs diſtincta erant; vt Leo coronatus in campo nigro Palatinæ, textum verò illud decuſſatim albo cæruleoque colore variegatum, Bauaricæ familiæ deigma ſiue decorum eſſet. Ceterùm Otho 1245. moriens duos reliquit filios, *Ludouicum* Comitem Palatinum Rheni, & *Henricum* Bauariæ Ducem. Ludouicus *Rudolfum* 1319. defunctum, & *Ludouicum Bauarum* 1314. Imperatorem in ſchiſmate electum procreauit. Ab his ſubſecuti deinde Comites Palatini ad Rhenum (vt ab *Henrico* Bauariæ Duce ſubſecuti Bauariæ Duces) ſtirpem maſculam in hunc vſque diem traxerunt.

Otho Comes de VVittelſpach fit Dux Bau. 1180.	Ludouicus Dux Bauariæ.	Otho Dux Bau. duxit Agnetem, Henrici Bauari & Agnetis Palatinæ F. vnicam, ob. 1245.	Ludouicus Com. Palatinus Rheni dux. Mariam Brab.	Rudolfus ob. 1319.	Adolfus. Rudolfus. Rupertus.
				Ludouicus Bau. 1314. Imp. in ſchiſmate electus.	Guil. Furioſus. Albertus.
			Henricus Dux Bau. 1255.		
Fredericus.					

1226 Ludouicus VIII. Fr. Rex, ab expeditione Albigenſi rediens, in Aruernis apud Montem-penſerium 8. Nou. moritur. Prima Aduentus Dominica eius filius S. LVDOVICVS IX. ætatis anno 12. Remis conſecratur. S. Franciſcus, auctor ordinis Minorum, Aſſiſij in patria piè obdormit. Bruxellenſe Canonicorum collegium ſecundarium fundatur ac dotatur ab Henrico I. Brab. Duce. *Not. c.* 198.

1227 Honorius III. Papa moritur; Gregorius IX. ſuccedit. Andrenſe Chronicon, ab illius loci Abbate Guilielmo ſcriptum, hîc deſinit. *Vallis Roſarum*, monialium ord. Ciſtertienſis Abbatia, in Brabantia ad Netham fl. primo lapide à Mechlinia, ab Ægidio Bertoldo fundatur ac dotatur. *Notitia c.*199. *& ſuprà pag.* 314.

1228 Fredericus II. Imp. ex Apulia in Syriam traijciens, Aconem menſe Auguſto appulit. Gregorio IX. Pontifice & Frederico II. Imp. inter ſe diffidentibus, Italia in duas partes eſt diſtracta; aliis Imperatori, aliis Papæ adhærentibus: quorum hi *Guelfi*, alij *Gibellini* ſunt vocati. Quæ factiones multis poſteà annis Italiam diuexarunt. Hæc porrò factionum nomina primùm apud Piſtorienſes audita fuiſſe, Platina teſtatur. *Bellum pratum*, virginum ord. Ciſtertienſis Abbatia, ad Teneram fl. prope Geraldi-montem, ab Alide domina Boulariæ conditur. *Notitia eccleſ. Belgij c.*200.

1229 Bellum contra Albigenſes à Ludouico VIII. Fr. Rege 1226. inſtauratum, ab eius filio S. Ludouico an. 1229. terminatum eſt: quo Raimundus Toloſæ Comes, hæreſi Lutetiæ eiurata, Ioannam filiam ſuam Alfonſo, S. Ludouici fratri, cum Toloſani Comitatus dote, collocauit. Fredericus II. Imp. ad eas pacis conditiones Sultanum adegit, vt vrbs Ieroſolymitana, Nazareth, Ioppe & alia loca Chriſtianis reſti-

reſtituerentur; induciis inter Chriſtianos & Saracenos in decennium conſtitutis. Adhæc Paſchæ feſtum Fredericus Ieroſolymis celebrauit, more regio coronatus procedens. Itaque bello Syriaco ſine ſanguine confecto, idem æſtiuo tempore in Apuliam eſt reuerſus. *Vrſp.* Iacobus Aragoniæ Rex Baleares inſulas Mauris eripit. *Argentonium*, monialium ord. Ciſtertienſis Abbatia in Gallo-Brabantia, à Guilielmo Haretouij domino & Ida eius coniuge fundatur. *Not. c.* 201. Conradi Lichtenauij Abbatis Vrſpergenſis Chronicon hîc deſinit.

Fredericus II Imp. à Gregorio IX. Papa abſoluitur. Vallis Virginum, ord. Ciſtertienſis, *Lintris* haut procul à Thenis Brabantiæ opido, fundatur. 1230

Henricus Blondus Comes Luxeburgenſis ducit Margaritam Henrici Comitis Barrenſis filiam, Lineyo in dotem accepto. Contractus antenuptialis in Not. c. 205. exſtat. Iuxta legatum & vltimam voluntatem Philippi II. Comitis Namorcenſis, *Grande Pratum*, monachorum ord. Ciſtertienſis Abbatia, conſtruitur in agro Namurcenſi à Margarita eius ſorore, Comitiſſa Namurcenſi, Henrico Viandæ Comiti nupta. *Not. eccleſ. Belgij c.* 205 *& ſuprà pag.* 246. 1231

Moniales ord. Ciſtertienſis ex Valle-Virginum, in vico Flobecano ſita, Aldenardam migrant: in quo Flandriæ ad Scaldim opido hodieque domicilium habent. 1232

Ferdinandus Luſitanus, Ioannæ Flandrorum & Hannoniorum Comitiſſæ maritus, moritur. Valentianis monaſterium Dominicanorum ab eadem Ioanna Comitiſſa excitatur. *Notitia c.* 206. Aula Dei, alio nomine Monaſterium-nouum, virginum ord. Ciſtertienſis, prope Snecam Friſiæ occidentalis opidum fundatur ab Vlboldo viro diuite, qui poſteà monachis in Veteri monaſterio ſe adiunxit. 1233

Hoc anno ineunte ab eadem Comitiſſa cœptum eſt Brugis ædificari cœnobium Dominicanorum. Eiuſdem liberalitate *Refugium B. Mariæ*, monialium ord. Ciſtertienſis Abbatia, prope Athum Hannoniæ opidum conditur. *Not. c.* 206. Ioannæ ſoror Margarita, tunc Dampetræ domina, pòſt Flandriæ Comitiſſa, hoc ipſo anno cœnobium monialium eiuſdem ord. Ciſtertienſis, prope Orchiacum opidum, fundauit: quod inde poſteà Flinas eſt tranſlatum, haut procul à Duaco. *Not. c.* 206. Bellũ contra Stadingos ſeu Stadenſes hæreticos, iniuriarum paludũ diœceſis Bremenſis accolas, Gregorio Papa agente, indicitur. Armarunt ſe, patre iubente Henricus, Henrici I. Brab. Ducis filius (cui ſumma rerum eſt credita) Walterus IV. Bertoldus Mechliniæ Aduocatus, Guilielmus Aſcanus, & alij ex Nobilitate Brabantina; itemque Robertus & Guilielmus Betunij, Theodericus Dixmudanus, & alij Flandriæ proceres. Adiunxere ſeſe Florentius Hollandiæ & Theodericus Cliuiæ Comites. Hi omnes Cruce ſignati, menſe Iulio Bremam pergunt, & cum Gerardo Lippiano Ar. Bremenſi, in rebelles verſi, prælio haut longè à Viſurgi fl. commiſſo, magnam eorum partem trucidarunt: reliquos ferè Viſurgis abſorpſit. Mons S. Mariæ, virginum cœnobium, à Ioanne de Monte, viro nobili prope Bruxellam ædificatur, quod Bigardia minor nunc dicitur. *Not. eccleſ. Belgij c.* 207. 1234

Locus S. Bernardi, monachorum ord. Ciſtertienſis Abbatia, ad Scaldim ſita altero milliari ab Antuerpia, ab Ægidio Bertoldo conditur. *Not. eccleſ. Belgij c.* 208. *& ſuprà pag.* 314. Fons B. Mariæ, virginum eiuſdem ord. Ciſtertienſis cœnobium, in loco *Tifferdingen* apud 1235

Luxeburgenſes, à viro potente Alexandro de Solubrio fundatur. *Not. c.* 209. Oſto dominus de Traſignies in Gallo-Brabantia, Par de Silly in Hannonia, Ægidij in expeditione Conſtantinopolitana famoſi & Alidę Boularienſis filius, floret; qui *Herlaumontanam* ord. Præmonſtratenſis cellam ſeu Prioratum à Floreffia dependentem, tumulis toparcharum Traſiniaci celebrem, fundauit. Idem Oſto fratrem habuit Ægidium Nigrum, vulgò *le Brun*, Franciæ Conſtabularium. *Not. eccleſ. Belgij c.* 110.

1236 Reclinatorium B. Virginis, monialium ord. Ciſtertienſis Abbatia prope Marquettam, in agro Inſulenſi, fundatur à Ioanna Flandriæ Hannoniæque Comitiſſa. *Not. c.* 209. Hoſpitalaria domus leproſorum Gandaui à Waltero Ep. Tornacenſi legibus firmatur: quæ domus 1626. verſa eſt in Abbatiam monialium Benedictinarum. *Not. eccleſ. Belgij c.* 209.

1237 Otho III. Claudus Gelriæ Comes cum Henrico-Montis ſeu Herenbergæ Domino tranſigit ſuper Aduocatia Embricenſi. Eſt autem Herenberga opidum in Comitatu Sutfanienſi ſitum, titulo Comitatus à Frederico III. Imp. donatum. *Not. c.* 209. De Herenbergæ Dominis ac Comitibus ibidem nonnulla reperies. Ludouicus VIII. Fr. Rex 1225. tabulis teſtamenti ſui, pro parte hereditatis, filio ſuo Roberto *terram Atrebateſij*, hoc eſt, *Atrebatum*, *S. Audomarum*, *Ariam*, *Heſdinium*, *Bapalmum* & *Lens* aſſignauerat, Hanc ipſam ditionem S. Ludouicus, Ludouici VIII. filius ac ſucceſſor eidem Roberto fratri ſuo conceſſit ac tradidit, diplomate Compendij 1237. ſcripto, quod in Not. eccleſ. Belgij c. 209. exſtat.

Domini & Comites Arteſiæ.

- Philippus Aug. Rex Fr. & Dominus Arteſiæ iore vxorio 1180.
  - Lodouicus VIII. Rex Fr. & Do. Arteſiæ obiit 1225.
    - S. Ludouicus Rex Fr. obiit 1270.
    - Robertus I. Comes Arteſiæ obiit 1250.
      - Robertus II. Com. Arteſiæ obiit 1302.
        - Philippus ob. ante patrem 1298.
          - Robertus Comes de Beaumont.
            - Ioannes Co. de Eo.
              - Philippus Comeſtabilis Fr. ob. 1397.
                - Carolus al. Ioannes obiit ſine lib. 1471.
                - Bona.
              - Ioannes.
              - Ioanna.
            - Carolus.
            - Filiæ 2.
          - Filiæ 5. sot 4.
        - Robertus.
        - Mathildis Co. Arteſiæ.
          - Robertus.
          - Stephanus.
          - Ioanna Comitiſſa Arteſiæ.
            - Ludouicus.
            - Ioanna II. Com. Arteſiæ.
              - Philippus ob. ante patrem 1345.
                - Philippus Dux & Comes Burg. Arteſiæ obiit 1361. ſine liberis.
            - Eliſabeth.
            - Margarita Com. Arteſiæ.
              - Lud. Malanus Co. Fl. Arteſiæ, Burg.
                - Margarita heres, vxor Ph. Audacis Ducis Burgund.
          - Blanca.
          - Alidis.
        - Blanca.
      - Blanca.

Tractus ille terrarum, qui hodie Arteſia ſeu Atrebateſium *(Artois)* dicitur, olim ſub Comitatu Flandriæ comprehenſus fuit. Primus Arteſiæ à Flandria ſeparatæ Dominus 1180. fuit Philippvs Auguſtus Francorum Rex, cùm Philippus Alſatius Flandriæ Comes ipſi coniugē dediſſet Eliſabethā, Balduini Hannoniæ Comitis & Margaritæ Alſatiæ ſororis ſuæ filiā. II. Eliſabetha 1189. Pariſiis defuncta, filius eius ex Philippo Auguſto Lvdovicvs vix trimus (qui poſteà Octanus illo

Anni vulga-ræ Chriſti.

illo nomine Francorum Rex fuit) patre adhuc viuente, titulum Domini Arteſiæ geſſit. Hic ex Blanca, Alfonſi VIII. Caſtellæ Regis filia, genuit *S. Ludouicum IX.* Regem, *Robertum I.* Arteſiæ, *Alfonſum* Pictauij & Toloſæ, *Carolum* Andegaui & Prouinciæ Comites, *Philippum* qui puer obiit, & *Eliſabetham* monialem in Longo-Campo prope Lutetiam, cælitibus à Leone X. Papa adſcriptam. III. Roberto filio ſuo ſecundò genito adhuc impubi, Ludouicus VIII. 1225. moriens Arteſiam pro hereditaria portione attribuit; idq́ue S. Ludouicus Fr. Rex, Roberti frater, tabulis 1237. editis ratum habuit. Robertus porrò (qui primus Arteſiæ Comes ab Hiſtoricis nuncupatur) eumdem S. Ludouicum ad bellum ſacrum comitatus, 1250. in Ægypto periit. Ex Mathilde, Henrici II. Brab. Ducis & Mariæ Sueuæ filia, liberos reliquit *Robertum II.* Arteſiæ Comitē, & *Blancam* primùm Henrico Nauarræ Regi, pòſt Edmundo, Henrici III. Angliæ Regis filio, nuptam. Mathildis eius vidua Guidoni II. Caſtillionæo S. Pauli Comiti alteris nuptiis ſe iunxit, & 1288. obiit, in Cernicampenſi monaſterio condita, iuxta Guidonem maritum. IV. ROBERTVS II. Arteſiæ Comes 1259. duxit *Agnetem* Borboniam ſine liberis mortuam; exinde 1259. *Amiciam* Petri Curteniaci filiam, dominam de Conches & Mehun; tertiò *Margaritam*, Ioannis Aneſuenſis Hannoniæ Comitis filiam. Ex prima & tertia prolem non ſuſtulit. Ex ſecunda nati ſunt *Philippus*, *Robertus* ſine prole mortuus, *Mathildis* Arteſiæ Comitiſſa poſt patrem, & *Blanca*. Ex his Philippus, dominus de Couches, Damfront & Mehun, duxit *Blancam*, Ioannis II. Britanniæ Ducis & Beatricis Anglæ filiam: & ex ea ſuſtulit *Robertum* Comitē de Beaumont, & filias tres, *Margaritam*, *Ioannā* Ioanni I. Comiti Fuxenſi, & *Mariam* Ioanni Comiti Namurcenſi nuptam. Sunt qui quartam addunt Iſabellam monialem. Ceterùm Philippus in prælio prope Furnas 1298. læſus, ante patrem obiit: ideoq́ue filius eius *Robertus*, ſententia Senatus Pariſienſis, à Comitatu Arteſiæ excluſus fuit, quòd Repræſentatio (vt Iureconſulti loquuntur) in Arteſia locum non haberet. Robertus porrò Comes II. Arteſiæ an. 1302. apud Curtracum in prælio contra Flandros cecidit.

V. Mathildis (quæ patri Roberto II. ſuperſtes fuit) iudicio Senatus Pariſienſis Comitiſſa Arteſiæ declarata, Cartuſiam duplicem, monachorum & monialium, in agro Betunienſi ædificauit. Nupſitq́ue Othoni Burgundiæ Comiti, & ex eo genuit *Robertum* & *Stephanum* qui cælibes obierunt, *Ioannam* Arteſiæ & Burgundiæ Comitiſſam, *Blancam* Carolo Pulchro Franciæ Regi, & *Alidem* Ioanni Roberti Burgundię Ducis filio, nuptas. VI. IOANNA Arteſiæ & Burgundię Comitiſſa ex Philippo Longo Francorum Rege ſuſtulit *Ludouicum* qui puer obiit, *Ioannam II.* Arteſię & Burg. Comitiſſam, *Iſabellam* Guidoni Ioannis Delphini Viennenſis filio, *Margaritam* Ludouico Niuernenſi Flandrię Comiti, nuptas, & *Blancam* in Longo-campo monialem. Obiit 1330. Pariſiis apud Franciſcanos ſepulta. VII. IOANNA II. Arteſiæ & Burgundiæ Comitiſſa 1347. viuere deſiit, in S. Dionyſij monaſterio prope Lutetiam condita. Ex Odone IV. Burgundiæ Duce genuit *Philippum*. Hic ante patrem 1346. moriens, ex Ioanna Boloniæ & Aruerniæ Comitiſſa, filium Philippum reliquit.

VIII. Philippvs Philippi filius, Odonis & Ioannæ nepos, Dux & Comes Burgundiæ, Comes item Arteſiæ, Aruerniæ & Boloniæ, vxore nondum ducta, anno Chriſti 1361. ætatis 14. obiit: vt ſuprà pag. 249. diximus. IX. Illo defuncto, Margarita Philippi Longi Fr. Regis & Ioannæ Arteſiorum Comitiſſæ filia, Ludouici Niuernenſis Flandriæ Comitis tunc vidua, in Arteſiæ & Burgundiæ Comitatibus ſucceſſit, & octogenaria 1382. viuere deſiit, ad S. Dionyſium ſepulta. X. Lvdovicvs Malanus Flandriæ Comes, Margaritæ & Ludouici Niuernenſis filius, poſt matris obitum, Arteſiæ & Burgundiæ Comitatum cum Flandrenſi coniunxit. Ex Margarita, Ioannis III. Brab. Ducis filia, vnicam reliquit filiam *Margaritam*, Philippo Audaci Burgundiæ Duci nuptam. Audaci 1404. filius Ioannes Intrepidus, huic Philippus Bonus ſucceſſit, Ph. Boni ex Carolo Audace neptis Maria, Maximiliano I. Auſtrio Imp. nupſit.

1238 Ioannes Ep. Leodicenſis 2. Maij moritur: oriturque ſchiſma in ſucceſſore deligendo. Præualuit demum Guilielmus Flandrenſis, à Gregorio IX. Papa confirmatus. Coronam Chriſti ſpineam, Spongiam & Cuſpidem lanceæ ſacræ (quæ omnia Balduinus II. Imp. Conſtantinopolitanus Venetis oppignorauerat) S. Ludouicus Fr. Rex redimit, & Pariſiis in ſacra palatij capella collocat.

1239 Gregorius Papa Fredericum II. Imp. die Palmarum excommunicat. *Pariſ.* Guilielmus Ep. Leodicenſis Roma domum cogitans, moritur Viterbij menſe Octobri: cui ſub finem anni ſequentis ſuffectus fuit Robertus Ep. Lingonenſis.

1240 Weſterloa & alia prædia, ab Ansfrido Comite Louanienſi & Huienſi eccleſiæ Vltraiectenſi donata, ab eadem dantur in emphyteuſim Arnoldo domino de Weſemale, eiuſque poſteris. *Not. c. 212. & ſup pag. 221.* Henricus II. Brab. Dux, Maria Sueua coniuge è viuis ſublata, ſecundis nuptiis *Sophiam* ſibi iungit, Ludouici Turingiæ Haſſiæque Lantgrauij & S. Eliſabethæ filiam. Ex Maria *Henricum III.* Brab. Ducem, alioſque liberos ſup. pag. 306. memoratos ſuſtulit. Ex Sophia tulit alterum *Henricum* filium cognomine *Brabantinum*: qui grandior factus adiecit animum ad Turingiæ Haſſiæque principatum, materno iure fretus. Sed ecce mortuo Hermanno, fratre Sophiæ, cui ius illud ſine controuerſia debebatur, ſucceſſit & vindicauit ſibi (excluſa femina) *Henricus*, frater Ludouici: tenuitque quoad vixit, opibus & potentia auctus, & Rex Romanorum, Innocentio IV. faciente, 1246. electus. Vir magni animi & ſpei, ſed quam mors incidit: obiitque anno poſt electionem, liberorum expers. Ea res iterum ius & ſpem Sophiæ præbuit; venitque multis aduocantibus an. 1260. in Turingiam: etſi alij contrà nitebantur; aduocato *Henrico* altero, Marchione Miſniæ, nato ex ſorore Henrici Regis defuncti. Sophia vetus ius prætendebat, ille nouellum: denique pacificatione aliquoties tentatâ & irritâ, armis decertatum eſt. Quorum finis fuit, vt partitione factâ, Turingia penes Henricum Miſnenſem maneret, Haſſia Henrico Brabantino cederet. Idque apud poſteros obtinuit, & ſtirps iſta, quæ hodieque eſt Lantgrauiorum Haſſiæ, originem & dynaſtiam ſuam Henrico Brabantino & Sophiæ eius matri debet acceptam, itemque S. Eliſabethæ. Sophia porrò, maternæ pietatis atque in pauperes beneficentiæ heres & adſecla, Louanij xenodochium illius vrbis hodie præcipuum excitauit. Deiparæ item Virginis cultui in primis fuit addicta. Putatur autem à matre ſtatuas

aliquot

aliquot Deiparæ accepiſſe, qnas vel ob eius memoriam caras habuit: è quibus vnam *Vilvordiæ*, altero lapide à Bruxella, collocauit, qnam moniales Carmelitanę ibidem hodieque adſeruant. Tres alias dedit *Mathildi*, ſorori Henrici II. Brab. Ducis, mariti ſui: quę Florentio IV. Hollandię Comiti iuncta fuit, & Guilielmum Regem Romanorum peperit. Mathildis porrò an. 1267. iam moritura ſtatuas illas diſpertiuit, & locis ſuis quamque aſſignauit. Vnam *Graueſandæ*, veteri Hollandiæ opido, in cuius vicinia Loſdunenſe virginum ord. Ciſtertienſis cœnobium condiderat; alteram *Harlemi* apud ſodales Carmelitas diu adſeruatam; tertiam denique *Hallis* in Hannonia collocari voluit: fortè quia inter alias proles ex Florentio marito *Aleidem* genuerat, nuptam Ioanni Aueſnenſi, patri Ioannis Hannoniæ Comitis.

Gregorius IX. Papa moritur: Cęleſtinus IV. ſufficitur, breuis ęui Pontifex. Mathildis Comitiſſa Bolonienſis teſtamentum condit. Hanc effœtam & ſexagenariam coniugem ſuam pertæſus Alfonſi II. Portugaliæ Regis filius, cùm Sanctium fratrem ſuum ſine liberis defunctum accepiſſet, deſeruit, ipſaque ſuperſtite cum Beatrice notha Alfonſi IX. Caſtellæ Regis contraxit. Quapropter ab Alexandro IV. Papa ſacris interdictus, defuncta demum Mathilde, veniam ab Vrbano IV. impetrauit, & ex Beatrice Dionyſium in regno Luſitaniæ ſucceſſorem 1279. moriens reliqnit. *Not. c. 212. & ſup. pag. 264.* 1241

Robertus Ep. Leodicenſis templum Dominicanorum in vrbe Leodicenſi conſecrat. 1242

Innocentius IV. patria Genuenſis, ex familia Fliſcorum, fit Papa. Is pileo rubro Cardinales cohoneſtauit: quo ſignificare voluit, Cardinalibus etiam ſanguinem ac vitam pro Chriſto & libertate Eccleſiaſtica promptè effundendum. Gerardus dominus de Iauche in Gallo-Brabantia; & de Gomignies in Hannonia, floret. *Not. c. 214.* Iaceana porrò familia *(de Iauche)* eſt vna ex Brabantiæ antiquioribus ac nobilioribus: ex qua oriundus *Philippus de Iauche*, dominus de Herimez & Brugelette, annis ſuperioribus Comes de Maſtain à Philippo IV. Hiſp. Rege eſt creatus. 1243

Ioanna Flandriæ Hannonięque Comitiſſa, nulla ſobole relicta, moritur, & Marquettæ in cœnobio virginum ord. Ciſtertienſis, à ſe ędificato, in agro Inſulenſi ſepelitur. Succedit ſoror eius *Margarita*. 1244

Vincentij Ep. Bellonacenſis hiſtoria hîc definit. Sultanus Babylonis Ieroſolymam vi occupat. *Pariſ.* Begginagium Brugenſe à Margarita Flandrorum Comitiſſa dotatur, Waltero Ep. Tornacenſi approbante. *Not. eccleſ. Belgij c. 215.*

Lugdunenſe I. Concilium œcumenicum celebratur. In eo Fredericus II. Imp. vt hoſtis Eccleſiæ, abdicatur. Rodericus Archiep. Toletanus (cuius exſtant hiſtorici de rebus Hiſpaniæ commentarij) moritur. 1245

Henricus Haſſię & Turingiæ Lantgrauius, S. Eliſabethæ leuir, eligitur Rex Romanorum, Innocentio IV. Papa agente, & Aquiſgrani coronatur. Exinde apud Francofurtum vincit Conradum Frederici exauctorati filium. *Godefridus* Bredæ & Bergarum ad Zomam dominus teſtamentum condit, & diuerſis eccleſiis benefacit. Vxorem habuit *Machtildem*, Begginagij Bredani fundatricem. Ipſorum filius & heres *Henricus* duxit *Sophiam* Walteri Mechlinię domini filiam, & an. 1267. ius patronatus eccleſiarum de Scoten & Merceſem Canonicis Antuerpienſibus contulit. *Not. eccleſ. Belgij c. 217.* 1246

1247 Henricus Lantgrauius Rex Romanorum apnd Vlmam prælio victus & læſus, paulò pòſt 16. Febr. moritur. In eius locum *Guilielmus* Hollandiæ Comes 30. Sept. ſufficitur. Roberto Ep. Leodicenſi anno ſuperiore defuncto ſuccedit Henricus Gelrenſis.

1248 Guilielmns Rex Romanorum menſe Maio Aquaſgrani obſidere incipit, & ſexto pòſt menſe capit. Coronatur ibidem Kalendis Nouembris. S. Ludouicus Fr. Rex 25. Aug. Maſſilia cum exercitu ſoluens, in Cyprnm 20. Sept. appellit, vbi & hiemat. *Pariſ.* Robertus, Betuniæ & Teneræmondæ dominns, Calari in Sicilia moritur. Eius filia vnica *Mathildis* marito ſuo Guidoni Flandrorum Comiti Betuniam & Teneræmondam in dotem attulit: *ſuprà pag.* 269.

Domini Teneræmondæ.

Reingotus dominus Teneræmondæ duxit Adeluidam, ob. 1106.	Daniel do. Teneræmondæ, Aduocatus monaſt. S. Bauonis 1127.	VValterus I. do. Teneræmondæ ob. 1173.	Walterus II. dom. Teneræmondæ duxit Adeliſam.	Mathildis domina Teneræmondæ, vxor Guilielmi II. domini Betuniæ ob. 1223.	Daniel ob. ſ.lib. 1228.	
					Robertus dom. Betuniæ & Teneræmondæ obiit 1248.	Mathildis domina Betuniæ & Teneræmondæ Aduocata, monaſteriorum S. Vedaſti & S. Bauonis nupſit Guidoni Fl. Comiti.
		Balduinus.			Balduinus.	
		Daniel.		Margarita.	Ioannes.	
					Adelidis.	
					Mathildis.	

1249 S. Ludonicus è Cypro 13. Maij ſoluit verſus Ægyptũ: menſe Innio Damiatam obſidet & capit. Ioannes de Aueſnis, ſiue vt vulgò pronuntiant, de Auennis, & frater eius Balduinus, ex Buchardo Aneſnenſi & Margarita Flandrenſi nati, per Iudices Apoſtolicos declarantur legitimi. *Notitia eccleſ. Belgij c.* 219.

1250 S. Ludouicus Fr. Rex 7. Febr. Saracenos aggreditur & vincit. Sequenti die vincitur. Paulò pòſt frater eius *Robertus* Arteſiæ Comes iterùm victus, periit. Exinde S. Ludouicus Rex, cum duobus fratribus ſuis Alfonſo & Carolo, à Saracenis capitur. Sed magno lytro perſoluto & Damiata reddita, demum dimittitur & Aconem redit: *Pariſ.* In Palæſtina porrò annos 5. per omnia Chriſtianæ pietatis officia exegit; Blanca matre, quamdiu ipſa vixit, regnum procurante. Fredericus II. quondam Imperator 26. Dec. in Apulia moritur, & Panormi ſepelitur. Matthæus Paris, monachus S. Albani in Anglia, hiſtoriam ſuam ab anno 1066. ad hæc vſque tempora perduxit. Hugo II. Gandenſis Caſtellanus Bornhemij dominus, eiuſque vxor Maria, villam de Bornhem cum caſtro Margaritæ Flandrorum Comitiſſæ vendunt. *Not. eccleſ. Belgij c.* 213. *& ſuprà pag.* 253.

1251 Frederico mortuo Innocentius IV. Papa in Italiam redit, & Conradum, Frederici filium, cum ſuis aſſeclis excommunicat. Guilielmus Dampetra, Margaritæ Flandrorum Comitiſſæ primogenitus, nuper ab Ægyptiaca captiuitate redux, Traſiniaci in equeſtri decurſione occiditur.

1252 S. Ludouicus Fr. Rex induciàs cum Sultano Ægypti in annos 15. paciſcitur. Blanca, eiuſdem S. Ludouici mater, moritur 1. Dec. *Pariſ.*

1253 S. Clara nobilis virgo, Aſſiſij nata, monialium Clariſſarum fundatrix in Domino obdormit. Innocentius Papa, qui hactenus Peruſij hæſerat

hæſerat, tandē Romam redit. Henricus, Frederici II. filius, in Apulia perit, fraude Conradi fratris ſui. *Pariſ.* Robertus de Sorbona Theologus, S. Ludouico Fr. Regi in primis carus, Sorbonicum Theologorum collegium Lutetię circa hęc tempora inſtituit.

Conradus Frederici filius menſe Iunio moritur, Conradino impubere filio, ſub tutela Manfredi fratris ſui illegitimi relicto. *Pariſ.* 1254
Innocentio IV. Papa 7. Dec. defuncto, Alexander IV. ſubrogatur. Arnoldus Diſtenſis in Brabantia dominus Begginagium ibidem fundat: quod filius eius Arnoldus 1271. probauit. Gerardus, Arnoldi iunioris filius, Diſtenſe Canonicorum S. Ioannis collegium & Cartuſiam de Zelem, primo lapide à Diſtemio, inſtituit, in eadem Cartuſia ſepultus. Gerardi frater Ioannes, primùm Ep. Cameracenſis pòſt Vltraiectenſis, collegium XII. Canonicorum Amersfurti in diœceſi Vltraiectenſi fundauit. *Not. eccleſ. Belgij c.* 218.

S. Clara, ante biennium defuncta, cælitum catalogo ab Alexandro IV. adſcribitur. Liber Guilielmi de ſancto Amore, contra monachos mendicantes ſcriptus, eiuſdem Pontificis iuſſu exuritur. 1255

Guilielmus Rex Romanorum & Comes Hollandiæ à Friſiis cæſus, 25. Ianuarij occumbit. *Pariſ. & ſuprà pag.* 243. 1256

Richardus Cornubiæ Comes, Henrici Angliæ Regis frater, ineunte anno in Regem Romanorum eligitur, & Aquiſgrani 17. Maij coronatur. Archiepiſcopus Treuerenſis & alij Alfonſum Caſtellæ Regem, Aſtronomiæ ſcientia celebrem, eligunt. Hic ſolo Imperij titulo contentus pedem ex Hiſpania non extulit. *Pariſ. & Stero.* Richardus cùm effuſis ſumptibus opes omnes conſumpſiſſet, in contemptum venit eorū procerum, à quibus fuerat accitus. Itaque in Angliam rediens, vacuū Germaniæ regnum reliquit, donec Gregorij X. mandato indictis comitiis RVDOLPHVS Comes Habsburgenſis 1273. deligitur. 1257

Hugo puer à Iudæis in Britannia crucifigitur: ob quod ſcelus multi Iudæorum interfecti. 1258

Albertus Magnus, ex ordine Dominicanorum, creatur Epiſcopus Ratiſponenſis, ſeditque biennio; vt Stero in Annalibus tradit. 1259

Sophia S. Eliſabethæ filia, Henrici II. Brab. Ducis vidua, copioſo exercitu cincta, cum filio ſuo Henrico Turingiam ab Henrico Miſniæ Marchione occupatam intrat: vt Siffridus in Chronico ſuo, & nos ſuprà in geſtis anni 1241. narrauimus. Henricus III. Brab. Dux hoc anno aut proximè ſequenti obiit, Louanij in monaſterio Dominicanorum, à ſe condito, ſepultus. Teſtamentum ab ipſo 1260. menſe Februario ſcriptum in Not. eccleſ. Belgij c. 220. exſtat. Eiuſdem vxor *Aleidis*, Hugonis IV. Burg. Ducis, ſuprà pag. 308. memorati filia, monialibus Dominicanis in vico *Audergem*, primo lapide à Bruxella, cœnobium ædificauit, quod Vallis Duciſſæ nuncupatur. Othomanum I. Turcarum Regem hoc anno natum fuiſſe Leonclauius in Pandectis Turcicis tradit. Vallis Comitis, monialium ord. Ciſtertienſis Abbatia propè Gochum opidum, ab Othone III. Claudo Gelriæ Comite eiuſque coniuge Margarita Clinenſi fundatur: *ſuprà pag.* 303. 1260

Albertus Magnus, amore litterarum ac ſtudiorum, Epiſcopatu Ratiſponenſi ſe abdicat. Alexander IV. Papa Concilium Viterbij 6. Iulij habendum pro ſubſidio Terræ ſanctæ indixerat: ſed 25. Maij moritur. Succedit Vrbanus IV. Trecis in Gallia natus, quondam Archidiaconus Leodicenſis. Græci Conſtantinopolim Europæis eripiunt: *ſuprà pag.* 330. 1261

1262 Hugo Cardinalis ex ordine Dominicanorum (cuius exſtant Homiliæ in Biblia) moritur.

1263 Vrbanus IV. Papa Saracenos à Manfredo, Frederici II. Imp. filio naturali, in patrimonium Eccleſiæ Romanæ immiſſos, fugat.

1264 Feſtum diem ſacratiſſimi Corporis Chriſti, feria 5. poſt Octauam Pentecoſtes quotannis celebrandum Vrbanus IV. inſtituit: *lib. 3. Clement. tit. 16.* Azo Marchio Eſtenſis, Azonis 1212. defuncti filius, Ferrariæ moritur, relicto herede Obizone nepote ſuo: vt anonymus monachus Paduanus in Chronico ſuo ſcribit, quod ab an. 1207. vſque ad an. 1270. concinnatum exſtat in tomis Hiſtoricorum Germaniæ.

1265 Vrbano IV. Papæ anno ſuperiore 2. Oct. defuncto Clemens IV. Narbonenſis 5. Febr. ſufficitur. Carolus Andegaui & Prouinciæ Comes, S. Ludouici Fr. Regis frater, primùm ab Vrbano IV. pòſt à Clemente IV. euocatus, Romam venit, regnum Siciliæ Manfredo armis erepturus: vt citatus monachus Paduanus tradit.

1266 Carolus Andegauus Manfredum III. Nonas Martij prælio ad Beneuentum vincit & interimit. Soldanus Babylonius, Ægypti Rex, Ieroſolymam, Bethleem, Nazareth aliaque Syriæ opida Europæis eripit. *Siffrid.* Furſtenveldenſe monachorum ord. Ciſtertienſis cœnobium ad Ambram fl. in Bauaria fundatur à Ludouico Comite Palatino Rheni (*ſuprà pag. 336.*) Ludouici Imp. in ſchiſmate electi patre, ad expiandam cædem coniugis ſuæ Mariæ Brabantinæ, quam ob falſam adulterij ſuſpicionem 1256. capite minui iuſſerat.

1267 Henricus, Henrici III. Brabantiæ Ducis filius natu maximus, cùm eſſet ad regimen ineptus, agente matre Aleide, Ducatum Brabantiæ Ioanni fratri ſuo ſecundò genito ceſſerat; Nicolao Ep. Cameracenſi, Balduino Aueſnenſi Belli-Montis, Waltero Angiæ, Waltero Bertoldo Mechliniæ, Arnoldo Weſemaliæ, dominis, aliiſque proceribus præſentibus. Id Richardus Imp. 1267. editis tabulis ratum eſſe iuſſit. *Not. c. 222.* Henricus verò Diuionem in Burgundiam ſecedens, vitam ibi monachus finiit: *ſup. pag. 308.* Carolus Andegauus, regno Siciliæ ſubacto, Viterbium ad Papam redit, & Tuſciam pacat. Conradinus Conradi filius, Frederici II. nepos, in Italiam veniens contra Carolum mouet. Loſdunenſe virginum ord. Ciſtertienſis monaſterium à Mathilde, Florentij IV. Hollandiæ Comitis vidua, fundatur.

1268 Conradinus Verona Romam venit: inde in Apuliam cum exercitu tranſit. A Carolo Andegauo prælio victus & captus, vnà cum Frederico Auſtrio 29. Oct. Neapoli publicè ſecuri percutitur. *Siffrid. & Stero.* Clemens IV. Papa 29. Nou. moritur: Sedes Romana annos 2. & menſes 9. vacat. Petrus Sabaudiæ Comes viuere deſinit; poſtquam fratrem ſuum Philippum, Roma euocatum, heredem inſtituiſſet. Cui annulum S. Mauritij (quem à monaſterij illius in Veragris Abbate olim dono acceperat) vt futuri Imperij teſſeram ac ſymbolum, tradi imperauit. Sacer iſte annulus hodieque apud Sabaudos velut Inueſtituræ loco ſeruit. Ruræmondenſe virginum ord. Ciſtertienſis monaſterium ab Othone III. Comite Gelrenſi dotatur; ſcripto diplomate, quod Gerardus de Batenburg, Ioannes dominus de Cuc, Ioannes de Grunsbeke, Sigerus de Bruchuſen, milites ſignarunt. *Not. eccleſ. Belgij c. 222. & ſuprà pag. 303.*

1269 S. Ludouicus Fr. Rex, à Simone Legato Apoſtolico Cruce ſignatus, in feſto Pentecoſtes filium ſuum Philippum, Robertum Ro-

berti

Roberti I. Arteſiæ Comitis filinm, alioſque plnres magna pompa creat milites. M. Paulns Venetus, qui totum ferè Orientem luſtrauit & deſcripſit, floret.

S. Ludonicus Fr. Rex expeditionem alteram in Orientem ſuſcipit, cnm Alfonſo fratre, tribns filiis Philippo, Ioanne & Petro, itemq̃ue genero ſuo *Theobaldo* Nauarræ Rege, & aliis proceribus. Maſſilia ſolnit Kalendis Martij, curſu primùm in Sardiniam, deinde in Africam directò. Tunetum ibi menſibns aliquot obſeſſum. Dumq̃ne fratrem *Carolum* Siciliæ Regem cnm copiis aduentantem Ludouicus exſpectat, peſtis in caſtris exorta primò Ioannem ipſius Ludouici filium, pòſt Regem ipſum 25. Aug. profluuio ſuſtulit. Cum ignominia Europæis ex Africa diſcedendum fuiſſet, niſi Carolus eo ipſo die, quo Ludouicns frater obierat, cum valida claſſe ſuperneniens animos noſtrorum erexiſſet, & Tunetnm tandem expngnaſſet. Cnm barbaris itaque ea lege conuentum, vt 40. aureornm millia ipſi Carolo ac ſucceſſoribus quotannis penderent. Drepani in Sicilia, quò ſe noſtri ex Africa receperant, & Theobaldus Rex 5. Dec. obiit. *Alfonſus* Pictanij & Toloſæ Comes, Ludouici Regis frater, itidem ex Africa rediens, in Tuſcia deceſſit: cnius vacuam hereditatem frater *Philippus III. Audax*, Francorum Rex in Africa appellatus, adiit. 1270

Philippns Fr. Rex patris ſui S. Lndonici corpns ex Africa in Galliam cùm attnliſſet, illud ingenti pompa Pariſiis ad opidũ ac monaſterium S. Dionyſij deferendum cnranit. In cuius rei memoriam, inter vrbem Pariſienſem & dictum opidum conſtructæ exſtant columnæ, iis locis qnibus ſacri corporis portitores ſubſtiterunt: vt in Io. Pariſij ms. Chronico legitur. Richardus Rex Romanorum 2. Aprilis in Britannia moritur. Regnum annos 2. menſes 6. vacat. Gregorius X. patria Placentinns, olim Archidiaconns Leodicenſis, 1. Sept. abſens eligitnr Papa, & anno ſeqnenti 6. Aprilis Romæ coronatnr. 1271

Engueramus dominus de Coucy, Oiſy & Montmirel vendit Guidoni Flandriæ Comiti Caſtellaniam Cameracenſem, itemq̃ne caſtella de Crenecœur & Alleux. De variis olim per Belgicam Caſtellanis (qnos Franci hodie Vicecomites, Flandri Burgrauios vocant) in Not. eccleſ. Belgij c. 211. fusè egimns. 1272

Rvdolphvs Comes Habsbnrgenſis, exeunte menſe Septẽbri, Rex Romanorum eligitur, & Aqniſgrani pridie Kal. Non. coronatur. *Stero.* 1273

- Rudolphus Imper. 1278. ob. 1291.
  - Albertus Dux Auſtriæ 1282. Imper. 1291. ob. 1308.
    - Fredericus Pulcher cum Lud. Bauaro de Imp. contendit, obiit 1330.
    - Albertus Sapiens Dux Auſtriæ.
      - Albertus III. Dux Auſtriæ ob. 1389.
        - Albertus IV. obiit 1404.
          - Albertus Imp. II. an. 1438. ob. 1439.
            - Ladiſlaus Rex Hung. & Boh. ob. 1458.
            - Eliſabeth vx. Caſimiri Regis Polon.
      - Leopoldus obiit 1386. in prælio Sempach. contra Heluetios.
        - Erneſtus Dux Auſtriæ obiit 1424.
          - Fridericus III. Imper. 1440. ob. 1493.
            - Maximilianus I. Imp. 1486. obiit 1519.
  - Rudolphus Rex Boh. obiit 1307.

Lugdnnenſe II. Concilinm generale menſe Maio celebratur, præſente Gregorio X. Papa. Ad quod euocatus S. Thomas Aquinas, in itinere in morbum incidit, & in Foſſa nona, monachorum ord. Ci- 1274

ſtertienſis cœnobio, 7. Martij. quinquagenarius in Domino obdormit. Hoc ipſo anno deceſſit & S. Bonauentura 14. Iulij, in dicto Lugdunenſi Concilio præſidens. Thomam Ioannes XXII. an. 1323. Bonauenturam Sixtus IV. an. 1482. in Diuos retulit. In eodem Concilio Lugdunenſi Henricus Gelrenſis Epiſcopatu Leodicenſi priuatur, & Ioannes Angianus, tunc Ep. Tornacenſis, ſufficitur.

1275 Gregorius X. Papa & Rudolphus Romanorum Rex Lauſanæ colloquuntur: vt in Annalibus Colmarienſibus legitur. Ioannes de Giſtella miles, dominus de Formeſellis & Waſtina, Eremitarum ord. S. Auguſtini monaſterium Brugis fundat. *Not. c.* 224. Genuit is Ioannem Giſtellæ dominum Flandriæque Camerarium, Brugis apud Auguſtinianos ſepultum, & Walterum Mottæ dominum: à quo poſteriore Domini de Prouene & de la Motte ſtirpem ſuam deducunt. Reliquos Giſtellæ toparchas loco cit. in Not. reperies.

1276 Gregorius X. Papa 10. Ianuarij moritur: Innocentius V. Burgundus, ex ordine Prædicatorum primus, 21. eiuſdem menſis ſuccedit, & 22. Iunij moritur. Sufficitur 11. Iulij Hadrianus V. Fliſcus Genuenſis. Quo 18. Auguſti mortuo, Ioannes XXI. 13. Sept. eligitur. Rudolphus Imp. Auſtriam, Stririam, Carinthiam aliaſque prouincias ab Ottocaro Bohemiæ Rege, ſtante interregno, occupatas recuperat. *Siffrid.* Ex his *Alberto* filio ſuo Auſtriam, Stiriam & Carniolam, *Rudolpho* alteri filio Sueuiam, & *Mainbardo* Tirolenſium Principi Carinthiam 1282. contulit.

1277 Ioannes XXI. Papa 17. Maij moritur. Nicolaus III. ſuccenturiatur. Guilielmus IV. Comes Iuliacenſis Aquaſgrani temerè intrans, vindictam de quibuſdam ſumpturus, 16. Martij cum duobus filiis occiditur.

Guilielmus I. Com. Iuliacenſis 1101. 1110.	Guilielmus II. Com. Iuliac. 1146.	Gerardus I. Comes Iuliac.	Guilielmus III Co. Iul. 1203. 1218.	Guilielmus IV. Co. Iul. 1277. cæſus Aquiſgrani.	Guilielmus V. d. Mariã F. Guidonis Co Fl. ob. 1277.	Guilielmus.	Gerardus III. Co. Iul 1312. d. Eliſabetham F. Theoderici Co. Cliuenſis.	Guilielmus VI. Dux Iul. 1356.
		Richarda vxor Othonis II. Com. Gelriæ.			VValramus ob. 1277.	Gerardus II. Co. Iul. d. Mariã Virſoniam ob. 1299.	Maria.	Ioannes.
								VValramus Ar. Colon.
								Eliſabeth.

1278 Rudolphus Imp. Ottocarum Bohemiæ Regem prope Viennam 26. Auguſti vincit & occidit.

1279 Godefridus de Louanio, Ioannis I. Brab. Ducis frater, Arſchoti, Sichenæ, Birbecæ & Rodæ dominus, ducit filiam vnicam toparchæ Virſonienſis apud Bituriges.

1280 Albertus Magnus, olim Ep. Ratiſponenſis, S. Thomæ Aquinatis præceptor, annos 87. natus, Coloniæ Agrippinæ moritur.

1281 Nicolao III. Papæ, anno ſuperiore 16. Aug. defuncto, Martinus IV. 20. Febr. ſufficitur. Ioanne Angiano Ep. Leodicenſi 24. Aug. mortuo, fit ſchiſma in ſubſtituendo ſucceſſore.

1282 Ioannes Guidonis Fl. Comitis F. ex Epiſcopo Metenſi fit Leodicenſis. Siculi Francorũ inſolentiã luxumq; pertæſi, conſpiratione facta, 30. Martij, feria 2. Paſchæ, cùm ære Campano ad Veſpertinas preces ſignum daretur, Francos omnes vno tempore ac penè hora per vniuerſam inſulam trucidant. Hinc *Veſpera Sicula* in prouerbium abierunt. Martini Papæ epiſtolam apud Steronem, qui volet, legat.

legat. Hac cæde patrata, Siculi ad Petrum Aragoniæ Regem (cui Conſtantia, Manfredi à Carolo vita & regno ſpoliati filia, nupſerat) deficiunt. Is nuntius Romam ad Carolum Siciliæ Regem allatus vehementer eius animum turbauit; moxque Carolum filium in Galliam ad Philippum Regem miſit, ſubſidium ab eo poſtulatum. At Carolus neque ſuis neque alienis viribus Siciliam vnquam recuperare potuit. Adolfus II. Comes Montenſis ad Rhenum ius omne ſuum, quod ad Ducatum Limburgenſem habebat, quodque ſuprà pag.290. explicuimus, vendit & cedit Ioanni I. Brabantiæ Duci. Hinc bellum enatum inter dictum Ioannē Ducem & Rainaldum I. Gelriæ Comitem: cui poſteriori Ermengardis Walerami III. Ducis Limburgenſis, ex illa ſtirpe poſtremi, filia vnica nupſerat: *ſup. pag.* 303.

In Philippi Ep. Tornacenſis defuncti locum ſufficitur Michael, qui arcem Helchinij ad Scaldim conſtruxit. 1283

Henricus Gelrenſis quondam Epiſcopus Leodicenſis moritur. 1284

Martino IV. Papæ mortuo, Honorius IV. Sabellus ſufficitur. Hic annus trium Regum morte inſignis ad memoriam fuit, *Caroli* Siculi, *Petri* Aragonij & *Philippi III.* Franci. Horum poſtremus Perpiniani menſe Oct. moriens, ex Iſabella Aragonia filios ſuperſtites habuit, *Philippum Pulchrum* in regno ſucceſſorem, & *Carolum Valeſium*; ex Maria verò Brabantina *Lud. Ebroicenſem*. Petrus Aragonius teſtamento filios ſuos heredes ſcripſit, *Fredericum* Aragoniæ, *Iacobum* Siciliæ. 1285

Bononienſes, Florentini, Genuenſes & Lucenſes his ferè temporibus libertatem à Rudolpho Imp. redemerunt. 1286

Honorius III. Papa 3. Aprilis moritur. Wernerus adoleſcens in Veſalia ſuperiore, die Paraſceues, à Iudæis crudeliter occiditur, in oppido Baccharacenſi ſepultus: cuius ſanctitatem miracula ibidem conteſtantur. *Siffrid.* Sacra eius oſſa Baccharaci 1621. inuenta Ambroſius Spinola, Regij exercitus ductor, inde in Belgicam attulit. Faſtos noſtros Belgicos 19. Aprilis lege. Ioannes I. Brab. Dux Gerardo de Weſemale recognoſcit dimidietatem totius terræ Bredanæ (poſt deceſſum Arnoldi de Louanio, qui ex Iſabella Bredæ domina prolem non ſuſtulerat) poſſidendam in hunc modum: quòd Raſo dominus de Lidekercke habebit opidum Bredanum cum omnibus feudis Bredanis, & quòd dictus Gerardus de Weſemale pro ſua portione, ex parte quondam matris ſuæ prouenieнте, habebit bona opido Bredano & feudis æquivalentia: *Not. eccleſ. Belgij c.*225. Ceterùm Gerardus iſte Weſemalius, Bergarum ad Zomam (quæ olim ſub ditione Bredana comprehenſæ fuerunt) dominus genuit Arnoldum Bergarum item dominum: de cuius poſteritate Diplomata noſtra Belgica l. 1. c. 87. & Donationes Belgicas lib. 1. c. 128. conſule. 1287

Nicolaus IV. ex ordine Minorum primus, fit Papa. Ioannes I. Brab. Dux & Rainaldus I. Gelriæ Comes prope Woringam ſecundo lapide à Colonia Agrippina, pro Ducatu Limburgenſi, prælio in omne æuum famoſo decertant. Victoria pro Brabanto ſtetit. Ceciderunt ex iis qui Gelro adhærebant, Henricus II. Comes Luxeburgenſis, cum fratre ſuo legitimo Waleramo, & duobus fratribus ſuis naturalibus Henrico & Balduino, Henricus Sifridi Ar. Colonienſis frater, & alij viri nobiles plurimi. Capti Sifridus Archiepiſcopus, Rainaldus Gelriæ Comes, Adolfus Naſſonius qui poſteà Rex Romanorum fuit, & Waleramus Falcoburgi dominus. Rainaldus Gelrenſis ius omne, quod in Ducatum Limburgenſem hactenus prætenderat, poſteà 1288

eiurauit,& agente Philippo Francorum Rege demum liber dimiſſus fuit. Pacis conditiones ac tabulæ, menſe Octobri ſignatæ, apud Dinterum in ms. Brabantiæ hiſtoria exſtant.

1289 Sifridus Archiep. Colonienſis à Brabanto ex captiuitate dimittitur.

1290 Balduinus Auesnius, toparcha Bellomontanus, Chronicon ſiue Genealogiam Comitum Hannoniæ aliorumque Principum, Latino ſermone deſcriptam, olim poſſedit: quę eius nomine paſſim citatur, & ms. Pariſiis apud Quercetanum exſtat. Ex dicto Chronico Engueramus Magnus dominus de Coucy, Oiſy & Montmirel Genealogiam familiæ de Coucy & Dreux deſumi, & vſque ad an. 1303. produci mandauit, hoc titulo: *Le Lignage de Coucy & Dreux.*

1291 Ieroſolymis, Tyro, Sidone, Tripoli & Berytho à Sultano Ægypti Rege captis aut euerſis, demum Ptolemais ſiue Acon, vrbs Syriæ maritima, ab eodem capitur. Sicque Europæi vniuerſa Terra ſancta, quam ducentis ferè annis poſſederant, expulſi ſunt. Multi ex iis in Cyprum inſulam ſe receperunt. *Siffrid.* Atque ex eo tempore ſacras expeditiones in Orientem noſtri facere deſierunt. Rudolphus I. Imp. 15. Iulij moritur, cùm annos 73. menſes 5. vixiſſet, & annos 18. regnaſſet, Spiræ in cathedrali baſilica conditus. *Siffrid. & Stero.* Obſeruatum eſt à Gilberto Genebrardo Gallo & aliis, Auſtriacam familiam eo ipſo tempore, magno orbis Chriſtiani bono, diuinitus datam fuiſſe, quo Othomanica publico damno emerſit.

1292 Adolfvs Comes Naſſouius Francofurti 6. Ian. Rex Romanorum appellatur, & feſto S. Ioannis Bap, Aquiſgrani coronatur. Ceterùm Naſſouia, Germanis *Naſſou*, propriè eſt tractus ille, qui opido Naſſouico ad Lanum amnem adiacet. Ab hoc deinde ad reliquam omnem ditionem deriuata eſt appellatio. Vetus opidum *Naſſouia* nuncupatum, tribus milliaribus ab eo loco, quo ſe Lanus ad Lonſteinium Rheno miſcet, duobus ab opido Catzenelbogenſi, totidemque à Dietzio diſtat. Naſuam ſiue Naſſuam Sueuorum Ducem Iul. Cæſar l. 1. de bello Gallico commemorat. Mons Melibocus & Mattiacum à Ptolemæo in Cattis collocantur. Catti nunc Haſſi; Mattiacum, Tacito Mattium, hodie Marpurgum nuncupatur. Ex quo colligi datur Catzenelbogios eſſe Ptolemæi Cattos, Meliboci montis accolas. Bucinobantes (quorum l. 29. apud Marcellinum & in Notitia Imperij fit mentio) videntur eſſe ij, qui hodie Weisbadenſes dicuntur. Siga fl. qui ad Crombachium ortus infra Blancoburgum in Rhenum ſe exonerat, putatur Seguduno Ptolemæi nomen dediſſe: vt Segodunum ſit idem cum *Sigena* Naſſouiorum opido, quod ad Ioannem Comitem Naſſouium, toparcham Rotnacenſem, Equitem Velleris aurei, hodie pertinet. De Cattimelibocenſi ditione inter Lantgrauios Haſſiæ & Comites Naſſouios ad an. 1458. vſque ad an. 1557. controuerſia fuit. Quæ finita eſt hac conditione, vt Cattimelibocenſis Comitatus maneret in poteſtate Lantgrauij Haſſiæ, & is Comiti Naſſouiæ ſolueret ſexies centena aureorū millia, cederetque Comitatu Dietzenſi, tituli verò communes manerent honorarij. Sigena (*Sigen*) opidum ad Sigam fl. in colle ſitum, arcem habet Principis ſedem, & frequentes in vicinia ferri fodinas: quod Sigenenſe ferrum nullibi non expetitur. In curia viſitur tabula admirandi operis, Dominicam paſſionem exprimens, à monacho an. 1515. depicta. Dillenburgum opidum, Dillæ fl. adſitum, arce in rupe munitiſſima & armamentario in-

inſtructo ſuperbit. Herborna vnius horæ itinere à Dillenburgo abeſt;
lanificium frequens exercet, & ſcholam habet 1584. à Ioanne Naſſo-
uio, Guilielmi Arauſionenſis fratre, inſtitutam. Gens porrò Naſſo-
uia, vario matrimoniorum contractu & liberis inde procreatis, item
teſtamentorũ tabulis, prædiorũ diuiſionibus, aliiſque modis iu plu-
res olim ſtirpes diuiſa fuit; videlicet in Dillenburgenſem, Weisba-
denſem, Sarbrugenſem, Weilburgenſem, Beilſteiuienſem & Arau-
ſionenſem. Ex Weisbadenſi ſeu Idtſteinienſi ſtirpe prodiit Adolfus
Cæſar an. 1292. electus. Nicolaus IV. Papa' 4. April. moritur: Sedes
annos 2. menſes 3. vacat. Ioannes Ep. Leodicenſis 14. Oct.| viuere
deſinit: fit diſſenſio pro ſucceſſore eligendo.

Guilielmus de Iſiaco Ep. Atrebatenſis moritur: Gerardus Pigula- 1293
tus Italus ſuccedit; apud Dominicanos Atrebatenſes 1304. ſepultus.

Ioannes I. Brab. & Limburgi Dux 3. Maij moritur, & Bruxellæ 1294
apud Franciſcanos ſepelitur. Ioannes II. filius eius ſuccedit: *ſuprà
pag.* 309. S. Cæleſtinus V. ex eremo ad pontificatum à Cardinalibus
vocatus, 7. Iulij fit Papa: cumque menſes 5. dies 7. ſediſſet, & hu-
meros ſuos tanto oneri impares agnoſceret, 11. Dec. pontificatu ſe
abdicauit, obiitque an. 1296. à Clemente V. an. 1313. in Diuos relatus.
Ab hoc ſancto viro ante pontificatum inſtitutus eſt Ordo *Caleſtino-
rum*, ſub regula S. Benedicti militantium. Inſigne S. Cæleſtini elogium
apud Petrarcham lib. 2. De vita ſolitaria extat. In Cæleſtini locum
hoc ipſo anno 24. Dec. Bonifacius VIII. eſt ſublectus, & die 16. Ia-
nuarij ſequentis conſecratus.

Eremitæ Auguſtiniani in vrbe Gandenſi à Borlutiis fundantur. 1295

Hugo Cabilonenſis fit Epiſcopus Leodicenſis. Wenceſlaus II. Bo- 1296
hemiæ Rex à Gerardo Ar. Moguntino Pragæ coronatur. In quo con-
uentu proceres Adolfum Naſſouium, ob crudelitatem, rapacitatem
aliaſque cauſſas in ordinem redegerunt, & ALBERTVM Auſtriæ
Ducem nuncuparunt Regem Romanorum. *Siffrid.* Arnoldus Comes
Loſſenſis Haſletenſe monaſterium Eremitarum ord. S. Auguſtini
dotat. *Not. eccleſ. Belgij c.* 226. *& ſuprà pag.* 292.

Inter Philippum Franciæ Regem & Guidonem Flandriæ Comi- 1297
tem graue bellum exoritur. Philippus Gallo-Flandriam cum exercitu
intrat, Inſulas & Duacum occupat.

Atrox prælium inter Albertum Auſtrium & Adolfum Naſſouium 1298
ad Rhenum prope Wormatiam 2. Iulij committitur: in quo Adolfus
cùm occubuiſſet, Albertus haut diu poſteà Aquiſgrani eſt coronatus.
S. Ludouici Galliæ Regis corpus è terra eleuatur, præſente Philippo
Fr. Rege. Idem Rex in honorem eiuſdem S. Ludouici in opido Poſ-
ſiaco, vbi is natus fuerat, monialium Dominicanarum cœnobium
ædificauit. *Pariſ.*

S. Ludouicus Caroli II. Siciliæ Regis filius, ex ordine Minorum, 1299
Ep. Toloſanus piè obdormit, Maſſiliæ apud Minores ſepultus. Gui-
lielmus Naugiacus, cœnobij Dionyſiani tertio lapide à Lutetia mo-
nachus, Annales ſuos vſque ad an. 1300. perduxit. Appendicem alius
quiſpiam eiuſdem loci monachus attexuit.

Bonifacius VIII. Papa annum ſacrum Iubilei ſumma celebritate 1300
celebrat; innumerabili hominum multitudine ex toto terrarum orbe
Romam confluente. Idem decreuit, vt anno quoque ſæculari ſeu
centeſimo Iubilei feſtiuitas ſolemniter à Chriſtianis repeteretur.
Clemens VI. poſteà Iubileum ad annum L. Sixtus IV. ad an. XXV.
reduxit.

reduxit. His ferè temporibus à Ioanne Goia, ciue Amalphitano in regno Neapolitano, bolidem nauticam (cuius cuſpis magnete attingitur, vt polum Aquilonarem perpetuò reſpiciat) ad vſum nauigantium repertam fuiſſe perhibent.

Comites Flandriæ ex familia Dampetræa.

XVIII. Balduino Imp. CP. à Bulgaris 1405. occiſo, vt ſuprà pag. 198. dixi, IOANNA eius filia natu grandior in Flandriæ & Hanoniæ Comitatibus ſucceſſit. Habuit ea maritos duos, *Ferdinandum* Sanctij Portugaliæ Regis, & Thomam Thomæ Sabaudiæ Comitis, filios; ſed ex neutro prolem tulit. Obiitque 1244. Marquetræ in cœnobio apud Inſulas à ſe excitato condita. XIX. MARGARITA, Ioannæ ſoror & heres, Dominicanorum monaſteria Gandaui, Brugis, Ipris, Inſulis, Duaci; Franciſcanorum Bergis S. Winoci & Sluſæ condidit: pro altero ſexu Siluam monialium in agro Gandenſi, Groningam prope Curtracum, Oiſtecloam & Hagam apud Axellam ædificauit. Ex *Burchardo Aueſnio* duos ſuſtulit filios, *Ioannem Aueſnium* Ioannis Hannoniæ Comitis patrem, Valentianis 1255. ſepultum, & *Balduinum Aueſnium* Bellomontani in Hannonia opidi dominum. Ex *Guilielmo* domino Dampetræ (*Dampierre*, Dominicum Petri, quod prope Diuionem in Burgundia eſt ſitum, Latiniùs alij nuncupant) Archembaldi Magni toparchæ Borbonij filio, Guidonis domini de Dampierre & Bourbon nepote, genuit *Guilielmum* ante matrem ſine liberis defunctum, *Guidonem* Flandriæ Hannoniæque Comitem, *Ioannem* Dampetræ dominum, *Ioannam* Theobaldi II Comitis Barrenſis coniugem, & *Mariam* monialem Flinenſem. Obiit 1280. in Flinenſi prope Duacum cœnobio à ſe ædificato ſepulta. Exinde Flandriam *Guido* filius, Hannoniam verò *Ioannes Aueſnius*, Margaritæ ex Ioanne filio nepos, poſſedit, & ad ſuos quiſque poſteros tranſmiſit.

XX. GVIDO Dampetræus prouinciam Namurcenſem à Balduino II. Imp. CP. 1262. emit: vt ſuprà pag. 247. diximus. Ex priore ſua coniuge *Mathilde*, Roberti Betuniæ & Teneræmondæ domini filia herede, filios quinque & filias tres ſuſtulit, *Robertum Betunium* Flandriæ Comitem, *Guilielmum* Teneræmondæ & Richeburgi dominum, *Balduinum* qui puer obiit, *Ioannem* Ep. Metenſem & poſteà 1282. Leodicenſem, *Philippum* Mathildę Curteniacæ maritum, *Beatricem* Florentio V. Hollandiæ Hannoniæq; Comiti, *Margaritam* Ioanni I. Brab. Duci, & *Mariam* Guilielmo, Guilielmi Comitis Iuliacenſis filio, nuptas. Ex altera coniuge *Eliſabetha*, Henrici Blondi Comitis Luxeburgenſis filia, genuit *Ioannem* Comitem Namurcenſem Sluſæque dominum, *Guidonem* Richeburgi toparcham, *Henricum* Comitem Lodenſem, *Mariam* Abbatiſſam Flinenſem, *Margaritam* primùm Alexandro Alexandri Scotiæ Regis filio, pòſt Rainaldo I. Gelriæ Comiti, *Beatricem* Hugoni II. Caſtellionæo Comiti Bleſenſi, *Eliſabetham* Ioanni Fiennę domino, nuptas, *Philippam* Eduardo, Eduardi I. Angliæ Regis filio, deſponſam, & duas inſuper proles quæ in ephœbis obierunt. Ipſe Guido Nonis Martiis an. 1305. aut 1306. deceſſit.

XXI. ROBERTVS Betunius ex *Blanca*, Caroli Andegaui Siciliæ Regis filia, *Carolum* qui puer obiit, ex altera coniuge *Iolenta*, Odonis Comitis Niuernenſis filia, Hugonis IV. Burg. Ducis nepte, ſuſtulit *Ludouicum*, Ludouici Niuernij Flandriæ Comitis patrem, *Robertum*

tam Caſleti, Bornhemij, Dunkercæ, Grauelingæ & Borburgi toparcham, *Ioannam* Engelramo IV. domino de Coucy, *Iolentam* primùm Waltero Angiæ, pòſt Ioanni Fiennæ domino, & *Mathildem* Matthæo Lotharingo Florinarum toparchæ, nuptas. Deceſſit an. 1322. Ipris in æde S. Martini conditus, quæ nunc eſt cathedralis.

XXII. LVDOVICVS cognomento Niuernenſis & Creſſins, Roberti Betunij ex Ludouico filio nepos, Flandrenſis, Niuernenſis & Rethelenſis Comes, ex *Margarita*, Philippi Longi Galliæ Regis & Ioannæ Arteſiorum Comitiſſę filia, genuit *Ludouicum Malanum*, & an 1346. in prælio Creſſiacenſi cecidit, Brugis ad S. Donatianum humatus.
XXIII. Ludouicus Malanus vnicam reliquit filiam heredem *Margaritam*, Philippo Audaci Burgundiæ Duci, Ioannis Francorum Regis filio, nuptam. Malanus anno 1384. è viuis abiit: *ſuprà pag.* 340.

Comites Hannoniæ & Hollandiæ ex familia Aueſnia & Bauara.

De primis harum prouinciarum Comitibus ſuprà pag. 208. & 241. egimus. Nunc Comites ex familia Aueſnia (cuius originem & antiquitatem in Not. eccleſ. Belgij c. 159. deſcripſi) & Bauara prognatos dabo. XI. IOANNA, Balduini Flandriæ Hannoniæque Comitis & Imp. CP. filia heres, an. 1244. ſine liberis deceſſit. XII. Eius ſoror MARGARITA in vtroque Comitatu ſuffecta, ex Burchardo Aueſnio *Ioannem* & *Balduinum Aueſnios*; ex Guilielmo Dampetræo *Guidonem* Flandriæ Comitem inter alios genuit, & 1280. obiit. Ioannes Aueſnius Aleidem Florentij IV. Hollandiæ Zelandiæque Comitis filiam, Guilielmi Rom. Regis ſororem duxit, & an. 1255. moriens ex ea *Ioannem* & *Guilielmum* Ep Cameracenſem reliquit: vt ſuprà pag. 243. docui. XIII. IOANNES AVESNIVS, Ioannis & Aleidæ Hollandicæ filius (*ſup. pag.* 243.) auiæ ſuæ maternæ Margaritæ in Comitatu Hannoniæ ſucceſſit: & Ioanne I. Hollandię Zelandięque Comite, Florentij V. filio, Guilielmi Rom. Regis nepote, ſine liberis 1300. defuncto, eius hereditatem vt ſanguine proximus adiit. Duxit is *Philippam*, Henrici Blondi Comitis Luxeburgenſis filiam, & ex ea quattuor filios ac totidem filias ſuſtulit, *Ioannem Crudelem* Oſtrouandiæ Comitem, qui ſine liberis ante patrem obiit, *Guilielmum Bonum* Hannonię Hollandięque Comitem, *Ioannem* Belli-montis in Hannonia, Goudę in Hollandia & Tolæ in Zelandia toparchã, *Henricum* Canonicum Cameracenſem, *Margaritam* Roberto II. Arteſię Comiti, *Eliſabetham* Radulfo Claro-montano Neſlæ domino Francięque Comeſtabili, *Alidem* Guilielmo Pembrocę in Anglia Comiti, *Mariam* Ludouico Duci I. Borbonio, S. Ludouici Regis nepoti, nuptas. Ioannes porrò Aueſnius Cartuſiam Valentianenſem à fratre ſuo Guilielmo Ep. Cameracenſi incohatam perfecit; obiitque 1304. Valentianis apud Dominicanos paternum ad tumulũ conditus cum vxore ſua *Philippa*.

XIV. GVILIELMVS Bonus Hannoniæ, Hollandię Zelandięque Comes Middelburgi in Zelandia collegium Canonicorum S. Petri 1312. fundauit: vt Ioan. Becanus in Hiſtoria Epiſcoporum Vltraiectenſium tradit. Ex Ioanna Valeſia, Philippi Fr. Regis ſorore, ſuſtulit *Guilielmum II.* Hannonię Hollandięque Comitem, *Margaritam* Ludouico Bauaro, Rom. Regi in ſchiſmate electo, *Philippam* Eduardo Angliæ Regi, *Ioannam* Guilielmo Duci Iuliacenſi nuptas, & *Iſabellam*. Guilielmo 1337. defuncto, eius vidua *Ioanna* Fontanellę monialibus

libus ordinis Ciſtertienſis ſeſe adiunxit; vt Froſſardus narrat.

XV. Gvilielmvs II. in Hiſpania contra Mauros bellum geſſit. Duxerat *Ioannam* Ioannis III. Brab. Ducis filiam, pôſt Wenceſlao Duci Luxeburgenſi nuptam: ex qua prolem non ſuſtulit, periitque 1345. in bello apud Staueram à Friſiis cæſus. XVI. Guilielmo fratri ſuo ſine prole ſublato Margarita, Lud. Bauari vxor, in Hannoniæ Hollandiæque principatibus ſuccenturiatur. Ex illo genuit *Guilielmum Furioſum* & *Albertum*, Hannoniæ Hollandiæque Comites ex ordine. Obiit ipſa 1356. Valentianis humata: Ludouicus autem Bauarus iam anteà 1347. deceſſerat. XVII. Gvilielmvs III. Furioſus matrem ſuam Margaritam 1351. ex Hollandia fugauit. Deo impietatem vindicante, 1358. in amentiam incidit, ac demum Querceti in cuſtodia 1377. viuere deſiit; non relicta ſobole ex Mathilde coniuge.

XVIII. Albertvs Bauarus Guilielmi frater ac ſucceſſor, cùm expeditionē ſacram aduerſùs Turcos meditaretur, ordinē Equitū S. Antonij 1382. inſtituit: quibus templum, ad Barbaræ foſſam prope Havrechium, primo lapide à Montibus Hannoniæ, attribuit. Equitum inſigne erat torques aureus, in formam eremiticæ cordæ contextus, cui ſcipio ſeu fulcrum cum campanula aurea appendebat. Idem Albertus Ziricææ in Zelandia collegium Canonicorum S. Liuini 1378. inſtituit ac dotauit. Obiitque 1404. Hagæ Comitis in Hollandia ſepultus, relictis liberis, *Guilielmo IV.* Hannoniæ Hollandiæque Comite, *Ioanne* Ep. Leodicenſi, & *Margarita* Ioannis Intrepidi Burgundiæ Ducis Flandriæque Comitis vxore. XIX. Gvilielmvs IV. ex Margarita, Philippi Audacis Burgundiæ Ducis & Margaritæ Malanæ Flandrorum Comitiſſæ filia, ſuſtulit *Iacobam Bauaram*, obiitque an. 1417. Valentianis apud Minores humatus. XX. Iacoba, ob multiplices nuptias infamis, 1436. ſine liberis deceſſit, Hagæ Comitis ſepulta. XXI. Iure ſanguinis ſucceſſit Philippvs Bonvs, Ioannis Intrepidi F. Philippi Audacis N. Belgici imperij conditor.

Turcici imperij origo, progreſſus & ſtatus.

Turcos plerique è Sarmatia vel Scythia oriundos putant: qui portis Caſpiis egreſſi, Heraclio imperante, circa an. 625. Perſidem populati ſunt, & Romanis contra Choſroën auxilio venerunt. Perſis, quorū erant ſtipendiarij, ſub an. 1042. ſubactis, Mahumetanā ab illis ſuperſtitionē hauſerunt. Inde in Syriam, Cappadociam & reliquas minoris Aſiæ regiones ſeſe infuderunt, in plures Principatus diuiſi. Ex quibus (oppreſſis exſtinctiſque reliquis) vnius *Othomani* poſteritas præualuit. Othomanici porrò imperij exordia anno Chriſti 1300. à Leonclauio & aliis adſcribuntur. Sed ſi Othomanus 29. annis imperauit, vt iidem tradunt, & anno Hegiræ 727. obiit, qui annus orſus eſt Chriſti 1326. menſe Nouembri exeunte, neceſſe eſt Othomanum ante an. Chriſti 1300. cœpiſſe: alioqui 27. ſolummodò annos in regno tranſegerit: vt Dionyſius Petauius obſeruauit.

Primus igitur *Othomanus* rem Turcicam mirè auxit, & magna Bithyniæ parte ſubacta, ſedem regni Pruſæ, quæ Bithyniæ eſt metropolis, collocauit. II. Moriens 1326. *Vrchani* filio regnum tradidit; qui Myſiam, Lycaoniam, Phrygiam, Cariam, cæteraſque ad Helleſpontum & Euxinum prouincias ſubegit; dum inter ſe Cantacuzenus & Palæologi odiis armiſque decertant. III. Vrchani patri *Amurathes*

rathes anno 1357. ſucceſſit, mortuo iam fratre maiore *Solimano*: qui primus eodem illo anno 1357. copias ex Aſia in Europam traduxit. Amurathes Callipolim, Hadrianopolim aliaque loca vicina occupauit. IV. *Baiazetes* patris ſui Amurathis, anno 1389. exeunte defuncti, regnum excepit. Is Theſſaliam, Macedoniam, Phocidem, Atticam, Myſiam & Bulgariam ditioni Turcicæ ſubiecit. Contra quem Emanuel Imp. CP. auxilia imploraturus, in Galliam venit. Quin & Sigiſmundo Hungariæ Rege eadem poſtulante, multi viri principes ſacræ militiæ nomen dederunt: inter quos & *Ioannes Intrepidus* fuit, Philippi Audacis Burgundiæ Ducis filius. Sed dum temerè noſtri in prælium ruunt, partim occiſi, partim à Turcis capti ſunt, atque vnà Ioannes ipſe Intrepidus. Nec multò pòſt Baiazethis tot victoriis elati ſuperbiam per Tamberlanem vltus eſt Deus. Hic cum infinita Tartarorum multitudine anno 1401. in Aſiam irrupit, Baiazethem ſibi occurrentem cepit, & caueæ incluſum, inſtar feræ, ad ludibrium circumduxit: cuius ille calamitatis finem voluntaria ſibi morte quæſiuit.

V. & VI. Baiazethi ſuperſtites fuere filij quinque. Horum quintus *Iſa Zelebis* cùm arripuiſſet imperium, à *Solimano* fratre anno 1403. occiſus eſt.

VII. Solimano poſt ſeptennium ſublato frater eius *Muſa* annis 4. regnauit.

VIII. Hunc frater *Muhamedes* anno 1413. interemit.

IX. *Amurathes* Muhamedis filius, copiis ex Aſia per Helleſpontum traiectis, Theſſalonicam cepit. Vladiſlaum Hungariæ Regem anno 1444. prælio vicit & occidit. Idem contra Ioannem Huniadem & Scanderbegum Epyri Regem bella geſſit. Cuius poſterioris regiam ſedem Croiam dum obſidet, anno 1451. ex mœrore deceſſit.

X. Amurathi filius *Muhamedes II.* ſuffectus Conſtantinopolim anno 1453. expugnauit. Idem & Trapezuntinum imperium euertit, Dauide Comneno capto & pòſt interempto. Præter hæc duo Imperia, & Regna duodecim, vrbes verò amplius ducentas ſubegit. In his Theodoſiam ſeu Caffam Genuenſibus, Corinthum, Lemnon, Mitylenam, & Eubœam Venetis eripuit, & anno 1481. demum viuere deſiit.

XI. Amurathi II. filius *Baiazethes II.* à Prætorianis ſufficitur, natu maiori *Sizimo* antelatus: qui quidem ad Chriſtianos fugiens, in Italia obiit. Is Naupactum, Metonam, Dyrrachium Venetis ademit, & Selimo filio anno 1512. imperium ceſſit.

XII. *Selimus* Ægyptum ſuæ ditioni adiecit, Mammalucorum in ea Sultanum Tommambaiſum anno 1517. apud Cairum ſuſpendio necauit, & an. 1520. deceſſit.

XIII. *Solimanus* Selimi filius Belgradum anno 1521. Rhodum anno 1522. expugnauit: Ludouico Hungariæ Rege cæſo an. 1526. Budam, exinde Albam Regalem, Strigonium aliaque Hungarorum opida occupauit. Viennam in Auſtria an. 1529. ſed fruſtrà obſedit. Eiuſdem auſpiciis Barbaroſſa nobilis pirata Tunetum in Africa expugnauit. Melitam Solimannus an. 1565. ſed irrito conatu tentauit: demum an. 1566. ad Sigethum Hungariæ opidum ferè

Yy octoge-

octogenarius exſpirauit. XIV. *Selimus II.* Cyprum Venetis 1517. ademit. Ad Naupactum memorabili in omne æuum prælio 1573. victus ac fractus, anno ſequente viuere deſiit. XV. & XVI. *Amurathes III.* an. 1595. & *Mahometes III.* an. 1604. obierunt. XVII. *Achmetes* annos 14. regnauit, & an. 1617. deceſſit: cuius filiorum natu maximus *Oſmanus* ætatis annum non niſi 12. tunc agebat. XVIII. Ob id Imperator à Prætorianis ſalutatus eſt *Muſtapha*, Achmetis frater, homo ſtolidus, qui in cella ſolitariam vitam agebat. XIX. Sed eo poſt menſes duos in cuſtodiam retruſo, *Oſmanus*, Achmetis filius, renuntiatur Sultanus. Hic cladem grauiſſimam à Polonis acceptam aſſiduis per id tempus Prætorianorum militum ſeditionibus cùm imputaret, de iis exauctorandis, deque Imperij ſede Damaſcum transferenda deliberare cœpit. Quo eius conſilio patefacto, Prætoriani ab illo deficientes Muſtapham patruum, è cuſtodia retractum, ſalutant Sultanum; Oſmanum verò an. 1622. laqueo præfocant. XX. Sed anno ſequente Muſtapha in cuſtodiam retruſo, *Amurathes*, Oſmani frater, ipſi eſt ſubſtitutus.

1301 Hugoni Epiſc. Leodicenſi, ad Archiepiſcopatum Veſontionenſem tranſlato, Adolfus Waldegius ſufficitur. Philippus Franciæ Rex, cum vxore Ioanna, Nauarræ Regina, ingenti comitatu ac pompa in Flandriam veniens, Duaci, Inſulis, Ipris, Curtraci, Brugis & alibi magno honore excipitur. Tradunt mulierum Brugenſium (nam Brugæ tunc mercatu opibuſque florebant) ſplendorem ac faſtum tunc fuiſſe tantum, vt Regina vrbem ingreſſa diceret indignabunda: *Ego rata ſum ſolam me Reginam, at hic ſexcentas conſpicio.*

1302 Franci apud Curtracum opidum memorabili prælio à Flandris vincuntur ac cæduntur. Ceciderunt ex Francis, *Robertus II.* Arteſiæ Comes, belli dux ſupremus, *Godefridus Brabantinus* Arſchoti & Virſonij dominus, *Ioannes* eius filius, & alij plurimi. Deſcribit hanc pugnam accuratè Villaneus, qui his ipſis temporibus vixit. Ad Robertum Arteſium quod ſpectat; cùm *Robertus*, eius ex Philippo filio nepos, ſupra pag. 338. memoratus, Repræſentationis iure, auo in Comitatu Arteſiæ ſuccedere contenderet, Senatus Pariſienſis *Machtildi*, Philippi ſorori (Rege Philippo Pulchro præſide) ditionis iſtius controuerſæ poſſeſſionem adiudicauit. Præbuit ea res grauiſſimis Galliæ motibus ac bellis occaſionem: præſertim poſtquam diuerſum prorſus, in ſimili Britanniæ minoris cauſſa ac diſceptatione, iudicium ab eo ipſo Senatu (Philippo Valeſio tunc Rege ſententiam primo loco dicente) latum eſſet. Quo quidem factum eſt, vt in Angliam (quò & anteà Robertus Arteſius traiecerat) Ioannes Comes Montfortius profectus, cum Eduardo Rege fœdus Galliæ admodum infeſtum percuſſerit.

1303 Ioannes Iperius Bertinianus in Arteſia Abbas moritur; qui Chronicon ab anno 590. vſque ad an. 1294. ſcripſit: quo ms. vſi fuimus. Bonifacio VIII. Papæ defuncto Benedictus XI. ſubrogatur. Non procul Alcmaria Hollandiæ opido, paullùm vltra mille paſſus, olim ſitam fuiſſe *Veronam*, vetuſtam ac potentem Friſiorum vrbem, cuius in S. Vrſulæ eiuſque ſodalium hiſtoria fit mentio, cognomines inde campi loquuntur. Hanc, ob rebellionem ſæpiùs repetitam, à Ioanne Aueſnio Hannoniæ Hollandiæque Comite iſto anno funditus exciſam fuiſſe, memorant Annales. Vnde & hemiſti-

hemiſtichium notum: ECCE CADIT MATER FRISIÆ. Otho Burg. & Arteſiæ Comes Pariſiis moritur, & in virginum ord. Ciſtercienſis cœnobio, quod Lilium dicitur, apud Melodunum ſepelitur. *Pariſ. & ſup. pag.* 339. Theobaldus F. Theobaldi II. Comitis, Barrenſis fit Epiſcopus Leodicenſis: *ſuprà pag.* 271.

Benedictus XI. Papa VII. Iulij moritur. Ioannes Aueſnius Hannoniæ Hollandiæque Comes decedit, & Valentianis in Dominicanorum templo iuxta patrem conditur: filius eius *Guilielmus Bonus* ſuccedit: *ſuprà pag.* 351. Sartum B. Mariæ, quod eſt monaſterium virginum ord. Ciſtercienſis prope Diſtemium, vulgò *Rotthem* nuncupatum, à Theoderico de Anderane milite fundatur. Ioannes I. Brab. Dux donat Ioanni de Buſco, eremitæ, domum ſuam in ſilua Sonia, in loco dicto *Groenendale* ſitam, ſecundo lapide à Bruxella: quæ cella eremitica poſteà in monaſterium regularium ord. S. Auguſtini eſt conuerſa. *Not. e.* 227. Franciſcus Petrarcha naſcitur. 1304

Clemens V. natione Gallus 5. Iunij eligitur Papa: qui Auenione in Gallia primus ſedem fixit. 1305

Ioannes I. Brab. Dux ſeptem patritiis familiis Bruxellenſibus veteres immunitates ac priuilegia confirmat; ſtatuitque ex iis ſolis magiſtratum quotannis eſſe deligendum: quod hodieque apud Bruxellenſes & Louanienſes obtinet. *Not. eccleſ. Belgij c.* 227. 1306

Domini Mortaniæ & Caſtellani Tornacenſes.

Euerardus dominus Mortaniæ. Caſtel. Torn. 1131.	Ida heres & vxor VValteri Palucelli, domini Aueſnenſis & Aduocati Torn. 1164.	Theodericus do. Mortaniæ d. Alidem F. Balduini II. Co. Han.	Euerardus Radolfus Caſtel. Torn d. Mortaniæ, Abbatiã ord. Præmonſtr. ibi fundauit 1155. obiit 1180.	Balduinus do. Mortaniæ, Caſt. Torn. d. Hildiardẽ, 1190.	Euerardus Radulfus II. 1222 duxit filiam Engelberti d. Angiæ, a. filiam heredẽ Balduini domini Niuelæ.	Ex 1. Arnulfus Caſtell. Torn. do. Mortan. duxit Iolentam F Thomę de Coucy, 1250.	Ioannes Caſt. Torn. do. Mortaniæ 1275.	Maria 1306. Mortaniam, vẽdidit Franco, & obiit ſine lib.
		Nicolaus do. Aueſ.		Richildis vx. Giſelberti d. Aldenardæ, a Walteri Sottegemij.		Ex 2. Radulfus dom. Niuelæ.	Thomas do. de Romeries.	
		Goſuinus Aduocat. Tornac.				Michael.	Arnulfus.	
		Euerardus Ep. Torn.				Rogerus.	Guilielmus d. Eliſabetham dom. Aldenardæ.	Guilielmus do. Alden.; Maria.; Iolenta.
		Petronilla vx. Ioannis I. do. Ciſon.					Balduinus d. Landaſti.	Ioannes de Laodas.
							Mathildis.	
							Eliſabeth.	
							Maria.	

Mortania (*Mortagne*) tertio ferè lapide à Tornaco ſita, hodieque XII. Pares habet, & olim potentes Toparchas habuit. Ex his *Euerardus Radulfus* Abbatiam Canonicorum ord. Præmonſtratenſis, haut procul ab arce Mortanienſi, fundauit, vbi hoc eius epitaphium legitur: *Eurard Radoulx Prince de Montagne, Chaſtelain de Tournay, vray Edifieur de ceſte Egliſe, eſt icy enſeuely en l'an* 1180. Huius pronepos *Arnulfus* ex Iolenta, Thomæ de Coucy filia, octo genuit liberos: de quorum matrimoniis ac prolibus Quercetanus in Hiſt. Drocenſi l. 1. c. 1. fusè tractat. Radulfi neptis *Maria*, Mortaniæ & Harnæ domina, eademque

Caſtellana Tornacenſis, cùm ex Ioanne Brabantino (quem ſuprà an. 1302. in prælio Curtracenſi cecidiſſe diximus) prolem non ſuſcepiſſet, Mortaniam Philippo III. Audaci Fr. Regi 1306. vendidit. Quod ægrè ferens eius patruus *Balduinus*, qui Beatricem Landaſti domiuam duxerat, Mortaniam ad ſe retraxit, & filio ſuo Ioanni de Landas (nam Landaſtenſe cognomen hic ſibi ſuiſque poſteris adſumpſit) moriens tranſſcripſit. Landaſtenſis porrò familiæ ſtemma genealogicum in Not. eccleſ. Belgij c. 143. reperies.

1307 Templarij milites per vniuerſum Franciæ regnum capiuntur, & carceribus mancipantur. *Pariſ.* Siffridi presbyteri Miſnenſis Chronicon finitur. Guilielmus Naldeuici in Hollandia dominus Canonicorum ibidem collegium inſtituit. *Not. eccleſ. Belgij c.* 327.

1308 Albertus Auſtrius Rom. Rex, Ioannis patruelis ſui inſidiis, Kalendis Maij occiditur, Spiræ in choro conditus: *ſuprà pag.* 345. Henricus III. Comes Luxeburgenſis 25. Non. Francofurti Rex Rom. eligitur: *ſup. pag.* 333. Ioannes Duns Scotus, Doctor ſubtilis, ex ordine Minorum, 8. Nou. Coloniæ moritur.

1309 Henricus VII. Rom. Rex Aquiſgrani 6. Ianuarij coronatur.

1310 Hoſpitalarij milites S. Ioannis Ieroſolymitani Rhodum vicinaſque inſulas Turcis eripiunt. *Stero.* Inde dicti ſunt Equites Rhodij, qui nunc Melitenſes, poſt Rhodum à Turcis captam. Ioannes Cæcus Comes Luxeburgenſis, Henrici VII. Imp. filius, cum Eliſabetha Wenceſlai Bohemiæ Regis filia vnica nuptias celebrat. Ex ea Carolum IV. Imp. Bohemiæque Regem ſuſtulit: *ſup. pag.* 333. Henricus Rex in Italiam proficiſcitur, Mediolani coronatur, & Brixiam capit. *Stero. in Chron.*

1311 Brixia capta Henricus VII. Romam tendit: quem impedire conantur Robertus Siciliæ Rex & Vrſini. Viennenſe Conciliū 16. Oct. incohatur. De Terra ſancta recuperanda magnis animis hîc actum eſt. De *Templariis* item decretum, vt eorum nomen & ordo penitus aboleretur. Seuerum nimis decretum fuiſſe, nonnullis viſum eſt. Nec deſunt qui eos à calumnia defendere conantur. Fama tamen frequentior, & ſenſus prope omnium ipſos damnat: etſi veriſimile non ſit ea delicta, de quibus accuſabantur, ſingulos contaminaſſe. Ordinum militarium ſeu Equeſtrium Origines, Antuerpiæ à nobis editas, qui volet, conſulat. In eodem Concilio Viennenſi *Beguardi* item & *Beguinæ* damnati fuerunt. Hoc tamen anathemate nequaquam percuſſas fuiſſe Begginas ſeu Beguinas Belgicas, quæ ab erroribus Beguinarum Alemanniæ alienæ eſſent, Ioannes XXII. Papa, Clementis V. ſucceſſor, declarauit; diplomatibus ad Petrum Cameracenſem 1320. ad Guilielmum Ep. Tornacenſem 1327. & alios ſcriptis. Capitulum *Rat. recta de Relig. dom. in Extrauag.* & Chronicon noſtrum Ciſtertienſe in geſtis anni 1216. conſule.

1312 Theobaldus Ep. Leodicenſis, Henricum VII. Rom. Regem ſecutus, Romæ 13. Maij, moritur. Idem Henricus Romæ à Cardinalibus, Clementis V. Papæ legatis, 29. Iunij conſecratur Imperator. *Stero.* Aurelianenſis Academia in Gallia inſtituitur. Ioannes III. Brab. Dux, Cortenbergæ inter Bruxellam & Louanium, menſe Septembri comitia celebrat: quibus interfuerunt Gerardus Iuliacenſis, Arnoldus Loſſenſis, Comites, Rainoldus Falcoburgi, Florentius Bertoldus Mechliniæ, Gerardus Diſtæ, Raſo Bredæ & Lidekercæ, Gerardus Hornę, Arnoldus Weſemaliç, Arnoldus alter Weſemalius Bergarum

ad

ad Zomam, Gerardus Comes Viandenſis Grimbergę, Walterus Angiæ, Henricus Bertoldus Duffelæ & Gelæ, Guilielmus Cranendonci, Ioannes Wauerę & Dongelbergæ, Gerardus Iaceæ, Guilielmus Rotſelariæ, Ioannes Cudicæ, Ioannes Agimontis & Walhainæ, Domini, & alij plures ex Nobilitate Brabantina. *Not. eccleſ. Belgij c.228.*

Adolfus Marcanus à Clemente V. creatur Leodicenſis Epiſcopus. 1313
Henricus VII. Imp. in agro Senenſi 14. Aug. moritur. *Stero.*

Clemens V. Papa 20. Martij decedit: Sedes annis 2. menſibus 3. vacat. Poſt 14. menſium interregnum, diuiſis bifariam proceribus, alij *Fredericum* Auſtrim, alij *Ludouicum* Bauarum deſignant Regem Romanorum. Fredericus Bonnæ, Ludouicus Aquiſgrani coronatur: *ſup. pag.* 336. & 345. Philippus Pulcher Fr. Rex 29. Nou. moritur: ſuccedit filius eius *Ludouicus X. Hutinus*: quæ vox rixoſum & peruicacem ſignificat. Hic Senatum ſeu Parlamentum, vt vulgò vocant, in regio palatio Lutetiæ collocatum, ordinarium inſtituit. 1314

Heluetij, poſt Romanos è Gallia pulſos, partim Sueuis, partim Burgundis paruerunt, donec à Rudolpho I. Imp. ſubacti & Auſtriacæ familiæ commiſſi ſunt. A qua Præfectos acceperunt ad hoc vſque tempus, quo (certantibus de Imperio Frederico Auſtrio & Lud. Bauaro) Heluetiis inſtituendi Rempublicam occaſio data fuit. Non ferebant illi Præfectorum inſolentiam, qui ſubditorum facilitate per ſcelus abutebantur. Ad hæc dum iidem Præfecti compellere illos ad Frederici Auſtrij partes conantur, ſtudere illi Ludouico Bauaro viſi ſunt, in odium Præfectorum; ex quibus etiam duo trucidati ſunt, tertius ob crudelitatem, cum clientibus & fautoribus, pulſus. Quod indignè ferens Leopoldus Auſtriæ Dux, Frederici Regis frater, exercitum in Suitenſes & Tugios ducit. Quo profligato ad Morgartum, Lud. Bauarus ternas literas ad illos perbenignas dedit. At verò cum Bauarus auxilia contra Auſtrios ipſis infeſtos mittere tardaret, primum fœdus mutui auxilij & amicitiæ *Guilielmus Tellius Vranienſis*, alter *Suitenſis*, tertius *Subſiluanus* menſe Decembri 1315. inierunt. Quod fœdus (ne offenſi Fred. Auſtrium ſequerentur) Lud. Bauarus probauit & confirmauit. Huic poſteà fœderi *Lucerna, Tigurū, Clarona, Tugium, Berna, Friburgum, Solodurum, Baſilea, Schafhuſa* & *Abbatis-Cella* ſeſe adiunxerunt. Atque hi ſunt XIII. Heluetiorum Pagi ſeu Cantones, vt vulgò vocant: quorum ſingulis ſui ſunt magiſtratus; vna verò omnium Reſpublica, quæ momenta rerum in comitiis moderatur, & per legatos decidit. 1315

Lud. Hutinus Fr. Rex 5. Iunij moritur; Clementia vxore grauida relicta, quæ *Ioannem poſthumum* peperit. Sed eo intra dies paucos è viuis ſublato, *Philippus Longus*, Hutini frater (Ioannâ Hutini filiâ iuxta legem Salicam reiectâ) Rex nuncupatus fuit. Oppoſuit ſe Odo IV. Burgundiæ Dux, Ioannæ auunculus, qui iure naturali ac ciuili parentis regnum filiæ deberi contendebat. Rex vt Burgundo ſatisfaceret, *Ioannam* trium filiarum natu maximam illi nuptum dedit, Burgundiæ & Arteſiæ Comitatibus in dotem attributis: *ſuprà pag.* 249. & 339. Ioannes XXII. Gallus, Caturcenſis, 7. Auguſti creatur Papa. 1316

Septimus Clementinarum liber à Ioanne XXII. Papa editur. Textores panni Hallas Louanij exſtruere incipiunt: vt duplex inſcriptio parietibus inſerta docet. Eæ nunc ſunt Athenęum, in quibus Theologia, Iuriſprudentia & Medicina publicè docentur. 1317

1318 Ordo militum Chriſti in Luſitania à Dionyſio Rege inſtituitur, quibus Templariorum prædia ſunt attributa.

1319 Robertus Betunius Flandriæ Comes menſe Maio Lutetiam ſe confert; Ioanne XXII. Papa vrgente.

1320 Rob. Betunius Lutetiæ exiſtens pacem cum Francis init; pactis inter Ludouicum, Roberti nepotem, & Margaritam Regis filiam nuptiis, & Gallo-Flandria in poteſtate Francorum relicta.

1321 Ioannes Comes Namurcenſis 3. Aug. Haſbaniam vaſtat.

1322 Philippus Longus Fr. Rex 6. Ian. moritur: quem frater eius Carolus excepit. Robertus Betunius Flandriæ Comes decedit: in eius locum ſuccedit *Ludouicus* nepos, Ludouici Pariſiis anteà defuncti filius, qui nunc *Creſſius*, à cædis loco, nunc *Niuernenſis*, à Niuernio patris titulo, nuncupatur. Huc ſpectat Caroli Francorum Regis diploma, hoc ipſo anno ſcriptum, quod in Not. eccleſ. Belgij c. 228. produxi. In Camberonenſi Ciſtertienſium monachorum cœnobio, apud Atbum Hannoniæ opidum, Iudæus quidam impius, Guilielmus nomine, cùm imaginem Deiparæ haſta ſeu telo violaſſet, ſanguis ex ea confeſtim effluxit: vt Ioannes Becanus in Epiſcoporum Vltraiectenſium Comitumque Hollandiæ hiſtoria narrat. Similia leguntur apud Ioan. Damaſcenum, alioſque veteres ac fidos ſcriptores. Memoriale hiſtoriarum à *Ioanne Pariſio*, Canonico regulari Lutetiæ ad S. Victorem, conſcriptum & ab alio quopiam auctum hîc deſinit: quod manu exaratum olim ea in vrbe legimus.

1323 Fredericus Auſtrius Rom. Rex ab æmulo ſuo Lud. Bauaro 29. Sept. prælio vincitur & capitur; fuitque triennio in cuſtodia. Iudæi, ob ſuſpicionem veneni in puteos ſparſi, ex vniuerſo Franciæ regno prorſus pelluntur.

1324 Dominicani comitia generalia ſui ordinis Atrebati celebrant: ac tunc eiuſdem ordinis moniales ex Inſulenſi cœnobio, quod Abbatiolam vocant, Atrebatum ſunt euocatæ, ad perficiendum monaſterium in Thieuloia, à Mathilde Arteſiorum Comitiſſa incohatum.

1325 Dionyſius Luſitaniæ Rex moritur. Eius vidua S. Eliſabetha ad vndecimum annum ſuperuixit, & 1336. ad Superos migrauit.

1326 Pruſam Bithyniæ mitropolim ab Othomano I. Imp. Turcico occupatam fuiſſe, Leonclauius tradit: fuitque illius imperij ſedes vſque ad Hadrianopolim captam.

1327 Lud. Bauarus, in Italiam à Gibellinis euocatus, Mediolani die Epiphaniæ coronatur.

1328 Carolus Pulcher Fr. Rex, menſe Decembri exeunte, moritur. Cumque nullus ex Philippi Pulchri ſtirpe ſupereſſet, *Philippus Valeſius*, Caroli Valeſij (qui Philippi Pulchri frater erat) ex Salica lege ſucceſſit; fruſtrà obſiſtentibus Anglis, quorum Rex Eduardus III. Iſabella Philippi Pulchri filia genitus, regnum ſibi vindicare conabatur. Quæ contentio Francos & Anglos longo bello maximiſque calamitatibus inuoluit. Hac de cauſſa Reges Angliæ titulum atque inſignia regni Gallici ſibi ſumpſerunt, hodieque ſumunt: & adhuc ſub iudice litem eſſe volunt.

1329 Lud. Bauarus Romam intrat, & 17. Ian. à populo Imperator ſalutatus, Petrum Corbarienſem, ex ordine Franciſcanorum, creat Antipapam, qui Nicolai V. nomen ſibi adſumpſit. Inter hæc feruebat Italia ciuilibus diſcordiis, paſſimque dominatum per vrbes viri principes occupabant: quibus deinde Benedictus XII. Papa fauit, vt

eorum

eorum contra Lud. Bauarum parata haberet auxilia. Sic *Scaligeri* Veronæ, *Eſtenſes* Ferrariæ, *Gonzaga* ſedem Mantuæ fixerunt. Iiſdem ferè temporibus & Vicecomites ſuas Mediolani res firmarunt.

His temporibus in Gallia de Eccleſiaſtica iuriſdictione magnopere certatum eſt; hinc *Petro Cunerio*, qui Regius in Senatu Pariſienſi Aduocatus erat, Regum iura contra Clericos aſſerente; inde *Petro Bertrando* Ep. Auguſtodunenſi, poſteà Cardinale, partes Clericorum propugnante. Poſt longam altercationem Rex ipſe Philippus cauſſam Clericis 1329. adiudicauit, illo ipſo die quo S. Thomas Cantuarienſis, pro Eccleſiaſtica tuenda libertate, occubuerat. Ex eo Philippus *Catholici* cognomen apud ſuos obtinuit. Bertrandi contra Cunerium, pro Eccleſiaſtica iuriſdictione, liber in Bibliotheca veterùm Patrum exſtat. 1329

Frederico Auſtrio 13. Ian. defuncto, Lud. Bauarus ſolus imperium retinet. Nicolaus Antipapa Ioanni XXII. Papæ ſe ſubmittit, & Lud. Bauarus ex Italia in Bauariam redit. 1330

Ioannes Bohemiæ Rex in Italiam tranſgreſſus, Brixiam, Bergomum, Lucam, Parmam, Regium, Mutinam aliaque opida ſubigit. 1331

Ioannes III. Brab. Dux à Ioanne XXII. Papa poſtulat Epiſcopatum in ſua prouincia inſtitui; ſed fruſtrà: vt tradit Ioan. Hocſemius in Geſtis Epiſcoporum Leodicenſium. 1332

Mechlinia ab Adolfo Marcano Ep. Leodicenſi & cathedrali Canonicorum collegio 14. Iulij venditur Ludouico Creſſio Comiti Flandriæ: *ſuprà pag.* 315. 1333

Apud Leodicenſes anni initium à die Natali Chriſti deinceps inchoandum decreuit Adolfus Marcanus Epiſcopus, cùm hactenus à vigilia Paſchæ annum inchoaſſent; vt Hocſemius tradit. Philippus Audax Burgundiæ Dux naſcitur. Hinc Pontus Heuterus ſuos rerum Burgundicarum ac Belgicarum commentarios exorditur; veterum Burgundionum rebus geſtis breuiter repetitis. Ioannes XXII. Papa 4. Decembris moritur. 1334

Benedictus XII. Toloſanus, ex ordine Ciſtertienſi, 5. Ianuarij conſecratur Papa. 1335

Ludouicus Loſſenſis & Chiniacenſis Comes ſine prole maſcula moritur. Poſt eius obitum contentio fuit de Comitatu Loſſenſi inter Epiſcopum Leodicenſem & Dominos Heinsbergæ: vt ſuprà pag. 292. explicui. Bellum difficile & longum inter Eduardum III. Angliæ & Philippum Valeſium Franciæ Reges exſurgit; Roberto Arteſio ad Anglum deficiente, quòd Philippi & Senatus Pariſienſis ſententiâ à Comitatu Arteſiæ contra ius excluſum ſe diceret: *ſuprà pagina* 339. 1336

Henricus Comes Lodenſis in ditione Mediolanenſi, Guidonis Flandriæ Comitis filius, moritur; Brugis apud Franciſcanos ſepultus: *ſuprà pagina* 350. 1337

Eduardus III. Angliæ Rex regnum Franciæ, materno ſibi, vt aiebat, iure debitum à Philippo Valeſio repetens, Antuerpiam cum 350. nauibus ſub finem menſis Iulij appellit, & cum Ludouico Bauaro aliiſque Germaniæ principibus fœdus init. Antuerpia digreſſus, in arce Louanienſi hiemat. Cellenſe Canonicorũ S. Hadelini collegium transfertur Viſetum, quod eſt opidũ ditionis Leodicenſis ad Moſam. Guilielmus Duvenvordius Oiſterhouti dominus floret; qui Cartuſiam prope Montem S. Gertrudis, & Bruxellenſe Clariſſarum monaſterium 1338

naſterium ad muros vrbis fundauit ac dotauit. Quo à Caluinianis euerſo, monialibus 1585. attributa eſt domus Fratrum vitæ communis, à Gerardo Magno inſtitutorum, haut procul à baſilica parochiali S.Gaugerici.

1339 Eduardus Angliæ Rex à Lod. Bauaro creatus Imperij Vicarius, inſtituta aduerſus Francos expeditione, Cameracum obſidet. Comitati ſunt eum Ioannes III. Brabantiæ, Rainaldus Gelriæ, Duces, Guilielmus Hannoniæ Hollandiæque Comes, eiuſque patruus Guilielmus Bellomontanus, Guilielmus Iuliacenſis, Adolfus Montenſis, Rainaldus Falcoburgenſis, aliique Comites ac proceres. Sed deſperata expugnatione, ceteris domum reuerſis, Eduardus Antuerpiam rediit; qua in vrbe vxor eius Philippa, Guilielmi Hannonij filia, peperit *Leonellum* Ducem Clarentiæ, cognomento Antuerpianum. Lud. Bauarus Bergenſem tractus Rhenani prouinciam, itemque Gelriam Ducatus titulo, Iuliacenſem verò ditionem Marchionatus dignitate nobilitat. *Not. c.* 229. Pactum initur inter Ioannem III. Brab. Ducem & Ludouicum Creſſium Flandriæ Comitem: quod Otho Cuickæ, Guilielmus Hornæ & Gasbecæ, Thomas Diſtenſis Zelemi, Guilielmus Weſemaliæ, Guilielmus Duvenvordius Oiſterhouti, Ioannes Roſſelariæ, Ioannes Loſſenſis Agimontis & Walhainæ, Henricus Bertoldus Duffelæ, Ioannes Sombreffæ, Guilielmus Boxtellæ, Ioannes Cudicenſis Hochſtrati, Ludouicus Dipenbecæ, Theodericus Walicurtis & Aa, Lud. Berlarius Helmondæ, Domini; Ioannes Leſdalius Burgrauius Bruxellenſis, Gerardus Vorſlarius Burgrauius Geldonienſis, Ioannes Immerſelius, Ioannes Sconhouius, Carolus Riueſius, pro parte Ducis Brabantiæ ſiguarunt. Pro altera parte Henricus Flandrenſis Ninouiæ, Philippus Axellæ, Simon de Mirabel Piereweſij, Gerardus Raſſegemij & Lenſij, Raſo & Arnoldus Gauerenſes, Ioannes Gruthuſæ, Rogerius Lichterveldæ, Domini, & alij ex Nobilitate Flandrenſi ſuis ſigillis idem pactum firmarunt. *Not. c.* 229.

1340 Wernerus dominus de Merode in agro Iuliacenſi monaſterium fratrum S. Crucis in Swarzembroich fundat ac dotat. Merodiæ familiæ ſtemma in Donationibus Belgicis l. 1. c. 142. deſcripſi.

1341 Nicephorus Gregoras hiſtoriam ſuam Byzantinam rebus hoc tempore geſtis & à ſe viſis claudit. Ludouicus Borbonij Dux primus, S. Ludouici Regis ex filio nepos, moritur Lutetiæ apud Franciſcanos conditus.

1342 Benedictus XII. Papa moritur: Clemens VI. anteà Epiſcopus Atrebatenſis, tunc Rotomagenſis, ſufficitur. Amadeo V. Sabaudiæ Comiti filius Amadeus VI. anno ætatis 9. ſuccedit. Roberto Siciliæ Rege mortuo, Principatus Pedemontanus, qui Roberto paruerat, pro maiori parte in Amadei huius, & Iacobi Sabaudi Moreæ Principis poteſtatem conceſſit.

1343 Robertus Neapolitanorum Rex & Prouinciæ Comes 19. Ian. moritur, litterarum ſtudiis & amore clariſſimus. Eius vox illa laudatur: *Dulciores ſibi litteras regno eſſe, & ſi altero carendum ſit, aquanimiùs ſe diademate quàm litteris cariturum.* Vide Petrarcham l. 2. rerum memorandarum, & alibi. Roberto in ditionibus ſucceſſit *Ioanna*, eius ex Carolo Calabriæ Duce defuncto neptis, Andreæ, Caroli Hungariæ Regis filio, nupta. Quo apud Auerſam, iuſſu coniugis, an. 1345. ſtrangulato, nupſit ipſa Ludouico Tarentinorum Principi, Philippi, qui Roberti Regis frater fuit, filio. Quod quidem ob facinus à Ludouico

doúico Hungariæ Rege, Andreæ fratre, regno 1348.pulſa, inde in Prouinciam, quæ iuris ipſius erat, ſe recepit. Ab hac Ioanna Clemens VI. Papa *Auenionem* emit, ipſamque, pactis cum Hungaro editis, Neapolitano regno reſtituit.

Adolfus Marcanus Ep. Leodicenſis 3. Nou. moritur: cui anno ſequenti ſucceſſit Engelbertus, fratris filius. Franci ad Sluſam Flandriæ opidū 23.Iunij ab Anglis & Flādris nauali certamine vincuntur. 1344

Guilielmus II. Hannoniæ Hollandiæque Comes, commiſſo cum Friſiis prælio, 26. Sept. interficitur. Succedit ſoror eius *Margarita*, Lud. Bauari coniux: quæ mox filium ſuum *Guilielmum Furioſum* iſtis ditionibus præfecit: *ſup.pag.*352. Amſtelodami in Hollandia, feria 3. ante feſtum Palmarum, ſacra Hoſtia mediis in flammis illæſa perſiſtit: cuius miraculi hiſtoria apud Surium to. 8. legitur. Guilielmus Duvenvordius, Dongenæ dominus, Bruxellenſe monaſterium Clariſſarum, à patre ſuo Guilielmo fundatum dotat; tabulis Mechliniæ datis, quæ in Donationibus Belgicis l.1.c.131. exſtant. 1345

Hic annus nobilis fuit prælio Creſſiacenſi in agro Pontino, inter Philippum Francum & Eduardum Anglum Reges 26.Aug. commiſſo. Ceciderunt illa in pugna 30. ampliùs hominum millia, teſte Froſſardo; in his Ioannes Bohemiæ Rex, Radulfus Lotharingiæ Dux, Carolus Alenzonius Philippi Regis frater, Ludouicus Flandriæ Comes, inde Creſſius dictus, aliique proceres plurimi. Eduardus Rex victor, tertio poſt prælium die, Caletum opidum munitiſſimum, vnde eſt breuiſſimus è Gallia in Angliam traiectus, obſidere cœpit. Viuente adhuc Lud. Bauaro, ſed ſacris excluſo, CAROLVS IV. eligitur Rex Romanorum: *ſup.pag.*332. Heidelbergenſis Academia à Ruperto II. Comite Palatino Rheni excitatur: alij id ad an.1387. referūt. 1346

Eduardus III Angliæ Rex Caletum fame exhauſtum, vndecimo obſidionis menſe, expugnat. Paruit id Anglo 212. ferè annis, donec Franciſcus Guiſiæ Dux an.1559. illud Franco recuperauit. In iſtis porrò rerum anguſtiis, dum Caleti obſidio trahitur, Philippus Rex vexillum ex auro & purpura compoſitum, cui *Flammula* nomen erat (quod non niſi difficillimis temporibus fieri ſolebat) è templo ac monaſterio S. Dionyſij eduxit, atque equitū millia 10. peditū 30. verſus Caletum duxit; nec tamen obſidionem ſoluere potuit. Lud. Bauarus à venatione rediens, apoplexia corripitur, & equo lapſus paulò pòſt 11. Oct. moritur, Monachij ſepultus. Ioannis Villanei Annales Florentini hìc deſinunt, quos frater eius Matthęus continuauit. Horſtenſe Canonicum collegium Ioannes Arkelius Ep. Vltraiectenſis fundat. 1347

Ludouicus Rex Neapolitanus, eiuſque vxor Ioanna, ab Hungariæ Rege aduentante ſibi metuentes, menſe Ianuario ex Italia in Galliam fugiunt. Hoc ipſo anno aut ſequenti Ioanna *Auenionem* & *Comitatum Venaxinum* Clementi VI. Papæ, tricies mille Florenis aureis, vendidit; vt Matth. Villaneus l. 1. Annalium refert. Ioannes Hocſemius, Leodici ad S.Lambertum Canonicus, ab an. 1246. vſque ad hunc annum hiſtoriam Epp. Leodicenſium deduxit. 1348

Humbertus Viennæ Delphinus, amiſſa vxore & vnico filio, prouinciam ſuam Viennenſem Philippo Fr. Regi vendit; ea inter ceteras lege, vt Regis filius titulum atque inſignia Delphini retineret. Humbertus autem monaſticen inter Dominicanos profeſſus, poſtremò Patriarcha Alexandrinus à Clemente Papa nominatus, 1355. deceſſit: cuius tumulū Lutetiæ in templo Dominicanorū aliquando vidimus. 1349

1350 Philippus Valeſius Fr. Rex menſe Auguſto moritur: filius eius *Ioannes* ſuccedit. Rudolfus Comes Giſnenſis in carcere decapitatur. Giſuenſis arx ab Anglis capitur. Eduardus III. Angliæ Rex ordinem Equitum *Garteriorum*, S. Georgio ſacrum, inſtituit; ſic dictum à faſciola ſeu periſcelide (Anglis *Garter*) in prælij, quod feliciter ceſſerat, teſſeram ab eodem Rege data: vt Guil. Camdenus refert. Vulgò tamen creditur ſic dictum à faſciola heroidis Salberienſis, è tibia caſu lapſa, protinuſque à Rege Eduardo peramanter collecta. Pro qua vulgi opinione facere videtur & emblema equeſtri faſciolæ inſcribi ſolitum, *Hony ſoit qui mal y penſe*. Iiſdem ferè temporibus Amadeus VI. Sabaudiæ Comes Equitum *Annuntiationis Angelicæ* collegium excitauit: vt in Originibus noſtris Equeſtribus fuſiùs explicui.

1351 Ioannes Fr. Rex ordini Equitum *Stellatorum*, apud fanum S. Audoëni in agro Pariſienſi, ſub hunc ferè annum initia dedit. Walterus Halewini in Flandria dominus, cum fratre, ſecuri percutitur, ſententia Gandenſium, Brugenſium & Iprenſium.

1352 Clementi VI. Auenione defuncto Innocentius VI. Lemonicenſis ſucceſſor datur.

1353 Ioannes Taulerus patria Colonienſis, ord. Prædicatorum, floret.

1354 Balduinus Ar. Treuerenſis, Henrici VII. Imp. frater, moritur: *ſup. pag.* 332. Wenceſlaus ex Comite Dux I. Luxeburgenſis à fratre ſuo Carolo IV. Imp. creatur. *Not. c.*236. *& ſuprà pag.* 333.

1355 Carolus IV. Romæ à duobus Cardinalibus, Innocentij VI. legatis, coronatur Imperator.

Domini Teneramondæ ex familia Flandrenſi Dampetræa.

I. GVIDO Dampetræus Flandriæ Comes ex priore ſua coniuge *Mathilde*, Roberti Betuniæ & Teneræmondæ domini filia herede, inter alios liberos ſuſtulit *Robertum Betunium* Fl. Comitem, & *Guilielmum* Teneræmondæ ac Creueceurij dominum; vt ſuprà pag. 350. dixi. II. GVILIELMVS duxit N. filiam Radulfi Neſlæ domini Franciæque Comeſtabilis, in prælio Cortracenſi 1302. cæſi, & ex ea genuit *Guilielmum II. & Ioannem*, Teneræmondæ dominos ex ordine. III. GVILIELMVS II. Teneræmondæ & Neſlæ dominus ſibi iunxit *Mariam* Viandenſem, ſed ex ea prolem non tulit. Maria verò poſteà Engelramo de Coucy, Vicecomiti Meldenſi, in manum conuenit. IV. IOANNES, Guilielmi II. frater & ſucceſſor, ex *Beatrice* de Chaſtillon, aliàs S. Paul, Mariam procreauit. V. MARIA cùm ex Engelramo Amboſiæ domino non niſi filias genuiſſet, anno 1355. Teneræmondam Ioanni Franciæ Regi, ad vſum Lud. Malani Flandriæ Comitis, vendidit. De antiquis Teneræmondæ dominis ſuprà pag. 342. egimus.

1356 Ioannes Fr. Rex cum Eduardo Walliæ Principe, Eduardi III. Regis filio, in Pictonibus acie ſuperatus captuſque, in Angliam abducitur, cum Philippo filio; poſt annos demùm quattuor, pace compoſita dimiſſus. Carolus IV. Imp. Bullam auream, vt vocant, varias Imperij leges continentem, Noribergæ in comitiis 10. Ian. euulgat. Guilielmus VI. ex Marchione Iuliacenſi Dux primus à Carolo IV. Imp. Metis exiſtente creatur: *ſuprà pag.* 346.

Duces Iuliacenſes, Montenſes & Cliuenſes.

- Guilielmus VI. an. 1339. Marchio Iul. 1356. Dux creatus d. Ioannam F. Guilielmi Boni Co. Han. & Hol. obiit 1360.
  - Guilielmus VII. Dux Iul. d. Mariam F. Rainaldi II. Ducis Gelr. 1388.
    - Guilielmus VIII. Dux Iul. & Gelr. ob. 1402.
    - Rainaldus Dux ob. ſ.l. 1423.
    - Ioanna vx. Ioannis do. de Arkel.
      - Guilielmus de Arkel ob. ſine lib. 1417. ante patrem.
      - Maria vx. Ioannis do. Egmondæ.
        - Arnoldus Egmondanus Dux Gelriæ.
          - Adolfus Dux Gelr.
            - Carolus Dux ob. ſ.lib. 1538.
        - Guilielmus dom. Egmondæ.
          - Ioannes Comes Egmondæ.
            - Ioannes, ſuprà pag. 304.
  - Gerardus de Iuliaco d. Margaritam Comitiſſam Mont. & Rauensb. ob. 1360.
    - Guilielmus Dux I. Mont.
      - Adolfus Dux Mõt. & Iul.
        - Rupertus ob. ante patrem ſine lib.
      - Guilielmus.
        - Gerardus Dux Iul. & Mont.
          - Guilielmus Dux.
            - Maria Duciſſa Iul. Mont. Comitiſſa Rauenſ. vx. Ioannis III. Ducis Cliuenſ.
          - Rainaldus.
    - Margarita vxor Adolfi III. Co. Marcani.
      - Adolfus Co. Marcanus Dux I. Cliu.
        - Ioannes Dux Cliu. obiit 1481.
          - Ioannes II. Dux Cliuenſ. ob. 1521.
            - Ioannes III. Dux Cliuenſ. obiit 1535.

Comites Marcani, ex fide veterum diplomatum.

I. Arnoldvs Comes Marcanus fœdus inter Brabantos & Colonienſes 1203. ſancitum ſignauit: *Not. eccleſ. Belgij c.* 184. II. Adolfvs Henrici VII. Rom. Regis diploma 1222. firmauit: *Not. c.* 196. III. Engelbertvs ex Cunegunda *Euerardum, Agnetem* & alias filias duas genuit; & viuere 1277. deſiit. IV. Everardvs in prælio Woringano pro Ioanne I. Brab. Duce ſtetit. Duxit 1293. *Ermengardem*, Adolfi Comitis Montenſis filiam; ex eaque ſuſtulit *Engelbertum* Comitem Marcanum, *Adolfum* Ep. Leodicenſem, *Conradum, Catharinam* monialem & *Cunegundim*. V. Engelbertvs ex priore coniuge N. Weſemalia *Adolfum II.* Comitem Marcanum, *Engelbertum* Ep. Leodicenſem, & *Adelheidem* procreauit. Ex poſteriore, *Machtilde* domini Arenbergenſis ac Burgrauij Colonienſis filia vnica, *Euerardum* Arenbergæ Dominum, an. 1387. defunctum; Euerardus *Ioannem* & *Euerardum*; Euerardus *Ioannem* Arenbergium & *Ludouicum* Rupefortium; Ioannes *Euerardum* Arenbergium, *Robertum* Sedanenſem & *Guilielmum* Lumæum genuit. Horum poſteritatem apud Pontum Heuterum reperies in Genealogiis à Plantino editis.

VI. Adolfvs II. Comes Marcanus ex Maria, Theoderici Comitis Cliuenſis filia herede, tulit *Engelbertum* & *Adolfum* Marcanos ex ordine Comites, *Theodericum* & *Euerardum*. VII. Engelbertvs vnicam reliquit filiam *Eliſabetham*, (ſi Heutero credimus) Ioanni Comiti Naſſouio nuptam. Quo ſine prole defuncto, frater eius Adolfvs III. (qui primò Monaſterienſis, pòſt Colonienſis Antiſtes nominatus fuerat) Marcanum paterno, & Cliuenſem Comitatum iure materno poſſedit. Is Margaritam Gerardi Iuliacenſis filiam, Guilielmi Ducis primi Iuliacenſis neptem, ſibi iunxit, & ex ea reliquit *Adolfum* Ducem I. Cliuenſem 1417. à Sigiſmundo Imp. creatum, & *Theodericum*. Reliquos liberos Heuterus loco cit. recitat.

VIII. Adolfvs Dux I. Cliuenſis, idemque Comes Marcanus, ex *Maria* Ioannis Intrepidi Burgundiæ Ducis filia liberos 10. genuit,

nuit, in his *Ioannem* Ducem Cliuenſem & *Adolfum*Raueſtenij dominum, Philippi patrem. IX. IOANNES, ex Iſabella Philippi Valeſij Comitis Niuernenſis & Rethelenſis herede, *Ioannem II.* Ducem Cliuenſem, & *Engelbertum* Ducem I. Niuernenſem à Ludouico XII. Fr. Rege nominatum protulit. Hieroſolymam 1450. profectus, demum 1481. deceſſit. X. IOANNES II. ex Machtilde Henrici Haſſiæ Lantgrauij filia multorum liberorum pater, 1521. obiit. XI. IOANNES III. Ioannis II. primogenitus, Dux Cliuenſis & Comes Marcanus, duxit *Mariam* Guilielmi Ducis Iuliacenſis ac Montenſis, Comitis item Rauensbergenſis filiam heredem; an. 1539. defunctus. XII. GVILIELMVS Dux Iuliacenſis, Cliuenſis & Montenſis, Comes Marcanus & Rauensbergenſis, Dominus Raueſtenij, ex Maria Ferdinandi I. Imp. filia, genuit *Carolum Fredericum* qui Romæ cælebs 1575. obiit, *Ioannem Guilielmum*, *Mariam Eleonoram* Alberto Brandeburgio Pruſſiæ Duci, *Annam* Philippo Ludouico Neoburgico, *Magdalenam* Ioanni Duci Bipontino, & *Sibyllam* Marchioni Burgauio, nuptas. XIV. IOANNES GVILIELMVS, non relictis ex Antonia Lotharinga liberis, 1609. deceſſit. Ceterùm exſtat vetus Chronicon Comitum Marcanorum, quod Leuoldus Northouius vſque ad an. 1358. deduxit, quo & vixit. De vetuſtis Comitibus Montenſibus nos in Not. c. 215. egimus.

- Engelbertus Euerardi F. Co. Marcanus d. N. Weſemaliã, 2. Mathildem dominã Arenbergæ, obiit 1327.
  - Ex 1. Adolfus Co. Marcanus dux Mariam F. heredẽ Theoderici Com. Cliu. ob. 1343.
    - Engelbertus.
    - Adolfus Co. Marcanus & Cliuenſis dux. Margaritam Iuliacenſem.
      - Adolfus Dux I. Cliuenſis 1417. Co. Marcanus ob. 1443. aut 1445.
        - Ioannes Dux Cliu. Comes Marcan.
          - Ioannes II.
            - Ioannes III. Dux Cliu.
              - Guilielmus Dux Iul. Cliu. Mont.
          - Engelbertus Niuer.
        - Adolfus do. Raueſtenij.
          - Philippus do. Raueſtenij ſine liberis.
      - Theodericus.
    - Theodericus.
    - Euerardus.
  - Engelbertus Ep. Leod.
  - Ex 2. Euerardus dom. Arenbergæ obiit 1387.
    - Ioannes.
    - Euerardus do. Arenbergæ.
      - Ioannes do. Arenbergæ.
        - Euerardus dom. Arenb.
          - Robertus.
            - Robertus II.
              - Margarita vxor Ioannis de Ligne.
        - Robertus dom. Sedani.
          - Robertus II.
            - Robertus III.
          - Erardus Card.
        - Guilielmus Lumæus.
          - Ioannes.
            - Ioannes II.
              - Philippus.
- Adolfus Ep. Leodienſ.

1357 Pomerium vrbis Louanienſis profertur: opus omne biennio perfectum. Magnum ſanè argumentum potentiæ opumque veterum ciuium Louanienſium. Robertus ex Comite Dux primus Barrenſis à Ioanne Francorum Rege ſub hoc tempus creatur: ſuprà pag. 271.

1358 Leuoldus Northouius Abbas Viſetenſis floret, qui ad Engelbertum Comitem Marcanum ſcripſit Latinè *Chronicon Comitum Marcanorum*, quod in geſtis huius anni definit.

1359 Sub hoc ferè tempus S. Birgitta, regio genere apud Suecos nata, ordinem ſuum monaſticum inſtituit.

1360 Ioannes Fr. Rex, numeratis Florenorum ſexies centenis millibus, & dimiſſa Anglis Aquitaniæ poſſeſſione, ex Anglica cuſtodia domum redit: vt Froſſardus & Valſingamus narrant.

Philippus

Philippus Burgundiæ Dux, idemque alterius Burgundiæ atque Arteſiæ Comes, ſine liberis moritur: *ſup. pag.* 338. In Ducatu ſucceſſit *Ioannes* Fr. Rex, ex Ioanna Odonis Ducis ſorore, Philippi Ducis amita natus. Burgundiæ verò atque Arteſiæ Comitatum Margarita, Philippi Longi Fr. Regis filia, Ludouici Creſſij Flandriæ Comitis tunc vidua, Lud. Malani mater, obtinuit: *ſup. pag.* 340. 1361

Innocentio VI. Papa Auenione mortuo, eligitur Vrbanus V. Mimatenſis Gallus. 1362

Ioannes Galliæ Rex filium ſuum quartò genitum *Philippum* cognomento *Audacem* creat Burgundiæ Ducem; tabulis 6. Sept. datis, quæ in noſtro Codice Donationum piarum exſtant. 1363

Ioannes Fr. Rex in Britanniam, ad fœdus cum Eduardo Rege ſanciendum, traiiciens, Londini 8. Aprilis moritur. Filios reliquit *Carolum V.* in regno ſucceſſorem, *Ludouicum* Andium & Cenomanorum Comitem, *Ioannem* Biturigum & *Philippum* Burgundiæ, Duces. Simul ac potitus eſt regno, donationem Ducatus Burgundiæ, Philippo fratri à Ioanne patre factam laudauit; diplomate in arce Rupela apud Pariſios dato. 1364

Hoc anno aut ſuperiore in Hiſpania ordo monachorum S. Hieronymi eſt inſtitutus. 1365

Ioannes de Arkel Ep. Leodicenſis Siluæducenſem eccleſiam in collegiatam Canonicorum erigit. 1366

Ioannes Maudevillus Anglus, profeſſione Medicus, toto penè orbe luſtrato, Leodici moritur, & apud Guilielmitas ſepelitur. 1367

Machtildis Caſtellani Duacenſis vidua ipſam Caſtellaniam Senatui Duacenſi vendit. 1368

Philippus Audax Burg. Dux cum Margarita, Lud. Malani Flandriæ Comitis filia herede, Gandani matrimonium contrahit. Vnde is poſteà, mortuo ſocero, dotalem Flandriam, cum Arteſia & Burgundiæ Comitatu, 1384. eſt adeptus. Bruxellæ à Iudæis ſacræ Hoſtiæ cultro violantur: ex quibus ſanguis miraculosè profluxit. Wenceſlaus Brab. & Luxeburgi Dux ſceleris auctores ignibus addixit; alios illius ſectæ homines Brabantia expulit. 1369

Vrbano V. Papa 19. Dec. Auenione defuncto, Gregorius XI. Lemonicenſis ſucceſſit. 1370

Petro de Lezignem (quod eſt opidum in Pictonibus) Cypri Regi ſuccedit Petrinus filius. Quo ſine liberis defuncto, ſuffectus eſt patruus eius Iacobus; huic filius Genuus, aliàs Ianus, ſic dictus quòd Genuæ natus eſſet. Iani filius ac ſucceſſor Ioannes ex Helena Palæologa genuit Carolottam Cypri Reginam, Romæ 1487. ſine liberis defunctam. Carolotta porrò fratrem habuit naturalem Iacobum, ordine Subdiaconum; qui excluſa Carolotta regnum Cypri occupauit, & Catharinam Cornaram, à Republica Veneta adoptatam, contra ſacros Canones ſibi iunxit. Ex ea filium ſuſtulit, qui infans obiit. Catharina autem ius omne ſuum Reip. Venetæ ceſſit; ſecluſo Ludonico Sabaudiæ Duce (qui Annam Ioannis Regis ſuprà memorati ſororem duxerat) eiuſque poſteris. Exſtat his de rebus liber Auguſtæ Taurinorum 1633. editus. 1371

Cortenbergæ à Wenceſlao Brab. & Luceburgi Duce comitia celebrantur: quibus interfuerunt Guilielmus Namurci Comes, eiuſque fratres Guilielmus, Robertus & Ludouicus, Walrauus Falcoburgius Sittardi, Theodericus Hornanus Peruefij & Duffelæ, Suederus 1372

derus Abcoudæ & Gasbecæ, Ioannes Polanæ, Leccæ & Bredæ, Ioannes de Aa Grimbergæ & Gruthuſæ, Ioannes Witthami, Ioannes Loſſenſis Agimontis & Walhainæ, Ioannes Cranendonci, Ioannes Cudicæ, Ioannes Megemi, Ioannes Berlarius Helmondæ, Ioannes Heuerleæ, Guilielmus Boxtellæ & Waverę, Ioannes Rotſelariæ, Ludouicus Haricurię & Arſchoti, Henricus Diſtæ, Robertus Rumeſtę, Guilielmus Weſemaliæ, Ioannes Peterſemij, Henricus Bergarum ad Zomam, Ioannes Sombreffæ, Oſto Traſiniaci, Ioannes Grimbergius Aſcę, Franco de Halen Lilloę, Ioannes Glimeſij, Ludouicus Dongelbergæ, Domini; Ioannes de Bouchout Burgrauius Bruxellenſis, Gerardus Vorſſelarius Burgrauius Geldonienſis, Ioannes & Carolus Immerſelij fratres, Conſtantinus Berchemius, Ioannes Ranſtius & alij plures ex Nobilitate Brabantina. *Not. c.* 230.

1373 S. Birgitta vidua regiis in Suecia natalibus orta, poſt varias peregrinationes ſacras, Romæ ſeptuagenaria in Domino obdormit, à Bonifacio IX. Diuis anno 1391. adſcripta, & ex Vrbe in Sueciam ad Waſtzenenſe monaſterium, à ſe fundatum, pòſt tranſlata. Ioannes dominus de Arkel Gorcomienſe 14. Canonicorum collegium fundat ac dotat; patruo Ioanne Ep. Leodicenſi adiutante.

1374 Franciſcus Petrarcha moritur.

1375 Viluordiæ, ſecundo milliari à Bruxella, Wenceſlaus Brabantiæ & & Luxeburgi Dux arcem exſtruere cœpit; quæ nobilium apud Brabantos virorum, ſi quid commiſiſſent, poſteà carcer fuit; vt apud Flandros arx Rupelmondana. Ioannes Bocacius, Florentinus, philoſophus & poëta moritur.

1376 Gregorius XI. Papa, Catharinæ Senenſis virginis, quæ tum ſanctitatis opinione clarebat, hortatu litteriſque incitatus, Auenione 13. Sept. diſcedens, Romam redit, anno 71. poſt Sedem inde in Gallias tranſlatam. Vrbem porrò intrauit 17. Ian. anno proximè ſequenti. Gregorij iter Petrus Amelius Ep. Senogallienſis deſcripſit.

1377 Eduardus III. Angliæ Rex, Galliæ flagellum, cùm annum ferè vnum filio ſuo natu maximo Eduardo, Walliæ & Aquitaniæ Principi, ſupervixiſſet, moritur; *Richardo II.* dicti Eduardi Aquitanici filio annos vndecim nato, in regno ſuccedente. Ioannes Werchinij dominus, Hannoniæ Seneſcallus, Cartuſiam Montis S. Andreæ ſub hunc annum fundauit. Cartuſiam quoque Ruræmondenſem hoc anno fundatam fuiſſe, teſtantur illius loci archiua. Henricus Aquilius, in Gelriæ Chronico, illius ortum ad an. 1229. refert. Ioannes Serclaſius, tunc Canonicus, pòſt Epiſcopus Cameracenſis, frater Euerardi viri nobilis (à quo Comes de Tilly in Gallo-Brabantia ſtirpem trahit) domum ſcholarium in vrbe Bruxellenſi fundat. *Notitia c.* 232. Einſdem liberalitate, in eadem vrbe ex oppoſito ſacelli S. Trinitatis, conſtructa ac dotata fuit domus hoſpitalaria aliquot vetularum.

1378 Gregorio XI. Romæ defuncto, fœdum ac diuturnum ſchiſma ad annos circiter 40. fuit: cùm alij Romæ, alij Auenione Pontifices aut eſſent aut dicerentur. Schiſmati fomitem Ioanna Neapolitanorum Regina dedit, quæ Vrbanum VI. patria Neapolitanum, Gregorij XI. ſucceſſorem verita, Gallicanarum partium Cardinalibus animos fecit, vt illatam in comitiis ſibi vim cauſſati, Clementem VII. patria Geneuenſem, olim Epiſcopum Cameracenſem, nouum ſibi Fundis in Campania Pontificem deligerent. Is Auenionem ſeceſſit: quem

quem Ioanna ſecuta Ludouicum Andeganum, Caroli Francornm Regis fratrem, adoptat. Sed Deo vindice, Carolus Dyrrachinus, Caroli Dyrrachini filius (in quem Vrbanus VI. Neapolitanum regnum tranſtulerat) Ioannam eodem, quo illa Andream olim maritum necarat mortis genere, 1381. ſuſtulit. Ludouicus autem, biennio poſt Italiam aditam, infectis, vt ferunt, veneno fontibus, cum pleraque Nobilitate Gallica 1383. periit. Carolus IV. Imp. 29. Nou. moritur, cùm biennio antè, 1376. filium WENCESLAVM Romanorum Regem creandum procuraſſet.

Perſici regni, ab Iſmaele Sopho 1499. *fundati, origo.*

Vſumcaſſanes, potens inter Mahumetanos Princeps, ex Aſſumbeis originem trahens (quem Calixtus Papa & Veneti ad Othomanos armis perſequendos litteris aliquando excitauerant) 78. annos natus Nonis Ianuar. 1478. moritur. Hunc filius *Iacuppus* excepit: iſque poſt annos ſeptem ab adultera vxore, vnà cum filiolo, veneno exſtinctus eſt. Secuti deinde ſunt Reges alij vſque ad *Iſmaëlem Sophum*: de quo nonnulla paulò altiùs repetere hìc lubet. Mahometis, Saracenorum & Turcarum legiſlatoris, patruelis ac gener fuit *Hales*, eidemque ſucceſſit. Qui cùm traditam ab illo ſuperſtitionem, partim additis quibuſdam dogmatibus, partim aliter, atque vſu receptum erat, interpretando mutaſſet, nouam ſectam condidit. Sed ea paulatim neglecta in obſcuro iacuit, cùm *Homaris*, alterius Mahometis interpretis, ſecta potior haberetur: donec ſub annum 1350. Princeps quidam nomine *Sophus*, ad Halim referens originem, dogma diu intermortuum reſtituit, eò fidentiùs, quòd Turcæ Tartarorum adhuc imperio premebantur. Huius ſectæ commendationem auxit deinde, ſanctitatis ac doctrinæ ſimulatione, *Guines* eius filius: quem Tamerlanes Scytha ſumma in veneratione fertur habuiſſe. Tum Guinis filius *Sicaidares*, Harduellis à patria dictus, iiſdem artibus ſibi ac ſectæ ſuæ auctoritatem addidit: quem Vſumcaſſanes ſuprà memoratus generũ adoptauit, data illi in matrimonium Martha; quam ex Trapezuntini Imp. filia ſuſceperat. Ad hunc Halis dogma prædicantem cùm ingens ex Armenia & Perſide concurſus hominum fieret, *Ruſtanus* Perſarum Rex ſubmiſſis percuſſoribus Sicaidarem, cum pleriſque factionis illius hominibus, oppreſſit. *Iſmaël* tamen *Sophus*, Sicaidaris filius, adhuc puer, elapſus eſt, nec non *Techelles* illius diſcipulus, qui ſcientia nihilo magiſtro inferior putabatur. Iſmaël, vt primùm adoleuit, patris veſtigia ſecutus, nouæ ſectæ pretium accendit: cumque oris ſpecie, facundia, animi magnitudine & induſtria præſtaret, breui ad ſummam potentiam peruenit. Victo denique & occiſo Rege, Perſidis regnum ab Turcis ad indigenas, poſt longa ſpatia, ſub annum 1499. tranſtulit: quod in hunc vſque diem illius obtinent poſteri, bellumq; cum Othomanis ferè continuum gerunt; ita Chriſtianorum rebus conſulente Deo, vt præpotens hoſtis, vtrimque diſtractis viribus, ſuſtineri faciliùs poſſit.

Senatores XVII. à plebe Louanienſi è feneſtris curiæ præcipites 1379
dantur, quos inferne lanceis ſpiculiſque exceptos crudeliter dilaniarunt. Præcipui ſceleris auctores XVI. in Cyprum relegati ſunt, iuſſu Wenceſlai Brab. Ducis. Qui quidem cùm Louanienſes iterùm ferocientes obſediſſet, & veniam certis legibus indulſiſſet, nonnulli

poena

pœna adfecti, plures metu patriam deſeruerunt, & præſertim lanifices, qui in Angliam migrarunt, & gloriam pannificij eam in inſulam intulerunt, aut valdè auxerunt.

1380 Tormenti bellici genus, quod *Bombardam* vocant, à Bertholdo Nigro Germano inuentum fuiſſe conſtat: ſed quo anno, neſcitur. Veneti primùm illo vſi feruntur, eo bello quod ad Foſſam Clodiam cum Genuenſibus an. 1380. geſſerunt. Louanienſes (qui olim inter Brabantos potentia & opibus præſtiterunt) bombardis an. 1356. vti cœperunt: & triginta duæ publico ære tunc emptæ fuerunt, quas vulgus *Donderbuſſen*, ab horrendo fragore, vocitabat: vt in ſuis mss. Louanienſium rerum libris Petrus Divæus tradit. Ioannes Mariana narrat, Algerizâ ab Hiſpanis an. 1343. obſeſſâ, cùm tormentis tela lapideſque à noſtris excuterentur, Mauros ex vrbe contrà ferreos globos cum igne & fragore, puluereque tormentario fuiſſe eiaculatos, magno noſtrorum damno. Additque tormenti huius mentionem tunc primùm in Hiſtoria Hiſpaniæ à ſe obſeruatam.

1381 Ioannes Rusbrochius, cuius ſcripta aſcetica exſtant, anno ætatis 88. in Viridi Valle, Canonicorum regularium cœnobio, ſecundo lapide à Bruxella, piè obdormit. *Faſti Belg. 1. Dec.*

1382 Ad Roſebecam Flandri à Francis prælio ſuperantur.

1383 Wenceſlaus Luxeburgi paterno, idemque iure vxorio Brabantiæ & Limburgi Dux, pridie Conceptionis Deiparæ, nulla prole relicta, moritur; vt ex epitaphio conſtat, quod in Aureæ Vallis monaſterio legitur: *ſuprà pag.* 309.

1384 Lud. Malanus Flandriæ Comes menſe Ianuario moritur, Inſulis ad D. Petri ſepultus; ſucceſſit gener eius *Philippus Audax*, Burgundiæ Dux: *ſup. pag.* 351. Gerardus Magnus, Dauentriæ ad Iſalam fl. natus, Fratrum ſeu Clericorum vitæ communis auctor atque inſtitutor, in Domino obdormit. Fuerat is olim Vltraiectenſis & Aquiſgranenſis Canonicus: quibus ſacerdotiis, quamquam opimis, ſponte relictis, totum ſe Deo proximorumque ſaluti procurandæ tradidit. Ceterum Fratres vitæ communis apud Belgas ac Germanos inferiores primi litteras humaniores iacentes excitarunt, & plurima olim eaque celeberrima (vt hodie Patres Soc. Ieſu, Auguſtiniani & Dominicani) per Belgicam Germaniamque noſtram gymnaſia habuerunt; in his *Dauentrienſe*, *Suollenſe*, *Duſburgenſe*, *Vltraiectenſe*, *Groningenſe* & *Gaudanum* apud Batauos & Friſios; *Bruxellenſe*, *Siluiducenſe* & *Mechlinienſe* apud Brabantos; *Gandenſe*, *Gerardi-montenſe* & *Winnocibergenſe* in Flandria; *Nouiomagenſe* in Gelria; *Embricenſe* & *Veſalienſe* apud Cliuios; *Leodicenſe*, *Cameracenſe*, *Colonienſe*, aliaque alibi. Ex his non pauca in Seminaria Theologorum ſunt conuerſa, alia aliis familiis religioſis ſunt attributa.

1385 Ioannes Intrepidus, Philippi Burg. Ducis filius, cum Margarita, Alberti Bauari, poſteà Hannoniæ Hollandiæque Comitis, filia, & Guilielmus Alberti filius cum Margarita dicti Philippi filia, iunguntur matrimonio. Sacra nuptialia Cameraci peracta fuerunt; & illuc Carolum Fr. Regem, Duceſque plurimos traxit tam illuſtrium connubiorum ſplendor. *Froſſard. to. 2. c. 153.*

1386 Leopoldus Auſtriæ Dux cum Heluetiis confligens occumbit, & cum eo plurimi proceres: nec Heluetiis victoria fuit incruenta.

1387 B. Petrus Luxeburgius, Aueniouenſis ciuitatis patronus, 18. ætatis anno, in Domino obdormit. Fuit is, poſt mortem plurimis à Deo miraculis

miraculis illuſtratus: ideoq; Thaumaturgus(*Faiſeur de miracles*)dictus fuit. Quæ miracula, iuſſu Clementis VII. à tribus Cardinalibus ad examẽ vocata, & in 3. tomos digeſta, Auenione exſtant in monaſterio Cæleſtinorũ; vbi & ſacrũ eius corpus honorificè adſeruatur. Patrem habuit Guidonem Luxeburgium Linæi Comitem atque Inſulenſem Caſtellanum, matrem verò Mathildem Caſtillionæam, quæ marito ſuo S. Pauli in Arteſia Comitatum in dotem attulit: *ſuprà pag.* 332. Clemens, anteà Ep. Cameracenſis, qui ſe pro Pontifice in Gallia tunc geſſit (vt ſuprà pag. 366. dixi) Petrum numero ſuorum Cardinalium, Clemens autem VII. Medicæus catalogo cælitum anno 1527. adſcripſit. Diploma beatificationis (vt vocant) quod Auenione ad me tranſmiſſum fuit, in Faſtis noſtris Belgicis 5. Iulij reperies. Windeſimenſis cœnobij templum, tertio milliari à Dauentria, fundatur. Ab hoc cœnobio nomen induit, legeſque accipere ſolet *Capitulum* ſeu *Congregatio Windeſimenſis* Canonicorum regularium, quæ 120. ferę per Germaniam inferiorem ac ſuperiorem monaſteria olim complectebatur, hodieque non mediocriter floret. Debet autem iſta Congregatio originem ac progreſſum ſuum *Gerardo Magno*, & familiæ Fratrum ſeu Clericorum vitæ communis, ab ipſo inſtitutæ: vt Thomas Kempenſis, qui Gerardi vitam copioſè deſcripſit, cap. 15. teſtatur. Ceterùm quibus potiſſimùm auctoribus Congregatio Windeſimenſis primùm cœperit, adoleuerit, atque ad ſummam vitæ perfectionem peruenerit, accuratè deſcribit Ioannes Buſchius in ſuo libro, De origine viriſque illuſtribus Capituli Windeſimenſis, Antuerpiæ edito.

Coloniæ Agrippinæ excitatur Academia. 1388

Vrbano VI. Papæ defuncto ſufficitur Bonifacius IX. Neapolitanus. Radulfus Riuius Bredanus, Decanus Tungrenſis (cuius liber De obſeruantia Canonum exſtat) hiſtoriam Epiſcoporum Leodicenſium ab anno 1347. vſque ad hunc annum ſcripſit; exſtatque in Geſtis Pontificum Leodicenſium à Chapeauillo editis. Riuium Suffridus Petrus excipit. Arnoldus Hornanus Ep. Leodicenſis moritur, & in virginum cœnobio (quod Cæſareum Nemus vocant) à maioribus ſuis fundato, ſepelitur. Ioannes Bauarus ſucceſſit. 1389

Gerardus Weſemalius, Bergenſis ad Zomam opidi in Brabantia conditor ac dominus, floret. Idem Weſterloam, aliaque prædia Brabantina à Canonicis Vltraiectenſibus in emphiteuſim accepta, poſſedit. Filios genuit Arnoldum & Godefridum Merxemi dominum. *Arnoldus* Bergizomij dominus ex N. Banterſemia duas reliquit filias, Machtildem & Margaritam Richardo Merodio nuptam. *Machtildis Weſemalia*, Alberto Vornæo nupta, peperit Ioannam Vornæam Bergizomij dominam. *Ioanna*, cum marito ſuo Ioanne Falcoburgio, Bergizomenſe opidum Henrico Banterſemio vendidit. *Henricus* porrò *Banterſemius*, Bergizomij dominus, ex Maria Weſemalia ſuſtulit Henricum II. Gerardum & Margaritam. *Henricus II. Banterſemius* ex Beatrice Polana Henricum III. & Odam procreauit. *Henricus III. Banterſemius*, ex Ioanna de A, Grimbergæ domina (ſuprà pag. 316. memorata) Henricum ſine liberis defunctum & Ioannam ſuſtulit. *Ioanna Banterſemia*, Bergarum ad Zomam, Grimbergæ & Walhainæ domina, anno 1418. nupſit Ioanni de Brabantia, aliàs de Glimes. Horum poſteritatem ſuprà pag. 316. deſcripſi. 1390

1391 Ludouicus, Guidonis Comitis Bleſenſis, ex Maria Guilielmi Namurcenſis Comitis filia, vnicus filius, moritur, vtroque patente adhuc ſuperſtite. Guido autem eiuſque coniux Maria, ætate iam confecti & ſpe prolis deſtituti, Comitatum ſuum Bleſenſem Ludouico Aurelianenſium Duci ducentis aureorum millibus vendiderunt.

1392 Suedetus Abcoudæ, Gasbecæ, Puttæ & Stryæ dominus Cartuſiam prope Vltraiectum ædificare incipit: quam poſteà frater eius Guilielmus perfecit.

1393 Albertus Bauarus cùm Hollandiam nomine fratris ſui Guilielmi Comitis (qui deliquium mentis patiebatur) regeret, vt eiuſdem fratris ſui pio deſiderio ſatisfaceret, Cartuſiam ad muros vrbis Amſtelodamenſis fundat ac dotat; Horna ſinus Auſtralis inſula, aliiſque agris attributis.

1394 Tornaci, magno hominum concurſu, Arcubaliſtariorum ludi menſe Iulio celebrantur. Iaculandi peritia primam Ipreniibus palmam, Duacenſibus verò ſecundam dedit.

1395 Ioannes Galeatius Maria Vicecomes à Wenceſlao Imp. creatur Dux primus Mediolanenſium. Albertus Auſtriæ Dux, Viennenſis Academiæ conditor, moritur: *ſuprà pag. 345.*

1396 Sigiſmundus Hungariæ Rex, Wenceſlai Imp. frater, & Baiazetes Turcarum Rex collatis ſignis, ad Nicopolim concurrunt. Noſtris fuſis fugatiſque, inter alios *Ioannes Intrepidus*, Phil. Audacis Burg. Ducis filius, in hoſtium poteſtatem venit; grandi pòſt ære paterno redemptus. Sigiſmundum fuga ſeruauit: *ſup. pag. 353.*

1397 Amadeo VII. Sabandię Comiti defuncto ſuccedit filius *Amadeus VIII.* cognomento *Pacificus*: qui poſteà primus Sabaudiæ Dux à Sigiſmundo Imp. creatus fuit.

1398 Florentius Ep. Vltraiectenſis Henrico Burgrauio Montfortenſi bellum indicit; quòd nimiam apud ſuos iuriſdictionem vſurpare vellet. Iacobus Guiſius, Doctor Theologus ord. Minorum, ſcripſit Latinè Annales Hannoniæ, tribus voluminibus comprehenſos; quos in pergameno manu exaratos vidi Montibus Hannoniæ, apud Franciſcanos. Ex his Annalibus compendium iam olim hauſtum, typiſque Lutetiæ eſt editum. Obiit autem Guiſius an. 1398. Valentianis apud ſui inſtituti ſodales conditus. Iſelſteinienſe in Hollandia Canonicorum collegium fundatur.

1399 Turnhouti in Campania Brabantiæ, Maria Ioannis Brabantiæ Ducis filia, Rainaldi Gelriæ Ducis vidua, collegium Canonicorum excitat; Petro Aliaco Ep. Cameracenſi approbante. Tamerlanes, obſcuro loco inter Scythas ſeu Tartaros natus, Aſia ſubacta, longè lateque dominatur. Ducentis circiter Turcarum millibus, in Galatiæ Bithyniæque confinibus, prælio cæſis, Baiazetem ipſorum Regem cepit, aureis ligatum cathenis caueæ incluſit, inſtar feræ incluſum circumduxit, eoque ſcabelli loco, conſcenſurus equum, vſus eſt. *Leonclau.* De Tamerlanis moribus Æneas Siluius in Aſiæ deſcriptione c. 91. multa narrat. Eindouienſe in Campania Brabantiæ collegium IX. Canonicorum à Ioanne Bauaro Ep. Leodicenſi inſtituitur; petente Guilielmo Milenbergio, Domino Eindouiæ, Septem fontium & Cranendonci. *Not. eccleſ. Belgij c. 235.* Apud Zelandos in Aggere S. Martini hoc ipſo anno Canonicos collocatos lego.

Wence-

Wenceſlao Rom. Rege ab ea dignitate propter inertiam remo- 1400
to, RVPERTVS ſiue Robertus Bauariæ Dux ipſi ſufficitur. Qui
aduersùs Ioannem Galeatium Mediolani Ducem à Florentinis in
Italiam accitus, nulla re præclarè geſta, in Germaniam rediit; grauiſ-
ſimum ibi, vnde digreſſus erat, bellum relinquens. *Ioannes Froſſar-
dus* Valentianis natus, Canonicus ac Theſaurarius Chimacenſis, com-
mentarios rerum geſtarum ab an. 1335. vſque ad hunc annum per-
duxit. Eius narrationes proſequitur *Ioannes Monſtreletus*, Cameracenſi
vrbi tunc Præfectus, qui 64. annorum hiſtoriam contexuit. His ter-
tio velut pedatu *Philippus Cominaeus* acceſſit. Poſt illos *Ioannes Moli-
netus*, Valentianis in Aula Comitis Canonicus, res ætate ſua geſtas
ab an. 1473. vſque ad an. 1505. litteris conſignauit: vbi & an. 1507.
viuere deſiit, conditus in dictæ Aulæ ſacello, ad tumulum præcepto-
ris ſui *Georgij Caſtellani*, qui de vita rebuſque geſtis Phil. Boni Burg.
Ducis commentarium poſteris reliquit. De his aliiſque Belgis, qui
res ſuo æuo geſtas Gallicis (vt tum Latinæ iacebant) litteris conſig-
narunt, fuſiùs egi in Elogiis illuſtrium Scriptorum Belgij.

Franciæ gubernationem ambiens *Ludouicus* Dux Aurelianenſis, 1401
arma contra patruum ſuum Burgundiæ Ducem capit. Sed interue-
niente Biturigum Duce, Burgundi fratre, pax componitur.

Ioannes Galeatius Maria Dux primus Mediolanenſis moritur. Is 1402
occiſo Bernabone auunculo, eodemque ſocero ſuo, Mediolanum in-
uaſerat, eumque dominatum firmiſſimis præſidiis & variorum Prin-
cipum affinitatibus firmauerat. Ad hæc Inſubriam, Bononiam, Se-
nas, Peruſiam, Piſas, Vmbriæ partem, Veronam, Vicentiam aliaſque
vrbes occuparat. Quibus ſucceſſibus elatior cùm ad totius Italiæ
principatum adſpiraret, aduersùs Florentinos continuum ferè bel-
lum, quamdiu vixit, acriter geſſit. Ipſo mortuo, pleræque ciuitates
Italiæ ſeſe à ſeruitute vindicarunt; aliæ in aliorum ditionem ve-
nerunt. Veronam & Patauium anno 1495. Veneti ſubegerunt: quo
Scaligerorum & Carrariorum Principatus ſunt exſtincti. Piſæ à
Florentinis ſunt occupatæ. Quæ rerum mutatio magnas Italiæ tur-
bas attulit. Baiazetes Turcarum Rex IV. omni ſpe libertatis à
Tamerlane impetrandæ amiſſa, caput ferreæ caueæ, quâ teneba-
tur incluſus, tamdiu illiſit, donec præfracto cerebro frendens
exſpiraret: *ſuprà pagina* 353. Hoc ferè anno & *Tamerlanes*, cùm
annos ferè 40. apud Scythas regnaſſet, viuere deſiit; relictis poſt
ſe duobus filiis. Qui à paterna virtute degenerantes, odiis bel-
liſque ciuilibus inter ſe ſic decertarunt, vt Aſiæ imperium paula-
tim ad Othomanos iterum ſit relapſum: vt Leonclauius & Petrus
Perondinus in vita Tamerlanis narrant.

Monſtrum quoddam marinum (Belgis *Mereminne*) mulieris 1403
ſpecie, viridi muſco turpe & vndique ſqualleus, vi tempeſtatis
ex Oceano in ſinum Auſtralem compulſum, apud Edamum opi-
dum capitur. Traduut id cibis adſuefactum, annos aliquot ſuper-
vixiſſe, ſonum peregrinum ac ſuſpirioſum potiùs, quàm vllum
articulatum ſermonem edidiſſe, atque inter femineos cœtus penſa
etiam traxiſſe.

Philippus Audax Burgundiæ Dux & Flandriæ Comes, Hallis in 1404
Hannonia moritur, Diuione in Cartuſianorum cœnobio, à ſe ex-
citato, ſepultus. *Ioannes Intrepidus* filius eius ſuccedit. Bonifacio IX.
Papæ defuncto Innocentius VII. ſuccenturiatur.

1405 Ioannes Intrepidus Burg. Dux cum Antonio & Philippo fratribus, Ioanne Comite Cliuiæ & aliis verſùs Lutetiam mouent, vt Ludouicum Aurelianenſium Ducem Pariſiis pellant.

1406 Innocentius VII. Papa moritur: ſufficitur Gregorius XII. Venetus, ex ordine Ciſtertienſi. Ioanna Brab. & Limburgi Duciſſa moritur Bruxellæ, apud Carmelitas condita, vnà cum Guilielmo filio, quem ex Guilielmo Hannoniæ Hollandiæque Comite ſuſceptum, amiſerat infantem. Poſt Ioannam, maiorem materteram ſuam, ſine liberis defunctam, *Antonius* Phil. Audacis Burgundiæ Ducis filius, Brab. & Limburgi Ducatum poſſedit: *ſuprà pag.* 309.

1407 Vniuerſa Gallia mouetur atque in factiones abit, ob Ludouici Ducis Aurelianenſis cædem; quem Ioan. Intrepidus Burg. Dux, Lutetiæ ex aula nocte redeuntem, 22. Nou. an. 1407. interficiendum curauit. Cædis auctore detecto, Burgundus quidem ad ſuos abiit, ſed armis paratus ſe tueri, Pariſios ad facti ſui cauſſam explicandam rediit. Ioannes Paruus, ex Franciſcana familia Theologus, Burgundi patrocinium ſuſcepit; cæſum inſectatus, quaſi regium nomen inuadere cogitaſſet. Armato venia data; Ludouici filiis contrà expoſtulantibus: vnde eius belli flamma concitata eſt, qua vniuerſa poſtmodum Gallia arſit. Ioanna, vxor prior Antonij Brab. & Limburgi Ducis, filia vnica Walrami Comitis S. Pauli, 12. Aug. moritur, & Furæ ſepelitur: cui adiacet filiola, in cunis defuncta. Reliquit ex marito filios ſuperſtites *Ioannem VII.* & *Philippum*, poſt patrem Brabantiæ Duces ex ordine: *ſuprà pag.* 309.

1408 In agro Tungrenſi ad vicum *Othey* prælium committitur: in quo cecidit inter alios Henricus Comes Salmenſis.

1409 Antonius Brab. & Limburgi Dux Bruxellæ nuptias alteras celebrat cum Eliſabetha, Ioannis Luxeburgij Ducis Gorlicenſis filia, Caroli IV. Imp. nepte: *ſup. pag.* 309. Contractus antenuptialis l. 2. Donat. Belg. c. 118. exſtat. De Gregorio XII. & Petro Lunenſi ſeu Benedicto (quorum poſterior tunc in Aragonia agebat) in ordinem redigendis agitur Piſis. Vtroque demum abrogato, Alexander V. ex Minorum ordine ſufficitur.

1410 Alexander V. moritur: eius locum excipit Ioannes XXII. dictus XXIII. Neapolitanus. Rupertus Imp. moritur Oppenhemij, & Heidelbergæ ſepelitur. SIGISMVNDVS Hungariæ Rex, Caroli IV. Imp. filius, Wenceſlai Imp. frater, ſuccedit. Ioannes Eickius & frater eius Hubertus, pictores eximij, Brugis florent. Horum alter *Ioannes*, oleo ex lini ſeminibus extuſo, picturæ colores primus miſcuiſſe, atque æternos, vt ſic dicam, aduersùs æui iniuriam reddidiſſe creditur. Præclarum hoc inuentum plerique ad an. 1410. referunt: ſed ante annum 1400. illud in Belgio ſaltem apud pictores quoſdam in vſu fuiſſe, conuincunt vetuſtiores tabellæ coloribus oleo mixtis depictæ, atque in his vna, quæ in templo Franciſcanorum Louanij ſpectatur: cuius quidem auctor ſiue pictor an. 1400. notatur obiiſſe. Ceterùm *Antonellus Meſſinenſis* Siculus, cùm Brugis aliquamdiu verſatus fuiſſet, colorum oleo temperatorum vſum primus in Italiam attulit, eumque *Dominico Veneto* & aliis pictoribus Italis monſtrauit: vt Georgius Vaſarius, libro de illuſtribus Italiæ pictoribus, fatetur. Tanta porrò fuit Ioannis Eickij apud exteros fama, vt pictas ab eo tabellas Alfonſus Neapol. Rex, Fredericus II. Vrbinatium Dux, Laurentius Medicæus, aliique Italiæ viri principes vehementer expeterent, atque

atque è Belgio aduectas ingenti ſibi pretio compararent. Viſitur hodieque Gandaui in baſilica cathedrali nominatiſſima Eickiorum tabula, ſeptem Miſericordiæ opera exprimens, vnà cum Adami & Euæ imaginibus. Hubertus obiit Gandani 1426. ibidem in cathedrali æde ſepultus. Ioannes verò Brugis deceſſit, ibidem in cathedrali conditus.

Petrus Aliacus, ex Doctore Theologo Pariſienſi Epiſcopus Cameracenſis, à Ioanne XXIII. Papa creatur Cardinalis. Is moriens bibliothecam ſuam legauit Nauarræo Pariſiis collegio, quam ibi 1610. vidimus; vt & bibliothecam Ægidij Romani, ex familia Columnenſi, apud Eremitas Auguſtinianos in eadem vrbe. 1411

Turonenſium Comitatus Ioanni, Caroli VI. Galliarum Regis filio, datur; agente Guilielmo Hannonio, cuius filiam Ioannes duxerat. 1412

Ioannes Brando, Dunenſis in Flandria monachus, ord. Ciſtertienſis, ab ortu mundi Chronicon ſuum huc vſque deduxit: quod Ægidius Royus, eiuſdem cœnobij ſodalis, per annos ferè 18. continuauit. 1413

Sigiſmundo Imp. vrgente, 5. Non. an. 1414. Conſtantienſe Concilium cœptum eſt, quod an. 1418. Aprilis 22. eſt terminatum. In hoc Concilio Wicleſi & Ioannis Huſſi hæreſis damnata fuit. Ladiſlao Rege defuncto, ſoror eius *Ioanna* Neapolitanum regnum tenuit, leuis femina: quæ Iacobo Borbonio Marchiæ Comiti nupta, eumdem poſteà fugere in Galliam coëgit; vbi contemptis mundi rebus, Veſontione inter Franciſcanos eſt adlectus. Ioanna Martini V. Papæ alienatum abs ſe animum & Sfortiæ ducis fortiſſimi arma in ſe conuerſa metuens, *Alfonſum* Aragoniæ Siciliæque Regem in auxilium euocat: quo cùm de adoptione regnique ſucceſſione paciſcitur, anno poſt obitum Ladiſlai ſeptimo. Iam enim *Ludouicum III.* Andegauum, Secundi filium, Martinus Papa acciuerat, in eumque iura regni Neapolitani, abdicata Ioanna, tranſtulerat; dato illi adiutore Sfortia. Hinc inter Alfonſum & Ludouicum atrox bellum extitit. Secuta mox eſt Ioannæ cum Alfonſo diſcordia: qua occaſione Ludouicus Andegauus, Sfortiæ opera, in gratiam adoptionemque receptus, 1431. regnum obtinuit. Triennio pòſt Ludouicus, an. 1434. morbo periit; vt & Ioanna, quæ Renatum Ludouici fratrem (apud Philippum Burg. Ducem tunc captiuum) dixit heredem. Alfonſus interim, prioris adoptionis iure fretus, regnum occupare nititur: ſed à Genuenſibus nauali prælio victus & captus, ad Philippum Mediolani Ducem (cuius in ditione tum erat Genua) perducitur: à quo humaniter acceptus & paulò pòſt dimiſſus, ad recuperandum regnum reuertitur, quod iam Iſabella Renati vxor & dimiſſus à Burgundo Renatus poſſidebant. Capta eſt an. 1442. ab Alfonſo Neapolis, per eumdem aquæductum intromiſſo milite, per quem Beliſarius olim irruperat. Quo ex tempore, Renato in Galliam reuerſo, placatoque Eugenio Papa, ius ſibi ſuiſque poſteris Alfonſus aſſeruit. 1414

Walramus S. Pauli Comes Iuodij (quod eſt Luxeburgenſis tractus opidum) moritur: ex cuius filia Ioanna Antonius Brab. & Limburgi Dux *Ioannem* & *Philippum* filios ſuſtulit. Idem Antonius Dux pro Francis aduersùs Anglos pugnans, apud Azincuriam in Picardia, cum fratre ſuo Philippo Niuerniæ Comite, Eduardo Barri Duce, aliiſque proceribus, hoc anno in prælio cadit. Succedit filius eius primogenitus Ioannes: *ſup. pag.* 309. Adolfus Cliuenſium Comes 1415

cum Maria Ioan. Intrepidi Burg. Ducis filia matrimonium contrahit, genuitque ex ea Ioannem Cliuiæ Ducem, & Adolfum Raueſtenij dominum, Philippi patrem: quorum Raueſteniorum tumuli ærei Bruxellæ ad Dominicanos ſpectantur: *ſup.pag.* 364. Amadeus VIII. Pacificus ex Comite Dux Sabaudiæ primus à Sigiſmundo Imp. Conſtantiæ exiſtente creatur. Circa hæc tempora Philippus Maria Vicecomes, Ioannis Galeatij filius, poſt Ioannis Mariæ fratris necem, Mediolano potitus, Genuenſes, eiecto Thoma Fregoſio, ſibi ſubiecit. Pactum vnionis inter Brabantos & Limburgios ſancitur: quod pro Brabantis ſignarunt Ioannes Luxeburgius Conuerſani & Briennæ Comes, Angiæque dominus, Engelbertus Naſſouius Leccæ & Bredæ, Iacobus Abcoudę, Gasbecæ, Puttæ & Stryæ, Guilielmus Zeynenſis Comes Rodæ S. Agathæ, Thomas Diſtę, Ioannes Weſemaliæ, Henricus Bouterſemius Bergarum ad Zomam cum Henrico filio, Ioannes Rotſelariæ & Vorſſelariæ, Ioannes Cudicenſis Hochſtrati, Iacobus Hornanus Peruefij, Iacobus Iaceæ, Iacobus Sombreffæ, Anſelmus Traſiniaci, Ioannes Merhemius Boxtellæ, Ioannes Berlarius Helmondæ, Henricus Heuerlee, Arnoldus Crainhemius Grobbendonci, Daniel Bonchouti, Ioannes Grimbergius Aſcæ, Ioannes Witthemius cum Henrico fratre, Euſtathius Vertaini, Ioannes Megemi, Robertus Wauerę, Ioannes Witthemius Bouterſemij, Gerardus Bergius Meixemi, Ioannes de Halen Lilloę, Rogerius Peterſemius Leſdaliæ, Ioannes Ranſtius Mortſelæ & Cauticrodæ, Ioannes Glimeſij, Ioannes Dongelbergæ, Guilielmus Ranſtius Vrimdę & Millegemij, Philippus Geldorpij, Ioannes de Lira Nordervici, Ioannes Baronagius Perckę, Arnoldus Immerſelæ, & Ioannes Sconhouiæ, Domini. Pro Limburgiis firmarunt Andreas Merodius Burgrauius Limburgenſis, Henricus Gronsfeldiæ, Nicolaus Hoen-Broekæ, Rainerus Bergius Geulę, Henricus Welkenhuſius Clari-montis, Domini, Goſuinus, Gerardus & Petrus Cortembachij, Euſtathius & Adamus Bongartij, aliique plures. *Not.c.*233.

1416 Sigiſmundus Imp. & Henricus Angliæ Rex Caletum ex Anglia appellunt. Sigiſmundum Ioan. Intrepidus Burg. Dux per Flandriam in Brabantiam deduxit, vt Germaniam, ad Conſtantienſe Concilium profecturus, repeteret.

1417 Ioanni XXIII. & Benedicto XIII. in Conſtantienſi Concilio Pontificatus abrogatur, & Odo Columna 11. Non. eorum loco deligitur, qui dies S. Martino ſacer eſt. Ob id Martinus V. appellari voluit. Ita poſt annos 40. ſchiſma ſublatum eſt; repugnante licet Petro Lunenſi ſeu Benedicto. Qui cùm in Hiſpania an. 1422. deceſſiſſet, à duobus reliquis eius factionis Cardinalibus ſublectus eſt Clemens, ab iiſdem VIII. nuncupatus. Sed is quarto pòſt anno in ordinem redactus fuit. Hinc eſt quod annis 50. ſchiſma duraſſe, à nonnullis proditur.

1418 Ioannes Intrepidus Burgundiæ Dux Lutetiam capit.

1419 Ioannes Burgundię Dux Flandrięque Comes, fraude Caroli Delphini Viennenſis, ad colloquium euocatus, Monſtrolij perfidè trucidatur. Hinc immortales iræ inter familias Burgundicam & Francicam enatæ. Ioanni ſucceſſit filius PHILIPPVS BONVS: qui Regem, Reginam, Catharinam filiam, atque vrbem regiam Pariſienſem Henrico Angliæ Regi demum tradidit, ad paternam cædem vindicandam.

Phil.

Phil. Bonus Trecas in Campaniam abit, ibique pacem inter Fran- 1420
cum & Anglum Reges ita compoſuit, vt Francus Anglo filiam
ſuam Catharinam in matrimonium daret, atque in eum Francici re-
gni per eas nuptias hereditatem tranſmitteret; Delphino iure ſuc-
ceſſionis exuto. Quibus matrimonij legibus ſummam apud Anglum
gratiam adeptus, ſecuriùs exercitum in hoſtem duxit.
Phil. Bonus Comitatum Namurcenſem emit à Philippo II. Comi- 1421
te, Namurcenſi ex familia Flandrenſi poſtremo.

Comites Namurcenſes ex familia Flandrenſi Dampetraa.

I. Gvido Dampetræus Flandriæ & Namurci Comes ex poſte-
riore ſua coniuge Eliſabetha, Henrici Blondi Comitis Luxeburgen-
ſis filia, inter alios liberos genuit *Ioannem* Namurci Comitem Sluſæ-
que dominum: vt ſuprà pag. 350. dixi. II. III. IV. V. Ioannes
porrò duas habuit coniuges, *Margaritam* Roberti Comitis Claro-
montani filiam, S. Ludouici Regis neptem, ſine prole defunctam, &
Mariam Philippi Arteſij ac Blancæ Britannæ filiam. Ex poſteriore
vxore ſuſtulit filios nouem, *Ioannem II.* an. 1335. *Guidonem* an. 1336.
Philippum an. 1337. in expeditione tranſmarina, ſine liberis defun-
ctos, *Guilielmum* (qui quattuor ſuo ſinguli ordine Comitatum Na-
murcenſem poſſederunt) *Henricum* profeſſione clericum, *Robertum*
dominum de Beaufort (cui Ioannes Froſſardus primum volumen
ſuorum Chronicorum dedicauit) *Ioannem & Theodericum*; itemque
filias aliquot, in his *Margaritam* & *Ioannam*: vt Quercetanus in Hiſt.
Drocenſi l. 3. c. 3. refert.
VI. Gvilielmvs I. Namurci Comes Sluſæque dominus primò
duxit Ioannam Hannonienſem, Ludouici Caſtillionæi I. Comitis
Bleſenſis viduam, ſine ſobole 1350. mortuam. Ex altera coniuge Ca-
tharina Sabauda *Guilielmum II.* & *Philippum II.* Namurcenſes ex or-
dine Comites, itemque *Mariam*, Guidoni Bleſenſi ſeu Caſtillionæo,
Bellimontis & Chimaci domino, nuptam procreauit. Idem Walcu-
riam an. 1363. à Werico illius opidi domino emit: vt in ms. Crouen-
dalij Hiſtoria Namurcenſi me legere memini. Obiit an. 1391.
VII. Gvilielmvs II. Namurci Comes Sluſæque dominus pri-
mò Mariam Roberti Ducis I. Barrenſis filiam an. 1384. & poſteà
Ioannam de Harcour matrimonio ſibi iunxit, ſed ex neutra prolem
ſuſtulit. Idem Philippo Audaci Burgundiæ Duci Flandriæque Co-
miti Sluſam ceſſit, & pro ea Betuniam accepit: demum an 1418. vi-
uere deſiit. VIII. Philippvs II. Guilielmi II. frater ac ſucceſſor, Phi-
lippo Bono Burgundiæ Duci Namurcum an. 1421. vendidit; ea con-
ditione, vt vita durante Comitatum illum retineret. Obiitque de-
mum 16. Martij an. 1428.
Michaelis, Philippi Boni Burg. Ducis coniux, Caroli VI. Fr. Regis 1422
filia, Gandaui moritur. Carolus item Rex Pariſiis vitam cum morte
mutat. Angli Regem ſuum *Henricum* adhuc impuberem ei ſuffece-
runt, regnique curam Bethfordio dederunt. Contrà Franci, ab An-
glo & Burgundo diſſidentes, *Carolum VII.* Sexti filium, Regem ſuum
dixerunt, eumque Auguſtoriti Pictonum corona ſolemniter orna-
runt. Hinc bellum grauius vtrimque exarſit. Albertus Saxoniæ Dux
Elector, ex familia Anhaltina poſtremus, ſine liberis moritur. In
Electoratu *Fredericus* Miſniæ Marchio & Turingiæ Lantgrauius ſuc-
cedit.

cedit. Henrico V. Angliæ Regi, in ſaltu Vicennarum prope Lutetiam defuncto, filius *Henricus VI.* ſufficitur. Pagi ſeu vici 72. prope Dordracum Hollandię opidum ab Oceano abſorbentur.

1423 Phil. Bonus (qui cum Bethfordiæ & Britanniæ minoris Ducibus nouum apud Ambianos fœdus pepigerat) Pariſios adit; & ibi Margaritę ſororis ſuę cum Richemontio Comite nuptias celebrat. His ferè temporibus primùm viſi ſunt errones iſti, quos noſtri *Ægyptios*, Galli *Bohemos* vocant; qui Sole excocti, furtiſque intenti, homines falſa ſua chiromantia paſſim decipiunt: vt Polyd. Virgilius l. 7. c. 7. de Inuentoribus rerum narrat.

1424 Phil Bonus cum Bona, Philippi Arteſij Vgellenſium Comitis filia, Phil.Niuernenſis Comitis vidua, nuptias ſecundas contrahit.

1425 S.Alexij cœnobium Romanum (quod hactenus fuerat Canonicorum ord. Præmonſtratenſis) traditur monachis S.Hieronymi, à Lupo Olmedo ad ſeueriorem diſciplinam reuocatis. Louanienſis Academia à Ioanne IV.Brabantiæ Duce inſtituitur, Martino V.Papa approbante.

1426 Cypri Rege capto, Nicoſia aliaque illius inſulæ opida à Sultano Ægyptio diripiuntur.

1427 Ioannes IV.Brab. & Limburgi Dux Bruxellæ, non relictis liberis, moritur, & Furæ ſepelitur; frater eius *Philippus*, tunc S. Pauli Comes, ſuccedit.

1428 Frederico Blanckenhemio Ep. Vltraiectenſi defuncto, prouincia illa variis ſeditionibus agitatur, dum alij Suederum Culeburgium, alij Rudolfum Dipenhemium ſibi Præſulem volunt.

1429 Aurelia ad Ligerim vrbs nobilis ſeptimum iam menſem ab Anglis obſidebatur. Ciues rerum omnium inopia laborantes, vix à mœnibus hoſtilem vim propulſabant. Ioanna, annorum circiter 12. virgo, rebus afflictis ſaluti fuit. Hæc in agro Tullenſi apud Leucos nata, patre Iacobo Darcio agricola, paſcere paternas oues ſolita, ad Carolũ VII. Fr.Regem vltrò venit; prædicans ſe à Deo miſſam, vt Aureliam obſidione liberaret, vtque Regem Remos ad ſacram inaugurationem perduceret. Hæc dicenti fides non priùs habita, quàm rogata à pluribus Theologis, plenè reſpondit. Tum ire Aureliam cum exercitu, ad commeatum in vrbem importandum, permiſſa eſt. Armis fulgens, ſignum militare tulit candidi coloris, in quo ſpectabatur Chriſti imago, lilium manu geſtantis. Intrepidè itaque, ſpectantibus hoſtium copiis, vrbem ingreſſa eſt. Nec mora Anglos, priùs vt ab obſidione recederent, monitos, nec obſequentes, 12. Maij circa auroram adoritur; ciuibus, illa duce, quouis periculum ſubire paratiſſimis. In ipſo ardore pugnæ ſagittæ ictu grauiter, collum inter atque humeros, ſauciata, neque pedem retulit, neque vulnus obligari paſſa eſt; quin imò acerrimè prælians, fortibuſque viris permixta, maximum ad victoriam momentum attulit. Angli itaque victi, & Aurelia liberata. Hoc primum Ioannæ (quæ Aurelianenſis puella, *Pucelle d'Orleans*, vulgò dicitur) egregium facinus fuit. Cuius quidem armatæ, ante Chriſti crucifixi imaginem flectentis, ſtatuam æream, Aureliæ in ponte ſuper Ligeri, magna cum voluptate an. 1610. vidimus, accepti beneficij monumentum. Exinde Ioanna Carolum VII. Regem, Durocottorum Remorum, ad coronam regni ritè capiendam, per medios hoſtes perduxit.

1430 Phil.Bonus Burgundiæ Dux Flandriæque Comes ordinem Equitum

tum *Velleris aurei* inſtituit: ducta origine atque appellatione fine ab *Iaſone*, qui in Colchidem cum ſociis ſuis Argonautis profectus, vellus inde aureum auexit; ſeu potiùs à *Gedeone* magno illo Iſraëlitarum duce, qui vellus primò ſiccum, deinde rorulentum vidit, eoque ſigno confirmatus trecentos iuſſu Dei viros elegit, quibus numeroſas Madianitarum copias profligauit. Ipſo itaque nuptiarum die, quas tertias Brugis Flandrorum hoc anno (ſi calculum Romanum ſequamur) menſe Ianuario cum *Eliſabetha*, Ioannis Luſitaniæ Regis filia, regio luxu celebrauit, Equites quattuor & viginti delegit, & ſingulos torque aureo donauit, ſic fabrefacto vt ex ſilicibus ac ferro, quo ignis è ſilicibus excutitur, conſtaret, ima verò torquis parte *Vellus aureum* penderet. Initio non niſi XXV. Equitibus collegium conſtitit, ipſo Philippo Duce ceteris annumerato. Idem tamen Dux, tabulis 1431. datis, cœtum XXXI. Equitum deinceps futurum pronuntiauit. At Carolus poſtea V. Cæſar, 1516. Bruxellæ comitia celebrans, ſodalitium LI. Equitum ſtatuit. Catalogum & Inſignia gentilitia Equitum Velleris aurei, Fecialium verbis enuntiata, V. Cl. Ioan. Iacobus Chiffletius, amicus noſter, Latinè & Gallicè typis Plantinianis 1632. publicauit; à quo & Hiſtoriam Annalem ordinis eiuſdem exſpectamus. Philippus Brab. & Limburgi Dux menſe Auguſto Louanij in arce moritur, Furæ conditus: ſuccedit *Phil. Bonus* Burg. Dux, paulò antè laudatus, eius patruelis. Carolo II. Lotharingiæ Duci defuncto ſufficitur filia *Iſabella*, Renato Andium Duci nupta: *ſuprà pag.* 275.

Hoc anno aut ſuperiore Philippus Bonus Concilium Brabantiæ fixum Bruxellæ conſtituit. Martinus V. Papa, Baſileenſi Concilio indicto, è vita migrat: Eugenius IV. Venetus ſublegitur. Is vetuit Baſileenſes Patres vltrà progredi. Sed nihilominùs conuentus agere annis ferè 17. perſeuerarunt, contra ipſum Eugenium ſententiam quoq; dicere auſi. Legitimi tamē huius Pontificis cauſſa potior fuit. Itaque Synodus Baſileenſis auctoritate caruit, & qui ab ea ad Pontificatum euectus fuerat Amadeus, ex Sabaudiæ Duce Felix V. dictus, poſt Eugenij mortem an. 1439. ſponte ſe abdicauit, & à Nicolao V. Eugenij ſucceſſore 1449. in Cardinalium numerum eſt adſcriptus. Pragmatica tamen ſanctio, ab illa Synodo conſtituta, in Gallijs à Carolo VII. Rege ac Senatu Pariſienſi 1438. admiſſa fuit, nec niſi poſt annos plures, Franciſco Rege, ſublata. Ioanna Darcia, ſuprà an. 1429. laudata, cùm apud Compendium opidum à Burgundis an. 1430. capta fuiſſet, Angliſque vendita, magicæ ſuperſtitionis accuſata, Rotomagi medio in foro, iuſſu Henrici Angliæ Regis, an 1431. (vt Monſtreletus l. 2. narrat) igne comburitur, nemine pro captiua contrà hiſcere auſo: tametſi pleriſque perſuaſum erat, eam iniuria fuiſſe damnatam: vt Ioannes Remenſis & Guilielmus Pariſienſis Epiſcopi, Iudices in cauſſa pòſt à Calixto IV, Papà dati, an. 1456. Nonis Iulij pronuntiarunt. Ceterùm ſiue iure ſiue iniuria damnata eſt, res Anglicæ eius aduentu turbari cœptæ, paulatim in deteriorem ſtatum abierunt. Nam Carolus VII. Rex, Ph. Burgundo ſibi 1435. reconciliato, paulatim ex hoſtium manu regnū recepit: ſic vt cæſo 1453. Talboto fortiſſimo Anglorum duce, ereptaque ipſis Aquitania, nihil præter Caletum Anglis reliquum in Gallia fuerit. 1431

Sigiſmundus Rom. Rex ab Eugenio Papa Romæ coronatur Imperator. Ioannes Franciſcus Gonzaga ab eodem Sigiſmundo pri- 1432

mus Mantuæ Marchio creatur. Huius abnepotem Fredericum II. Carolus V. Imp. Ducem Mantuæ ſalutauit.

1433 Liduina ſeu Liduigis, virgo Schidamenſis in Hollandia, verum patientiæ exemplar, poſt grauiſſimas 38. annorum ægritudines, quas patientiſſimè tulit, in Domino obdormit. Plurimis virtutibus ac miraculis claruit, quæ Ioannes Brugmannus Franciſcanus apud Surium, & Thomas Kempenſis fusè deſcripſerunt. Oſſa piiſſimæ virginis Albertus & Iſabella, Belgarum Principes, Schidamo Bruxellam ſecretò transferenda curarunt, ne à Caluinianis violarentur.

1434 Amadeus VIII. Sabaudiæ Dux primus, amiſſa vxore, ſæculi pertæſus, apud Ripallium, in cœnobio S. Mauritij, ord. S. Auguſtini, ſuis à maioribus excitato, religioſam veſtem induit. Ludouicus III. Andegauenſis Dux & Prouinciæ Comes, Ioannæ Neapolitanæ Reginæ per adoptionem filius, in Italia moritur, nulla ſobole relicta: ſicque Renatus eius frater, Lotharingiæ Dux, Audium Ducatu & Prouinciæ Comitatu augetur: *ſuprà pag.* 275.

1435 Atrebati inter Carolum VII. Fr. Regem & Philippum Burgundiæ Ducem pax coit; hac inter cæteras conditione, vt prætet Matiſconenſem, Bolonienſem & alios Comitatus, Quintinopolis', Ambianum, Abbatis-Villa, aliaque opida ad vtramque Somonæ ripam ſita, Burgundo cederent, donec ipſi aut ſucceſſoribus Francus eiúſve heres quadringenta aureorum millia perſoluiſſet.

1436 Iacoba Bauara, Hannoniæ Hollandiæque Comitiſſa, Friſiæ & Groningæ domina, moritur. Hereditarias conſobrinæ ſuæ prouincias adiit *Philippus Bonus*, Burgundiæ Brabantiæque Dux.

1437 Sigiſmundus Imp. Snoimæ menſe Decembri moritur: ſuccedit gener eius ALBERTVS II. Auſtrius.

1438 Iuſſu Eugenij IV. Papæ, Concilium legitimum Ferrariç incohatur, & anno ſequenti Florentiæ finitur. In hoc Concilio, Ioannes Palæologus Imp. Conſtantinopolitanus & Ioſephus Patriarcha Eugenium vniuerſæ Eccleſiç caput agnoſcentes, eidem ſe ſuoſque ſubmiſerunt.

1439 Catharina Caroli Franciæ Regis filia Carolo Audaci, Philippi Boni F. deſponſatur, & poſt paucos menſes moritur. Albertus II. Imp. moritur VI. Kal. Nouembris, in Alba regali conditus.

1440 FREDERICVS Auſtriæ Dux, Erneſti F. in Alberti Imp. ſuperiore anno defuncti locum ſufficitur: *ſuprà pag.* 345. De Typographicæ artis inuentione variæ certant gentes. Qui de Chinenſium rebus ſcripſerunt, typographiam apud illos tam vetuſtam eſſe tradunt, vt omnem hominum memoriam ſuperet. Hoc tamen notant, in laminis ferè integris apud Chinenſes litteras ſculpi ſolere, ſicut apud nos icones ſiue imagines ſculpuntur: quales & hodie Catechiſmi inde adferuntur. Quæ vt ita ſint, nullum tamen incommodum erit, rem vnam eamdemque & nouam & veterem cenſeri, facta relatione ad diuerſos populos nec eodem ſub Sole iacentes. Videamus itaque, cui apud Europæos huius rei gloriam tribuamus. Sunt qui *Ioannem Fauſtum* ciuem Moguntinum anno 1440. hanc artem primùm excogitaſſe ſcribunt. Polydorus Vergilius *Ioannem Gutenbergium*, equeſtri virum dignitate, huius rei auctorem prædicat. Iacobus Wimphelingus dicit ipſum patria Argentoratenſem fuiſſe, illaque in vrbe artem excuſoriam anno 1440. primùm inueniſſe, indeque

indeque Moguntiam profectum eamdem feliciter auxiſſe. Gilber-
tus Cognatus Auguſtæ Vindelicorum iſtius inuenti laudem attri-
buit. Ex Germania certè Romam à Conrado quodam homine Ger-
mano 1458. typos excuſorios primùm allatos fuiſſe, idem Polydo-
rus fatetur. Germanorum certè hoc eſſe inuentum ſcriptores pœ-
nè omnes tradiderunt. Harlemenſes tamen hanc ſibi laudem vin-
dicare conantur; nec vanè fortaſſe, ſi Hadriano Iunio in Bataui æ
deſcriptione credimus, qui *Laurentium Ioannem* cognomento *Ædi-
tuum* ſiue *Cuſtodem*, ciuem & incolam Harlemenſem, huius rei inuen-
torem laudat.

Poſt varia prælia maritima, prædaſque ſæpiùs abactas, inter Hol- 1441
landos & Oſterlingos (qui ſunt Lubecenſes, Hamburgenſes, aliique
Germanici Oceani accolæ) induciæ in annos 12. pactæ ſunt, apud
Hafniam Daniæ metropolim.

Ioannes de Glimes, aliàs de Brabantia, cognomine Labeo, domi- 1442
nus Bergarum ad Zomam, Ioannis & Ioannæ Bouterſemlæ filius,
Bergenſe Canonicorum collegium, à patre ſuo temporibus Marti-
ni V. Papæ fundari cœptum, auctoritate Eugenij IV. inſtituit ac
dotat. *Not. eccleſ. Belgij* c.235. Dominorum ac Marchionum Bergizo-
menſium ſtemma in Diplomatibus Belgicis l.1. c.88. explicui.

Leonardus Aretinus Florentiæ moritur, ætatis 74. anno. 1443

Apud Hadrianopolim, loco cui Varna nomen, ab Amurate Tur- 1444
carum Rege Chriſtiani prælio vincuntur: in his *Vladiſlaus* Hunga-
riæ Rex capite ab hoſtibus truncatus, & *Iulianus Cæſarinus* Cardinalis
in fuga ab Hungaris latrunculis necatus eſt.

Vladiſlao Varnæ cæſo ſuccedit *Ladiſlaus*, Alberti II. Imp. filius po- 1445
ſtumus, tunc quinquennis, (*ſup. pag.* 345.) Ioanne Coruino Huniade
ab Hungaris Prorege deſignato, feſtis diebus Pentecoſtalibus.

Nicolaus Tolentinas Picenus, ordinis eremitarum S. Auguſtini, 1446
ab Eugenio IV. in Diuos refertur.

Eugenius IV. Pontifex moritur, doctorum hominum omniſque 1447
litteraturæ fautor eximius. Leonardum Aretinum, Carolum Pog-
gium, Georgium Trapezuntium, Flauium Blondum hiſtoria nobi-
lem, ſecretorum participes habuit. Gymnaſia omnia enixè fouit,
Romanum in primis, quod omnium diſciplinarum magiſtris in-
ſtruxit. Sublectus eſt Nicolaus V. qui doctrinæ ac virtutis gradibus
ad Pontificatus faſtigium aſcendit; eodem anno Epiſcopus, Cardi-
nalis, Pontifex creatus. B. Coleta, Corbeiæ in Picardia nata, ordinis
monialium S. Claræ reformatrix, Gandaui moritur; ibidem in ſui
inſtituti cœnobio condita. Illam cælitibus 1604. Clemens VIII. &
Paulus V. 1610. adſcripſerunt. Vtriuſque diploma in Faſtis noſtris
Belgicis 6. Martij exſtat.

Philippus Maria Vicecomes, Ioannis Galeatij filius, Mediolanen- 1448
ſium Dux, ſine liberis vita fungitur. Heredem ſcripſit *Alfonſum* Ara-
goniæ & Apuliæ Regem: vt Pandulfus Collenutius narrat. *Franciſcus
Sfortia* (illius Sfortiæ filius, qui Ludouicum Andegauenſem ſecutus,
in Apulia contra dictum Regem Alfonſum fortiter bellum geſſerat)
ductâ Blancâ Philippi ſpuriâ filiâ, Mediolanenſes fruſtrà ſibi libertatē
aſſerere conantes ſubegit. Eamdē ſibi prouinciā deberi contendebat
Carolus Ludouici F. Aurelianenſium Dux, vtpote Valentina Philippi
ſorore genitus. Sic atrox in Italia bellū eſt excitatū. Cū Alfonſo poſteà
Franciſcus Sfortia 1454. amicitiā iniit, & Alfonſo illius nepoti, Ferdi-

nandi nothi filio, Hippolytam Mariam filiam in matrimonium dedit. Edmundus Dinterus Wenceſlao, Antonio, Ioanni & Phil.Bono Brab. Ducibus à Secretis, moritur, & Bruxellæ in S.Iacobi æde iuxta palatium conditur. Scripſit hiſtoriám Brabantiæ, quæ ms. apud me & alios exſtat.

1449 Ioannes Stabulanus, ad S.Laurentium Leodici monachus, hiſtoriam Epiſcoporum Leodicenſium ad hunc vſque annum deduxit, quo & obiit. Stabulanum excipit Ioannes Loſſenſis, einſdem loci monachus.

1450 Iacobus de Hornes à Frederico III. Imp. Comes S.R. Imperij creatur. *Not.c.*236. Hornanæ familiæ ſtemma in Donationibus Belgicis l.1.c.128. reperies. Fredericus III.Imp. Romæ coronatur. Idem Borſium Eſtenſem creat Mutinæ Ducem. Eumdem poſteà Paulus II. Papa Ferrariæ Ducem appellauit.

1451 Ioannes Egmondæ in Hollandia dominus moritur, qui Canonicorum VI. collegium ibidem inſtituit. Idem ex Maria, Ioannis Arkelæ, Gorichemi & Lerdami filia herede, ſuſtulit *Arnoldum Egmondanum*, titulo maternæ ſucceſſionis Ducem Gelrenſem, & *Guilielmum* Egmondæ, Iſelſtenij, Buræ ac Lerdami dominum: quorum poſteritatem ſuprà pag.304. & in Donationibus Belgicis l.1. c.136. repræſentauimus.

1452 Albertus Marchio Brandeburgenſis, Achilles Germaniæ dictus, floret.

1453 Vlricus à Frederico III. Imp. creatur primus Friſiæ orientalis ſeu Oſtfriſiæ Comes: cuius quidem prouinciæ metropolis eſt Amiſia, vulgò *Emda*, à fl. Amiſio, cui adiacet, ſic dicta. Andronicus iunior Græcorum Imperator, Andronico auo (vt ſuprà pag. 330. dictum eſt) eiecto, annis circiter 8. hoc eſt, vſque ad an. 1341. regnauit: quo decedens tutorem ambobus filiis *Ioanni Palæologo* & *Manueli* Ioannem Cantacuzenum dedit. Exinde 1357. Cantacuzeno pulſo, Ioannes Palæologus annis 27. imperauit, & an. 1384. Manuelem ſucceſſorem habuit. Hic an. 1419. *Ioanni* filio reliquit imperium. Conſtantinus demum Octauus vltimuſque an. 1443. imperare cœpit: cuius octauo anno, Chriſti 1453. Mahometes Turcarum Rex, Deo Græcis irato, Conſtantinopolim vi cepit: vt à Conſtantino incohatum cum Conſtantino, à Turcis occiſo, deficeret Imperium. Carolus VII. Franciæ Rex Anglis Aquitaniam eripit, ipſiſque nihil præter Caletum in Gallia reliquum relinquit. Pulſos ex Aquitania Anglos bellum domi ciuile excepit. Duæ apud illos erant regiæ familiæ, vna *Eboracenſis*, altera *Lancaſtria*. Henricus Lancaſtrius, Richardo II. 1399. interfecto, regnum vſurparat, illo nomine IV. Rex dictus. Huic 1413. morienti filius Henricus V. ſucceſſit, qui ex Catharina, Caroli VI. Fr. Regis filia, Henricum VI. ſuſcepit, & 1422. deceſſit. Exinde orta anno 1453. inter proceres factione, Richardus Eboracenſis Henricum VI. collatis ſignis 1460. ſuperat, regnumque occupare tentat. Id ægrè ferens Margarita Henrici coniux, virilis animi femina, Richardum acie victum interficit, fugatoque Richardo altero, Waruici Comite, maritum reſtituit in regnum. Pòſt Richardi filius *Eduardus*, Merchiæ Comes, Richardi Waruicenſis auxilio, Henricum & Margaritam ex Anglia pellit, Rex ipſe an. 1461. renuntiatus. *Comin. c.*50. *& ſeqq.* Hunc deinde Waruicenſis, orta inter ambos ſimultate, Ludouici XI. Fr. Regis ope fugauit, & Henricum 1471. in

regnum

regnum reduxit. Eduardus verò, Carolo Audace Burg. Duce adiutante, ſexto pòſt menſe regnum recepit: & Richardo Warnicenſi in pugna interfecto, vitam Henrico VI. Regi eiuſque filio vnico Eduardo eripuit. Eduardus porrò annis 23. regnauit, & 1483. deceſſit. Cuius frater Richardus Gloceſtriæ Dux, occiſis eius filiis, regnum inuaſit; quod tertio pòſt anno ab Henrico Richemundenſi, Ioannis (qui Henrici VI. frater erat) filio, oppugnatus, cum vita perdidit. Henricus porrò iſte 1486. regnum auſpicatus eſt, eo nomine Septimus, Octaui pater, qui à Catholica communione receſſit. Atque ille filiam Eduardi IV. Regis, ex Eboracenſi familia, Eliſabetham duxit. Quo quidem matrimonio Lancaſtriam & Eboracenſem familias in vnum velut corpus coniunxit. Iacobus de Lalain, Eques Velleris aurei an. 1451. creatus, vir ſuo æuo fortiſſimus, in obſidione arcis Poncqueauæ in agro Gandenſi, Principi ſuo Phil. Bono militans, ictu maioris tormenti occiditur, ætatis 32. anno, patre ſuo Guilielmo adhuc ſuperſtite, & vxore non dùm ducta. Sepultus iacet in templo parochiali de Lalain, primo lapide à Duaco. Vitam eius ſcripſit Georgius Caſtellanus, Bruxellæ 1634. editam. Stemma porrò familiæ de *Lalain* exſtat in Ponti Heuteri Genealogiis, à Plantino editis.

Pars ſtemmatis familiæ de Lalain.

- Otho dom. de Lalain obiit 1441.
  - Guilielmus dom. Lalaini.
    - Iacobus Eq. v. a. ob. 1453.
    - Ioannes vendidit Lalainum 1481. Iudoco patrueli ſuo.
      - Arthus dom. de Bugnicourt.
        - Pontus Eques v. a. 1541. obiit ſine liberis.
        - Anna.
        - Bona.
        - Iolenta.
  - Sanſeus.
  - Simon dom. de Montigny & Hautes, Eq. v. a. 1431. ob. 1478.
    - Iudocus dom. de Montigny emit Lalainum 1481. Eq. v. a. 1478. ob. 1483.
      - Carolus Comes de Lalain Eq. v. a.
        - Carolus Com. Lalaini Eq. v. a.
          - Philippus Com. Lalaini obiit 1582.
            - N. obiit puer.
            - Margarita Com. de Lalain.
          - Emanuel Marchio de Renty Eq. v. a.
            - Alexander ad Sluſam periit cælebs.
            - Margarita.
        - Philippus Co. Hochſtrati Eq. v. a.
          - Antonius Comes Hochſtrati ob. 1568.
            - Guilielmus Com. Hochſtrati. 1590.
              - Antonius Co Hochſtrati Eq. v. a. obiit ſine lib.
            - Carolus Co Hochſtrati, Eq. v. a. obiit 1626.
              - Albertus.
          - Georgius ob. 1581. ſine liber.
      - Antonius Comes Hochſtrati 1518. Eq. v. a. 1516. ob. ſine liber.

Carolus Audax, Philippi Boni filius, Inſulis nuptias celebrat cum Iſabella Borbonij Ducis filia, cuius hodieque tumulus Antuerpiæ ſpectatur in æde S. Michaëlis. 1454

Nicolaus V. Papa moritur: Calixtus III. Borgia ſuccedit. Is Vincentium Ferrerium Dominicanum & Eduardum Angliæ Regem in Diuos retulit. 1455

Ludouicus Galliæ Delphinus, patris ſui Caroli VII. aula relicta, ad Philippum Bonum Burg. Ducem confugit. Aicurienſe Canonicorum collegium ex Gallo-Brabantia Louanium ad templum S. Iacobi transfertur; iuxta diploma à Nicolao V. Papa pridem datum. Hugo Lanoyus, Eques Velleris aurei, vir militia clariſſimus, anno ætatis 72. moritur Inſulis, in ſacello à ſe adornato ibidem in S. Petri baſilica conditus. 1456

 Bartho-

1457 Bartholomæus Facius Hiſtoricus moritur; quem Ioannes Iouianus Pontanus, atque hunc Guicciardinus excipit. Henricus Abbas Tungerloënſis, ord. Præmonſtratenſis, parochialem S. Sulpitij eccleſiam, in opido Diſtenſi, in collegiatam Canonicorum à Lud. Borbonio Ep. Leodicenſi erigendam curat. *Not. c.* 235. Theobaldus Luxeburgius, Ludouici Comitis S. Pauli frater, Armenteriæ & Fiennarum dominus, mortua vxore, fit monachus ord. Ciſtertienſis. Is poſteà Igniacenſis & Vrſicampenſis Abbas, ac demum Epiſcopus Cenomanenſis fuit. Romam ad purpuram euocatus, eò tendens in itinere obiit.

1458 Alfonſus Aragoniæ & Siciliæ Rex, ſummus litterarum & eruditorum virorum cultor, ætatis 66. anno, Neapoli moritur; Aragoniæ ac Siciliæ regnis Ioanni fratri relictis. Neapolitanum regnum Ferdinando filio notho legauit. Calixto III. defuncto Pius II. Senenſis ſufficitur, anteà dictus *Æneas Siluius* Piccolominius, vir eruditiſſimus. Ladiſlao Hungariæ Rege defuncto, Matthias Coruinus, Ioannis Huniadis, Tranſſiluaniæ Principis (Vaiuodam vulgò vocant) filius, ab Hungaris Rex eligitur.

1459 Laurentius Valla Romæ floret, libris 6. Elegantiarum linguæ Latinæ editis, itemque Herodoto ac Thucidide Latio donatis clarus.

1460 Baſileenſis Academia à Pio II. Papa inſtituitur.

1461 Carolus VII. Fr. Rex 22. Iulij moritur: in eius locum filius *Ludouicus XI.* ſucceſſit; adiutante & deducente Phil. Bono Burg. Duce, apud quem in Brabantia tunc agebat homo callidus & aſtutus. Is ſub exordium regni conſpirantium inter ſe procerum factionibus agitatus, conatus illorum aſtutiâ diſcuſſit: nam omnibus quæ peterent prolixè tribuendo, diſtractos deinde aggreſſus, dum ſingulos oppugnat, vniuerſos vicit. Trapezuntem Mahumetes Turcicus Imp. occupat; Dauide Comneno Imp. cum duobus filiis capto, ac poſteà cæſo: vt Chalcondylas & Leonclauius narrant.

1462 Mahumetes Lesbum & Mitylenem inſulas occupat; cæſo Dominico Cataluſio, illarum inſularum Principe. *Leoncl.* Laonicus Chalcondylas Athenienſis hiſtoriam ſuam de origine rebuſque geſtis Turcarum hîc ferè terminat. Antonius de Croy, Comes Portiani ac dominus Arſchoti, eiuſque vxor Margarita collegium Canonicorum Arſchoti inſtituunt ac dotant. *Not. c.* 235. Ioannes Weſemaliæ, Falaiſij & terræ Mechlinienſis dominus, prole legitima carens, Carolum Audacem, Phil. Boni filium, ſcribit heredem. *Not. c.* 236.

1463 Ludouicus XI. Galliæ rex, numerata ingenti pecuniæ ſumma, Bolonienſem & Pontiuenſem Comitatus, adhæc Ambianum, Corbeiam, Peronam, Quintinopolim, aliaque ad Somonam fl. opida, Burgundo oppignorata, recipit. Flauius Blondus Hiſtoricus, qui & Eugenio IV. Pontifici ab Epiſtolis fuit, Romæ moritur.

1464 Pius II. Anconæ moritur: Paulus II. Venetus ſuccedit. Nicolaus Cuſanus, à natali vico ad Moſellæ ripam ſito ſic dictus, ex Archidiacono Leodicenſi Epiſcopus Brixienſis & Cardinalis, poſt Conſtantinopolitanam aliaſque legationes obitas, Tuderti in Vmbria moritur, & Romæ ſepelitur.

1465 Iſabella Borbonia, Caroli Audacis vxor, Antuerpiæ moritur, & in S. Michaëlis cœnobio ſepelitur, ante aram ſummam; Mariâ vnicâ filiâ relictâ. Ad Montem-Hericium, octauo circiter à Lutetia lapide, pugna committitur inter Ludouicum XI. Fr. Regem & proceres

ceres aliquot contra ipſum confœderatos, quorum princeps erat Carolus Audax, Philippi Boni filius. Victoria demum penes Carolum ſterit. *Comin. c.* 8.

Carolus Audax Dionantum ad Moſam vaſtat. Georgius Caſtriotus Scanderbegus, Epirotarum Princeps, rebus plurimis aduerſus 1466
Turcas fortiſſimè geſtis, ætatis 63. anno, 27. Febr. apud Aleſſium Albaniæ opidum febri exſtinguitur: vt in eius vita Marinus Barletus narrat.

Philippus Bonus Belgici imperij conditor 15. Iunij ætatis an. 71. 1467
Brugis moritur: filius eius *Carolus Audax* ſuccedit.

Carolus Audax cum Margarita Eboracenſi, Eduardi Angliæ Regis 1468
ſorore, Brugis menſe Iulio nuptias celebrat. Leodicum à Carolo Audace capitur & vaſtatur. Apud Cominæum & alias illius belli cauſſam inuenies. Huic obſidioni Ludouicus XI. Galliæ Rex interfuit; quem Carolus Peronâ, vbi ſimul collocuti fuerant, vel inuitum eò deduxerat.

Ludouicus XI. Fr. Rex ordinem Equitum S. Michaëlis inſtituit. 1469
Claudius de Monte-acuto, dominus de Colchis & Longo-vico, Eques Velleris aurei, ex vetuſta Ducum Burgundiæ familia oriundus, eiuſque vxor Ludouica Turriana, Colchenſe Canonicorum collegium in Burgundia fundant. *Donat. Belgica l.* 1. *c.* 141.

Ioanne Lotharingiæ Duce defuncto, Nicolaus eius filius tertiò 1470
genitus (priores enim duo obierant) Principatum adit; quamquam auo Renato adhuc ſuperſtite: *ſuprà pag.* 275.

Thomas Kempenſis, Canonicus regularis Auguſtinianus ex Congregatione Windeſimenſi, vir eximiæ in Deum pietatis (vt aurei il- 1471
lius de Chriſti imitatione libelli teſtantur) in Monte S. Agnetis, cœnobio apud Suollam opidum ſito, obdormit. Vitam eius deſcripſit Iudocus Badius, cum operibus editam. Ingolſtadij apud Bauaros Academia excitatur. Paulus II. Papa moritur: ſuccedit Sixtus IV. Sauonenſis Ligur, olim ordinis Minorum Generalis Miniſter. Platinæ hiſtoria Pontificia Pauli II. obitu terminatur. Eam Onuphrius Panuinius excipit. Dionyſius Cartuſianus Ruræmundæ decedit.

Hoc ferè tempore *Philippus Cominæus* à Carolo Audace ad Ludo- 1472
uicum XI. Franciæ Regem tranſiit. Natus is erat prænobili apud Gallo-Flandros familia Clitana ſeu Cominæa, quæ Ioanne inter primos Velleris aurei Equites, à Phil. Bono an. 1430. creato, gloriatur. Et iam octauum in palatio Caroli annum Cominæus agebat; adeoque ſe in illius Principis familiaritatem inſinuauerat, vt ex puero honorario conſiliorum eius arcanorumque particeps factus, primarium in aula locum obtineret. Præter oris totiuſque corporis dignitatem, vigebat in eo ingenium, prudentia & omnibus in rebus ſolertia quædam ſingularis. Res geſtas omnium gentium ac præſertim Romanorum Gallicè redditas (neque enim Latinè ſciebat) diligentiſſimè legerat, & memoria tenebat. Qua & in primis valuit: adeò vt, Iulij Cæſaris exemplo, quaternas ſæpè amanuenſibus litteras, de variis grauiſſimiſque Reipublicæ negotiis, eodem tempore dictaret; tanta quidem facilitate, quaſi vnum tantummodo tractaret argumentum. Quæ verò cauſſa animum eius tranſuerſum egerit, atque in partes Ludouici Regis traxerit, nec ipſe prodit; nec aliunde certò conſtat. Iacobus Marchantius lib. 2. in ſua Flandriæ deſcriptione, hæc ſe à viro ſene aulico accepiſſe narrat. Cùm Philippus Carolo adoleſcenti &

Anni vulgares Chriſti.

nondum Duci ab obſequiis eſſet, adeò gratia valuit, vt ipſo magis ſocio quam famulo vteretur. Cumque à venatione feſſi domũ rediiſſent, & Philippus Carolo ocreas dempſiſſet, is ſui benignitate Principis abuſus, idem ſibi à Carolo officium inter iocandum præſtari paſſus fuit. Carolus autem vt iocum ioco rependeret, poſtquam ocrea Philippum exuiſſet, extemplò eadem illa caput eius vehementer contudit. Id factum cùm inter aulæ miniſtros ac proceres ſparſum fuiſſet, Philippus ludibrio paſſim eſt habitus. Indeque ſenſim Caroli odium in animum admiſiſſe, ac demum ad illius hoſtem Ludouicũ XI. tranſiiſſe creditur. Cuius quidẽ Regis, vt & Caroli VIII. filij nomine, ad ſummos Principes plurimas poſtea legationes obiit; conſiliiſque omnibus, quæ de Republica habebantur, non interfuit modò, ſed & præfuit. Ludouico è viuis ſublato (vt liuori ac periculis exteri in aulis Principum maximè ſolent eſſe obnoxij) multùm exercitus fuit. Augeſcente demùm inuidia, res eò deducta eſt ab aduerſariis, vt Loſcæ, quod opidum & arx Biturigum eſt, quaſi læſæ maieſtatis reus, in vincula coniiceretur. Duriter admodum eo in carcere eſt habitus. Coniux interea *Helena Chambeſia* ſatagebat, vt Lutetiam Pariſiorum duceretur. Quò cùm veniſſet, aliquantò pòſt accerſitur in Senatum. Cumque aduerſarios haberet opibus & gratia admodum potentes, adeoque nullum inueniret patronum, cauſſam ipſe ſuam in Senatu egit, & horas duas locutus, magna cum attentione omnium, ita diſſeruit, vt à iudicibus innocens dimitteretur. Annos ferè tres in cuſtodia fuit. Inſequente anno, filiam è coniuge ſuſtulit Ioannam, quæ poſteà Renato Aremorico, Pentebriæ Comiti, nuptui data: quo ex matrimonio multæ illuſtres in Gallia familię maternam originem ad Cominæum referunt. Annos ferè 64. natus obiit 1509. Argentoni Pictonum opido, quod vxoriæ dotis nomine poſſidebat; indeque Lutetiã Pariſiorũ delatus, apud Auguſtinianos, in ſacello quod viuus exſtruendũ curarat, tumulo marmoreo conditur. Iuſtus Lipſius (cuius vnius inſtar omniũ iudiciũ eſto) cum quouis eum veterũ Hiſtoricorũ conferre non dubitat: vt qui Polybij exemplo, vtiliſſima præcepta, & ciuilia paradigmata frequenter adhibeat. Principes itaq; hunc legant, ſuadet: quòd *dignus Alexandris ſit omnibus hic Philippus.* Scripſit autem luculentam 34. annorũ hiſtoriam: quâ Ludouici XI. & Caroli VIII. Galliæ Regum, itemque Philippi Boni & Caroli Audacis, Belgicæ Principum, res geſtas complexus eſt.

Nicolaus de la Clite dominus de Reneſcure ob. 1404.	Ioannes, dominus de Comines Eq. v. a. 1430.	Ioannes dom. de Comines duxit Ioannam de Tousteville.	Ioanna de la Clite domina Cominij nupſit Ioanni domino de Halewin.	Georgius dom. de Halewin & Comines duxit Antoniam de S. Aldegonde.	Ioannes duxit Ioannam de Lannoy Vicecomiſſam de Nieuport.	Ioanna domina de Halewin & Comines Vicecom. de Nieuport, vx. Philippi de Croy Ducis Arſchotani.	Carolus Dux de Croy & Arſchot ſine lib. Anna vx. Caroli Co. Arenberg. Margarita.
	Petrus Canonicus Inſulenſis.						
	Nicolaus dom. de Reneſcure.	Philippus de Comines, al. de la Clite, Hiſtoricus ob. 1509. duxit Helenam de Chambes.	Ioanna vxor Renati de Britannia Comitis de Ponthieure.	Ioannes de Britannia Dux de Eſtampes ob. ſine lib. Carolotta heres, vx. Franciſci Lux.	Sebaſtianus de Luxembourg Vicecomes de Martigues.	Maria de Lux. vx. Emanuelis de Lotharingia Ducis de Mercœur.	Franciſca vx. Cæſaris Ducis Vindocinenſis.
	Margarita. Philippa. Catharina. Maria.						

Stile

Stilo Romano annum à Kalendis Ianuariis ordiente, Carolus Audax an. 1473. die 3. Ianuarij Parlamentum Mechliniæ instituit: cuius ſtatum ac formam in tabula à pictore eleganter expreſſam videre iuuat in atrio palatij Mechlinienſis. Arnoldus Gelriæ Dux, quem filius Adolfus annis aliquot captiuum tenuerat, moritur. Nuntiis de eius obitu acceptis, Car. Audax Gelriæ ab Arnoldo emptæ poſſeſſionem adit; Adolfo Arnoldi filio Curtraci in cuſtodia detento: *ſuprà pag.* 304. Arnoldo de Merode, eiuſque fratribus Ioanni, Ricaldo & Guilielmo dignitatem Baronatus ab auis acceptam Fredericus III. Imp. confirmat. Diploma in Donat. Belg. l. 1. c. 142. exſtat; vbi & ſtemma familiæ Merodiæ reperies. Carolus Audax Brugis exiſtens menſe Februario Ioannē de Croy magna ſolemnitate ac pompa primū Chimaci in Hannonia Comitem creat. Ex noſtris Principibus is primus ſupremum iſtud creandorum Comitum ius in vſum deduxit. *Donationes Belgicæ l.* 1. *c.* 140. vbi & ſtemma familiæ de Croy repræſentaui. Herenberga, ditionis Sutfanienſis opidum, à Frederico III. Imp. titulo Comitatus honoratur: *Not. eccleſ. Belgij c.* 109. 1473

Petrus a Timo Girlenſis, Canonicus & Theſaurarius Bruxellenſis, Hiſtoriæ Brabantinæ (quæ ms. apud Senatum Bruxellenſem exſtat) ſcriptor, moritur. 1474

Bartholomæus Platina Cremonenſis Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos à Sixto IV. Papa conſtituitur. 1475

Guilielmo Hugoneto, Burgundiæ Cancellario, Carolus Audax dono dat Middelburgum Flandriæ opidum, quod Albertus Pius 1617. Comitatus titulo nobilitauit. 1476

Carolus Audax dum Nanceium obſidet, à Renato Lotharingiæ Duce, Heluetiis auxiliis inſtructo, 5. Ianuarij victus in acie cadit; relicta vnica filia *Maria*, quę Maximiliano Auſtrio poſteà nupſit. Caroli morte audita, Ludouicus XI. Fr. Rex Ducatum Burgundiæ, Arteſiam aliaſque prouincias inuaſit. Adolfus Arnoldi Gelriæ Ducis filius, à Gandenſibus cuſtodia Curtracenſi extractus, militiæque præfectus, prope Tornacum à Francis occiditur: *ſuprà pag.* 304. 1477

Maximilianus Imp. pridie Kal. Maij Equitum Velleris aurei comitia Brugis in S. Saluatoris templo celebrat. Ibi cùm ab Adolfo Cliuio Raueſteinij toparcha torquē equeſtrem illius Ordinis accepiſſet, ipſe deinde Guilielmum Egmondæ dominū, Wolfardum Borſelum Grandi-pratenſem Comitē Veriæque in Zelandia toparcham, Ioannem Lalainum Montiniaci, Iacobum Luxeburgium Fiennarum & Armenteriæ, Philippum Burgundum Beueræ in Walia, dominos, Petrum Luxeburgium S. Pauli, Iacobum Sabaudum Rotundi-montis, Comites, & Bartholomæum Lichtenſteinium ſodalitio Equitum Velleris aurei adſcripſit. Mahometes Turcorū Rex Croiam Epiri vrbem occupat, & Scodram in Macedonia Venetis eripit. Florentiæ in Medicæos fratres, quaſi libertati publicæ inſidiantes, impetu à ciuibus facto, Iulianus occiditur, Laurentius euadit. 1478

Ad Guinegatam in Morinis, Maximilianus I. Imp. menſe Auguſto cum Francis feliciter acie certat; cæſis aliquot hoſtium millibus: quorum plerique generis nobilitatē auratis calcaribus prodiderunt. Ex noſtris inter alios Iacobus & Antonius Halewinij ceciderunt. Ioannes Fayns Betunienſis, Conſiliarius Mechlinienſis, librū Gallicè ſcribit; in quo multis rationibus aduersùs Francos docet, vtramque Burgundiam, Arteſiam, aliaſque prouincias ad Mariam Burgundam iure pertinere. Liber apud me & alios ms. exſtat. 1479

1480 Poſt Rhodum fruſtrà obſeſſam, atque ingentem ibi cladem acceptam, Turci Hydruntum, Apuliæ vrbem maritimam, capiunt. Baiazetes Turcorum Imp. ad Innocentium VIII. Papam dono mittit Ferrum lanceæ, quo Chriſti latus apertum eſt. Ioannes Carondeletus in locum Guilielmi Hugoneti Burgundiæ Cancellarij, à Gandenſibus capite plexi, à Maximiliano eiuſq; coniuge Maria ſufficitur.

1481 Matthæi Palmerij Chronicon explicit. Franciſcus Phœbus Rex Nauarræ, Princeps Bearniæ & Comes Foxij, ſine liberis moritur, in Laſcarienſi vrbe ſepultus. Heredem ſcripſit Catharinam ſororē, quæ Ioanni Albreto marito ſuo regnū aliaſque ditiones in dotem attulit.

1482 Maria Burgunda Belgarum Princeps, Maximiliano I. Auſtrio nupta, equo inter venandum lapſa, Brugis poſt aliquot dies menſe Martio moritur, & in templo Deiparæ ibidem ſepelitur; relictis liberis duobus, *Philippo Auſtrio* quadrimo, & *Margarita* pòſt Belgarum Gubernatrice. Ioannes Trithemius, à vico natali diœceſis Treuerenſis ſic dictus, fit monachus in Spanheimenſi Benedictinorum cœnobio, primo lapide à Crucenaco Palatinatus Rhenani opido: vbi cella eius hodieque viſitur.

1483 Ludouicus XI. Fr. Rex Pleſſiaci in ſuburbano Turonenſi III. Kal. Septembris moritur, & Cleriaci in templo D. Virginis conditur. Filius eius *Carolus VIII.* annum 13. agens regnum ſuſcipit, ſub Annæ ſororis ſuæ tutela, quam Petrus Borbonius Bello-iocenſis duxerat. Iudocus de Lalain, in obſidione vrbis Vltraiectinæ glande ferrea traiectus, moritur, & Dainſæ in Flandria ſepelitur, in monaſterio virginum, quod pater eius Simon ædificari iuſſerat.

1484 Sixto IV. Papæ defuncto, Innocentius VIII. Genuenſis ſuccedit. Ciuile bellum inter prouincias ac ciuitates Belgicas excitatur; aliis pro Maximiliano Cæſare, aliis pro Philippo filio ſtantibus.

1485 Rudolphus Agricola Groninganus Heibelbergæ moritur. Elogiū eius vide in Elogiis noſtris Belgicis.

1468 Maximilianus Auſtrius, Frederici III. Imp. filius, ætatis 28. anno, Romanorū Rex Aquiſgrani 10. Aprilis coronatur. Ipſo coronationis die Carolum Croyum, Ioannis ſuprà an. 1472. memorati nepotem, creat Chimaci Principem. *Not.c.*236. *& Don Belg.l* 1.*c.*140. Idem Maximilianus Bruxellæ exiſtens 12. Nou. Ioannem renuntiat primum Egmondæ Comitem: *Not. c.* 236. Egmondanæ familiæ ſtemma in Donationibus Belgicis l. 1. c. 136. & ſuprà pag. 304. deſcripſimus.

- Maximilianus I. Imp. duxit Mariam Burgundiæ & Belgij Principem.
  - Philippus Pulcher d. Ioannā Hiſpaniæ heredem.
    - Carolus V. Imp. duxit Iſabellam F. Emanuelis Regis Luſitaniæ.
      - Philippus II. Rex Hiſp.
        - Philippus III. Rex Hiſp.
          - Phil. IV. Rex Hiſp.
            - Balthaſar-Philippus.
          - Carolus.
          - Ferdinandus.
          - Anna.
          - Maria.
        - Iſabella.
        - Catharina.
      - Maria.
      - Ioanna.
    - Ferdinandus I. Imp.
      - Maximilianus II. Imp.
        - Rodolphus II. Imp.
        - Matthias Imp.
        - Maximilianus.
        - Albertus Belgarum Princeps.
        - Anna. Ioanna.
      - Carolus Archidux.
        - Ferdinandus II. Imp.
          - Ferd. Erneſtus Rex Hung.
          - Leopoldus-Gulielmus.
        - Leopoldus ob. 1632.
        - Margarita.
        - Conſtantia.
        - Maria.
      - Eliſabetha.
      - Catharina.
      - Ioanna.
    - Eleonora.
    - Catharina
    - Maria.
    - Iſabella.
  - Margarita.

Frede-

Fredericus III. Imp. menſe Iulio in Brabantiam venit, à filio ſuo Maximiliano Louanij, Bruxellæ, Mechliniæ, Antuerpiæ & alibi honorificè exceptus ac cultus. Tribus ferè menſibus in Belgio exactis, ad ſuos in Germaniam rediit.

Iacobus Sabaudus, Rotundi montis Comes, Ludouici Sabaudiæ Ducis filius, Velleris aurei Eques, in Francia moritur. 1487

Franciſcus Britanniæ minoris Dux, prælio cum Caroli VIII. Fr. Regis ducibus commiſſo, vincitur & capitur; poſt triennalem demum cuſtodiam dimiſſus. Huius defuncti filiam *Annam*, Maximiliano Rom. Regi pactam, Carolus VIII. Fr. Rex ſibi iunxit; repudiata *Margarita* Maximiliani filia, quam ſibi deſponderat. Bellum ob id inferente Maximiliano, pax denique facta eſt, Arteſiâ Maximiliano à Francis reſtitutâ. 1488

Paulus Æmilius Veronenſis, Canonicus baſilicæ cathedralis Pariſienſis, huc vſque Francorum Hiſtoriam deduxit. Audomaropolis eripitur Francis. 1489

Faſciculus temporum hoc anno terminatur: cuius auctor fuit Wernerus Roleuincus Weſtfalus, Cartuſianus. Appendices alius vſque ad annum 1518. adiecit. 1490

S. Ignatius Loiola, Societatis Ieſu auctor & princeps, nobili loco in Cantabria naſcitur. 1491

Innocentio VIII. Pontifici defuncto *Alexander VI.* Borgia ſufficitur. Fredericus Egmondanus, Ioannis Comitis I. Egmondani frater, à Maximiliano I. Imp. creatur primus Buræ Comes. *Donat. Belg. lib. 1. cap.* 36. *& ſuprà pag.* 304. 1492

Duces, Principes, Marchiones, & Comites feudatarij in Belgio.

Dignitatum nomina ac munia miro modo ſurgere, procedere & variari ſolent. Apud Romanos & Germanos olim dicebantur Comites, qui Principem ſuum ſequebantur, & ad latus eius verſabantur; vel qui Legatos Principis, Magiſtratus & Indices prouinciarum ſectabantur, eiſque aſſidebant: vt Papinianus auctor eſt non vno loco. Ex horum ordine cùm plerumque ſumerentur ij qui ad prouincias regendas mittebantur, (vnde Miſſos Franci vocabant) factum eſt, vt Rectores illi deinceps Comites nominarentur; & Comites eſſent non iam Principis, à quo aberant, ſed prouinciæ, quam ipſi cum dignitate Comitiua gubernarent. Sic Comitem Africæ Tingitanæ, Comitem littoris Saxonici, Comitem Britanniæ, Italiæ, Argentoratenſem in Notitia Imperij, ſub Honorio & Arcadio, legimus. Apud Francos ſanè, *Comites* erant Iudices ordinarij, qui ius per pagos dicebant: qui & *Graphiones* ſunt nuncupati: quæ vox apud Germanos ſuperiores & inferiores (*Graffen & Grauen*) permanſit. Creſcente tandem ambitione, Comites honorarij (vt & Duces, Principes ac Marchiones) ſunt creati, qui neque Principi adeſſent, neque regionem, diſtrictum, aut Comitatum regendum haberent; ſed aut meritis ſuis aut Principis gratia eam dignitatem, titulo tenus, obtinerent.

Tales hodie in prouinciis Belgicis ſunt DVCES de Arſchot & Havrech; PRINCIPES de Barbanzon, Chimay, Eſpinoy, Gaure, Ligne & Robecque; MARCHIONES de Aiſeaux, Berges in Brabantia, Dainſe, Lede, Lisbourg, Morbeque, Renty, Roubaix, Traſignies, Trelon, Vere & Weſterlo; COMITES de S. Aldegonde, Anappes, Anholt, Beaurepair,

Anni vulgares Christi.

Bailleul, Beaumont, Berges aliàs Herenberge in diſtrictu Sutfanienſi, Barlaimont, Boſſu, Bruay, Buren, Buquoy, Cantecroy, Conpigny, Croix, Culenbourg, Egmont, Eſterres, Eſtré, Falais, Fauquenberge, Fonteyne, Freſin, Gamerage, Giblou, Gomiecourt, Gomignies, Grimberges, Grouſbeque, Hennin, Herlies, Hochſtrate, Houtkerke, Iſenghien, Lalain, Lerdam, Marles, Maſtain, Meghem, Middelburg in Flandria, la Motterie, Mouſcron, Noyelle, Oelem, S. Pol, Reux, Salme, Seneghem, Solre, Thiant, Tilly, Vertain, Vianden, Wacke, Walhain, Willerual, Watoüe & Wiltz.

Præter noſtratia iſta feuda titulis illuſtria, proceres Belgæ alias alibi ditiones ac dignitates poſſident; vt Principatum de Orange, Ducatus de Croy & Bournonville in regno Galliæ, Comitatus de Naſſou, Arenberge, Meurs & Renneburg in Germania, de Beaurieu, Gronsfelt, Here, Pere, Reckem & Warfuſé in agro Leodicenſi, de Bauſigny in Francia, & de Fontenoy in Lotharingia. Item apud Francos duo feuda Belgica, *Halevvin* & *Crequy*, gaudent hodie titulo Ducali. Eſt & inter Franciæ proceres, qui Comes de *Ougnies* dicitur.

Fredericvs III. Imp. Iacobum Hornæ an. 1450. & Oſualdū 1473. Herenbergæ Comitem creauit. Ex noſtris Principibus primus Carolvs Avdax ſupremum iſtud creandorum Comitum ius in vſum deduxit; vtpote qui an. 1473. menſe Februario, Brugis exiſtens, Ioannem de Croy magna ſolennitate ac pompa primum Chimaci in Hannonia Comitem renuntiauit. Caroli gener Maximilianvs I. Imp. an. 1486. Chimacenſem Principatum, Egmondanum 1486. & Buranum 1492. Comitatus inſtituit. Maximiliani ex Philippo Pulchro nepos Carolvs V. Imp. 1531. Arſchoti Ducatum, Spineti 1541. & Gaueræ 1553. Principatus; Bergizomenſem in Brabantia 1533. Reutiacenſem in Arteſia 1533. & Verienſem in Zelandia Marchionatus; itemque Comitatus de Hochſtrate 1518. Beaumont 1519. Lalain 1522. Reux 1530. Walhain 1532. Ligne 1544. Boſſu 1555. & Culenburg 1555. conſtituit. Caroli filius Philippvs II. Rex Catholicus Marchionatus de Haurech an. 1576. & de Roubaix 1579. Comitatus de Cantecroy 1570. Barlaimont 1574. Herlies, Buquoy, Hennin 1579. Iſenghien 1582. & Solre 1590. condidit. Albertvs Belgarum Princeps, Philippi II. gener, Principatus de Ligne 1602. & Barbanzon 1614. Marchionatum de Traſignies 1614. Comitatus de S. Aldegonde & Freſin 1602. Anappes & Bruay 1605. Eſterres 1611. Willerual 1612. Vertain 1614. Mourbeque 1614. Bailleul 1614. Falais 1614. Gomignies 1614. Noyelle 1614. Croix 1617. Middelburg in Flandria 1617. Marles 1621. erexit. Philippvs IV. Hiſpaniarum Indiarumque Rex Ducatum de Haurech 1627. Principatum de Robecque 1630. Marchionatus de Dainſe 1625. Aiſeaux 1625. Trelon 1626. Weſterlo 1626. Lisbourg in Arteſia 1629. & de Lede in agro Aloſtano 1633. Comitatus de Beaurepair 1622. Eſtré prope Duacum 1623. Gametage in Hannonia 1623. Coupigny in agro Inſulenſi 1624. Grimberges 1625. Maſtain in Hannonia 1626. Thiant 1627. Wacke 1627. de la Motterie 1628. Watoüe in Flandria 1629. Wiltz in agro Luxeburgenſi 1630. & Gomiecourt in Arteſia 1634. inſtituit.

Sic & Ferdinandvs II. Imp. Comitatus Rechem prope Traiectum Moſæ 1620. de Tilly 1622. de Here prope Trudonopolim 1623. de Gronsfelt prope Traiectum Moſæ, de Grousbeke in Gelria,

de

de Pere in Campania Leodicenſi,& alios in vicinia noſtra conſtituit.
Fredericus III.Imp. Viennæ moritur, in templo S. Stephani ibidem magnifico tumulo conditus: filius eius MAXIMILIANVS ſuccedit. 1493

Carolus VIII. Fr. Rex, magnis copiis in Italiam tranſgreſſus, regnum Neapolitanum occupat. Paulus Iouius & Franciſcus Guicciardinus ab hoc anno hiſtorias ſuas ordiuntur. De Italica iſta expeditione & Cominæus legi poterit. Tria litterarum lumina extinguuntur, Hermolaus Barbarus, Ioannes Picus Mirandulæ Comes, & Angelus Politianus. 1494

Eberhardus ex Comite primus Dux Witebergenſis à Maximiliano Imp. creatur. Idem Ieroſolymis reuerſus, Academiam Tubingenſem (Capnione & Nauclero ſuadentibus) an. 1474. aut 1477. inſtituit, & à Philippo Pulchro, Maximiliani Imp. filio, an 1491. Eques velleris aurei creatus fuit. 1495

Maximilianus à patre Frederico III. Imp. in Germaniam vocatus, menſe Maio Coloniam Agrippinã peruenit. Inde in prouinciam Ferrettanam profectus, ibidem inauguratur, vt & in aliis cognati ſui Sigiſmundi Auſtriaci ditionibus, patri iam anteà conceſſis. Ioanna Aragonia, Ferdinandi & Eliſabethæ Hiſpaniæ Regum filia, Philippo Pulchro Maximiliani F. deſponſata, menſe Septembri cum ingenti claſſe ex Hiſpania in Zelandiam appellit. Nuptiæ proximo menſe Octobri Liræ celebrantur. 1496

Carolus Croyus, Chimaci Princeps, ducit Ludouicam, aliis Carolottam Albretam, Ioannis Burgundi Comitis Niuernenſis viduam; quæ opidum Aueſnenſe aliaque prædia ipſi in dotem attulit. 1497

Carolo VIII. Franciæ Rege, apud Amboſiam ad Ligerim VII. Idus Aprilis apoplexia ſine liberis exſtincto, *Ludouicus* XII. ex lege ſuccedit, Caroli F. Ludouici N. tunc Aurelianenſium Dux. Is Annam Britanniæ minoris Duciſſam, Caroli VIII. viduam, ſibi iunxit, diuortio cum Ioanna Ludouici XI. filia priùs facto; quam inuito ſibi à patre inductam querebatur. Ioanna Biturigas concedens, magna ſanctitatis fama vixit, & ordinem monialium Annuntiatarum, apud Belgas & Celtas celebrem inſtituit, & an. 1505. piiſſimè in Domino obdormiuit. Albertus Saxo, Erneſti Saxoniæ Electoris frater, titulum perpetui atque hereditarij Friſiæ vtriuſque Gubernatoris à Maximiliano Imp. obtinet. 1498

Roberti Gaguini Duacenſis Hiſtoria Francorum deſinit, quam Hubertus Velleius Aquenſis excipit. 1499

Carolus V. Imp. Gandaui naſcitur ipſo die biſſextili, qui fuit 25. Martij. Ludouicus XII. Fr. Rex, capto Ludouico Sfortia, Mediolanum occupat, quod annis 13. tenuit. Ioannis Naucleri, Præpoſiti Tubingenſis, Chronicon deſinit: quod Laurentius Surius vſque ad an. 1564. continuauit. Albertus Saxo, Friſiæ Gubernator hereditarius, moritur, & Emdæ ſepelitur: ſuccedit filius eius natu maximus Georgius. 1500

Ordinem B. Mariæ, qui vulgò Annuntiatarum virginum dicitur, à Ioanna, Ludouici XI. Fr. Regis filia, inſtitutum Alexander VI. Papa confirmat. Philippus Pulcher Belgarum Princeps, cum Ioanna Aragonia vxore ſua in Hiſpaniam per Galliam cogitans, die 4. Nouemb. Bruxella diſcedit verſus Montes Hannoniæ. 1501

Hoc anno ineunte Phil. Pulcher, eiuſque vxor Garumnam fl. traii- 1502

ciunt: menſe Maio Toletum intrant, ibidemque à Ferdinando & Eliſabetha, Ioannæ parentibus, humaniſſimè excipiuntur. Anno proximè ſequenti, Philippus per Galliam Narbonenſem ac Lugdunenſem, perque Heluetios & Burgundiam in Belgium rediit, & 9. Nou. Mechliniam (vbi eius liberi educabantur) intrauit. Totum hoc iter Antonius de Lalain, pòſt Comes Hochſtratanus, Gallico ſermone deſcripſit: *ſuprà pag.* 381.

1503 Francis pulſis, Atrebatium vrbs Maximiliano Rom. Regi redditur; inſigni ſtratagemate Ioannis Marij, cui canities Gallica voce *Griſardi* cognomen fecerat. Pax demum inter Maximilianum & Carolum Fr. Regem 23. Maij Siluanecti concluditur: Burgundiæ & Arteſiæ Comitatus Maximiliano reſtituuntur. Brugis, ob rebellionem contra Maximilianum paulatim exareſcentibus, Luſitani, Scaldis fl. amplitudine ac commoditate allecti, aromata merceſque alias Indicas hoc anno primùm Antuerpiam aduexerunt, & cum Senatu vrbis tranſegerunt. Secuti poſteà Germani, Florentini, Genuenſes, Lucenſes & aliarum nationum mercatores; dotium vxoriarum prærogatiuis inuitati, quibus feminæ, vbi maritis res mercatoria malè ceſſerit, creditoribus Antuerpiæ anteferuntur, dotemque recuperant. Alexandro VI. defuncto *Pius III.* Senenſis Piccolominius ſuccedit. Quo poſt dies 26. mortuo, ſufficitur *Iulius II.* Roboreus Sauonenſis. Iacobus Philippus Bergomas, ord. Eremitarum S. Auguſtini, ad hunc vſque annum Chronicon ſuum perduxit.

1504 Philippus Auſtrius ex Hiſpania redux menſe Ianuario Senatum ſanctiorem (vulgò *Grand Conſeil*) Mechliniæ inſtituit; primo Præſide Ioanne Pieters conſtituto: cui Viri ampliſſimi, Iudocus Lauwereys, Nicolaus Euerardi Middelburgius, Lambertus Briardus, Euerardus Nicolai, Ioannes Bergius, Ioannes vander Burch, Igramus van Achelen, Iacobus Liebart, Remundus de France, & N. Colez, ex ordine ſucceſſerunt. Ioannes Standoncus Mechlinienſis, Doctor Theologus Sorbonicus & Canonicus Pariſienſis, collegij Standonici apud Louanienſes fundator, moritur Lutetiæ: cuius tumulum ibi vidimus in ſacello gymnaſij Montis-acuti. M. Antonij Sabellici Hiſtoria & Alberti Crantzij Chronicon hîc ferè deſinunt.

1505 Ioannes Hornanus Ep. Leodicenſis moritur. Huic anno proximè ſequenti ſucceſſit Erardus Marcanus, Roberti Sedanenſis toparchæ filius, qui ampliſſimum Leodici palatium à fundamentis excitauit, deque vniuerſa prouincia Leodicenſi optimè eſt meritus.

1506 Philippus Pulcher, cum vxore ſua Ioanna, per Oceanum in Hiſpaniam cogitans, IV. Idus Ian. Middelburgo ſoluit. Tempeſtate in Angliam eiectus, tribus ibi menſibus, ab Henrico VII. Rege honorificè exceptus, ſubſtitit; indeque ſub finem Aprilis ſoluens, paucos intra dies in Gallæciam appulit. Exinde in morbum incidens, ætatis 28. anno, VII. Kal. Oct. Burgis in Caſtella deceſſit, relicta vxore Ioanna grauida. Conditus iacet apud Cartuſianos haut procul ab vrbe Burgenſi. Liberos genuit *Carolum* & *Ferdinandum* Romanos ex ordine Imperatores, *Eleonoram* Emanueli Luſitaniæ, *Iſabellam* Chriſtierno II. Daniæ, *Mariam* Ludouico Hungariæ, & *Catharinam* Ioanni III. Luſitaniæ, Regibus poſteà nuptas.

1507 S. Franciſcus Paulanus Calaber, ordinis Minimorum inſtitutor, Pleſſiaci apud Turones in Domino obdormit. M. Antonius Coccius Sabellicus Hiſtoricus anno ætatis 70. Venetiis moritur.

Anno 1508. ineunte Belgæ in Auſtriam ad Maximilianum Imp. mittunt Guilielmũ Croyum Arſchoti Ceruiæque dominum & Ioannem Hauthemiũ Brabantiæ Cancellarium, rogatũ legatos, vt dignaretur in Belgium venire, nepotiſque ſui Caroli nomine prouincias iſtas regere. Cui petitioni acquieſcens Cæſar, mox in iter ſe verſus Belgium dedit. Vbi rebus omnibus ritè conſtitutis, iterum in Germaniam rediit, prouinciarum Belgicarum curâ *Margaritæ* filiæ ſuæ commiſſa. Eodem tempore *Guilielmus Croyus* Carolo formator morum, & *Hadrianus Florentius* Vltraiectinus (tunc Doctor Theologus Louanij, poſt Sextus illo nomine Pontifex Romanus) pietatis ac doctrinæ magiſter datus eſt. Sed & penes Margaritam Conſiliarij aliquot primariæ notæ ſunt collocati, quibus Gerardus de Plaine toparcha Rupenſis præerat. Atque hæc origo fuit Senatus ſeu Concilij ſanctioris, Bruxellæ reſidentis, quod vulgò *Priuatum* ſeu *Secretum* vocant. Gerardo Viri longè ampliſſimi Claudius Caroudeletus Solræ ad Sabim dominus, Ioannes Caulier, Ioannes Carondeletus Archiepiſcopus Panormitanus, Petrus Tayſpil, Ludouicus Schore, Viglius Zuichemus, Carolus Tiſnacus, Arnoldus Sasbout, Guilielmus Pamelius, Adrianus vander-Burch, Ioannes Richardotus, Engelbertus Maſius & Petrus Rooſe, cum titulo Præſidis, ex ordine ſucceſſerunt. Fœdus inter Iulium II. Papam, Maximilianum Cæſarem, Ferdinandum Aragoniæ & Ludouicum XII. Galliæ Reges, menſe Decembri, contra Venetos Cameraci ſancitur, iiſque bellum anno ſequenti eſt illatum. 1508

Veneti acie à Ludouico Fr. Rege ad Geradadam ſuperati, quidquid in continente habebant propemodum amittunt. Sed Iulius Papa, reconciliatis ſibi an. 1530. Venetis, poſteà in Francos arma conuertit. Philippus Cominæus Hiſtoricus moritur: *ſuprà pag.* 384. Henricus VII. Angliæ Rex moritur, eiuſque filius Henricus VIII. ſuccedit. 1509

Philippus Beroaldus Bononienſis & Ambroſius Calepinus (à natali opido agri Bergomenſis ſic dictus) Eremita Auguſtinianus, moriuntur. Goam Iudiæ orientalis metropolim Luſitani occupant, & anno ſequenti Malacam. Maximilianus Imp. Iacobum de Croy Epiſcopum Cameracenſem creat Ducem Cameracenſem. *Not. c.* 235. 1510

Carolus Gelriæ Dux Brabantiam hoſtiliter depopulatur, Hattemum, Harderuicum, Bommeliam, Tilam, aliaque opida occupat. 1511

Concilium Lateranenſe V. incohatur: quod anno 1517. demum eſt abſolutum. Gaſto Foxius, qui Francicis in Italia armis præerat, cum Venetorum, Hiſpanorum & Iulij Papæ copiis ad Rauennam 11. Aprilis, die Paſchatis, congreditur, partaque victoria, dum temerè in hoſtes inuehitur, occumbit. Poſt prælium Rauennenſe Franci, à confœderatis deſerti, paulatim ex vniuerſa Italia ſunt pulſi. Ferdinandus Hiſp. Rex Nauarræ regnum occupat; Ioanne Albreto Rege in Bearniam fugiente. 1512

Iulius II. Papa moritur: ſuccedit Leo X. Florentinus, Laurentij Medicæi filius. Henricus VIII. Angliæ Rex in Galliam per Caletum transgreſſus, Taruanam & Tornacum Francis eripit, caſtrumque Tornaci ad Scaldim excitat, quod hodieque perſtat. 1513

Chriſtiernus II. Daniæ & Noruegiæ Rex Ioanni patri ſuccedit. Auguſto menſe, inter Francum & Anglum pace ſancita, Taruanam & Tornacum Francus ab Anglo recepit, eidemque quadringenta aureorum 1514

reorum millia pro ſumptibus in arcis Tornacenſis conſtructione factis, & bellico commeatu numerauit.

1515 Ludouicus XII. Fr. Rex Kalendis Ianuariis ineuntis anni moritur: ſuccedit *Franciſcus* Valeſiorum Dux & Ingoliſmenſium Comes, illius gener. Claudiam enim, ipſius & Annæ Aremoricæ filiam, poſt matris obitum, duxerat. Pater huic erat Carolus, Ioannis Ingoliſmenſis ſanctitatis opinione clari filius: cuius pater Ludouicus Aurelienſium Dux fuit, à ſicario Lutetiæ interfectus. Franciſcus initio regni ad Mediolanenſem expeditionem conuerſus, Heluetios, qui ſe ipſi oppoſuerant, hoc ipſo anno menſe Septembri ad Marinianum vincit. Ex qua victoria Mediolanenſis Ducatus deditio ſecuta eſt. Georgius Saxo Friſiam Carolo Belgarum Principi cedit. Carolus eò mittit Florentium Egmondanum Buræ Comitem; cui Saxo mox Leouardiam, Francqueram, Harlingam aliaque opida tradit. Maria, Caroli ſoror, deſponſatur Ludouico Hungariæ Bohemiæque Regi. Eliſabetha, altera Caroli ſoror, Chriſtierno II. Daniæ Noruegiæque Regi nubit.

1516 Franciſcus I. Fr. Rex, cum Leone X. Papa Bononiæ colloquio habito, de Pragmatica ſanctione abroganda, & Concordato, vt vocant, recipiendo tractat. Ferdinando Hiſp. Regi auo ſuo 22. Ianuarij mortuo ſuccedit CAROLVS Auſtrius, qui poſt Imperator eo nomine Quintus fuit. Selimus Turcorum Rex Ieroſolymam cum reliqua Iudæa ac Syria (cæſo Campſone Ægypti Sultano) occupat.

1517 Hic annus Germaniæ totique Eccleſiæ funeſtus fuit, peſtilentis hæreſis exortu; cuius auctor Martinus Lutherus, Iſlebij in Saxonia 1483. natus, contra Indulgentias an. 1517. declamare cœpit. Ex quo igniculo paulatim incendium exarſit, quo vniuerſa ferè Europa conflagrauit. Selimus Alcairum 23. Ian. expugnat, & ſtrangulato Tomumbeio Ægypti Sultano, Campſonis ſucceſſore, totam Ægyptum ſubegit. Hic fuit finis regni Mamalucorum in Ægypto; quod annis 300. eas tenuiſſe ſcribit Leonclauius. Carolus Belgarum Princeps menſe Auguſto ex Zelandia in Hiſpaniam traiicit.

1518 Turri Antuerpienſi Marianæ (quæ ceteras omnes, quotquot in orbe ſpectantur, elegantia ſuperat) tunc primùm perfectæ crux imponitur: cordaque à ſummitate crucis ad terram dimiſſa, compertum eſt eam in altitudinem quadringentorum ac decem pedum & penè dimidiati aſcendere. Iacobus Philippus Foreſtus Bergomas, auctor Supplementi chronicorum, in patria moritur. Carolus Valliſoleti apud Caſtellanos Rex inauguratur & coronatur. Iunio menſe Ferdinandus, Caroli frater, à Carolo Croyo Chimaci Principe ex Hiſpania in Belgium deducitur. Ex mandato Caroli fratris ſui in Hiſpania agentis, Ferdinandus Bruxellæ in templo S. Gudilæ, ſolemni pompa, Antonium de Lalain, Equitem Velleris aurei, pronuntiat primum Hochſtrati in Campania Brabantina Comitem: *ſuprà pag.* 381.

1519 In Maximiliani menſe Ianuario defuncti locum nepos eius CAROLVS V. à Septemuiris Francofurti congregatis 28. Iunij ſufficitur. Barcinone in Hiſpania, anno 1519. ſtilo nouo, idem Carolus comitia Equitum Velleris aurei celebrat; Guilielmum Croyum Ceruiæ dominum creat Arſchoti Marchionem, & Iacobum Luxcburgium renuntiat Comitem Gaueræ: vt ex Actis eorumdem comitiorum didici.

Carolus

Carolus Hadrianum Florentium, Cardinalem & Epiſcopum Dertuſanum, vniuerſæ Hiſpaniæ præficit, & ſub finem menſis Aprilis ex Gallæcia in Angliam, & inde in Zelandiam traiicit. Idem Carolus Aquiſgrani 23. Octob. Imperator coronatur. 1520

Carolus V. Imp. anno ineunte comitia Wormatiæ celebrat. In hoc conuentu Guilielmus de Croy Cardinalis & Archiepiſcopus Toletanus, & patruus eius Guilielmus Ceruiæ in Hannonia dominus, primuſque Arſchoti in Brabantia Marchio, vterque ſummæ apud Cæſarem auctoritatis, moriuntur. Mauſoleum vtriuſque Heuerleæ, haut procul à muris vrbis Louanienſis, ſpectatur in cœnobio monachorum Cæleſtinorum, quod ære ipſius Guilielmi Marchionis à fundamentis exſtructum fuit. 1521

Stemma familiæ de Croy.

- Ioannes dom. de Croy, Renty Senegem ob. 1415.
  - Arcembaldus ob. 1415. ſine liberis.
  - Antonius Magnus Co. Portiani Eques Velleris aurei 1430. ob. 1475. aut 1477.
    - Philippus duxit Iacobam Luxemburgam.
      - Henricus ob. 1514.
        - Philippus I. Arſchoti Dux 1531. Eq. v. a.
          - Ex 1. Carolus ob. ſ. lib.
          - Philippus Arſchoti Dux Eq. v. a. ob. 1595.
            - Carolus Croyus & Arſchotanus Dux ob. ſine lib.
            - Anna vxor Caroli de Ligne Com. Arenbergij.
          - Ex 2. Guilielmus Marchio de Renty, Eq. v. a. ob. 1590.
            - Anna heres Rentiaci & Ceruiæ, bis nupta.
          - Car. Philippus Marchio I. Havræus.
            - Car. Alexander Eq. v. a.
              - Maria Clara vxor Car. Philippi Marchionis de Renty.
            - Ernestus duxit N. Pomeranam.
              - Bogiſlaus Erneſtus.
        - Guilielmus Card. ob. 1521.
        - Carolus Epiſc. Turn.
        - Robertus Ep. Cam.
      - Antonius Ep. Taruan.
      - Guilielmus do. Ceruiæ. Eq. v. a. obiit 1521. ſine lib.
    - Ioannes dominus Reuxij.
      - Ferricus Eq. v. a.
        - Adrianus Comes I. Renaij 1530. Eq. v. a.
          - Ioannes ob. ſ. lib. 1581.
          - Euſtachius ſine lib.
      - Ioannes dom. de Crecque.
        - Euſtachius.
          - Claudius Comes Renaij.
            - Euſtachius.
            - N.
            - N.
            - N.
          - Fr. Henricus. Co. Megæ.
  - Ioannes Comes I. Chimaci 1473. Eq. v. a. 1430.
    - Philippus Eq. v. a. 1473. ob. 1483.
      - Carolus Princeps I. Chimaci obiit 1527.
        - Anna vx. Philippi I. Ducis Arſchotani.
        - Margarita do. VVavrini.
      - Antonius do. S. Piati.
        - Iacobus dom. S. Piati.
          - Philippus Com. I. Solræ, Eq. v. a.
            - Ex 1. Ionnes Co. II. Solræ Eq. v. a.
            - Ex 2. Car. Philippus Marchio de Renty & Dux I. Havræus.
            - Ex 3. N.
        - Anna.
    - Iacobus Ep. & Dux I. Camer.
    - Michael dominus S. Piati Eq. v. a. ſine lib.

I. Gvilielmvs de Croy, Iacobi filius, dominus de Croy & Araines, duxit *Iſabellam*, filiam heredem Andreæ domini de Renty & Senegem in Arteſia; ea conditione vt inſignia gentilitia familiæ de Renty ſuis adiungeret. II. Ioannes Guilielmi filius, dominus de Croy, Renty, Senegem & Araines, Caroli VI. Francorum Regis Oeconomus, Philippi Audacis & Ioannis Intrepidi Burgundiæ Ducum Cubicularius, 1415. cum filio ſuo primogenito Arcembaldo in prælio Azincuriano ſeu Riuouillano periit, Audomaropoli in monaſterio S. Bertini conditus. Superſtites reliquit filios, *Antonium* cognomento Magnum Comitem Portiani, & *Ioannem* primum Chimaci Comitem. III. Antonivs dictum Comitatum Portiani (*Porcean*) 1439. à Duce Aurelianenſi, & Heverleam prope Louanium 1446. à Nicolao Rolino Burgundiæ Cancellario emit. Idem *Beaumont*, *Chievre*, *Reux*, Hannoniæ opida, itemque *Montcornet* in Tiraſcia ſibi acquiſiuit: vt Scoherius tradit. Ioannes tamen Molinetus in ms. Hiſtoria ſui temporis, narrat anno demum 1478. Aneſuas, Bellummontem, Landrefium & Vicecomitatum Lemouicenſem familiæ Croyæ acceſſiſſe, per connubium Albretæ ſororis Regis Nauarræ. Obiit autem Antonius 1475. in ſacello arcis Portianæ conditus, cum coniuge ſua *Margarita* Lotharinga, Antonij Comitis Vaudemontani filia, Arſchoti domina: ex qua ſuſtulit *Philippum* Portiani Comitem, & *Ioannem* Reuxij dominum. IV. Philippvs ex Iacoba Luxeburgia genuit *Philippum*, Philippus *Henricum* Philippi Ducis I. Arſchotani & Guilielmi Cardinalis patrem, *Antonium* Ep. Taruanenſem, & *Guilielmum* Ceruiæ dominum, Heverleenſis monaſterij fundatorem, & alios liberos.

Ioannes Antonij Magni frater, an. 1430. à Philippo Bono Burg. Duce Eques Velleris aurei, & 1473. Chimaci Comes I. à Carolo Audace creatus, ex Maria Lalaina, domina de Quievrain, *Philippum*, Philippus *Carolum* primum Chimaci Principem 1486. deſignatum, & *Antonium* dominum fani S. Pauli (vulgò *Sempy*) procreauit. Caroli Principis Chimacenſis filia heres *Anna* nupſit Philippo Duci I. Arſchotano. Reliquum ſtemma familiæ de Croy apud Heuterum in Genealogiis, & apud Ioannem Scoherium (qui peculiarem de ea libellum Gallicè conſcripſit) Lector iſtarum rerum curioſus reperiet.

Februario menſe Ferdinandus, Caroli V. Imp. frater, Annam Ludouici Hungariæ Bohemiæque Regis ſororem vnicam; Ludouicus verò Mariam Caroli ac Ferdinandi ſororem, ducunt vxores. Tornacum à noſtris obſeſſum, Francis eripitur, die feſto S. Andreæ Burgundiæ patroni. Chriſtophorus Columbus Genuenſis, Ferdinandi Regis Catholici auſpiciis, anno 1462. primus in Occidentem nauigare cœpit, variaſque inſulas anteà ignotas repperit, quibus Hiſpaniolæ, Ferdinandinæ & alia id genus nomina impoſuit. Hunc Vaſcus Nonnius anno 1502. Martinus Ferdinandus 1509. Ioannes Valboa anno 1513. aliique deinceps ſunt ſecuti. Ferdinandus Corteſius Mexicum, vrbem Venetiarum in Orbe nouo æmulam, 13. Auguſti 1521. expugnauit. Anno eodem exeunte, Leo X. moritur: in eius locum Hadrianvs VI. Vltraiectinus (qui tum Hiſpaniam pro Carolo V. adminiſtrabat) die 9. Ianuarij ſubſequentis, Cardinalium ſuffragiis ſufficitur.

Carolus V. irer in Hiſpaniam parans, Belgas *Margaritæ* amitæ ſuæ 1522
regendos committit: in Germania autem fratrem ſuum *Ferdinan-
dum* conſtituit legatum. Naui conſcenſâ Caleti, inde in Angliam
tranſmittit, ac demum in portum S. Andreæ apud Aſtures 16. Iulij
appellit. Carolus Lalaini dominus, Eques Velleris aurei, à Carolo V.
Imp. creatur primus Lalaini Comes: *ſuprà pag.* 381. Rhodum inſu-
lam Solimannus Turcorum Rex, poſt ſex menſium obſidionem vrbe
capta, 22. Dec. occupat.

Carolus Borbonius Comes ſtabuli, Franciſco Fr. Regi offenſus, ad 1523
Carolum V. deficit. Ioannes Waſſenarius, cùm Friſiam occidentalem
vniuerſam Carolo V. Imp. ſubegiſſet, Leouardiæ ex vulnere moritur.
Eius filia heres Maria nupſit Iacobo Comiti I. de Ligne. Hadria-
nus VI. Papa 13. Dec. moritur: ſuccedit Clemens VII. Iuliani Medi-
cæi filius. Proſper Columna, Cæſarianarum in Italia copiarum du-
ctor peritiſſimus, ſub finem anni moritur: cui in imperio Carolus
Lanoius Belga, Prorex Neapolitanus, Ferdinandus Daualus Piſca-
riæ & Vaſtij Marchio, & Carolus Borbonius ſuffecti fuerunt.

Theatinorum clericorum Congregatio à Ioanne Petro Carafa, 1524
tunc Epiſcopo Theatino (qui poſt Paulus IV. Pontifex fuit) inſti-
tuta, à Clemente VII confirmatur. Franciſcus I. Fr. Rex Alpes tranſ-
greſſus, Mediolanum capit. Philippus Burgundus, Ph. Boni Burg.
Ducis filius naturalis, Ep. Vltraiectinus, moritur: Henricus Bauarus,
Palatini ad Rhenum Comitis filius, ſufficitur.

Franciſcus Fr. Rex cùm Papiam obſideret, à Lanoio, Borbonio, 1525
Daualo, & Antonio Leiua, Cæſarianis ducibus, prælio 24. Febr. vin-
citur & capitur. Qui quidem cùm à turba militari irruente ſpoliare-
tur, vitæ ſuæ conſulens, Lanoio ſe patefecit: à quo humaniſſimè
ſalutatus, atque in Cæſaris poteſtatem eſt receptus. Hîc monere li-
ceat, cùm non niſi duo Galliæ Reges ab hoſtibus Chriſtianis prælio
capti memorentur, *Ioannes* nimirū 1356. in Pictauienſi (*ſup. pag.* 362.)
& *Franciſcus* in Papienſi prælio, æternâ Flandrorum gloriâ contigiſſe,
vt in prælio capti militumque manibus ſint extorti, hic à Carolo
Lanoio Gallo-Flandro, ille à Dionyſio Mourbecano, Germano-Flan-
dro. Atrociſſima ruſticorum Anabaptiſtarum ſeditio, auctore *Thoma
Munzero* in Sueuia primùm excitata, per vniuerſam Germaniam de-
bacchatur. Capto demùm Munzero & ſecuri percuſſo, oppreſſa eſt
fanaticorum hominum execrabilis coniuratio. Tradunt autem cen-
tum quinquaginta ferè ruſticorum millia iſto bello periiſſe. Alber-
tus Brandeburgius, ordinis Equitum Teutonicorum Magiſter, ad
Lutheri hæreſim deficit; ex ordinis Magiſtro Dux Pruſſiæ (quæ
prouincia erat Equitū Teutonicorum) à Sigiſmundo Poloniæ Rege
nuncupatus, & Dorotheâ, Frederici Daniæ Regis filiâ, turpiter ductâ.

Franciſcus Pizarrus *Peruam* inuenit, & ſexto pòſt anno, *Atabalipa*
eius prouinciæ Rege capto occiſoque, vniuerſam Caroli V. Cæſaris
ſubegit imperio; omnium, quæ repertæ ſunt, venis auri & argenti
beatiſſimam gentem; adeò vt domeſticum omne inſtrumentum, ollæ
& lebetes ex auro atque argento conſtarent. Prædam, quàm credi
poſſit, maiorem Pizarrus cum Almagro præcipuo eius expeditionis
ſocio non optima fide diuiſit. Vnde irarum cauſſæ, & cædes mu-
tuæ. Singulis tamen gregariis militibus ex ea præda ſupra no-
uem aureorum millia obuenerunt: quanta ſpolia ſatis conſtat num-
quam ab vlla memoria, vllâve gente relata fuiſſe. Ij milites

trecenti circiter ſupra centum millia indigenas, commiſſo prælio, vicerunt; gentem inermem & imbellem, vtpote ſudes tantùm & ſagittas ferentem, nullo præfixas ferro. Ex copia pòſt inſolentia eſt nata, ſuperbiaque opulentiæ comes. Ferdinandus Franciſci frater Almagrum palàm hoſtilia molientem vi adactâ peremit. Almagri ex impari Indicaque matre filius *Diegus*, in Franciſci Pizarri ædes dato impetu, eius ſanguine perempti patris cædem vindicauit. Hunc alter Franciſci frater *Conſaluus*, adiutore Vaccacaſtrio, regio deinde Prætore, interfecit: & ſucceſſu copiiſque elatus poſteà à Cæſare palàm defecit. Verum ſuis & alienis opibus prævalidum hominem, tam procul ab Hiſpania, vi opprimere difficile erat. Ad artes conuerſo ingenio, *Petrus Gaſca* ſacerdos, ad eos motus pacandos à Carolo V. miſſus, in toga vicit rebelles, eaſque regiones ac motus pacauit. Reuerſus in Hiſpaniam, Palentino primùm, deinde Seguntino Epiſcopatu donatus, ad vltimam proceſſit ætatem, magna integritatis fama.

1526 Carolus V. Imp. ducit Iſabellam Emanuelis Luſitaniæ Regis filiam, nuptiis 10. Ian. Hiſpali celebratis. Hoc anno aut præcedenti Guilielmus Heda Alfenus, Vltraiecti ad S. Ioannem Decanus & Canonicus Antuerpienſis, hiſtoriæ Epiſcoporum Vltraiectinorum Comitumque Hollandiæ ſcriptor, obiit Antuerpiæ. Franciſcus Fr. Rex menſe Martio liber ex cuſtodia Hiſpanienſi dimittitur; filiis duobus Cæſari datis obſidibus. Solimannus Turcicus Imp. Pannoniam ingreſſus, varia loca expugnat, & Ludouicum Hungariæ Bohemiæque Regem vincit. Is equo per paludes admiſſo fugiens, in cœnoſa voragine implicatus, 29. Aug. interiit. Huius in locum *Ferdinandus* Caroli V. frater, qui Annam Ludouici vnicam ſororem duxerat, ſuccedit.

1527 Vrbs Roma à Caroli V. Imp. exercitu, duce Carolo Borbonio, 6. Maij capitur & diripitur. Borbonius glande plumbea traiectus, paulò pòſt obiit. Albertus Durerus, nobilis pictor & chalcographus, Noribergæ ætatis 56. anno moritur.

1528 Henricus Bauarus Epiſcopus Vltraiectinus, cùm à Caroli Gelriæ Ducis, ſibi ſuiſque ſemper infeſti, iniuriis Vltraiectinam & Tranſiſalanam prouincias tueri non poſſet, Carolo V. Imp. menſe Octobri certis conditionibus eas ceſſit. Antonius Lalainus Hochſtrati Comes, ad ſeditioſos in officio continendos, nomine Cæſaris mox arcem Vltraiecti excitandam curauit.

1529 Melita inſula à Carolo V. Imp. traditur incolenda Equitibus Rhodo pulſis. Conuentus Spiræ de rebus Religionis & bello contra Turcos inſtituendo habetur. In quo conuentu primùm nata eſt Proteſtantium appellatio: quo nomine deſignantur ij qui ab Eccleſia Romana deſciuerunt; eò quòd ab ipſis in conuentu iſto Spirenſi exhibita ſit Proteſtatio, vt vocant, ſuper negotio Religionis. Carolus Cæſar, poſt ſeptennium in Hiſpania exactum, Barcinone ſoluens, 12. Auguſti Genuam appellit.

Septembri menſe, nouum peſtilentis morbi genus, quod *Sudorem Anglicum* nuncupabant, Germaniam & Belgium grauiter afflixit. Antuerpiæ tridui ſpatio 400. aut 500. homines exſtinctos, Eraſmus in epiſtolis teſtatur. Itaque cùm ſolemnem ſupplicationem Clerus, Senatus ac populus Antuerpienſis, ipſo die S. Michaëlis, placando Deo, inſtituiſſet, ſubitò malum ſerpere deſiit. In cuius beneficij memoriam

moriam etiamnum quotannis iſto die piam Antuerpienſes habent ſupplicationem. Inter alios morbo iſto Anglico tunc Antuerpiæ periit *Quintinus Metſius*, pictor illa ætate famoſiſſimus, quem *connubialis amor ex Mulcibre fecit Apellem*: vt in eius tumulo ſub turri Mariana legitur. Quintini manu pictam tabulam, quæ Chriſti è cruce ſublati hiſtoriam in baſilica noſtra cathedrali repræſentat, cúrioſi omnes hodieque laudant atque admirantur. Cameraci inter Carolum V.Imp. & Franciſcum Fr.Regem 5.Auguſti pax ſancitur.

Carolus V. Imp. die 24. Febr. Bononiæ imperiali diademate à 1530
Clemente VII. coronatur. Peracta coronatione, Cæſar *Antonium de Croy*, Rodij ſiue Reuxij (quod in Hannonia eſt opidum *Reux*) Comitem creat; præſente Pontifice & vniuerſa aula Romana. Cæſar Bononia Mantuā profectus, *Fredericum II.* ex Marchione primum Mantuæ Ducem ſcripto diplomate renuntiat. Is anno proximè ſequenti duxit *Margaritam Palæologam*, Marchionatus Montis-Ferrati poſteà heredē. Horum filius *Guilielmus Gonzaga* à Maximiliano II. Imp. 1573. primus Montis-Ferrati Dux ſalutatus fuit. Henrico Bauaro ad Epiſcopatum Wormatienſem euecto, Guilielmus Encfortius, tunc Cardinalis & Antiſtes Dertuſanus, fit Vltraiectinus Epiſcopus. Is tamen Romæ perpetuò manſit (vbi & obiit) & per legatos diœceſim Vltraiectinam rexit. Mercurinus Gatinarius Cardinalis, poſtremus Burgundiæ Cancellarius, in comitatu domini ſui Caroli V. Imp. exiſtens, Oeniponte apud Tirolenſes moritur. In procurandis negotiis publicis Cæſar illi ſubſtituit *Nicolaum Perenotum*, Granvellæ dominum, natione Burgundum, Antonij Cardinalis Granvellani patrem: qui à Cancellarij titulo abſtinuit. Bauaria peragrata, Cæſar Auguſtam Vindelicorum XIV. Kal. Iulij intrat: cui obuiàm proceſſerunt Ioannes Saxo cum filio Ioanne Frederico, Ioachimus Brandeburgius cum filio Frederico, Septemviri; Franciſcus Luneburgenſis, Henricus Brunſuicenſis, Georgius Pomeranus, Duces; Philippus Haſſiæ Lantgrauius, Albertus Moguntinus, Hermannus Colonienſis, Erardus Marcanus Leodicenſis, Antiſtites, & alij cùm ſacri tum politici ordinis proceres plurimi. Confeſſio fidei à Philippo Melanchthone conſcripta, & à Saxone, Brandeburgio, Luneburgio, Haſſo aliiſque ſignata, in his comitiis Auguſtanis Carolo V. Imp. offertur: quæ inde *Confeſſio Auguſtana* eſt nuncupata. Ea poſtmodum à Melanchthone variè eſt immutata, ideoque nec ab omnibus recepta: vt ex actis conuentus Naumburgenſis 1561. celebrati conſtat. Hoc eodem anno quattuor ciuitates, Argentoratum, Conſtantia, Meminga & Lindauium, peculiarem ſuæ fidei Confeſſionem eidem Carolo per Gaſparum Hedionem obtulerunt. O ſæculum ſectarum adeò diſſectarum ferax ac fœcundum! Auguſto menſe Florentia, Etruriæ vrbs olim libera, à Caroli V. Imp. exercitu ad deditionem compellitur. Cæſar paulò pòſt, ex Clementis VII. voluntate, *Alexandrum Medicæum* renuntiat Florentiæ Ducem; Margarita filia naturali in vxorem ipſi tradita. Septembri menſe Franciſcus Fr. Rex trium linguarum Profeſſores, hortatu Guilielmi Budæi, Lutetiæ inſtituit ac dotat. Margarita Caroli V. amita, Belgarum Gubernatrix, Mechliniæ Kal. Dec. moritur, & Brugis ſepelitur in monaſterio virginum Annuntiatarum, à ſe 1518. excitato. In præfectura Belgica ſuffecit illi Carolus *Mariam*, Ludouici Hungariæ Regis viduam, ſororem ſuam. Philibertus Chalonius Princeps Arauſionenſis, Prorex Nea-

 politanus,

politanus, 28. ætatis anno, in obſidione Florentina occumbit. Soror eius *Claudia* Henrico Naſſouio Viandæ Comiti Brædæque domino nupſerat. Iſan. 1536. moriens filium reliquit *Renatum*, à Philiberto auunculo adoptatum. Renatus porrò Arauſionenſis Princeps in obſidione Landreſiana 1543. globo ictus perit; patruele ſuo *Guilielmo Naſſonio* herede inſtituto. Guilielmus, qui Delfis Batauorum 1584. obiit, filios reliquit *Philippum, Mauritium* & *Henricum*, Arauſionenſes ex ordine Principes.

1531 Ferdinandus Auſtrius Coloniæ Agrippinæ Rex Romanorum à Septemviris nominatus, Aquiſgrani menſe Ianuario coronatur; fratre Carolo V. præſente. Heluetiis Catholicis & Zuinglianis (noua hæc Berengariana erat ſecta, Luthero contraria) ad arma ciuilia inter ſe concurrentibus, Hulricus Zuinglius ſectæ auctor, ex apoſtata dux belli factus, in prælio occumbit. Antonius Lalainus Hochſtrati Comes, eiuſque vxor Iſabella Culemburgia, à Clemente VII. Papa collegium VIII. ſacerdotum inſtituendum curant; qui hodie Canonici vocantur. *Not. eccleſ. Belgij c.* 235.

1532 Oceanus exundans poſtridie Kal. Non. Hollandiam, Zelandiam, Flandriam & Brabantiam grauiſſimis damnis afficit. Ianuario menſe Carolus V. ex Belgio Ratiſponam ſe confert, ad comitia celebranda. Solimanno, qui Germaniæ minabatur, fugato, per Forum Iulij menſe Nouembri ad Inſubres peruenit.

1533 Henricus VIII. Anglorum Rex, Catharinâ Caroli V. Imp. matertera, cum qua annos 20. coniunctiſſimè vixerat, repudiatâ, Annam Bolenam, Catharinæ pediſſequam, ex ſe grauidam ſibi iungit, & Londini IV. Kal. Iunias corona redimiri iubet. Ex ea nata eſt Eliſabetha, quæ ſorori Mariæ in regno ſucceſſit. Carolus V. Imp. Genua (quò 28. Martij peruenerat) ſoluens, in Hiſpaniam nauigat, ad vxorē viſendā. Idem Genuæ exiſtens *Philippum Croyum* ex Marchione primū Arſchoti Ducem & Rentiaci Marchionem creauit; tabulis ibidem menſe Aprili conſcriptis: *ſuprà pag.* 393. Barcinonem cùm appuliſſet, *Antonium Bergium*, eodem menſe Aprili Comitem de Walhain à ſe Genuæ creatum, ſubſequente menſe Maio renuntiauit Marchionem Bergizomenſem: *ſuprà pag.* 316. Clericorum regularium *S Pauli*, alio nomine *Barnabitarum* Congregatio, ab Antonio Maria, Zacharia Cremonenſi & Bartholomæo Ferrario Mediolanenſi, piis ſacerdotibus, in S. Barnabæ templo Mediolani inſtituta, auctoritate Clementis VII. confirmatur.

1534 Anabaptiſtæ ex Hollandia & Friſia profugi, menſe Ianuario Monaſterium, inſignem Weſtfaliæ vrbem, per fraudem occupant; pulſo eum probis ciuibus Antiſtite. Exinde *Ioannem Beukelarium*, ſartorem Leidanum, Batauum, 24. Iunij Regem ſibi conſtituunt; ipſum Regem Iſrael, vrbem verò nouam Ieruſalem nuncupant. Henricus Angliæ Rex, ob repudiatam vxorem Catharinam, 23. Martij latâ Romæ ſententiâ condemnatur: qui mox, vindictæ cauſſâ, à Romanę Eccleſiæ communione turpiter deſciſcens, ſupremum ſe Eccleſiæ Anglicanæ caput nuncupauit, & Lutheranis ianuam in Britanniam aperuit. Clementi VII. ſuccedit Paulus III. Farneſius, domo Romanus.

1535 Carolus V. Imp. menſe Aprili, cum exercitu in Africam traiicit, & Tuneto vrbe atque arce Goleta captis, Hariadenum Barbaroſſam cum ſuis copiis profligat, & Muleaſſem Regem reſtituit, ſibique vectigalem facit. Muleaſſis genealogiam ac maiores noſſe qui volet, apud

apud Marianam libro 13. rerum Hiſpaniæ cap. 14. reperiet. Monaſterium Weſtfaliæ metropolim ab Anabaptiſtis inuaſam Franciſcus Waldechus, eius vrbis Epiſcopus, Principum vicinorum auxiliaribus copiis adiutus, 24. Iunij vi recipit. Seditionis principes iuſtas pœnas dedêre. *Ioannes Beukelarius* Anabaptiſtarum Rex, *Bernardus Cnipperdolincus* Prorex, *Bernardus Crechtingus* Cancellarius, factionis duces, anno ſequenti 22. Ianuarij, forcipibus candentibus necantur: exſtincti caueis ferreis illigantur ſinguli, & ex ſumma vrbis turre ſuſpenduntur; Rex quidem medius, & loco nonnihil ſublimiore. Quas inſuper Amſtelodami, Harlemi & alibi turbas fanaticæ iſtius ſectæ homines excitarint, fusè Heuterus commemorat. Ioannes Fiſcherus Ep. Roffenſis & Cardinalis, Thomas Morus Angliæ Cancellarius, & Ioannes Houhtonus, Prior Cartuſianorum Londinenſium, cum aliis nouem inſtituti eiuſdem ſodalibus (quòd Catharinæ Reginæ repudium, Annæ Bolenæ nuptias, & noua dogmata Anglicana probare nollent) iuſſu Henrici VIII. Regis, variis ſuppliciis è medio tolluntur.

Carolus V. ex Africa victor rediens, viſitata Neapoli, Romã triumphans ineunte vere ingreditur; & ſalutato Paulo Pontifice, 14. pòſt die diſcedens, Senas, Florentiam, Lucam, Aſtam, aliaque Italiæ opida luſtrat, caſtraque ad Aquas Sextias in Gallia collocat. Sed alui fluxu peſtilente (quo morbo & Antonius Leiua expeditionis auctor periit) inter milites graſſante, in Liguriam redire cogitur. Exinde Genua in Hiſpaniam nauigauit. Guilielmus Encfortius Brabantus, ex Canonico Antuerpienſi Cardinalis ab Hadriano VI. creatus, idemque Vltraiectinus ac Dertuſanus Epiſcopus, Romæ, & Deſiderius Eraſmus Roterodamus Baſileæ, moriuntur. In cathedra Vltraiectina Encfortio Georgius Egmondanus ſucceſſit. 1536

Paulus III. Papa Concilium generale, ad tollendas hæreſes & ſchiſmata, Mantuæ primùm, mox Vicetiæ, demum Tridenti indixit. Alexander Medicæus Florentiæ I. Dux à cognato ſuo Laurentio Medicæo trucidatur; nullis ex Margarita Caroli V. Cæſaris filia liberis relictis. In Ducatu cognatus Coſmus Medicæus ſucceſſit. 1537

Ioannes de Medices duxit Mariam Saluiatam.	Coſmus I. magnus Etruriæ Dux d. Leonoram de Toledo.	Franciſcus Dux Etruriæ duxit Ioannam Auſtriam.	Maria vxor Henrici IV. Regis Francorum.	
		Ferdinandus Dux Etruriæ d. Chriſtinam F. Caroli Ducis Loth. obiit 1609.	Coſmus II. Dux Etruriæ duxit Mariam Auſtriam ob. 1621.	Ferdinandus II. Dux Etruriæ duxit N. Roboream.

Pars ſtemmatis familiæ de Melun.

I. IOANNES Vicecomes de Melun, dominus de Blangis, duxit *Iſabellam* dominam de Antoin, Eſpinoy, Sotteughien, ac Caſtellanam Gandenſem; quæ an. 1354. obiit: vt ſup. pag. 253. dixi. II. Ioannis filius & heres HVGO ſibi iunxit *Beatricem de Beauſart*, dominam de Beaumez, Sauty & Wingles, Comeſtabilẽ Flandriæ ac Caſtellanam Bapalmenſem, 1429. mortuã. III. Hugonis filius IOANNES, Eques Velleris aurei 1432. creatus, ex *Ioanna de Abbeuille*, domina de Bouberg, genuit Ioannem,

nem, Franciſcum Epiſcopum Atrebatenſem, Guilielminam, Philippam dominam Sottegemij, Theobaldo Luxeburgio Fiennarum domino nuptam: & an. 1484. viuere deſiit. IV. IOANNES III. an. 1504. moriens ex *Maria de Sarrebruſſe* liberos reliquit Ioannem, Hugonem Vicecomitem Gandenſem, Velleris aurei Equitem, Ioannis patrem, Maximiliani ſine prole defuncti auum, Robertum, Philippam & Helenam: demùm an. 1504. deceſſit. V. IOANNES IV. ex *Eliſabetha Luxeburgia*, Iacobi toparchæ Richeburgenſis & Iſabellæ dominæ de Roubaix filia, genuit Franciſcũ: & an. 1513. viuere deſiit. VI. FRANCISCVS à Ludouico XII. Fr. Rege an. 1514. Comes de Melun, & à Carolo V. pòſt Cæſare Eques Velleris aurei creatus, duxit primò *Ludouicam de Foix*, Gaſtonis Candalæ Comitis filiam, ſecundò *Annam Auſtriam* Maximiliani I. Imp. filiam naturalem. VII. HVGO Melunius, Franciſci & Ludouicæ Foxiæ filius, à Carolo V. Cæſare, Lucæ in Italia, 1541. S. R. I. Princeps creatus, ex *Iolenta de Barbanzon*, aliàs de Werchin, Hannoniæ Seneſcalla & Ciſonij domina, Carolum qui cælebs 1579. in Italia obiit, Petrum Spineti Principem, Robertum Marchionem I. de Roubaix à Philippo II. Rege 1579. renuntiatum, ſine liberis mortuum, Iacobum, Helenam & Mariam procreauit, & 1553. deceſſit. VIII. PETRVS ex *Hippolyta Montmorentia* genuit Guilielmum, Franciſcum, Henricum, Hippolytam Philippo Arenbergio Duci Arſchotano, & Annam Alexandro Duci Bournouuillio, nuptas. IX. GVILIELMVS Eques Velleris aurei ex Erneſtina, Caroli Comitis Arenbergij filia, ſuſtulit Ambroſium, Alexandrum, Henricum, Carolum; Franciſcam-Philippam, Claram-Mariam, Annam & Iſabellam.

1538 Paulo III. auctore, decennales induciæ 23. Oct. pactæ ſunt inter Carolum V. Imp. & Franciſcum I. Galliæ Regem: qui ſimul omnes apud Nicæam, ditionis Sabaudicæ opidum, conuenerant. Cæſar cum Pontifice Genuam reuerſus, filiam ſuam naturalem *Margaritam*, Alexandri Medicæi Florentiæ Ducis viduam, deſpondet Octauio Farneſio, Petri Aloyſij filio. Genuâ deinde Carolus in Hiſpaniam traiecit, ſalutato coràm ad Aquas Marianas, nunc Mortuas, Franciſco Fr. Rege. Carolus Egmondanus Gelriæ Dux ſeptuagenarius Arnhemi è viuis 2. Iulij diſcedit, nullis ex vxore relictis liberis; ibidem primario in templo conditus. Eius obitu Gelria & Sutfania ad Carolum V. ſunt deuolutæ: vt ſuprà pag. 305. dixi.

1539 Eliſabetha Luſitana, Caroli V. vxor, Kal. Maij ex partu moritur; relicto filio Philippo, Maria & Ioanna filiabus. Florentius Egmondanus Buræ Comes, Lerdami & Iſelſtenij toparcha, vir manu conſilioque promptus, Buræ è viuis abit. Filius eius & heres *Maximilianus* vnicam reliquit filiam *Annam*, Guilielmo Naſſouio Principi Arauſionenſi nuptam: *ſuprà pag.* 304.

1540 Carolus V. (qui audito Gandenſium tumultu, menſe Nouembri anni ſuperioris, ex Hiſpania diſceſſerat, & per mediam Galliam, Franciſci Fr. Regis filiis comitantibus, iter fecerat) 13. Ian. Lutetiam intrat, & ab eodem Rege perhumaniter excipitur. In Belgium vt venit, Gandenſes ad officium compulit; arce ibidem ad Scaldim exſtructa, eo loco quo olim S. Bauonis monaſterium ſtetit. Cuius quidem loci monachi, Paulo III. indulgente, 1537. vitam Canonicorum amplexi, hoc anno 1540. ad S. Ioannis baſilicam, nunc cathedralem, migrarunt; Carolo Croyo Ep. Tornacenſi ipſos deducente. Chriſtiani

Maſſæi

Maſſæi Chronicon hîc definit. Antonius Lalainus,Montiniaci dominus,vxorem habuit Iſabellam,Gaſparis Culenburgij toparchæ filiam natu maximam; Hochſtrato Brabantiæ municipio à ſocero in dotem accepto. A Carolo V.Hochſtrati Comes 1518.creatus, ibidem templum, arcem, aliaque inſignia ædificia à fundamentis excitauit. Sine liberis 1540. moriens heredem ſcripſit *Philippum*, Caroli fratris ſui filium *ſuprà pag.*381. Inſtitutum Societatis Ieſu à Paulo III. confirmatur.

Poſt comitia Ratiſponæ celebrata, Cæſar in Italiam tranſit, & in vrbe Lucenſi cum Paulo III. Papa colloquium habet, deque Concilio indicendo enixè cum eo agit. Claſſe inſtructa, è portu Lunenſi ſoluit verſus Africam, & 23.Oct. Algerium appellit. Sed claſſe ventis ac tempeſtate pro maiore parte diſſipata, in Siciliam redit, & curſu verſus Baleares inſulas & inde in Hiſpaniam directo, Carthaginem nouam ſub finem Nouembris peruenit, indeque Madritum ſe contulit. Cæſar Lucæ exiſtens *Hugonem de Melun* Franciſci Comitis de Eſpinoy filiū, ex Melodunenſibus in Celtica Caſtellanis oriundum, creauit S.R.I.Principem. De cuius maioribus ac poſteris ſuprà pag. 399. egimus. 1541

Ruptis induciis, Franciſcus Galliæ & Chriſtianus III. Daniæ, Reges, Cæſari per caſtrenſes legatos, ineunte vere, bellum indicunt. 1542
Ab his incitatus Guilielmus Cliuiæ ac Iuliaci Dux (qui Gelriam Sutfaniamque ſibi deberi contendebat) exercitum colligit, eique *Martinum Roſſemium*, nobili apud Gelros genere natum, præficit. Hic fl. Moſa tranſito, in Brabantiam irrumpit, Oirſchotum, Hiluaribecam, Oiſteruicum, Hochſtratum, agrum Antuerpienſem, Mechlinienſem, Louanienſem, Gallo-Brabantinum ac Namurcenſem depopulatur, flammiſque vaſtat. Moſa iterum, iuxta Maſerias ditionis Francicæ opidum, traiecto, Francis agrum Luxeburgenſem depopulantibus ſe adiungit. Eodem tempore Antonius Borbonius Dux Vindocinenſis, Picardiæ Gubernator, Lilerio opido ad deditionem compulſo, per vniuerſam Arteſiam ferro & igne graſſatur. Bello inter Cæſarem & Francum ardente, cùm Hiſpani ac Belgæ omnes regno Franciæ iuſſi eſſent excedere, Hiſpani aliquot de Societate Ieſu, Lutetiæ ſtudiis operam dantes, in Belgicam ſe contulerunt, ſtudiaque ſua Louanij ſunt proſecuti. Fuit in his & *Petrus Ribadeneira*, vt ipſe in vitæ S.Ignatij hiſtoria l.3.c.6. teſtatur.

Franci Landreſium & Bapalmā opida occupant, & per vniuerſam fere Hannoniā populabundi ſæuiunt. Spiræ comitiis celebratis, Cæſar militem in Germania & alibi conſcribit. Exercitu ad Bonnam luſtrato, atque in agrum Iuliacenſem deducto, *Duriam* vetus munitumque opidum (quod olim Lud. Pio Imp. eiuſque poſteris in deliciis fuit) obſidet, & 24. Auguſti expugnat. Qua clade territæ cæteræ ditionis Gelrenſis ac Iuliacenſis ciuitates, communi omnium ferè conſenſu, ſeſe Cæſari ſubmittunt. Ipſe Guilielmus Dux eidem ſupplex factus, in gratiam recipitur. Gelriam porrò ac Sutfaniam ſibi ſuiſque heredibus in perpetuum Carolus vindicauit; Cliuenſi, Iuliacenſi ac Montenſi Ducatibus Guilielmo relictis. Exinde Martinus Roſſemius Cæſari militauit. Gaſpar Contarenus Venetus Cardinalis Romæ, Ioannes Eckius Sueuus Ingolſtadij, Albertus Pighius Campenſis Vltraiecti, & Ludouicus Viues Hiſpanus Brugis Flandrorum, moriuntur. 1543

1544 Ex Belgica Cæſar in Germaniam profectus, Spiræ comitia celebrat; quibus Septemviri omnes (quod rarò viſum eſt) interfuerunt. Pace cum Chriſtiano Daniæ Rege facta, copias contra Francum educit, & fanum S. Deſiderij ſub finem menſis Auguſti expugnat. Exinde Francus rebus ſuis metuens, pacem cum Cæſare 18. ſequentis Septembris die init; Landreſio, Iuodio & Mommedio Cæſari reſtitutis. Cæſar econtrà fanum S. Deſiderij Franco reddidit.

1545 Paulus III. Papa tres Cardinales legatos, Ioannẽ Mariam de Monte, Marcellum Ceruinum (qui pòſt Romani Pontifices fuerunt) & Reginaldum Polum mittit Tridentum, ad Concilium ibi incohandum: cuius prima Seſſio 13. Dec. hoc anno eſt habita. Quod quidem Concilium ſub Paulo III. incohatum, ſub Iulio III. Marcello II. & Paulo IV. continuatũ, ac demum ſub Pio IV. an. 1563. abſolutũ fuit.

1546 Ianuario menſe ineunte, Carolus V. Imp. Vltraiecti in baſilica cathedrali comitia Equitum Velleris aurei celebrat, & ex Belgicis proceribus inter Equites adſcribit *Philippum Lannoium*, Sulmonenſem in regno Neapolitano Principem, Caroli ſuprà pag. 395. laudati filium, *Pontum Lalainum*, *Amoraldum* Egmondæ Comitem, *Iacobum de Ligne* Falcobergenſem in Arteſia Comitem, Waſſenaræ in Hollandia dominum ac Leidenſem iure vxorio Caſtellanum, *Philippum Lalainum* Comitem Hochſtratanum, *Maximilianum Burgundum* Beueræ dominum, *Ioannem de Ligne* Arenbergæ Comitem ac Barbanzonij dominum, *Petrum Werchinium* Hannoniæ Seneſcallum, & *Ioannem Lannoium* Molembaiſæ toparcham. Ex his porrò Iacobum Lignæum idem Cæſar primum Comitem de Ligne 1544. aut 1546. creauit. Iacobi nepotem Amoraldum Albertus Pius Principem de Ligne 1602. renuntiauit.

Pars ſtemmatis familiæ de Ligne.

- Michael dom. de Ligne & Barbanzon duxit Leonoram de Coucy, obiit 1469.
  - Ioannes Diues, Eques Vell. A. duxit Iacobã Croyã.
    - Antonius Baro de Ligne 1503. emit Falcobergam,
      - Iacobus Comes I. de Ligne Eq. V. A. 1546. d. Mariã Waſſenaræ heredem.
        - Philippus Eq. V.A. d. Marg. Lalainam 1516.
          - Amoraldus Princeps de Ligne d. Mariam de Melun.
            - Florentius d. Ludouicam Lotharingam.
              - Albertus Henricus Pr. de Ligne.
              - Claudius-Amoraldus Co. Falcob.
            - Iolenta.
            - Anna.
            - Lambertina.
            - Erneſtina.
          - Anna.
          - Maria:
  - Guilielmus Baro de Barbanzon 1489.
    - Ludouicus d. Mariam Seuenbergæ heredem.
      - Ioannes Eques V. A. 1546. duxit Margaritam Marcanam Arenbergiã, obiit 1568.
        - Carolus Comes Arenbergæ duxit Annam Croyã Arſchoti heredem.
          - Philippus Dux Arſchoti.
            - Ex 1. Clara-Eugenia. Anna.
            - Ex 2. Maria Deſideria. Philippus-Franciſcus. Margarita-Alexandrina.
            - Ex 3. N.
          - Carolus.
          - Alexander Princeps Chimaci.
            - Iſabella.
            - Anna.
            - Albertus.
            - Philippus.
          - Antonius.
          - Eugenius.
          - Filiæ VI.
        - Robertus Princeps de Barbanzon.
          - Albertus d. Mariã de Barbanzõ.
            - Iac. Philippus.
            - Iſabella.
            - Dorothea.

Eſt

Eſt autem *Ligne* vetus Hannoniæ municipium, ſitum in via militari, à Romanis olim ſtrata, quæ à Bauaco Nerniorum rectà ducit Gandauum. Ab iſto municipio cognomen induit nobiliſſima ac vetuſtiſſima familia Lignæa: de qua nonnulla ex antiquis monaſteriorum tabulis teſtimonia in Donationibus Belgicis l. 2. c. 115. produxi. Inter alios memoratur Ioannes dominus de Ligne, qui ex Euſtatbia, toparchæ de Barbanzon filia herede, genuit Ioannem, Ioannes Michaëlem an. 1469. defunctum. Michaëlis poſteritas in varias ſtirpes abiit: vt ex præfixa tabula intelligi datur.

De Caſtellanis, quos Galli hodie Vice-Comites, Brabanti & Flandri Burgrauios ſeu Burggrauios vocant.

Comes olim Index erat totius pagi ſeu prouinciæ: Vicecomes autem ſeu Caſtellanus erat Iudex ciuitatis ſiue opidi. Ceterùm apud Belgas (vt & apud Gallos ac Germanos) pleraque opida illuſtriora ſuos olim Caſtellanos habuerunt, quos Franci hodie Vicecomites (*Viſcomtes*) Germani Burgrauios (*Borchgrauen*) nuncupant. Hi vice Comitum opidis ſeu burgis præerant, publicorum carcerũ curam gerebant, & ſua tribunalia ad ius dicendum, itemque portoria ſeu vectigalia ſibi propria habebant. Tales in *Brabantia* fuerunt Caſtellani Bruxellenſes, Antuerpienſes, Geldonienſes, Furenſes, Genapienſes & Grimbergani; in ditionibus *Tranſmoſanis* Limburgenſes & Mont-ioyenſes; in *Flandria* Gandenſes, Brugenſes, Iprenſes, Tornacenſes, Inſulenſes, Duacenſes, Armentarienſes, Balliolani, Borburgenſes, Cortracenſes, Furnenſes, Winnoci-bergenſes, Aloſtani, Aldeburgenſes, Harlebecani, Neoportuenſes, Orchiacenſes, Roſlarienſes; in *Arteſia* Atrebatenſes, Audomarenſes, Arienſes, Lenſenſes, Bapalmenſes, Heſdinienſes; in *Hannonia* Montenſes, Valentianenſes; in *Gelria* Nouiomagenſes; in *Hollandia*, Leidenſes, Gertrudi-bergenſes, Heuſdani; in *Vltraiectina ditione* Vltraiectini, Montfortenſes; item Zelandienſes, Cameracenſes, Taruanenſes, & alij alibi. Ab iſtis Caſtellanis, itemque ab Aduocatis eccleſiarum, nobiles ac vetuſtæ familiæ noſtrates plurimæ ſuas origines deducunt.

Brvxellensis Vicecomitatus ſeu Burgrauiatus olim ad familias de Aa, Marbais, Lefdale, Peterſem & Bouchout ex ordine pertinuit. Margarita, Danielis Bouchoutani filia, Enerardo Marcano marito ſuo Vicecomitatũ Bruxellenſem an. 1465. in dotem attulit: quem à Roberto Marcano, Enerardi nepote, Ioannes Hannart, Eques ord. S. Iacobi, Margaritæ Villain dominæ Lidekercanæ maritus, 1537. emit. Poſteà dignitas illa ad familiam Henninam tranſiit, cùm Maria Hannart, Ioannis ſuprà nominati neptis, Iacobo Hennino Domino de Auſſy anno 1579. nupſiſſet. Iacobi filius Maximilianus, Comes de Boſſu & Baro Lidekercanus, illam Nicolao Damantio Brabantiæ Cancellario 1606. vendidit. Huius filia natu maxima Anna Damantia nupſit Henrico de Varic, Marcgrauio Antuerpienſi, nobili apud Gelros familia oriundo, ipſique Vicecomitatum Bruxellenſem inter alia pro dote attulit. Caſtellani porrò Bruxellenſes olim caſtrũ ſuum in Monte-frigido iuxta templũ S. Iacobi habuerunt, vbi nunc eſt palatium Principis: vt ex Leonij Caſtellani tabulis, in Not. eccleſ. Belgij c. 211. recitatis, conſtat. Retrò dictum palatium ſupereſt area, quam hodieque *Borgendale* vulgò vocant.

 Domini

Domini Diſtenſes à ſæculis aliquot fuerunt Burgrauij ANTVERPIENSES: quæ dignitas ad familiam Naſſouiam circa an. 1490. tranſiit, cùm Engelbertus Naſſonius, Bredæ & Leccæ dominus, inita permutatione, à Guilielmo Duce Iuliacenſi Diſtemium, Sichenas & Zelemum accepit, pro Milla, Gangla & Vuchta. GELDONIÆ ſeu Iudoniæ in Gallo-Brabantia Vicecomes eſt Dominus de Glimes. FVRENSEM Vicecomitatum, inter Bruxellam & Louanium, an. 1435. à Ioanne Boſchio, Arnoli F. Ioannis N. emit Ioannes Hincart: cuius ex Philippo filio neptis Ioanna nupſit N. Cortembachio Helmondæ domino. Caſtellanus de *Geneppia* ſeu Genapia Daniel an. 1245. floruit. Burgrauiatum *Grimberganum* Buſlidij diu tenuerunt. Walterus Caſtellanus de Grimbergis, eiuſque patruus Sigerus an. 1214. & 1222. vixerunt. LIMBVRGENSIS Burgrauiatus ad familiam Merodiam ſpectat.

GANDENSIS Vicecomitatus à familia Gandauia ac Bornhemiana ad Angianam ſeu Sottegemiam, deinde ad Antonianã, ac demum ad Meluniam tranſiit; vt ſuprà pag. 253. & 400. docui. *Brugenſis* Caſtellania olim ad familiam de Neſle pertinuit. Ioannes de Neſle, Comitis Sueſſionenſis frater, Caſtellaniæ iſtius iura Ioannæ CP. Flandrorum Comitiſſæ vendidit. Tietbaldus *Iprenſis* Caſtellanus anno 1123. Caroli Boni Flandriæ Comitis diploma (*in Not. c. 134.*) ſignauit: & Ioannes de Houters Burgrauius Iprenſis 1339. floruit. Gaudet ea nunc dignitate Comes Iſegemienſis ac Middelburgenſis, ex familia Gandauia ſeu Villana.

Domini Mortaniæ multis ſæculis fuerunt Caſtellani *Tornacenſes*: quorum ſtemma ſup. pag. 355. repræſentaui. *Inſulenſium* Caſtellanorum catalogus ſuprà pag. 279. exſtat. *Duacenſis* Caſtellanus Walterus 1079. Aquicinctinum diploma in Not. c. 103. & Michael 1176. Marchianenſe c. 166. ſignauit. G. de S. Albino Caſtellanus Duacenſis 1207. tabulis Philippi Francorum Regis ſubſcripſit. Vicum S. Albini, intra muros Duacenſes nunc ſitum, Comes de Lalain hactenus poſſedit. Mathildis de la Vigne, Caſtellaniæ heres, omne ius ſuum venditione Senatui Duacenſi 1368. ceſſit. De Duacenſibus & *Orchiacenſibus* Caſtellanis Buzelinus in ſua Gallo-Flandria c. 9. & de *Armenterianis* l. 1. c. 29. multa narrat. *Borburgenſium* Caſtellanorum, ex familia Gandauia, ſeries ſuprà pag. 260. recitatur. De iiſdem & noſtra Notitia eccleſ. Belgij c. 125. & 163. conſuli poterit. Borburgenſis porrò Caſtellanus nunc eſt Dux Havræus, idemque Marchio Renliaci, ex familia Croya.

De *Cortracenſibus* Caſtellanis Quercetanus in Hiſtoria Giſnenſi l. 8. c. 1. nonnulla narrat. *Neoportuenſis* Vicecomitatus heredē Ioannam, dominam de Halewin & Comines, 1559. duxit Philippus Croyus Dux Arſchotanus: *ſuprà pag.* 384. Cominij porrò dominus hodie eſt Princeps Chimacenſis, ex familia Lignæa. *Winnoci-Bergenſem* & *Furnenſem* Vicecomitatus familia Hornana diu poſſedit. Ioannam Honſcotæ & Houtkercæ dominam, itemque Vicecomitiſſam Winnoci-Bergenſem circa annum 1400. duxit Arnoldus de Hornes, dominus de Bauſignies, Moncornet, Herſtal, Heſe & Geldrop. Ceterùm ex Caſtellanorum veterum Winnoci-Bergenſium ſtirpe maſcula hodieque ſupereſt toparcha de Raiſche prope Duacum & de Bouhers in Arteſia. Sic à *Cortracenſibus* Caſtellanis & originem ſuam deducit familia de Brakel.

Anni vulga-res Chriſti

Aldebvrgensem Caſtellaniam, inter Brugas & Oſtendam, hodie poſſidet toparcha Brandeburgi in agro Namurcenſi.

Alostanvs Vicecomitatus tenetur à familia Lirana ſeu Immerſelia. Ioſinam Tollinx Burgrauiam Aloſtanam duxit Ioannes de Lire, dictus Immerſele, dominus de Ieteghem & Marcgrauius Antuerpienſis, qui 1503. obiit, ſepultus Antuerpiæ in templo cathedrali. *Harlebecæ* Caſtellani olim fuere Domini de Halewin, poſteà Carondeleti. *Roſlaria*, cum Torholto & Winendalenſi arce, à Ioanne Intrepido Burg. Duce 1409. in dotem data eſt Adolfo Duci I. Cliuenſi, cùm Mariam eius filiam duxiſſet.

Ex *Audomarenſium* in Arteſia Caſtellanorum (*de S Omer*) proſapia oriundus fuit *Gaufredus de S. Audomaro*, qui ordinem Templariorum militum in Syria 1118. cum Hugone Pagano inſtituit. *Guilielmus* Audomarenſis Caſtellanus Abbatiam S. Andreæ in Nemore, quæ eſt regularium ord. Præmonſtratenſis in Arteſia, ex loco humiliore in ſalubriorem 1156. tranſtulit: cuius ſtemma in Not. c. 211. reperies. Ex eadem ſtirpe fuit Robertus de S. Omer, quem Albertus Auſtrius Comitem Mourbecanum 1614. creauit. *Arienſis* Vicecomes olim Dominus Cominij fuit; nunc eſt Princeps de Robecque, idemque Comes de Eſterres, & Marchio de Mourbeque, ex gente Montmorencia. *Lenſenſem* Vicecomitatum hodie poſſidet Dominus de Recourt. Ida de Lens, Ioannis Caſtellani Lenſenſis filia heres, nupſit Chriſtophoro de Recourt. Ex ſtirpe maſcula Caſtellanorum veterum Lenſenſium etiamnũ ſupereſt Dominus de Rebec & Blandec. *Bapalmenſis* Vicecomes nunc eſt Princeps de Eſpinoy, ex familia Melunia, tamquam Dominus de *Beaumez*, Latinè de Bello-manſo: *ſuprà pag.* 399. De vetuſtis Caſtellanis Bapalmenſibus Quercetanus in Hiſtoria Drocenſi fusè tractat.

Montensis in Hannonia Caſtellanus eſt Dux Havræus paulò antè memoratus, tamquam toparcha Havræus: *ſuprà pag.* 393 Nicolaus de Montibus Ep. Cameracenſis, Goſuini Caſtellani Montenſis filius, & Goſuini itidem Caſtellani frater, 1167. obiit.

Noviomagensis in Gelria Burgrauiatus diu ad familiam de Bilant ſpectauit. *Leidenſes* in Hollandia Burgrauij diu fuerunt Waſſenaræ Domini: viſiturque Leidæ etiamnum in colle vetus burgus ſeu burgum. Mariam Waſſenaræ & Caſtellaniæ Leidenſis heredem duxit Iacobus Comes I. de Ligne: vt ſuprà pag. 402. diximus. *Heuſdanus* in Hollandiæ & Brabantiæ confinibus Caſtellanus an. 1134. fuit Hermannus: vt ex Bernenſis monaſterij archiuis didici. *Gertrudi-Bergenſis* Caſtellania olim ad familiam de Meruwe pertinuit. *Vltraiectenſis* Caſtellanus Otho, cum matre ſua Machtilde, 1136. Aldeuicenſe monaſterium condidit. Dominam de Goye & Beuerwerde eamdemque Burgrauiam Vltraiectenſem duxit Suederus Vianæ toparcha: quæ 1346. deceſſit. Ioannam Vianæ & Vltr. Burgrauiatus heredem matrimonio ſibi iunxit Walramus Brederodæ dominus; qui 1417. obiit, relicto filio Rainaldo Equite Velleris aurei. Philippa, Ioannis-Iudoci Vicecomitis *Montfortenſis* filia heres, nupſit Ioanni Merodio, & an. 1593. deceſſit. Diplomata noſtra Belgica l. 1. c. 142. conſule. *Zelandiæ* Vicecomites circa annum 1300. fuerunt Domini de Voirne, & poſteà Domini Cruningæ. *Cameracenſis* Caſtellania aliquot ſæculis ad familiam de Oiſy, poſteà ad Dominos de Montmirel & Coucy pertinuit. Ex his Enguerramus anno 1272.

dictã Caſtellaniã Guidoni Flandriæ Comiti vendidit, vt ſup. pag. 345. diximus. Cameracenſium Caſtellanorum ſeries apud Quercetanum in Hiſtoria Giſnenſi l. 6. c. 6. exſtat. *Colonia Agrippina* Borgrauij olim fuerunt Domini ac Comites Arenbergenſes. Mathildem Arenbergæ heredem circa an. 1300. Engelbertus Comes Marcanus duxit: *ſup. pag.* 364. Margaritam Marcanam Arenbergæ Comitiſſam Ioannes de Ligne Baro Barbanzonius anno 1548. ſibi iunxit: vt ex Tabula genealogica familiæ Lignææ ſup. pag. 402. repræſentata liquet. Ad res anno 1546. geſtas nunc redeamus.

Martinus Lutherus, hæreſiarcharum noſtri æui princeps, Iſlebij in patria 18. die Februarij morte repentina perit. Bellum inter Carolum V. Cæſarem & Proteſtantes Germaniæ proceres, fœderis Smalcaldici ſocios, incohatur. Huius belli hiſtoriam Ludouicus Auila & alij ſcripſerunt. Mechlinia pulueris tormentarij fulmine tacti flammis ac fragoribus, menſe Auguſto, grauiſſimum damnum patitur; ingenti ciuium numero ædium ruinis oppreſſo. *Anna* Ferdinandi Rom. Regis filia Alberto Bauariæ Duci, & altera eiuſdem filia *Maria* Guilielmo Cliuiæ Duci, nubunt. Pauli Iouij Hiſtoriæ finiuntur.

1547 Ioanne Frederico, Saxoniæ Septemuiro, in prælio trans Albim 24. Aprilis capto, & Philippo Haſſiæ Lantgrauio 19. Iunij in deditionem accepto, Proteſtantes à Cæſare domantur. In Ioannis Frederici, 18. Maij ob rebellionem Electoratu exuti, locum Mauritius ſubſtituitur: cui ſine prole maſcula defuncto frater Auguſtus ſucceſſit. Hermanno Colonienſi Archiepiſcopo à Pontifice & Cæſare, ob hæreſim, loco moto, Adolfus Comes Scauuenburgius ſubrogatur. Francisco I. Galliæ, & Henrico VIII. Angliæ, Regibus, illi Henricus II. huic Eduardus IV. filij ſuccedunt. Anna Hungara, Ferdinandi Rom. Regis vxor, 15. liberorum mater, viuere deſinit. Petrus Bembus & Iacobus Sadoletus Cardinales Romæ; Conradus Peutingerus (à quo vt inuentore vetus Tabula Itineraria Romana, à Plantinianis edita nomen indidit) Auguſtæ Vindelicorum in patria; Franciſcus Vatablus & Iacobus Tuſſanus Pariſiis moriuntur.

Origo VII. Imperij Electorum.

Imperium Romanum (quod olim à Senatu Populoque dabatur, pòſt à militibus ſæpè datum fuit) poſtquam in Caroli Magni ſtirpe aliquamdiu hereditarium fuit, illâ exſtinctâ, rurſus ad electionem eſt reductum. Eligebant autem Principes, quos Germania multos varioſque habebat, & in his etiam Antiſtites, & ſine diſcrimine, quotquot comitiis intereſſe volebant. Primæ tamen partes eſſe ſolebant potentiorum Principum, & qui munia ſeu officia (vt vocant) in aula geſſiſſent. Exinde ob contraria procerum ſtudia ac factiones, cùm non rarò ciuilibus diſcordiis Reſpublica variè iactaretur, tandem optimo conſilio, ad ſchiſmata & turbas euitandas, viſum fuit facultatem electionis ad paucos eoſque primarios reuocare ac reſtringere. Qua quidem in re Eccleſiaſtico ordini primæ partes ſunt delatæ, & trium antiquiſſimarum ac nobiliſſimarum eccleſiarum Antiſtites ad Electoralem dignitatem ſunt euecti: quòd non ſolùm honore ac potentia ceteros vincerent, verùm etiam Imperij Cancellariatu per prouincias diuiſo fungerentur. Hiſce collegas quattuor ex ordine Principum politicorum, & quidem eos qui officia aulica primaria gere-

gererent, adiungere commodum ac decorum viſum fuit. In officiis ſeu miniſteriis prima habebantur *Dapifer* & *Pocillator*, qui Domeſtici & Architriclini, *Mareſcallus* qui Præfecti Prætorio, *Camerarius* qui Quæſtoris antiqui ſpeciem gerebant. Quorũ prioribus duobus corpus, adeoq́ue ſalus Principis, tertio aula & ſatellitium eius, quarto fiſcus, theſauri & ſacræ largitiones creditæ erant. Hæc autem officia ſeu miniſteria antiquitus non erant certis familiis attributa; certè non his quibus nunc ſunt propria: vt ex rerum Germanicarum vetuſtis ſcriptoribus conſtat. Luitprandus l. 2. c. 7. ſub Conrado Imp. narrat, potentiſſimos Principes fuiſſe, Arnoldum in Baioaria, Burcardum in Sueuia, Euerhardum Comitem in Francia ſeu Franconia, & Giſelbertum Ducem in Lotharingia. De iiſdem Witichindus ita ſcribit, inaugurationem Othonis I. commemorans: *Diuina deinde laude dicta, ſacrificioq́ ſolemniter celebrato, deſcendebat Rex ad palatium, Duces verò miniſtrabant. Lotharia Dux Giſelbertus, ad cuius poteſtatem locus ille pertinebat, omnia procurabat. Euerhardus menſæ præerat; Sifridus verò, Saxonum optimus & à Rege ſecundus, eo tempore procurabat Saxoniam.* Vides hîc Euerhardum Franciæ orientalis Comitem menſæ miniſterio præfuiſſe, adeoque Dapiferatum geſſiſſe. Quæ quidem dignitas poſteà Bauarinæ ſeu Palatinæ familiæ eſt aſſignata; vt Mareſcalci officium Duci Saxonino, Camerarij munus Marchioni Brandeburgio, Pincernæ titulus Regi Bohemiæ eſt attributus: nimirum vt deinceps non perſonis dignitates iſtiuſmodi eſſent conceſſæ, ſed vt familias ipſas, & in his primogenitos, ſi non ſemper, ſaltem ordinariè ſequerentur.

Witichindus part. 1. c. 13. & 20. ſcribit Othonem III. anno 985. Quedlinburgi comitia celebraſſe, & inter ceteros Henricum Ducem Baioariæ *Dapiferum* Imperij, Conradũ Sueuiæ Ducẽ *Camerarium*, Enzelinum Comitem Palatinum Rheni *Pincernam*, & Bernonem Saxoniæ ac Luneburgi Ducem *Mareſcallum* interfuiſſe. Ex quo liquet, prędicta Imperij officia ſeu munia tunc variaſſe, & temporaria fuiſſe. Quis autem illa perpetua fecerit, aut quo tempore, certò non conſtat. Qui Othoni III. Imp. id adſcribunt, tradunt illo defuncto *Henricum II.* cognomento *Sanctum*, iuxta Othonianam ſanctionem, eſſe Cæſarem deſignatum, ipſumq́ue quattuor iſtos Imperij Officiales, vt vocant, cum iiſdem officiis ac miniſteriis, Epiſcopatui Bambergenſi adſcripſiſſe. Ita tamen vt Vicarios ac Subſtitutos ſuos ex ordine equeſtri Franconico habeant, per quos muniis illis ſuis (quando res exigit) honoris ergò fungi poſſint; Bauarus ſcilicet ſeu Palatinus Dapiferum de *Pomersfelden*, Bohemus Pincernam de *Aufses*, Saxo Mareſcallum de *Ebnet*, Brandeburgius Camerarium de *Rotenham*. Eadem omnino ratione, qua Electores Imperij ſuos quoque habent Vicarios ſeu Subofficiatos, vt vulgò nuncupant; Bohemus Pincernam de *Limpurg*, Palatinus Truchſeſium de *Walpurg*, Saxo Mareſcallum de *Bapenheim*, Brandeburgius Comitem ſeu Principem de *Hohezolleren*.

Vt vt ſit, mea quidem ſententia audiendi non ſunt, qui Septemvirorum inſtitutionem ad Rudolphum I. aut Carolum IV. Imp. retrahunt: cùm Albertus Abbas Stadenſis (qui Frederico II. imperante Annales ſuos ſcripſit) Electores illos ſeptem eadem ſerie, qua nunc vulgò recenſentur, diſertè enumeret. Sed & veteres extant verſiculi apud Marſilium Patauinum (qui ſub Ludouico Bauaro

uaro vixit) Martinum Polonum, Lupoldum Bebenburgium, & alios illius ætatis ſcriptores:

Moguntinenſis, Treuerenſis, Colonienſis,
Quilibet Imperij ſit Cancellarius horum.
Eſto Palatinus Dapifer, Dux Portitor enſis,
Marchio Præpoſitus Cameræ, Pincerna Bohemus.
Hi ſtatuunt Dominum cunctis per ſecula ſummum.

Atque in his quidem miniſteriis obeundis quæ ſingulorum ſint partes, tam in inauguratione Imperatoris, quàm in comitiis Imperij aut Curiæ Imperialis celebratione, *Carolus IV.* Imp. Bulla ſua aurea, vt vocant, latè præſcripſit. Neque enim quotidie & ordinariè iſti Septemviri talibus miniſteriis funguntur (quibus deſtinati alij inferioris ordinis homines in aula Cæſarea non deſunt) ſed tantùm in Curiis celebrioribus & conuentibus auguſtioribus, vbi maieſtas illa Imperatoria, ſuper omnes alios orbis Principes eminens, ſplendidiùs ſe oſtendit. Ceterùm vt Saxo Enſem ſolemniter in publico ſolet Imperatori præferre, ſic & Bauarus ſeu Palatinus Globum Imperij aureum, cum Cruce impoſita. Horum ornamentorum, in coronatione Guilielmi Hollandiæ Comitis 1249. Aquiſgrani facta, & apud Godefridum Viterbienſem part. 19. fit mentio.

1548 Gaſpar Barzæus, Gouſæ in Zelandia natus, ſtudiorum curriculo Louanij confecto, cùm Societati Ieſu in Luſitania nomen dediſſet, diu multumque probatus, inde in Indiam vnà cum aliis octo, prædicandi Euangelij cauſſa, an. 1548. profectus eſt, ibidemque Franciſci Xauerij ſocius & æmulator, poſt ampliſſimam meſſem collectam, in Domino obdormiuit. Ioanna Albreta Bearniæ Princeps Antonio Borbonio Duci Vindocinenſi nubit: ex qua pòſt Henricus IV. Galliæ Rex natus eſt. Philippus II. in Belgium ad patrem cogitans, ex Hiſpania Genuam VI. Kal. Dec. appellit. Inde Mediolanum, Mantuam, Tridentum & Spiram profectus, demùm Luxeburgum peruenit.

1549 Philippus, annos 22. natus, Bruxellam intrat, & à patre ſuo Carolo V. Imp. ac duabus amitis ſuis Leonora & Maria amantiſſimè excipitur. Iiſdem præſentibus, Louanij 5. Iulij inauguratur. Exinde Flandriam, Arteſiam, Hannoniam, Hollandiam, Zelandiam, Vltraiectum, Friſiam, aliaſque prouincias luſtrauit: quæ omnes voluntario ac ſolemni ſacramento ſeſe nouo Principi obſtrinxerunt. Maio menſe Cæſar cum Philippo filio & Ioanne Frederico Saxone (Haſſus namque in cuſtodia Mechliniæ manſerat) Bruxella diſcedens, Auguſtam Vindelicorum, ad comitia Imperij celebranda, ſe contulit. In his comitiis ſenio ac laboribus confectus *Nicolaus Perenotus Granvellanus* an. 1550. obiit, & filio ſuo *Antonio* tunc Atrebatenſi, pòſt Mechlinienſi Antiſtiti ac Cardinali, lampada tradidit. Atque ab eo quidem tempore Antonius primarium auctoritatis locum apud Cæſarem eiuſque filium Philippum tenuit. Ceterùm Nicolaus tres habuit filios, *Thomam* Perenotum, qui Helenam Brederodiam, Rainoldi Equitis Velleris aurei filiam, duxit vxorem, *Antonium* Cardinalem & *Fredericum* Rotnaci ac Champagniaci dominum. Franciſcus Thomas Perenotus, Thomæ filius, primus Comes de *Cantecroy* (qui vicus eſt primo lapide ab Antuerpia ſitus, cum arce gentis olim Ranſtiæ) à Philippo II. an. 1570. creatus fuit. Is ſine liberis decedens ſcripſit heredem ſororis ſuæ Peronæ filium *Franciſcum-Thomam de Oiſelay*, Equitem velleris aurei. Hic 1629. moriens ex Carolina,

lina, Rudolphi II. Imp. filia naturali, vnicũ reliquit filium *Eugenium-Leopoldum de Oiſelay*, nunc Principem ac Comitem de Cantecroy, cum filia Baronis de Beaunois 1635. matrimonio innctum.

Paulo III. Papæ, anno ſuperiore 10. Nouembris defuncto, Iu- 1550
lius III. patria Aretinus, Ioannes-Maria de Monte anteà nuncupatus, 7. Febr. ſubrogatur. Ioannes à Deo dictus, natione Luſitanus (qui Ordinem Miniſtrantiũ infirmis inſtituit) Granatæ moritur. Bruxellenſes die 16. Iulij Willebroci primùm fodere incipiunt foſſam, qua hodie Bruxella Antuerpiam nauigatur.

Auguſtanis comitiis finitis Cæſar, cum fratre ſuo Ferdinando 1551
Rom. Rege, Oenipontem ſe confert, & ibi aliquamdiu hæret. Cæſaris filius Philippus, cum patruele ſuo Maximiliano, Tridentum pergit, indeque Mantuam, Mediolanum ac Genuam. Conſcenſis hic triremibus, Barcinonem in Hiſpaniam III. Idus Aprilis appellit, & inde Madritum ſe confert. Guilielmus Naſſouius, Princeps Arauſionenſis, ducit Mariam Egmondanam Buræ Comitiſſam: cui illa Philippum in Principatu ſucceſſorem, Bruxellæ anno 1618. defunctum, & Mariam peperit.

Germanicæ nationis collegium Romæ à Iulio III. inſtituitur: 1552
quod iniuria temporum pænè collapſum Gregorius XIII. poſteà erexit, auxit & prouentibus perpetuis ſtabiliuit. Fredericus Nauſea Ep. Viennenſis in Auſtria, Ioannes Cochlæus Vratiſlauiæ, & Ambroſius Catharinus, acres Catholicarum partium aduerſus Lutherum propugnatores, moriuntur. Paulus Iouius Hiſtoricus Florentiæ decedit. Cæſare Oeniponte adhuc agente, Mauritius Saxo Septemvir, Guilielmus Haſſi captiui filius, Ioannes Albertus Mechelburgi Dux & Albertus Brandeburgius, icto cum Francis fœdere, in Sueuiam irrumpunt, Auguſtam Vindelicorum occupant, Vlmam (ſed fruſtrà) oppugnant. Ex alia parte Henricus II. Franciæ Rex in Lotharingiam copias ducit, Tullum, Virdunum & Metas occupat. Exinde Treuerorum finibus peragratis, Alſatiam ingreſſus, Argentoratum, eo quo Metas modo, intercepiſſet, ni aliorum exemplo facti prudentiores ciues aditum Francis præcluſiſſent. Profecto in Germaniam Franco, Maria Cæſaris ſoror, quæ Belgis præerat, in Campaniam Francicam (Adriano Croyo Reuxij Comite & Mart. Roſſemio ducibus) militem flamma ferroque ſæuientem immittit. Francus copiis ſuis in vnum conflatis, vlciſcendi ſtudio, Moſellam traiicit, agroque Luxeburgenſi vaſtato Rodemacum & Iuodium occupat; capto Petro-Erneſto Comite Mansfeldio, qui tunc Luxeburgios nomine Cæſaris regebat. Cæſar menſe Iunio certior Oeniponte factus de Mauritij ſociorumque aduentu, cum fratre Ferdinando ac comitatu aulico inde in Carinthiam ſe ſubducit; dimiſſo priùs atq; in libertatem reſtituto Ioanne-Frederico Saxone. Conuentu Paſſauij deinde inſtituto, pridie Kal. Auguſti cum Mauritio ac ſociis Carolus tranſegit, & Haſſum ad ſuos in Germaniam redire permiſit. Rebus porrò in Germania conſtitutis, Cæſar indignatus Francum tot ditionis Germanicæ opida occupaſſe, quamquam alieniſſimo anni tempore (vtpote appetente iam hieme) Metas obſedit: ſed ob imbres propè continuos & alui fluxum in caſtris graſſantem, ad hiberna militem dimittere coactus fuit. Franciſcus de Crequy (quæ illuſtris ac vetuſta apud Arteſios eſt familia) Epiſcopus Taruanenſis moritur. Eius patruus maior

Franciſcus, cum vxore ſua Margarita Blondel, in vico *Dourrier*, haut procul ab Heſdinio Arteſiæ opido, collegium Canonicorum fundauit; obiitque non relicta ſobole, ibidem ſepultus.

- Ioannes dom. de Crequy, Ioánis F. Eq. v. a. 1430.
  - Ioannes dom. de Crequy d. Franciſcam Rubempræam domin. de Berniculles.
    - Ioannes dom. de Crequy d. Ioſinam Sueſſ. do. de Poix.
      - Ioannes dom de Crequy.
        - Ioannes dom. de Crequy obiit ſine liberis.
        - Antonius Card.
        - Ludouicus.
        - Maria vx. Gilberti de Blanchefort.
          - Antonius ſumpſit cognomē & inſignia de Crequy, Princeps de Poix.
            - Carolus dom. de Crequy, Dourrier, Princeps de Poix, d. Magdalenam de Bonnes dom. de Leſdiguier.
              - Franciſcus de Crequy.
              - Carolus de Crequy.
          - Filiæ III.
      - Franciſcus Ep. Taruan. obiit 1552.
    - Antonius dom. de Pomdremy.
    - Philippus Baro de Bernieulles 1537.
      - Claudius ob. ante patrem, ſepultus Ambianis apud Dominicanos.
        - Claudius Baro de Bernieulles duxit Claudiam de S. Simon.
          - Carolus duxit Iacobam Gouffier.
            - Io. Baptiſta Co. de Clery, d. Renatam de Vieſpont.
        - Claudius dom. de Hemont.
          - Ioannes.
          - Philippus.
  - Franciſcus dom. de Dourrier ob. ſine lib.
  - Ludouicus Can. Leod.

1553 Alberto Brandeburgio, nouum quaſi regnum in Germania ſibi condere paranti, bellum 1. Iulij ſolemniter indicitur à Ferdinando Rom. Rege, Mauritio Saxone, Moguntino ac Treuerenſi, Electoribus, aliiſque proceribus confœderatis. Cùm vtriuſque partis exercitus ad Viſurgim fl. conueniſſet, *Mauritius* victor vulnus in prælio 9. Iulij commiſſo accepit, & paucos poſt dies, ætatis 33. anno, obiit, relicta vnica filia *Anna*, quæ Guilielmo Naſſouio Principi Arauſionenſi poſteà nupſit. Albertus, deſideratis quinque circiter equitum millibus, fuga elapſus eſt. Peditatus omnis, non tentata pugna, deditionem fecit. Allata ſunt ad Mauritium adhuc ſpirantem 54. peditum, equitum 14. ſigna militaria. In Septemviratu ipſi ſucceſſit frater *Auguſtus*, qui Daniæ Regis filiam duxerat; *Ioanne-Frederico* Saxone, eiuſque filiis veterem à Cæſare dignitatem fruſtrà repetentibus. Cæſar interim, qui tunc apud Belgas agebat, Martinum Roſſemium Luxenburgiis præfecit, & ab Adriano Croyo Reuxij Comite ac Ponto Lalaino *Taruanam* in Morinis obſideri iuſſit. Ea vrbs Flandris hactenus infeſtiſſima, poſt varias hinc inde clades acceptas, treſque noſtrorum (quaſſatis vi tormentorum mœnibus) irruptiones, tandem pridie Idus Iunij capta, incenſa, funditusque exciſa triſtiſſimum ſui ſpectaculum præbuit; tanto finitimorum atque etiam diſſitorum in ipſam odio, vt lapidum fruſta, quò ſuum in diruendo ſtudium oſtenderent, domum certatim comportarent. Id hodieque loquitur ſaxum in frontiſpicio domus eo ipſo anno Louanij ſtructæ, hac addita inſcriptione:

de TarVanæ eſt VeCtVs LapIs Iſte rVInIs:

CVIVs qVInte qVIdeM CaroLe VICtor eras.

Heſdinium Francis à Philiberto Sabaudiæ Principe V. Kal. Auguſti ereptum, parem propè ſortem ſubiit; nouo eiuſdem nominis opido,

opido, propinquas inter paludes, anno proxime ſequenti condito. Eduardo VI. Rege 1553. defuncto, in Anglia Religio catholica paululùm reſpirauit, cùm MARIA Eduardi ſoror; Henrici VIII. & Catharinæ Auſtriæ filia, regnare cœpit. Ea namque, Reginaldo Polo Cardinale accito, regnum ſuum vniuerſum Romanæ fidei ac communioni reſtituit. Verùm Mariâ 1558. defunctâ, *Eliſabetha*, Henrici VIII. & Annæ Bolenæ filia, priſtinos errores reuocauit. Fredericus Staphylus à Lutheranis ad Catholicos redit. Franciſcus Titelmannus, Haſſeleti in ditione Leodicenſi natus, Theologus ac Philoſophus ſcriptis editis clarus, ordinis Capucinorum, Anticoli Romano in agro moritur, magna ſanctitatis opinione. Elogia noſtra Belgica conſule. Iacobum Luxeburgium, Fiennarũ toparcham, Barcinone à Carolo V. primum Gaueræ Comitem, & Guilielmum Croyum Arſchoti primum Marchionem ac Comitem Bellomontanum fuiſſe creatum, ſuprà pag. 392. diximus. Iacobi an. 1530. ſine prole defuncti ſororem atque heredem Franciſcam Luxeburgiam duxit *Ioannes* Comes Egmondanus, Mediolani 1528. mortuus: Ioannis filius *Amoraldus*, Comes itidem Egmondanus, ab eodem Carolo V. an. 1553. aut 1554. primus Gaueræ in ditione Aloſtana Princeps creatus fuit: *ſuprà pag.* 304. & 388.

Carolus Sabaudiæ Dux moritur, relicto filio vnico herede *Emanuele Philiberto*, tunc in Belgio apud Carolum V. agente. Philippus 1554
eiuſdem Cæſaris filius ex Hiſpania in Angliam 19. Iunij appellit; & nuptias cum *Maria* Anglorum Regina celebrat. Mariæburgum, à Maria Cæſaris ſorore ante annos paucos conditum, Francis proditione deditur. Chimacum, Bouinum, Melbodium, Banacum, aliaque loca vicina ab iiſdem incenduntur. Rex ipſe Henricus Sabim fl. transgreſſus, Mariæmontano & Binchienſi palatio (quæ duo prætoria regio ſumptu ea ipſa Maria à fundamentis ſtruxerat) flammas inijci iuſſit.

Iulius III. Pont. menſe Martio moritur: *Marcellus II.* Ceruinus, pa- 1555
tria Politianus, ſubrogatur. Quo poſt 22. dies ad meliorẽ vitam euocato, *Paulus* IV. Carafa, octogenarius, X. Kal. Iunij ſuccenturiatur. Is Theatinus Epiſcopus cùm eſſet, familiam Clericorum in communi viuentium (quos inde Theatinos vocant) an. 1524. condidit: *ſuprà pag.* 395. Ioanna Aragonia, Caroli V. Imp. mater, ſub idem tempus in Hiſpania obiit. Senẽſes longâ obſidione à *Io-Iacobo Medicæo*, Marchione Mariniani, fracti, ſe ſuamque vrbem Cæſari 21. April. dedunt. Portu Herculis menſe Iunio eiuſdem ducis auſpiciis expugnato, Franci ex vniuerſa ditione Senenſi ac Florentina pelluntur. Ipſe Medicæus hoc eodem anno viuere deſiit; Mediolani in baſilica metropolitana pulcherrimo tumulo à fratre Pio IV. Pont. Max. honoratus. Res eius geſtas amicus noſter V. Cl. Erycius Puteanus cõſcripſit. Caroli-mons & Philippopolis, ad Francorũ in Hannoniã agrumque Namurcenſem irruptiones impediendas, à fundamentis per Martinum Roſſemium excitantur. Is peſte tactus (dum illo in opere verſatur & copiis præeſt) hoc ipſo anno deceſſit, ſepultus in templo Canonicorum de *Roſſem*; qui vicus eſt inſulæ Bommelienſis, pro parte nunc incluſus propugnaculo S. Andreæ, an. 1599. per Andream Card. Auſtrium constructo. Quo tempore, cùm marmoreus eiuſdem Mart. Roſſemij bellica gloria clariſſimi tumulus iniuria militari violatus eſſet, oſſa eius, mandante eodem Cardinale, Siluam-Ducis ſunt tranſlata.

Cæſar Antonium Burgundum *Veriæ* in Zelandia Marchionem, Ioannem Henninum *Boſſuti* in Hannonia Comitem, & Florentium Pallantium *Culemburgi* in Gelria Comitem creauit. De ſingulorum maioribus pauca ſubnectam. Antonivs Burgundus, Philippi Boni Burg. Ducis filius naturalis, Eques Velleris aurei, dominus Beueræ in Waſia, ex Maria de Vieuille genuit *Philippum*; Philippus ex Anna Borſela, Veriæ ac Fliſſingæ domina, ſuſtulit *Adolfum* 1540. defunctum: cuius tumulus Beueræ viſitur. Adolfus ex Anna Ioannis toparchæ Bergizomenſis filia, ſuſtulit *Maximilianum*, primùm Veriæ Marchionem 1555. à Carolo V. Imp. renunciatum, ſine liberis defunctum, *Annam* Ioanni Hennino Comiti de Boſſu, *Antoniam* Carolo Croyo Principi Chimacenſi, & *Iacobam* Ioanni Cruningæ in Zelandia domino, nuptas. Heuterum in Genealogiis, qui plura volet, conſulat.

Henniacvm Lietardi (*Hennin Lietard*) foſſis ac vallo munitum, inter opida Arteſiæ cenſetur; gaudetque ab anno 1123. illuſtri Canonicorum regularium Abbatia: *ſuprà pag.* 312. & *in Not. t.* 134. Balduinvs dominus de Hennin & Quinchy 1210. vixit, & ex Eliſabetha, Philippi Hannonij filia, Seburgi herede, Balduinum ſuſtulit. Balduinus II. ex Mathilde, domina de Fontaine l'Eueſque, genuit Balduinum Fontainæ ac Seburgi dominum, Ioannem & Gualterum Canonicum Cameracenſem. Ioannes de Hennin 1300. moriens filium reliquit *Gualterum*, Gualterus *Ioannem* 1379. defunctum. Ioannis filius *Gualterus* genuit *Ioannem*, Ioannes *Petrum* Henninum, dominum de Boſſu, Equitem Velleris aurei 1481. à Maximiliano I. Imp. renuntiatum. Petrvs ex Eliſabetha, Guilielmi Lalaini filia, *Iacobum* in obſidione Nanceiana anno 1477. cæſum, *Gerardum* & *Philippum* procreauit, & anno 1490. obiit. Philippvs Boſſuti dominus ex Catharina Lignea-Barbanzonia genuit *Ioannem*, à Carolo V. Imp. 1531. Equitem Velleris aurei, & 1555. primum Boſſuti Comitem nuncupatum. Ioannes arcem Boſſutanam, inter Montes Hannoniæ & Valentianas, regia magnificentia ædificauit, & ex Anna Burgunda, Maximiliani primi Veriæ Marchionis ſorore, ſuſtulit *Carolum* & *Maximilianum*, Boſſuti ex ordine Comites, *Iacobum* Baronem de Auſſy ac toparcham Lidekercæ iure vxorio, & *Antonium* Præpoſitum Vltraiectenſem. Petro, Maximiliani filio, ſine liberis defuncto, *Maximilianus* Iacobi filius, Eques velleris aurei 1625. à Philippo IV. deſignatus, in Comitatu de Boſſu vt ſanguine proximus ſucceſſit: & moriens ex N. Gauerenſi *Albertum*, *Eugenium* & alios plures vtriuſque ſexus liberos reliquit.

Pars ſtemmatis familiæ de Hennin & Boſſu.

Ioannes de Hennin dominus de Boſſu.	Petrus de Hennin dom. de Boſſu, Eq. v. a. 1481.	Iacobus ob. 1477.					
		Gerardus.					
		Philippus duxit Catharinam de Ligne.	Ioannes Eq. v. a. 1531. & Comes de Boſſu 1555.	Carolus Co. obiit ſine lib.			
				Maximilianus Co. ob. 1577.	Petrus Comes de Boſſu duxit Margaritam de Croy, obiit ſine liberis.		
				Antuerpiæ.			
			Iolenta vx. Franciſci Mecodij.	Iacobus Baro de Auſſy.	Maximilianus Co. de Boſſu, Eq. v. a. 1625.	Albertus Co. de Boſſu.	
						Eugenius.	
						N.	
						N.	
						N.	
					Filiæ plures.		
				Antonius.			
	Gualterus.						
	Filiæ III.	Filiæ IV.					

Ceterùm

Ceterùm Philippus II. *Henninam* ſiue Henniacum Lietardi an. 1579. Comitatus titulo decorauit; ſpectatque nunc ad Ducē Bournonvillium: vt infrà ſuo loco dicemus. Sic & *Gauera* hodie non ad familiam Gauerenſem, ſed ad Comitem Egmondanum; *Lannoia* non ad gentem Lannoiam, ſed ad Comitem Iſſegemiētiſem ac Middelburgenſem; *Ogniacum* non ad familiam de Ognies, ſed ad Merodios pertinet.

Cvlenbvrgvm Gelriæ opidum potentes olim toparchas iam inde ab anno 1150. habuit: quorum ſtemma Heuterus in ſuis Genealogiis recitat. Ex his maſculæ ſtirpis poſtremus *Gaſpar*, Culenburgi, Borſelæ, Hochſtrati, Dodendalæ & Zulæ dominus, ex Ioanna Burgunda non niſi filias ſuſtulit, *Eliſabetham* Hochſtrati dominam Antonio Lalaino, *Annam* Culenburgi dominam Ioanni de Pallant, nuptas, *Ioannam, Aleidem & Magdalenam*. Edmundus de Pallant, Ioannis & Annæ filius, ex Margarita Lalaina ſuſtulit *Florentium* primum Culenburgi Comitem 1555. à Carolo V. Imp. creatum, & filias quatuor. Florentius 1598. moriens liberos reliquit, *Florentium* in Comitatu ſucceſſorem & *Iſabellam* ter nuptam.

Carolvs V. Imp. menſe Septembri filium ſuum *Philippum* ex Anglia (vbi hactenus cum noua nupta egerat) Bruxellam euocat. Rerum humanarum tædio & amore receſſus, idem regnis omnibus Imperioque ſponte ſe abdicans, illa in Philippum filium, huius adminiſtrationem in Ferdinandum fratrem transfert. Quibus velut oneribus leuatus in Hiſpaniam ſequenti anno nauigauit, & in cœnobium S. Iuſti (quod eſt monachorum Hieronymianorum haut procul à Placentia Caſtellæ vrbe) ſeceſſit, ibique Deo ac ſibi vacans reliquum vitæ tranſegit; contempto quàm geſto Imperio mirabilior. Petrus Gillius Patria Albigenſis, poſt Græciam aliaſque prouincias orientales iuſſu Franciſci I. Galliarum Regis luſtratas, Romæ moritur. Huius in peregrinatione ſocius ac miniſter fuit Petrus Bellonius: exſtantque libri ab vtroque editi.

Anno 1556. ſtilo nouo, ſub finem menſis Ianuarij, Philippus II. Hiſp. Rex Belgarumque Princeps Antuerpiæ in baſilica cathedrali comitia Equitum Velleris aurei magna pompa celebrat, & ex Belgicis proceribus huic ſodalitio adſcribit Philippum Croyium Ducem Arſchotanum, Carolum Baronem de Berlaimont, Philippum de Stauele Baronem de Chaumont, Ioannem Marchionem Bergizomenſem, Guilielmum Naſſouium Principem Arauſionenſem, Ioannem Montmorencium & Ioannem Comitem Oſtfriſiæ. Maximilianus Ferdinandi Rom. Regis filius natu maximus cum vxore ſua Maria, Cæſaris filia, ad patruum eumdemque ſocerum veniens, Bruxellam poſtridie Idus Iulij intrat: vbi vſque ad finem menſis Auguſti ſubſtitit. Vidit tunc Bruxella vno eodemque palatio exceptos ſex Principes Auſtriacos; *Carolum V.* Cæſarem; *Philippum* eius filium, *Mariam & Leonoram* illius ſorores, *Mariam* eiuſdem filiam cum marito *Maximiliano*, poſt Cæſare. Qui quidem poſtremus cum Cæſari amiſiſque ſuis æternùm valedixiſſet, in Auſtriam cum coniuge ſua redit. Cæſar verò omnibus ad profectionem Hiſpanienſem paratis, per Gandauum ſibi natale in Zelandiam contendit: indeque menſe Septembri, cum duabus ſororibus ſuis paulò antè nominatis, in Hiſpaniam traiecit; Philippo filio in Belgica relicto. Ignatius Loiola Cantaber, Soc. Ieſu auctor & princeps, Romæ pridie Kal. Auguſti 1556

 piiſſimè

piiſſimè in Domino obdormit; à Gregorio XV. in claſſem Sanctorum 1612. relatus. Res eius geſtas Petrus Ribadeneira & Ioannes-Petrus Maffeius peculiaribus libellis, itemque Nicolaus Orlandinus in Hiſtoria Soc. Ieſu, deſcripſerunt. Rainoldus Brederodæ dominus, Eques Velleris aurei, qui Philippam Marcanam, Erardi Marcani Card. & Epiſcopi Leodienſis ſororem, duxerat, moritur. Brederodiæ familiæ ſtemma apud Heuterum in Genealogiis exſtat.

- Rainoldus dominus Brederodæ duxit Iolentã heredem Com. de Genep.
  - Theodoricus Cartuſianus.
  - Ioannes ob. 1415. ſine lib.
  - VValrauus dom. Brederodę 4. Ioannam F. heredem Henrici dom. Vianæ.
    - Rainoldus do. Brederodæ Eq. v. a. 1445. duxit Iolentam de Lalain, obiit 1475.
      - VValrauus dom. Brederodę dux. Margaritam Borſelami 2. Annam Nitruenaram;
        - Ex 1. Rainoldus do. Brederodæ, Eq. v. a. 1531. duxit Philippam Marcanam, obiit 1556.
          - Philippus.
          - Ludouicus.
          - Henricus dom. Brederodæ ob. 1568. ſine lib.
          - Robertus.
          - Filiæ IV.
        - Franciſca.
        - Carola.
        - VVolfardus dominus Clotingæ.
          - Rainoldus dom. Clotingæ.
            - Ex 1. Henricus.
            - VValrauus.
            - Florentius dom. Clotingæ.
              - Io. Wolfardus.
            - VVolfardus.
            - Maximilianus.
            - Filiæ IV.
            - Ex 2. Theodoricus.
            - Adriana.
          - Margarita.
        - Ex 2. Franciſcus.
        - Balthaſar.
        - Filiæ plures.
      - Franciſcus obiit 1590. ſine liberis.
      - Filiæ IV.
    - Giſbertus.
    - VValraua.
  - Gulielmus obiit ſine lib.

1557 Albertus Brandeburgius exul Forshemij menſe Ianuario moritur: cui ſucceſſit agnatione proximus Georgius-Fredericus Brandeburgius; Ferdinando Cæſare conſentiente. Pace cum Paulo IV. Pontifice facta, Ferdinandus Dux Albanus, Prorex Neapolitanus, menſe Septembri Romam venit: inde in Etruriam progreſſus, Coſmo Florentiæ Duci *Senas*, vrbem anteà liberam, iuſſu Philippi II. Hiſp. Regis, tradit; *Vrbetello* ac *Portu Herculis* Hiſpano reſeruatis. Franci ad *Quintinopolim* in Picardia, eiuſdem Philippi II. auſpiciis, ab Emanuele Philiberto Sabaudiæ Duce memorabili prælio ſuperantur, 10. die Auguſti, qui S. Laurentio martyri eſt ſacer. In huius victoriæ memoriam idem Rex cœnobium verè regium in *Sturiaco* à fundamentis exſtruxit, & S. Laurentio dicauit, quod hodie inter Chriſtiani orbis Miracula numeratur. Guilielmus Paradinus rerum ſuo æuo geſtarum hiſtoriam terminat.

1558 Franciſcus Guiſiæ Dux menſe Ianuario *Caletum* annis ferè 212. ab Anglis poſſeſſum, dein *Giſnenſe* opidum expugnat, Angloſque vniuerſa Gallia pellit. In Caroli V. Imp. locum, qui ſponte imperium dimiſerat, frater eius FERDINANDVS 18. Martij à Septemviris ſufficitur. Amoraldus Comes Egmondanus & Pontus Lalainus acie Francos apud *Grauelingam* Flandriæ opidum vincunt. Hic annus multis Principibus funeſtus fuit. CAROLVS V. in ſuo Placentino ad S. Iuſtum ſeceſſu 21. Sept. piiſſimè obijt: quem ſoror ipſius *Leonora* Kalendis Februarijs præceſſerat, quemque altera ſoror *Maria* 18. Octobris eſt ſubſecuta. Sed luctuoſior & Religioni catholicæ damnoſior fuit *Mariæ* Anglorum Reginæ, itemque *Reginaldi Poli* Card. 17. Nov. obitus. Mariæ enim ſine liberis defunctæ *Eliſabetha* (Henrici VIII. filia ex Anna Bolena) in regno menſe Ianuario ſequenti ſuffecta,

prioribus

prioribus edictis abrogatis, mox hæreſim in Anglia reſtituit, & in orthodoxos ſæuire cœpit. Iulius Cæſar Scaliger Aginni Nitiobrigum moritur.

Cameracenſis, Atrebatenſis ac Tornacenſis Epiſcopatus vetuſti olim Remenſi Archiepiſcopo fuerunt ſuffraganei. Anno 1559. Philippo II. Belgarum Principe petente, Paulus IV. Papa tres in Belgio Archiepiſcopatus, *Mechlinienſem*, *Cameracenſem* & *Vltraiectenſem* inſtituit; & Mechlinienſi *Antuerpienſem*, *Siluiducenſem*, *Gandenſem*, *Brugenſem*, *Iprenſem*, *Ruræmondenſem*; Cameracenſi *Atrebatenſem*, *Tornacenſem*, *Audomaropolitanum*, *Namurcenſem*; Vltraiectenſi *Dauentrienſem*, *Groningenſem*, *Harlemenſem*, *Leouardienſem*, & *Middelburgenſem*, Epiſcopos voluit eſſe ſuffraganeos. Pauli IV. diploma IV. Idus Maij datum in Donationibus Belgicis l. 1. c. 145. publicauimus. Inter Philippum II. Hiſpaniæ & Henricum II. Galliæ Reges menſe Aprili pax inita, pari vtriuſque populi voto recipitur, & nuptialibus fœderibus firmatur; *Eliſabetha* Henrici filia *Philippo*, & *Margarita* Henrici ſorore *Em. Philiberto* Sabaudiæ Duci in coniugem data; Sabaudia denique eidem Philiberto reſtituta. Verùm vt humanæ res fluunt, tanta hilaritas in ſummum apud Francos mœrorem mox vertitur, Henrici Regis obitu: qui per equeſtre certamen ludicrum, lethale in capite vulnus Lutetiæ accepit, & 10. Iulij, ætatis 43. regni 13. anno exſpirauit. Henrici filio *Franciſco II.* (qui ætatis 17. anno ſubrogatus eſt) principatus ferè ſeſquiannalis fuit; Caluinianorum, quos *Hugonottos* vocant, ſeditionibus mirificè exagitatus. Franciſcum die 5. Dec. 1560. defunctum frater natu proximus *Carolus IX.* ſecutus eſt; ſub quo Hugonottorum furor, maiore ſumpta fiducia, in apertam rebellionem erupit. Multis prælijs victi potiùs, quàm domiti fuerunt rebelles: quorum tria numerantur præcipua. Primum ad *Drocenſe* opidum: in quo Princeps Condæus à Franciſco Guiſio an. 1561. captus eſt. Secundum ad *Iarnacum* in Santonibus: in quo idem Condæus, duce Henrico Caroli fratre, an. 1569. occubuit. Tertium in Pictonibus ad *Moncontorium*, eodem anno & duce commiſſum. Paulus IV. Romæ 18. Auguſti moritur, eique *Pius IV.* Medicæus, Mediolanenſis, ſufficitur. Eodem menſe Auguſto Philippus II. *Gandaui* comitia Equitum Velleris aurei celebrauit, & ex Belgis Philippum Montmorencium, Balduinum Lannoium, Guilielmum Croyum Rentiaci Marchionem, Florentium Montmorencium, Philippum Comitem Lignæum, Carolum Lannoium Principem Sulmonenſem & Antonium Lalainum Comitem Hochſtratanum inter Equites adlegit. Fuit hoc poſtremum illius ordinis Capitulum (vt vulgò vocant) ſolemniter atque ex veteri formula celebratum. Nam Philippus Rex, diplomate à Gregorio XIII. Papa an. 1572. impetrato, *de vacantibus locis & officiis extra Capitulum dicti ordinis deinceps diſpoſuit ac prouidit.* Quod diploma Clemens VIII. an. 1596. & alij deinde Pontifices confirmarunt.

Exinde cùm in Hiſpaniam idem Rex, grauiſſimis de cauſſis, cogitaret, Flandris & Arteſiis Amoraldum Egmondæ Comitem; Hollandis, Zelandis & Vltraiectinis Guilielmum Naſſouium Principem Arauſionenſem; Gelris ac Sutfaniis Carolum de Brimeu Comitem Meganum; Friſiis, Tranſiſalanis ac Groninganis Ioannem Lignæum Arenbergæ Comitem; Hannoniis & arci Cameracenſi Ioannem Marchionē Bergizomenſem; Luxeburgiis Petrum-Erneſtum Mansfeldium;

feldium; Namurcenſibus Carolum Berlaimontium; Limburgo ceteriſque ditionibus Tranſmoſanis Ioannem Oſtfriſiæ Comitem; Inſulæ, Duaco & Orchiaco Ioannem Montmorencium; & Tornaco Florentium Montmorencium præfecit. Vniuerſi porrò Belgij curam *Margaritæ*, Octauij Farneſij Parmenſium Ducis coniugi, commiſit. Claſſe demum apud Zelandos ineunte menſe Septembri conſcenſa, inde in Hiſpaniam enauigauit.

1560 Andreas Auria (vulgò *Doria*) Genuenſis, Princeps Amalfitanus, Eques Velleris aurei, patriæ libertatis reſtitutor ad vindex, primùm Franciſci I. Galliæ Regis, pòſt Caroli V. Imp. eiuſque filij Philippi II. claſſium Præfectus, victoriis naualibus clariſſimus, ætatis 93. anno, vxore numquam ducta, moritur. Omnium fortunarum triremiumque ſuarum heredem ſcripſit Ioannem-Andream Auriam, fratris ſui filium. Magdeburgenſes falſæ & pernicioſiſſimæ Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Centurias, à Matthia Flacio Illyrico potiſſimùm confictas, euulgare incipiunt. His Cæſar Baronius, Cardinalis omni laude maior, Annales ſuos Eccleſiaſticos velut antidotum oppoſuit. Apud Belgas (vt & apud Germanos) non pauca ſunt opida ac municipia, quæ duos indiuiſim Dominos habent; vt *Traiectus Moſæ*, *Grimberga*, & olim *Aſca*. Sic & *Condatum* Hannoniæ opidum (*Condé*) ad Scaldis & Hainæ confluentes aquas ſitum, iam inde à quattuor & ampliùs ſæculis duos habuit Dominos: vt in Not. eccleſ. Belgij c. 182. docui. Circa an. 1560. *Carolus* Comes de Lalain, ſuprà pag. 381. memoratus, eiuſque vxor *Maria Montmorencia*, vnam Condatenſis opidi portionem à Ludouico Borbonio Duce Montpenſerio ſibi pretio compararunt: alteram eadem *Maria*, cùm eſſet vidua, à Chriſtophoro Comite Rochendorfio emit. Horum filius ſecundò genitus *Emanuel Lalainus*, pag. 381. itidem laudatus, duxit *Annam Croyam* Marchionatus de Renty heredem, & ex ea ſuſtulit *Alexandrum Lalainum*, qui cœlebs ad Sluſam 1604. periit, *Margaritam* an. 1589. defunctam, & *Ioannam* Condati dominam, *Ioanni* Solræ in Hannonia Comiti II. nuptam, ex eoque matrem Philippi-Ambroſij, Guilielminæ & Annæ. Ceterùm defuncto Emanuele Lalaino, eius vidua *Anna Croya* alteras nuptias cum *Philippo Croyo*, Solræ primo Comite, Ioannis iam dicti patre iniit, & ex eo peperit *Carolum-Philippum* Marchionem Rentiaci ac dominum Ceruiæ; qui poſteà & Dux Havræus fuit, ductâ 1627. Mariâ-Clarâ, Caroli-Alexandri de Croy Marchionis Havræi, Bruxellæ ſclopeto 1624. traiecti, filia herede: *ſuprà pag. 393.*

Guilielmus de Croy, Philippi I. Ducis Arſchotani F. Marchio de Renty dominus Ceruiæ, Caſt. Borburgi, Eq. v. a. ob. 1563. ætat. 38. ſepultus Ceruiæ cum vxore Anna Reneſſia.	Anna de Croy, Marchioniſſa de Renty, dom. Ceruiæ, nupſit 1. Emanueli de Lalaio dom. de Montigny Eq. v. a. qui ob. 1591. ſep Condati: 2. Philippo de Croy Comiti I. Solræ 1590. Eq. v. a.	Ex 1. Alexander Marchio de Renty cœlebs periit ad Sluſam 1604.		
		Margarita obiit 1589.		
		Ioanna vxor Ioannis Comitis II. Solræ.	Philippus-Ambroſius.	
			Guilielmina vx. Alberti Com. de Buquoy.	
			Anna.	
		Ex 2. Carolus-Philippus de Croy, Marchio de Renty, duxit Mariam-Claram de Croy Marchioniſſam de Havrech, creatus Dux Havræus 1627.		

Pius

Pius IV. Papa dotem, opida, municipia, pagos, vicos ac limites noui Epiſcopatus Antuerpienſis hoc anno deſcripſit; diplomate V. Idus Martij edito, quod in noſtris Donationibus Belgicis l. 1. c. 146. publici iuris fecimus. Exſtant & alia id genus diplomata, quibus idem Pontifex aliorum Epiſcopatuum Belgicorum limites deſcripſit.

Hæreſis omnium vitiorum mater eſt ac ianua: qua nihil peſtilentius, aut magis exitioſum Reipublicæ Chriſtianæ accidere vnquam poteſt. Habet ea interdum pietatis ſpeciem, ſed virtutem eius (ſi Apoſtolo 2. Tim. 3. credimus) abnegat, & fidelitatis præuaricationem gignit. Ne præteritorum ſæculorum vulnera refricemus, poſt *Caluiniſmi* ortum, *Gallia*, *Scotia*, *Belgium*, *Germania*, *Bohemia*, aliæque prouinciæ noſtra patrumque memoria ſuo id grauiſſimo damno ſenſerunt. Vt à *Geneua*, illa ſentina ac lerna ſectariorum, ordiamur; vix eam in vrbem *Ioannes Caluinus* apoſtata pedem intulerat, cùm & Antiſtitis & Sabaudiæ Ducis omnem dominatum ipſa rebellis excuſſit. Id anno 1535, contigit: quo tempore Franciſcus I. Galliæ Rex, ſuperatis Alpibus, aduerſus Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem bellum gerebat. Ita nimirum truculenta iſta ſecta, qua nulla vnquam atrocior aut ad turbas ciendas aptior fuit, iam inde à prima infantia, diſſidiis Principum creſcere cœpit. Geneua itaque, excuſſo iugo, ſui iam iuris facta, an. 1536. cum Bernenſibus vicinis, aliiſque Heluetiorum populis fœdus iniit: malo certè exemplo, quod aliæ poſteà ciuitates ac prouinciæ, Principibus ſuis pulſis, ſunt ſecutæ. 1561

Ex lacu Lemano peſtilens hydra in *Galliam* progreſſa, regnum tot ſæculis florentiſſimum ſeditionibus ac bellis tantùm non euertit. Anno igitur 1560. *Hugonotti* (quo ominoſo nomine Caluinianos Franci deſignant) *Franciſcum II.* Regem *Amboſiæ*, vbi tunc erat, capere, clamque abducere conantur. Re verò per certos indices detecta, Ludouicus Borbonius Princeps Condæus, in ſuſpicionem adductus, cuſtodiæ traditur, & atrox illa coniuratio à *Franciſco* Duce Guiſio velut in herba opprimitur. Atque is inde à Senatu Pariſienſi *Conſeruator patriæ* eſt appellatus. Franciſco Rege anno eodem 5. Dec. è viuis ſublato, ac breui pòſt dimiſſo Condæo, *Caroli IX.* Regis pueritia contemptui cùm eſſet, Caluiniani luctuoſiſſimas regno turbas excitant. *Aureliano*, *Rotomago*, aliiſque opidis occupatis, ipſe Condæus in Regem ſigna attollit. Quid cladiũ non viſum! Vix vlla Galliæ vrbs reperta eſt, quæ non funeſtum & pluſquam ferinæ carnificinæ ſpectaculũ exhiberet. Hugonotti ipſi ſuis in libris fatentur, intra vnius anni ſpatiũ religioſorũ hominum ſexus vtriuſque millia quattuor mactata, virgines coniugeſque ſupra duodecim millia violatas, templa vicies mille, monaſteria bis mille, xenodochia nonaginta euerſa; denique in decennali illo bello ciuili bis millena millia, ſeu duos hominum omnis dignitatis, ſexus & ætatis milliones periiſſe. Nec publicæ ſolùm, ſed & priuatæ ac domeſticæ ſtrages fuerunt; pace inter fratres ac conſanguineos paſſim fracta. Adeò ferox ac barbarus illius ſectæ eſt genius, vt & naturæ ipſius iura violet.

Vt porrò nihil intentatum relinquerent, apud *Namnetes* in Britannia Aremorica, haut veriti ſunt Caluiniani impia capita ac conſilia conferre de regno Gallico longè nobiliſſimo ac vetuſtiſſimo ad

populare regimen Helueticum reducendo. Auſus & Condæus, auxiliis Germanorum ſubnixus, Lutetiam regni caput obſidere: quæ & periiſſet, niſi *Philippus II.* Rex Catholicus *Carolo IX.* leuiro ſuo ex Belgica ſuppetias miſiſſet; quibus Condæum ad Drocas opidum conſecutus Guiſius, commiſſo prælio ſuperauit, captiuumque abduxit. De eodem Guiſio pòſt ad Aurelianum, à Ioanne Poltroto tribus ſclopeti glandibus 1563. perempto, nihil dico. Auctorem facinoris ac ſuaſorem *Theodorum Bezam*, qui intra vrbem obſeſſam tunc erat, parricida, poſt quæſtionem tormentis habitam, nominauit: quem Bezam conſtat & de *Catharina Medicæa* Regina matre, cum omni prole Regia, è medio tollenda non ſemel conſilia cum aliis agitaſſe.

SCOTIÆ regnum *Ioannes Cnoxus*, Caluini diſcipulus, fœdiſſimè primus infecit ac corrupit, ſectæ *Puritanorum* (ſic ſuos Britanni Caluinianos indigetant) ea in inſula conditor: quos *ſulphureo eſſe ingenio* Iacobus Britanniæ Rex verè dictitare ſolebat. Suo id malo *Maria Stuarta* Regina, Iacobi mater, didicit: quorum quidem truculentas manus verita, cùm è cuſtodia, qua illam Iacobus nothus ſepſerat, elapſa, ad Eliſabetham Angliæ Reginam ſe contuliſſet, ob confićta per eoſdem crimina, in carcerem eſt coniecta: vt ibi demùm, pòſt 20. annorum vincula, anno 1587. capite mulctaretur. De clancululariis coitionibus, de mucronibus eidem *Iacobo* Regi non ſemel intentatis, deque templis ac monaſteriis tota Scotia funditus exciſis alij fusè ſcripſerunt.

Vt ad res noſtrates veniamus; Philippo II. in Hiſpaniam profecto, lues Caluiniana ex vicino Franciæ regno paulatim in *Belgium* per commercia, prò dolor! irrepſit. A cuius ſectæ hominibus malè feriatis *Tornaci*, *Valentianis* & in agro *Inſulenſi* an. 1561. occulta primùm conuenticula ſunt habita: in quibus pſalmos, à Clemente Maroto Gallicè redditos, more Geneuenſium decantabant. Nouæ doctrinæ auidis ac prurientibus facem ſubiecit *Matthæus Launoius*, gente Francus, qui Geneuæ apud Caluinum diu vixerat, & in illa peſtilente ſchola ſtudiorum ſuorum rudimenta poſuerat. Is Tornacum à fæce hominum ſecretò an. 1562. euocatus, multos ſua vaniloquentia ſeduxit; cui ſpeciem pietatis adiunxerat. Dumque ibi hæret, certa adfertur fama, in vrbe Inſulenſi, ſacerdotum miniſterio & exorciſmis, è quodam viro primario dæmonem expulſum eſſe; multos etiam Rotnaci in Flandria, ad S. Hermetis martyris lipſana, à dæmonibus obſeſſos frequēter liberari. Quod à religionis catholicæ ſtudioſis hominibus quotidie ſibi obiici, ægrè ferentes Caluiniani, dolo malo artes malas ſtruunt. Cum viro quodam ac muliere paciſcuntur; numeratam pecuniam & annuum cenſum vtrique promittunt, ſi dæmoniacos ſeſe profiterentur. Ex pacto itaque indecoris motibus ac ſermonibus, vt erant edocti, dæmoniacos ſeſe mentiuntur. Latè ea fama per nocturnos fratrum (vt ſe nuncupabant) conuentus diffunditur. Ad Launoium denique res defertur, omnis fraudis ignarum. Rogant illius ſectæ ſeniores, vt miſeros illos precibus ſuis iuuet. Is importunis ipſorum flagitationibus demum expugnatus, ſuper vtroque preces fundit, & alios fundere iubet. Quibus fuſis, ſimulat vterque dæmonē depulsū. His cōmentis Caluiniani per ea tempora dogma ſuum propagare conati ſunt.

Anni vulgares Christi.

ſunt. Sed *quæ decipiunt*, *nihil habens ſolidi*; nihil proficit ſimulatio; paucis imponit leniter aut extrinſecus inducta facies. Singuli decipere & decipi poſſunt: ſed dato tempore veritas ſe aperit. Tenue eſt mendacium; perlucet, ſi diligenter inſpexeris. Nullum Wittemberga, nullũ Geneua miraculum dedit, nec dabit. Hæ tamen technæ non antè ſunt à Launoio intellectæ, quàm pecuniis non præſtitis litẽ mouere debitoribus dæmoniaci cœperunt, eaque impoſtura 1574. in Hollandia à duobus totius rei conſciis ipſi commemorata fuit. Quas quidẽ fraudes ac mendacia vt agnouit, eiurata hæreſi, ad Eccleſiæ catholicæ caſtra rediit; plurimos denique libros contra peſtilentis illius ſectæ magiſtros publicauit, quibus, mendacio pallente, non fuerunt auſi reſpondere. Idem porrò Launoius poſteà ſacerdos factus, patruo meo *Ioanni Miræo* Epiſcopo Antuerpienſi perfamiliaris fuit; eumque ſenem ſæpè nos vidimus & conuenimus. Et ne poſteritas in dubium iſta vocare poſſet, ipſe Launoius libello edito omnia vulgauit: qui piè demùm Bruxellæ obiit, in baſilica S. Iacobi propè palatium Regium conditus; vbi hodieque eius tumulus, cum effigie appenſa, viſitur. Quas porrò turbas poſteà Caluiniani in Belgio, Gallia, itemque in Bohemia & alibi excitarint, ſuis infrà locis dicemus.

Coſmus Medicæus Florentiæ & Senarum Dux, vt oram Italiæ maritimam à Turcarum Maurorumque incurſionibus ſecuram redderet, claſſemque ad expeditiones contra eoſdem ſuſcipiendas, non ſolùm rebus neceſſariis, ſed & viris rei maritimæ gnaris optimè inſtructam haberet, ordinem *Equitum S. Stephani* inſtituit ac dotauit; renouatâ victoriæ ad Marcianum de hoſtibus 1556. Idibus Sextilis (qui dies S. Stephano Papæ ac martyri ſacer eſt) partæ memoriâ. Inſtitutum iſtud Pius IV. Papa approbauit. Ipſe Coſmus ſibi ac ſucceſſoribus ſuis, Florentiæ Ducibus, principatum ac magiſterium ordinis ſumpſit, templumque Equitibus ac domicilium Piſis attribuit, & leges ab ipſis obſeruandas condidit: quas à ſe auctas *Ferdinandus*, Coſmi filius, Florentiæ typis euulgandas curauit.

Henricus Merodius, Baro Merodæ, Peterſemij, Perueſij, Duffelæ & Leſdaliæ, idemque Weſterloæ ac Gelæ dominus, Canonicorum collegium Gelæ in Campania Brabantiæ in templo S. Dimpnæ virginis ac martyris, à Maximiliano Bergio Ep. Cameracenſi inſtituendum curat. Meroda porrò vetus eſt caſtellum in Ducatu Iuliacenſi ſitum, Baroniæ titulo dudum illuſtre: à quo Merodia familia, multas in ſtirpes partita, cognomentum induit. De ea non pauca in Diplomatibus Belgicis l.1.c.97. & l.2.c.100. itemque in Donationibus Belgicis l.1.c.142. diximus. Duaci in Gallo-Flandria, iuſſu Philippi II. Regis, noua Academia menſe Octobri aperitur; Pio IV. Papa approbante. Huius diploma Buzelinus in Gallo-Flandria l.2.c.38. recitat. Omnium ſcientiarum Profeſſores Louanio potiſſimùm ſunt euocati: quos inter fuerunt Matthæus Weſtcapellius, Ioannes Rubus, Richardus Smithæus, Theologi; Ioannes Vendvillius, pòſt Epiſcopus Tornacenſis, Ioannes Ramus, Boëtius Epo, Iureconſulti. Philoſophiæ ac litterarum ſtudioſis primum gymnaſiũ ſeu pædagogium *Philippus* Rex ad Scarpum fl. in veteri ſuo burgo ſeu caſtro, haut procul à S. Amati baſilica, excitauit: in quo quinquennium ego adoleſcens vixi, vt & ante me patruus meus Ioannes Miræus, pòſt Antiſtes Antuerpienſis. Gymnaſium ſecundum *Ioannes Lentailleurius* 1562

 Abbas

Abbas Aquicinctinus, tertium *Arnoldus Gantoiſius* Abbas Marchianenſis, à fundamentis ædificarunt. Quartum his poſteà *Philippus Cauerellus* Abbas Vedaſtinus adiecit. De Regio, Epiſcopali, Moulartiano, Turriano, Lamotiano, Mariano, Anglico, Hibernico, Scotico, aliiſque Theologorum præſertim Seminariis ſeu Collegiis Duacenſibus idem Buzelinus loco cit. conſuli poterit. *Maximilianus II.* Ferdinandi Imp. filius Francofurti 24. Nou. Rex Rom. eligitur.

1563 Pius IV. Papa Concilio Tridentino, ab annis 27. incohato, 4. Dec. finẽ imponit. Huic Concilio ex Belgis interfuerunt *Franciſcus Richardotus* Ep. Atrebatenſis, *Martinus Rithouius* Ep. Iprenſis, *Antonius Hauetius*, ord. Prædicatorum, Ep. Namurcenſis, & *Eutychius Cordes* patria Antuerpienſis, Abbas S. Fortunati apud Baſſianum ex Congregatione Caſſinenſi. Ex Doctoribus Theologis Louanienſibus *Franciſcus Sonnius* pòſt Epiſcopus Antuerpienſis, *Cornelius Ianſenius* pòſt Epiſcopus Gandenſis, *Ioannes Leonardus* Haſſelius ſeu Haſſeletenſis, *Michael Baius* Athenſis & *Ioannes Heſſelius* patria Louanienſis, adfuerunt. Fuerunt & Tridentum miſſi, vt præſtantes Theologi, *Petrus Caniſius* & *Ioannes Couillonius*, ex Societate Ieſu.

1564 In Francia Caroli IX. Regis edicto cautum eſt, vt in publicis priuatiſque tabulis à Kalendis Ianuariis anni exordium peteretur, quod hactenus à Paſchate vel Incarnatione Chriſti capi conſueuerat. Philippus Rex in Hiſpaniam 1559. abiens, Concilium Status, quod Margaritæ Auſtriacæ Belgarum Gubernatrici ab intimis conſiliis eſſet, formauerat. Huic Senatui Antonium Perenotum Granvellanum, tunc Antiſtitem Atrebatenſem pòſt Cardinalem, Guilielmum Naſſouium Principem Arauſionenſem, Amoraldum Comitem Egmondanum, Philippum Stauelum Glaiſonij toparcham, Carolum Baronem Berlaimontium & Viglium Zuichemum adſcripſerat. Poſt Regis diſceſſum, inter proceres æmulatio mox in apertum erupit, quæ ipſo præſente vix comprimi potuerat. Non potuit Belgica, diuitiis cumulatiſſima, diutiùs felicitatem ſuam ferre. Diuitias ſua excepernnt vitia, hoc eſt, laſciuia & luxus, veterum denique ſacrorum contemptus. Ex proceribus porrò non pauci Granvellano infenſi, nimiã eius (vt criminabantur) potentiam non ferebant. Granvellanus igitur inuidiæ cedendum ratus, primùm an. 1563. Mechliniam (cuius vrbis erat Archiepiſcopus) ſe ſubduxit; deinde petito à Rege conſenſu, an. 1564. menſe Martio in Burgundiam, ac demum in Hiſpaniam abiit. Neque tamen poſteà res in Belgica noſtrâ quietiores fuerunt; odiis mox in Berlaimontium & Viglium deriuatis. De initiis tumultuum Belgicorum plura qui volent, Florentium & Franciſcum Haræos, Nicolaum Burgundium, Famianum Stradam, alioſque conſulant. Ferdinandus I. Imp. VIII. Kal. Auguſti Viennæ moritur: filius eius *Maximilianus II.* ſuccedit. Otho Truchſeſius, Cardinalis & Ep. Auguſtanus, Dilingæ in Sueuia Academiam inſtituit. Andreas Veſalius Bruxellenſis, Caroli V. Imp. eiuſque filij Philippi Doctor Medicus, Anatomicorum princeps, Ieroſolymis rediens, in Zacyntho Venetæ ditionis inſula, ætatis 58. anno, moritur. Burgundicarum & Belgicarũ rerum libri, à Ponto Heutero Delfio editi, hîc deſinunt. Ipſe an. 1602. Trudonopoli in ditione Leodicenſi moriens, ingens volumen ſua manu ſcriptum reliquit, res in Belgio vſque ad annum 1599. aut circiter geſtas continens: quod ab heredibus redemptum, Bruxellæ in Camera Ærarij Regij ſeu Financiarum (vt vocant) ad-

adſeruatur. Ioannes Caluinus hæreſiarcha, tot motuum malorumque in Gallia & alibi auctor, die 27 Maij, horrendis morbis exſtinguitur: vt ipſe Beza fatetur.

1565 Amoraldus Comes Egmondanus ex Hiſpania, quò anni huius initio ſe contulerat, reuerſus, Bruxellam menſe Maio, vnà cum Alexandro Farneſio, Margaritæ Belgarum Gubernatricis filio, intrat. Idem Farneſius cum Maria, Emanuelis Luſitaniæ Regis nepte ex filio, nuptias hoc ipſo anno Bruxellæ celebrauit. Viglio, ætatis excuſatione vſo, Carolū Tiſenacum in functione Philippus II. Rex ſubſtituit: Ioachimum Hopperum Tiſenaco à ſe ſuffectum in Hiſpaniam euocat. Philippum item Croyum Ducem Arſchotanum Concilio Status Belgici adſcribit. Ordo militum S. Lazari à Pio IV. Papa reſtituitur, *Iannotio Caſtillonio*, viro nobili Mediolanenſi, Magiſtro generali creato. Quò quidem Vercellis 1572. defuncto, Gregorius XIII. *Emanuele Philiberto* Sabaudiæ Duci ſummam illius ordinis præfecturam detulit, & militiam S. Mauritij cum iſta S. Lazari coniunxit. Emanuel porrò Auguſtæ Taurinorum & Nicææ bina domicilia, excipiendis Equitibus, à fundamentis excitauit, multaque præclarè conſtituit: vt in Originibus Equeſtribus explicui. In Anglia *Puritanorum* ſecta exoritur. Hi ab omni vetere ritu ac veſtitu eccleſiaſtico abhorrentes, purè Caluiniſmum profitentur, & prorſus ſe à Catholicis ſegregant. Sanderum libro de Schiſmate Anglicò lege.

Pio IV. Papæ, anno ſuperiore IV. Idus Dec. defuncto, *Pius V.* Ghiſilerius, Inſuber, ordin. Prædicatorum, VII. Idus Ianuarij ſufficitur. 1566 Huc vſque Onuphrius Panvinius Chronicon ſuum eccleſiaſticum, itemque Hiſtoriam Pontificum deduxit. Hanc Cicarella vſque ad Clementem VIII. protraxit. Solimanus II. Imp. Turcicus ad Sigethum in Hungaria moritur; filius eius Selimus ſuccedit: *ſuprà pag.* 355. Coniurati nobiles non pauci Margaritæ Auſtriacæ, Belgicarum prouinciarum Gubernatrici, libellum ſupplicē Bruxellæ 6. Aprilis die offerunt; quo libertatem religionis, vt loquebantur, Belgis concedi poſtulabant. Exinde cœpit (prò dolor!) res noſtra Belgica *in peius ruere ac retrò ſublapſa referri.* Natum tunc nomen *Geuſiorum*, inditumque à Carolo Barone Berlaimontio, pòſt Comite. Qua quidem voce (*Geux*) apud Francos vagi mendicique nebulones denotantur. Hoc ipſo anno menſe Auguſto Antuerpiæ, Siluæ-Ducis, Gandaui, Tornaci, Valentianis, in Gelria item, Hollandia, Zelandia, Friſia & alibi Caluiniani templa Catholicorum violarunt ac ſpoliarunt. Idem anteà in agro Caſletano, Ballioli, & alibi in Flandria occidua fex nebulonum fecerat. Haræos, Burgundium & alios ſuprà an. 1564. citatos lege. Caluinianis in Francia, Scotia & Belgio tumultuantibus, Pialis Baſſa ab obſidione Melitæ inſulæ quæ anno ſuperiore accidit, re infecta rediens, *Chium* inſulam hoc anno Genuenſibus eripuit. Muſtapha deinde *Cyprum* 1571. Venetis ademit: *ſuprà pag.* 356. Taruanam, vrbem olim Morinorum Epiſcopalem, an. à 553. funditùs euerſam fuiſſe ſuprà diximus. Prædiorum illius eccleſiæ portio vna Belgis, altera Francis ceſſit. Ex portione Belgica dotati fuerunt Epiſcopatus duo, Iprenſis & Audomaropolitanus. Ex portione Gallica dotatus fuit Epiſcopatus Bolonienſis, quem an. 1566. Pius V. Papa inſtituit.

Lutherani, Matthia Flacio Illyrico, Spangenbergo, Hamelmanno, aliiſque Confeſſionis Auguſtanæ profeſſoribus ex Germania Ant- 1567

uerpiam euocatis, Lutheraniſmum in Belgio ſtabilire conantur; ſed fruſtrà. Valentianas, à Geuſiis ſeu Caluinianis occupatas, Margarita Belgarum Gubernatrix per Norcarmium legatum obſidet, & Kalendis Aprilis recipit. Guilielmus Naſſouius, Brederodius, Culenburgius & alij in Germaniam ſeſe ſubducunt. Philippus II. Rex, iuſta ira accenſus, militares copias in Hiſpania, Italia, Burgundia & alibi conſcribit. Cum iis Ferdinandum Aluarum Toletanum, Ducem Albanum, in Belgium mittit; qui ſub æſtatis exitum Bruxellam intrat. Philippus Haſſiæ Lantgrauius (quem à Carolo V. Imp. an. 1547. deditione captum fuiſſe narrauimus) viuere deſinit. Is ex Chriſtina, Georgij Saxoniæ Ducis filia, ſuſtulit *Guilielmum* an. 1592. mortuum. Guilielmus ex Sabina, Chriſtophori Ducis Wirtembergenſis filia, genuit *Mauritium*, Othonis, Mauritij & Philippi patrem, & *Georgium* Ludouici, Philippi & Frederici genitorem. Eodem anno Fredericus III. Palatinus ad Rhenum Comes, Ioannis F. Ruperti Rom. Regis N. obiit. Fredericus Ludouicum, Ludouicus Fredericum IV. Fredericus IV. Fredericum V. Exregem Bohemiæ procreauit.

1568 Ioannes de Ligne Comes Arenbergius, Friſiæ Gubernator, ſuprà pag. 402. laudatus, cum Ludouico Naſſouio, Guilielmi fratre, prælio in Friſia concurrens, 23. Maij fortiter occumbit. In qua pugna & Adolfus Naſſouius, Ludouici frater, cecidit. Nobiles aliquot viri Bruxellæ capite minuuntur. Onuphrius Panvinius Veronenſis, eremita Auguſtinianus, Romanæ hiſtoriæ veteris cùm ſacræ tum profanæ peritiſſimus, in comitatu patroni ſui Alexandri Cardinalis Farneſij exiſtens, ætatis 39. anno Panormi moritur. Onuphrium Paulus Manutius *Helluonē hiſtoriarū*, Ioſephus Scaliger *Patrem hiſtoriæ* non dubitarunt appellare. In Hiſpania Granatenſes Mauri motus concitant: qui in vnum alterúmve annum continuati, tandem duce *Ioanne Auſtrio*, Caroli V. Imp. filio naturali, ſopiti ſunt. Rebellibus varia per loca deſperſis facultas omnis adempta eſt arma reſumendi. Turcis Mecham, ad mare Rubrum ſitam, Saraceni eripiunt.

1569 Ludouicus Borbonius Princeps Condæus, Caluinianarum partium ductor, cum Henrico Valeſio, Caroli IX. fratre, prælio decertans ad Iarnacum in Santonibus 13. Maij, occumbit. Pius V. Papa Coſmum Medicæum *magni Etruriæ Ducis* titulo donat; diplomate VI. Kal. Septembris ſcripto. Coronæ Coſmo Romæ impoſitæ hæc inſcribi voluit: Pius V. Pontifex Maximus, ob eximiam dilectionem ac Catholicæ religionis zelum, præcipuumque iuſtitiæ ſtudium donauit.

1570 Philippum Nigrium, ordinis Aurei Velleris Cancellarium, Philippus II. Rex primum vrbis Antuerpienſis Epiſcopum nominarat. In eius defuncti locum *Franciſcus Sonnius* ſuffectus, relicto Epiſcopatu Siluiducenſi, hoc anno Antuerpiam venit. Ioanne Tranſiluaniæ Vaiuoda defuncto, *Stephanus Bathorius* à Tranſiluanis eligitur Palatinus. Maximilianus II. Imp. Annam filiam Philippo II. Hiſp. Regi, & alteram filiam Eliſabetham Carolo IX. Galliarum Regi dat nuptui. In Hollandia, Zelandia, Friſia & Flandria plurimi pagi ſeu vici, hominesque maris inundatione perierunt, menſe Nouembri. Franciſcus Thomas Perenotus à Philippo II. Hiſp. Rege primus Comes de Cantecroy prope Antuerpiam creatur: *ſuprà pag.* 408.

1571 Famaguſtam (quæ olim Salamis & Salamina eſt dicta) vrbem Cypri nobiliſſimam Muſtapha Baſſa, poſt annalem penè obſidionem,

nem, 5. Auguſti in deditionem accipit. Qua potitus, contra fidem Chriſtianos pænè omnes iugulauit; præfectum verò Bragadinum, naſo & auribus truncatum, cute viuum nudauit. Ea indignitate Pius V. Pontifex permotus, ſacrum fœdus cum Philippo II. Hiſp. Rege & Republica Veneta init. Claſſis itaque inſtructiſſima (cui ſummo cum imperio *Ioannes Auſtrius* præerat) contra Turcos educitur. Quæ prælio ad Naupactum in ſinu Corinthiaco, apud inſulas Echinadas (non procul Actio promontorio, vbi Antonium cum Cleopatra Auguſtus Imp. ſuperauit) die 7. Octobris commiſſo, claſſem Turcicam feliciter profligauit, & victoriam multis ſæculis inauditam ex hoſte retulit. Ducentæ triremes partim captæ partim depreſſæ; cæſa vel captiua fuere viginti quinque circiter Turcorũ millia; Chriſtianorum viginti millia reddita libertati. De hoc ſacro bello ac victoria Vbertus Folieta & alij fusè ſcripſerunt. Pontifex *M. Antonio Columnæ*, claſſis ſuæ præfecto, triumphum Romæ decreuit: exſtatque Mureti de hac victoria Panegyricus. Cæterùm orta poſt prælium inter principes altercatione, fœderata claſſis, ſine vllo operæ pretio, quod eſſe proximum poterat, eſt dilapſa; ſingulis ad ſuos domum reuerſis. Nicolaum-Euerardum Middelburgi in Zelandia natum, Præſidem Mechlinienſem, Conſiliis editis celebrem, ſuprà pag. 390. laudauimus. Is 1532. moriens quattuor reliquit filios, *Euerardum Nicolaium, Nicolaum Grudium, Hadrianum Marium* & *Ioannem Secundum*, Iuris ciuilis & litterarum cùm Græcarum tum Latinarum tractatione claros. *Euerardus* natu maximus vt patri in dignitate ſucceſſit, ſic an. 1561. moriens, iuxta eumdem Mechliniæ in Deiparæ baſilica ſepeliri voluit. *Nicolaus Grudius* (ſic dictus quòd Louanij natus eſſet) Hymnos, Odas & alia pia id genus poëmata publicauit. Ordinis Equitum Velleris aurei Graphiarius cùm eſſet, negotiorum cauſſa in Italiam profectus, hoc anno 1571. Venetiis deceſſit. *Marius* Gelriæ Cancellarius Bruxellæ 1568. obiit, hoc nomine felix, quòd Guilielmus Cripius, eiſdem litterariis deditus ſtudiis, ipſius magiſtratum exceperit. *Ioannes* Hagæ Comitis in Batauia natus, illa ætate ſibi *Secundum* in re poëtica non habuit. Italiâ primùm, pòſt Hiſpaniâ luſtratâ, Carolum V. Imp. in Tunetana expeditione ſecutus, in Africam tranſmiſit. In patriam valetudinis curandæ cauſſa reuerſus, à Georgio Egmondano, Vltraiectino Præſule, ad munus Secretarij euocatur. Is tum in illuſtri S. Amandi cœnobio, ad Scarpi & Elnonis confluentes in Neruiis ſito (cuius loci Abbas commendatarius erat) fortè agebat: quò profectus *Secundus*, quarto quàm aduenerat die, nondum annos 25. natus, febri 1536. periit, ibidem tumulo marmoreo conditus.

Occaſione decimæ rerum mobilium, & viceſimæ immobilium, à Duce Albano in belli ſumptus indictæ, motus populares Bruxellæ & alibi excitantur; Genſiis paſſim ſufflaminantibus. *Brila* interim, Hollandiæ opidum & commodus ad oſtium Moſæ fl. portus, à Guilielmo Marcano toparcha Lumæo, Guilielmo Bloſio Trelonio, aliiſque exulibus ac profugis (qui naues aliquot in Anglia ad piraticam exercendam inſtruxerant) ipſis Kalendis Aprilis occupatur. Hinc nouos iterùm ſpiritus Genſij ſumunt. Copiis aucti, poſtridie Paſchatis, 9. Aprilis, facto inſulanorum cenſu, iuramento ſe mutuò obſtringunt; *Guil. Naſſonio* Principi Arauſionenſi, vt Regio olim per Hollandiam Gubernatori, in Germania tunc agenti 1572
ſacra-

ſacramentum dicunt, & ad defenſionem opidi inſulæque ſe parant. Poſt Brilam à Geuſiis inuaſam, mox & *Fliſſinga* ab Albano defecit: vbi *Paciottus*, ſummus munitionum artifex & egregius belli miniſter, Albano gratiſſimus, iuſſu Trelonij, in furcam actus fuit. *Veria* deinde, *Enchuſa*, *Horna*, *Alcmaria*, *Edamum*, *Gorcomium*, *Harlemum*, *Bomelia*, *Sutfania*, aliaque Hollandiæ, Zelandiæ & Gelriæ opida ab iiſdem Geuſiis partim intercipiuntur, partim ſua ſponte illis accedunt.

Dum hæc apud Batanos ac finitimos populos geruntur, *Ludouicus Naſſouius*, Guilielmi frater, de re tota à Lumæo ac ſociis monitus, copiis aliquot in Francia ſubitò collectis (equitibus ſcilicet leuis armaturæ quingentis ac peditibus circiter mille) 24. Maij, ementito mercatoris vini habitu, Montes Hannoniæ metropolim occupat. Id malum ne vlteriùs ſerperet, Albanus Montes mox obſedit. At Guilielmus Arauſionenſis, vt fratri obſeſſo ſuccurrat, copioſo cum exercitu ex Germania accurrit; Rheno & Moſa tranſitis, Diſtemium, Thenas aliaque opida capit; Hannoniâ demum penetratâ obſidionem ſoluere conatur; ſed fruſtrà. Montenſi itaque vrbe 21. Sept. Albano reddita, Arauſionenſis ſuos ad Rhenum reduxit, & maiore copiarum parte exauctoratâ (quòd ſtipendia menſtrua præſtare non poſſet) medio menſe Octobri Campos (quæ vrbs eſt ad Iſalam ſita) ſe contulit, indeque Enchuſam, in Hollandiam belli ſedem futuram, tranſmiſit.

Hoc ipſo anno & proximè ſequentibus Caluiniana rabies *Brilæ* & *Lugduni* in Batauia, *Ruremondæ* in Gelria & *Aldenardæ* in Flandria, aliiſq; locis immanitate pluſquam barbara in Clerū ſæuiit. De Franciſcanis XI. & aliis ſacerdotibus Gorcomienſibus, Brilæ iuſſu Lumæi ex trabe ſuſpenſis, exſtat liber Guilielmi Eſtij, Cancellarij & Doctoris Theologi Duacenſis. Idem Lumæus *Cornelium Muſium* Delfium, virum innocentiſſimū, naſo & auribus truncatis, manuum pedumque digitis, & iis quæ naturæ honeſtas abdidit præciſis, annos 72. natum, patibulo Lugduni in foro affixit, ac laqueo ſtrangulauit. De Cartuſianis Ruræmondanis, aliiſque eccleſiaſtici ordinis hominibus in Flandria, Brabantia & alibi crudeliſſimè occiſis Franciſcus Haræus legi poterit. Pius V. Papa Kalendis Maij ſanctiſſimè in Domino obdormit: eius vitam Gabutius Latinè & alij variis linguis ſcripſerunt. In cathedra ipſi ſucceſſit *Gregorius XIII.* Boncompagnus, Bononienſis, laudatiſſimus item Pontifex. Lutetiæ 24. Auguſti, die feſto S. Bartholomæi, multi Caluinianæ ſectæ homines occiduntur. Franciſcus Borgia, ex Gandiæ Duce Societatis Ieſu Præpoſitus generalis tertius, ætatis 62. anno, Romæ moritur.

1573 Anno ineunte Guilielmus Lumæus, homo ſæuus & inſolens, cùm & ipſos Ordines Batauicos contemneret, ab iis cuſtodiæ includitur, in ordinem redigitur & exauctoratur. Exinde dimiſſus, Leodicum ſe recepit, & an. 1578. morſu canis rabidi ibidem periit. Harlemum, vrbs Hollandiæ ad lacum ſita, poſt difficilem 7. menſium obſidionem, Ducis Albani filio Frederico 13. Iulij deditur. Alcmariâ ſine fructu obſeſſâ, Albanus ex Hollandia in Brabantiam redit. Ludouicus Requenſenſius, qui Albano in præfectura Belgica ſucceſſor à Rege datus erat, Bruxellam 17. Nou. intrat. Ipſe Albanus 2. Decembris (qui dies hoc anno mihi natalis fuit) Bruxella Namurcum diſcedit; factoque per Lotharingiam, Burgundiam & Sabaudiam itinere

itinere in Liguriam abit: conſcenſis demùm Genuæ triremibus in Hiſpaniam nauigat. Ioannes Beuerus Hannonius, Philoſophorum ſuæ ætatis Louanij princeps (cuius in Phyſicos Ariſtotelis libros exſtant commentarij) moritur. Franciſcus Balduinus Atrebas, *re Baldus alter* (vt Ioannes Auratus ad nomen eius luſit) Lutetiæ viuere deſinit. Is in Germaniam primùm ad Philippum Melanchthonem & Bucerum, deinde Geneuam ad Caluinum & Bezam profectus, vt erat in veterum Patrum lectione verſatiſſimus, ab his nouarum ſectarum auctoribus ac patronis intelligere voluit, quas ob cauſſas à Romanæ & veteris Eccleſiæ caſtris diſceſſiſſent. Quorum impias opiniones deteſtatus, Caluinum in primis aiebat ſibi diſplicuiſſe, ob ſeditioſum ingenium quod in eo deprehendiſſet. Iuris ciuilis & Hiſtoriæ ſummos apices complexus, dicere ſolebat, & libro edito docuit, *Hiſtoriam cum Iuriſprudentia coniungi oportere, & hanc ſine illa cæcam videri.* Præter varia ad Iuriſprudentiam pertinentia, ſcripſit & *Apologias tres* aduerſùs Caluinum & Bezam, ab illis anteà laceſſitus: feruntque Caluinum à nullius ſtilo & eruditione magis ſibi metuiſſe aut horruiſſe, quàm à Balduini familiaris quondam ſui. Obiit autem annos 53. natus, ſacris ritu catholico piè ſumptis; teſtatus in caſtris Eccleſiæ Romanæ ſe mori. Animam agenti *Ioannes Maldonatus* Societatis Ieſu Theologus, ſcriptis editis clarus, quo vſus erat familiariter, adfuit; in Maturinorum ſodalium periſtylio conditus, & ab auditore ſuo Papirio Maſſono, Annalium Galliæ ſcriptore, hoc ſepulcrali elogio honoratus: *Cuiacij, Balduinus hic iacet. Hoc tecum reputa & vale. Mortuis vobis, Iuriſprudentiam corripiet grauis ſopor. Franciſcus Balduinus Iuriſconſultus ob. 11. Nouemb. an. ætat. 53. à partu Virginis* 1573. *Papirius Maſſonus Balduini auditor poſuit.*

Ioannes Auſtriacus menſe Octobri, Philippi II. Regis Catholici auſpiciis, regnum Tunetanum *Muleaſſi* reſtituit, illius Muleaſſis nepoti, qui à filio pulſus oculiſque priuatus an. 1548. fuit. Muleamides Rex in Siciliam deducitur.

Middelburgenſibus ab Arauſionenſi obſeſſis Lod. Requeſenſius, menſe Ianuario exeunte, claſſe Bergis ad Zomam inſtructa, tentat ſuccurrere. Sed claſſe noſtra diſſipata, Mondragonius fame cum ſuis preſſus, tertiâ pòſt hebdomadâ, *Middelburgũ* Arauſionenſi dedere cogitur. Noua in cœlo ſtella, menſe Nou. an. 1572. in ſigno Caſſiopeæ videri cœpta, & ſenſim attenuata, anno 1574. ineunte apparere deſiit. Sigiſmundus Poloniæ Rex, ex familia Iagellonia (quæ annis prope 200. regnauerat) poſtremus, an. 1572. ſine liberis deceſſerat. In eius locum ſibi Regem Poloni *Henricum Valeſium*, Caroli IX. Francorum Regis fratrem, elegerunt. Is anno 1574. 21. Februarij coronatus, non niſi menſibus tribus & diebus 26. regnauit. Nuntio enim per celeres equos de fratris ſui Caroli obitu (qui 30. Maij accidit) accepto, 18. Iunij nocte intempeſta, paucis Gallis comitantibus, è Polonia in Morauiam fugit, & per Viennã Auſtriæ ac Venetias tranſiens, ad regnũ hereditariũ capeſſendum, in Galliã rediit. Henrico *Stephanus Battorius* 1576. ſuffectus fuit. Chriſtophorus Frederici III. Electoris Palatini filius, itemq; Lodouicus & Henricus Comites Naſſouij, Guilielmi fratres, in campis Moucẽſibus, haud procul à Nouiomago, à Sanchio Dauila & Chriſtophero Mõdragonio, Hiſpanorũ ducibus, 14. Aprilis prælio cõmiſſo, cæduntur & profligantur. 1574

Tunetum in Africa à Turcis, Sinane Baſſa duce, capitur: Goleta arx, cæſis præſidiariis militibus Hiſpanis, ſolo æquatur. Paulus Manutius Romæ moritur. Selimo II. Turcorum Imperatori 15. Dec. defuncto *Amurathes III.* ſufficitur: *ſup. pag. 354.* Is ritu Ottomannico regnum à nece fratrum quinque minorum eſt auſpicatus. Coſmus I. magnus Etruriæ Dux moritur; relictis duobus filiis *Franciſco* & *Ferdinando*, ex ordine Ducibus: *ſuprà pag. 399.* Carolus Philippus de Croy, Philippi Ducis I. Arſchotani & Annæ Lotharingæ filius poſtumus, in Hiſpania exiſtens, à Philippo II. creatur Marchio de *Havrech*: quod eſt municipium primo lapide à Montibus Hannoniæ ſitum. Is ex Diana de Dommartin, domina de Fontenoy in Lotharingia, inter alios liberos reliquit *Carolum-Alexandrum* in Marchionatu ſucceſſorem, 1624. Bruxellæ ſclopeto ictum, & *Erneſtum*. Caroli Alexandri filia vnica *Maria-Clara* 1627. nupſit Carolo Philippo Croyo Marchioni de Renty; quem Philippus IV. Rex eodem anno Ducem Havræum renuntiauit. Erneſtus ex N. Pomerana ſuſtulit *Boſiſlaum-Erneſtum*; qui nunc eſt caput familiæ de Croy: *ſuprà pag. 393.*

Carolus de Berlaimont, Michaëlis de Berlaimont domini de Flojon filius, à cognato ſuo Ægidio adoptatus, à Philippo II. creatur Comes de *Berlaimont*. Idem Carolus ab eodem Rege Eques Velleris aurei renuntiatus, ex Adriana de Ligne *Ægidium* Hiergæ dominum, in obſidione Traiectenſi ad Moſam 1579. cæſum, *Lancelottum* Hautepennæ toparcham, *Ludouicum* Archiepiſcopum Cameracenſem, *Florentiam*, *Iolentam* & *Claudiam* procreauit. Ex his *Florentius*, fratribus ſuis ſine ſobole defunctis, Comitatum Berlaimontanum obtinuit, & ex Margarita Comitiſſa de Lalain ſuſtulit *Philippum-Carolum*, qui Pariſiis in iuuenili ætate 1617. obiit, & filias duas, *Mariam-Margaritam* Ludouico Comiti Egmondano, & *Iſabellam* Philippo Arenbergio Duci Arſchotano, nuptas.

Franciſcus Richardotus natione Burgundus, laudatiſſimus Atrebatium Epiſcopus, VII. Kal. Aug. moritur, magnifico tumulo in ſuo epiſcopeio honoratus à *Ioanne Richardoto*, tunc Arteſiæ pòſt ſanctioris in Belgica Concilij Præſide, ſororis filio: quem ob præſtantes animi dotes in familiam nomenque adoptarat. Ioannes inter alios liberos genuit *Ioannem* primò Atrebatenſem pòſt Cameracenſem Antiſtitem, & *Guilielmum* Gameragæ in Hannonia Comitem 1623. à Philippo IV. renuntiatum, arcis Lembecanæ prope Hallas conditorem.

1575 Maximilianus II. Imp. pacem in Belgio reſtituere conatur, legatis huc miſſis: qui Bredæ, cum legatis vtrinſque partis, aliquamdiu ſubſtiterunt; ſed nullo fructu. Legatis itaque domum reuerſis, iterum ad arma ventum eſt. Ægidius Berlaimontius Hiergæ toparcha, Regis copiis à Requeſenſio præfectus, Buram, Aquas veteres & Sconhouiam occupat. Vtque Hollandos à Zelandis ſepararet, idem Requeſenſius Ziricæam Zelandiæ opidum à Mondragonio obſideri iubet. Matthias Flacius Illyricus peſte Francofurti ad Mœnum exſtinguitur. Abdelmelechus, Turcorum ope, Marocium & Feſſenſe regnum Muleio Mahometi Cheribo, fratris ſui filio, eripit: cùm ante annos aliquot lege ſanxiſſent, defuncti fratres præferendos. Muleius ad Regem Luſitaniæ profugit.

Iuxta

Iuxta edictum Regium menſe Decembri ſuperiore publicatum, anni initium à Kalendis Ianuariis duci cœptum eſt, cùm anteà apud Brabantos & alios Belgij populos à die Paſchatis ſumeretur. Ludouicus Requeſenſius, Belgicarum prouinciarum Gubernator, 5. Martij Bruxellæ moritur. Philippus II. Rex de inopinato eius obitu per celerem equitem monitus, *Concilio Status* regimen dictarum prouinciarum committit, tantiſper dum nouus Gubernator, mox nominandus, aduenerit. Conſiliarij Status *Petrum Erneſtum* Comitem Mansfeldium Luxeburgo (cui prouinciæ tunc præerat) Bruxellam euocant, & Regij exercitus ducem renuntiant. Ziricæani ad extrema redacti legatos Bruxellam mittunt, & tranſigunt. Facta deditione, 2. Iulij Mondragonius opidum cum legione bis mille quingentorum Walonum intrat. Miles externus ægrè id ferens, ob ſtipendia non ſoluta tumultuatur, & contemptis Mondragonij, Dauilæ aliorumque præfectorum ſuorum mandatis, relictâ Zelandiâ, iter verſus Brabantiam inſtituit. Ea res Principis Arauſionenſis ſociorumque animos (ob Ziricæam cum adiectis inſulis perditam) prorſus deiectos iterùm erexit. Quæ porrò turbæ exinde ſint ſecutæ, Fr. Haræus & alij tumultuum Belgicorum ſcriptores fusè narrant: mihi veterem hic dolorem renouare non lubet. *Ioannes Auſtriacus*, Caroli V. Imp. filius naturalis, ſuprà pag. 423. à nobis laudatus, in Requeſenſij locum à Philippo Rege ſuffectus, traiectâ citatis equis Francia, Luxeburgum 4. Nou. intrat. Quo eodem die Antuerpiam à tumultuante milite ſpoliatam fuiſſe, cùm paulò pòſt certis nuntiis accepiſſet, mox de pacanda vniuerſa Belgica feriò cogitare cœpit.

Stephanus Battorius, Tranſiluaniæ Princeps, Cracouiæ Kalendis Maij Rex Poloniæ creatur. Maximiliano II. Imp. Ratiſponæ in comitiis 12. Oct. defuncto filius *Rudolphus II.* ſuccenturiatur. *Franciſcus Sonnius* Antuerpienſium, & *Cornelius Ianſenius* Gandauenſium, Epiſcopi moriuntur. Sonnio *Læuinus Torrentius*, Ianſenio *Guilielmus Lindanus*, poſt annos aliquot, rebus nonnihil in Belgio pacatis, ſucceſſerunt. Hos quattuor Antiſtites ſcriptis illuſtres in Elogiis noſtris Belgicis laudauimus. Hoc ipſo anno exeunte *Ioachimus Hopperus* Snecæ in Friſia natus, Concilij Belgici poſt Carolum Tiſenacum in Hiſpania Præſes, Mantuæ Carpetanorum viuere deſiit. Præter *Pſalmos* erudita paraphraſi illuſtratos, & alia quæ partim viuus ipſe, partim à funere filij eius *Gregorius* Senator Regius & *Carus* Louanienſis Academiæ Cancellarius edenda curarunt, reliquit & commentarium ms. de initus tumultuum Belgicorum. Hoc anno aut ſuperiore *Techmaſes* Perſarum Rex 11. Maij obiit, poſtquam annis 50. regnaſſet, & cum Impp. Turcicis magna ac diuturna bella geſſiſſet. Suffectus eſt illi ex XI. filiis ſuperſtitibus tertiò genitus *Haider Meriſes*. Huic poſt 15. dies à quibuſdam proceribus occiſo ſubſtituitur *Iſmaël* ſecundò genitus: qui mox iuniores ſuos octo fratres trucidari iuſſit. Iſmaëli veneno an. 1577. die 24. Nouemb. ſublato, ſucceſſit demùm *Mahometes Hodabendes*, Techmaſis filius primò genitus: qui anteà vitam quietam elegerat. De Perſici regni ab Iſmaële Sopho, Techmaſis patre aut auo, anno 1499. fundati origine, ſuprà pagina 367. fusè diximus. Ceterùm Hodabendes, *Emire Emſa Miriza* filio ſuo primò genito inſtigante,

 cum

cum Chamo Tartarorum & Georgianis profeſſione Chriſtianis fœdus aduerſùs Turcos poſteà iniit, eoſque diu bello acriter perſecutus fuit.

1577 Marchiæ in Famenna pace 12. Febr. ſancita, *Ioannes Auſtriacus* menſe Martio ineunte, Marchiâ Namurcum & inde Louanium, ac demùm Bruxellam Kalendis Maij venit, ſummo populi applauſu. Quod ægrè ferentes ij qui Aranſionenſi adhærebant, cùm rebus ſuis metuerent, falſis eum calumniis paulatim populo ſuſpectum reddiderunt. Adeò quidem vt ſaluti ſuæ conſulens, Bruxellâ primò Mechliniam, deinde Namurcum ſeſe conferre, arcemque Namurcenſem ſuæ poteſtatis facere coactus fuerit. Mars itaque rurſus infremuit; Caluinianis belli claſſicum vbique locorum inflantibus. *Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.* Namurcenſes, Luxeburgenſes, Amſtelodamenſes, Campenſes, Ruræmondenſes & multi ex Friſiis pro *Ioanne Auſtriaco* ſtabant. Nonnulli *Matthiæ Archiduci*, nuper ex Germania à quibuſdam euocato, adhærebant. Qui nouis in religione dogmatibus ſtudebant, *Aranſionenſem* ſequebantur; alij *Ordinum generalium* nomen inclamabant. O miſerum Belgij varias in factiones tunc diſſecti ſtatum!

Viglius Zuichemus Friſius, ſanctioris Concilij in Belgica multis annis Præſes, Bruxellæ ſeptuagenarius poſtridie Nonas Maias moritur, & Gandaui in cathedrali S. Bauonis baſilica (cuius Præpoſitura, poſt Iacobæ Damantiæ vxoris obitum, donatus fuerat) magnifico tumulo conditur. Patauij Cæſareas Inſtitutiones de ſuperiore loco cùm interpretaretur, præclaros illos *de Teſtamentis* commentarios adornauit. Bibliothecæ Card. Beſſarionis, quæ Venetiis ad S. Marci adſeruatur, inſpiciendæ facultatem adeptus, *Theophili Græcas Inſtitutiones* eruit, & cum Præfatione erudita Louanij edendas curauit. Qua in vrbe ſœdes auguſtum ſuis Friſiis collegium à fundamento exſtruxit, & vectigalibus dotauit. Inter ſchedas eius repertus eſt commentarius, quem de vita ſua, deque cauſſis & initiis turbarum Belgicarum ipſe conſcripſit: quo, vt & Caroli Tiſenaci ſchedis, adiutum ſe fuiſſe Nic. Burgundius ingenuè fatetur.

1578 Anno ſuperiore *Ioannes Auſtriacus*, poſt pacem Marchiæ initam, externum omnem militem dimiſerat. Cui ex Italia, ob bellum vtrimque reſumptum, reuocato *Alexander Farneſius*, Parmæ tunc Princeps, ſe adiunxit. Copiis itaque Hiſpanicis, Italicis, Burgundicis & Germanicis auctus Ioan. Auſtriacus, memorabili prælio Ordinum Belgicorum exercitum, prope Gemblacum Gallo-Brabantiæ opidum, 30. Ianuarij profligat: exinde Gemblacum, Louanium, Arſchotum, Sichemium, Diſtemium, Thenas, Niuellas, Bouinum, Philippopolim, Limburgum, Dalemium, aliaque opida & arces occupat. Sed Franciſci Ducis Alenzonij (is Henrici III. Francorū Regis frater erat) in Hannoniam menſe Iulio aduentus, & intempeſtiua ipſius Ioan. Auſtriaci mors victoriæ curſum inhibuerūt. Obiit hic Kalendis Octobris in ſuis prope Namurcum caſtris, peſtilenti febre correptus, annum ætatis 34. agens. In Belgica præfectura ſucceſſit ALEXANDER FARNESIVS, Octauij Parmæ Placentiæque Ducis & Margaritæ Auſtriacæ filius. De rebus in Belgio geſtis, à Ioan. Auſtriaci ad nos aduentu vſque ad eius obitum, *Martinus Antonius Delrio* Latinè commentarium ſcripſit, qui ſub anagrammate *Rolandi Natiui Miriti* Hiſpanicè Madriti an. 1601. prodiit.

dijt. Amſtelodamenſes interim ab Arauſionenſi arctè obſeſſi, dum à Ioanne Auſtriaco dudum fruſtrà auxilium exſpectant, rerum omnium inopia laborantes, 8. Febr. ſeſe dedere coguntur. Per hos bellorum tumultus Caluiniani, pro genio ſectæ, primùm Gandani & Harlemi menſe Maio, pòſt Amſtelodami, Antuerpię, & alibi menſibus & annis ſubſequentibus, in templa Catholicorum, pulſo Clero, ſæuierunt. Id non ferentes primarij aliquot proceres, Catholicæ religionis ſtudioſi, aſſumpto *Malecontentorum* nomine, ſeſe à ceteris ſeiunxerunt. Malecontentorum dux primarius fuit *Emanuel de Lalain*, tunc Montigniaci Baro, pòſt vxorio iure Rentiaci Marchio, ſuprà pag. 416. memoratus. Huic ſe poſteà Odardus Bournonvillius, Valentinus Mottæus, & alij proceres Belgæ ſuis cum copiis adiunxerunt. Guilielmus Marcanus Lumæus Leodici moritur, non relictis liberis. Frater eius & heres Philippus ex Catharina, herede Comitatus de Manderſcheydt & Sleiden, genuit Erneſtum Ioannis-Frederici patrem. SEBASTIANVS Luſitaniæ Rex annos 24. natus, in Africam cum exercitu traijcit, ad *Muleium Mahomethem*, à patruo *Abdelmelecho* pulſum, in regno Feſano reſtituendum. Vix aliud bellum funeſtius ducibus fuit: nam tres Reges pariter vno in prælio, 4. Auguſti prope Alcazarum commiſſo, perierunt. *Abdelmelechus* ipſo conflictus tempore apoplexia eſt exſtinctus, qui iampridem morbo laborabat. Ipſe *Sebaſtianus* hoſtium numero obrutus, fortiſſimè pugnans, cum flore Nobilitatis Luſitanæ & multis ſuorũ millibus cecidit. *Muleius* in fuga cœnoſis propinqui fl. Lariſſæ aquis merſus interiit. Inter captiuos quidem *Antonius* fuit, Ludouici Luſitani filius naturalis, Emanuelis Regis nepos: ſed à Mauro quodam ſecretò Tingim deductus, ad ſuos incolumis rediit. Feſanum porrò regnum *Muleius Hametus*, Abdelmelechi frater, obtinuit; qui prælio finito à Mauris Rex in caſtris eſt ſalutatus. Sebaſtiano ſine ſobole exſtincto, patruus eius maior *Henricus*, S.R.E. Cardinalis, in regno Portugalliæ ſucceſſit.

Gelri, Hollandi, Zelandi, Vltraiectenſes & Friſij fœdus inter ſe 1579
29. Ianuarij ineunt, quod *Vnio Vltraiectenſis* vulgò nuncupatur. Diſplicuit id proceribus noſtratibus, qui ſe *Malecontentos* nuncupabant. Primus itaque *Emanuel Lalainus*, adlaborante Matthæo Moulartio Epiſcopo Atrebatenſi, 6. Aprilis cum *Valentino Mottæo* Grauelingæ præfecto, *Roberto Melunio* & *Odardo Bournonvillio*, de fide Deo & Regi ſeruanda clam paciſcitur. Quod cùm in frequenti Ordinum Arteſiæ ac Deputatorum Hannoniæ ac Gallo-Flandriæ conuentu (qui tum fortè in vrbe Atrebatenſi habebatur) poſtridiè aperuiſſet, Arteſij primùm, pòſt Hannoij & Gallò-Flandri acceſſerunt, & miſſis legatis cum Alexandro Farneſio, tunc Traiectum Moſæ obſidente, 28. Iunij tranſegerunt. Die proximè ſequenti Farneſius *Traiectum* expugnatione in poteſtatem ſuam redegit. Legati à Rudolpho Cæſare Coloniam Agrippinam miſſi, cùm de pace apud Belgas reſtituenda fruſtrà menſibus aliquot egiſſent, medio menſe Nouembri domum redeunt. Philippus II. Rex, litteris Madrito ad Farneſium menſe Octobri datis, Guilielmi Lindani Epiſcopi Ruræmondenſis hortatu, Louanij & Duaci Seminaria ſeu collegia Paſtorum excitanda curat, magno Eccleſiæ bono. Idem Rex Robertum de Melun titulo Marchionis de *Roubaix*, Maximilianum de Longueval dignitate Comitis de *Buquoy*, & Odardum de Bour-

Anniuerſa- res Chriſti.

nouillæ honore Comitis de *Hennin* hoc anno decorauit. Ex his *Robertus* Melunius, Eques Velleris aurei ab eodem Rege poſteà nominatus, in obſidione Antuerpienſi an. 1585. periit. Roberti porrò ſine ſobole defuncti hereditatem ſoror *Maria*, Amoraldo tunc Comiti pòſt Principi de Ligne nupta, adiit, & ad ſuum ex Florentio filio nepotem *Albertum-Henricum* (qui an. 1635. duxit N. Naſſouiam Ioannis Comitis Naſſouij filiam) tranſmiſit. *Maximilianus Longuevallius* in obſidione Tornacenſi an. 1581. cecidir, & ex Margarita de Lille vnicum reliquit filium *Carolum* Comitem de Buquoy, Velleris aurei Equitem, militari gloria tota Europa clariſſimum, qui in Hungaria 1621. periit. Caroli filius & in re bellica æmulator *Albertus* Guilielminam, Ioannis de Croy Comitis Solrani & Annæ de Lalain filiam, ſuprà pag. 416. memoratam, an. 1634. duxit. *Odardus Bournonvillius*, dominus de Capres, ex Chriſtina Amoraldi Comitis Egmondani filia *Alexandrum* Bournonvillium Comitem de Hennin Lietard (quod Arteſiæ municipium ſup. pag. 412. deſcripſimus) & Velleris aurei Equitem ſuſtulit. Eumdem Alexandrum Henricus IV. Galliæ Rex an. 1598. Ducem Bournonvillæ (qui vicus eſt agri Bolonienſis) renuntiauit. Idem ex Anna Melunia, Petri Principis de Eſpinoy filia, numeroſam vtriuſque ſexus ſobolem procreauit. Carolus Auſtriæ Archidux Carolopolim ſeu Caroloſtadium in Croatia, ad Turcorum irruptiones reprimendas, ædificat. Henricus III. Francorum Rex, vltimo huius anni die, ordinem Equitum *S. Spiritus* inſtituit, comitiis primis in templo Auguſtinianorum eremitarum Lutetiæ celebratis.

1580 Henricus Cardinalis & Rex Luſitaniæ pridie Kal. Februarias moritur. PHILIPPVS II. Rex Catholicus, Iſabella Emanuelis Regis filia natu maiore genitus, in regno iure ſibi debito ſucceſſit: vt ex ſubiecto ſchemate datur intelligi. De vnione regni Portugaliæ cum regno Caſtellæ exſtat elegans hiſtoria, ab Hieronymo Coneſtagio Genuenſi Italicè conſcripta, quam Lipſius in primis laudare ſolebat.

- Emanuel Rex Portugaliæ habuit 3. coniuges, Iſabellam, Mariam & Eleonoram, ob. 1521.
  - Ex 1. Michael.
  - Ex 2. Ioannes III. Rex Portugal. ob. 1557.
    - Maria vxor Philippi II. Regis Hiſp.
      - Carolus.
    - Ioannes ob. ante patrem.
      - Sebaſtianus Rex Portugaliæ in Africa periit cælebs 1578.
  - Iſabella vx. Caroli V. Imperat.
    - Philippus II. Rex Hiſp.
      - Philippus III. Rex Hiſpan.
        - Philippus IV. Rex Hiſpan.
          - Balthaſar.
        - Carolus.
        - Ferdinandus.
    - Maria.
    - Ioanna.
  - Beatrix vx. Caroli Ducis Sabaudiæ.
    - Em. Philibertus Dux Sabaudiæ.
      - Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ.
        - Victor Amadeus D. Sab.
        - Thomas.
  - Ludouicus.
    - Antonius nothus.
  - Ferdinan. us.
  - Alfonſus.
  - Henricus Card. & Rex ob. 1580.
  - Edoardus d. Iſabellam de Bragantia.
    - Maria vxor Alexandri Farneſij Parmæ Principis.
      - Rainutius Dux Parmæ & Placentiæ obiit 1622.
      - Odoardus Card.
    - Catharina vx. Ioannis Ducis Bragantini, Eq. V. a. 1581.
  - Ex 3. Carolus.
  - Maria.

EMA-

Anni vulga-
res Chriſti

EMANVEL Luſitaniæ Rex 1495. regnare cœpit, & 1521. Oliſipone viuere deſiit. Tres habuit coniuges, *Iſabellam* Ferdinandi & Iſabellæ Regum Catholicorum filiam natu maximam; *Mariam* Iſabellæ iam dictæ ſororem natu tertiam, & *Eleonoram* Caroli V. Imp. ſororem. Ex prima natus eſt *Michaël*, qui infans exſpirauit. Ex ſecunda prodierunt, Ioannes patris in regno ſucceſſor; *Iſabella* Caroli V. Imp. vxor, Philippi II. Regis Catholici mater; *Beatrix* Carolo III. Sabaudiæ Duci nupta; *Ludouicus* Pacis Iuliæ Dux, Antonij nothi pater; *Ferdinandus*, *Alfonſus* Cardinalis, *Henricus* itidem Cardinalis ac demùm Rex; & *Eduardus*, qui ex Iſabella, Iacobi Bragantini Ducis filia, genuit Mariam Alexandro Farneſio tunc Parmæ Principi, Catharinam Ioanni II. Bragantiæ Duci, nuptam. Ex tertia coniuge Emanuel Rex ſuſtulit *Carolum* breui emortuum; & *Mariam*, quæ innupta anno ætatis 56. deceſſit. Oliſipone 1578. condita in baſilica B. Virginis de Luce, quam à fundamentis magnifico opere ædificarat. IOANNES Portugaliæ Rex, Emanuelis filius, annis 36. imperauit, & 1557. viuere deſiit. Ex *Catharina*, Caroli V. Imp. ſorore, *Alfonſum*, *Mariam* Caroli ex Philippo II. tunc Hiſpaniæ Principe matrem, *Eliſabetham*, *Beatricem*, *Emanuelem*, *Philippum*, *Dionyſium*, *Antonium* & *Ioannem* procreauit: qui omnes (Maria & Ioanne exceptis) in infantili ætate perierunt. IOANNES, Ioannis III. Regis filius, Luſitaniæ Princeps, ante patrem moriens, grauidam ex ſe reliquit *Ioannam*, Caroli V Imp. filiam: ex qua poſtumus SEBASTIANVS Rex natus fuit. Quo in Africa anno 1578. cæſo, patruus eius maior HENRICVS Cardinalis, Henrico PHILIPPVS II. Rex Catholicus in regno ſucceſſit. De re tota Ioannem Marianam breuiter differentē libet audire: Triſti cæde Sebaſtiani Regis fine anni 1578. in Luſitania renuntiata, continuò *Henricus* Cardinalis, cæſi Regis magnus patruus, ſceptra capeſſit, extrema ætate ſenex ac valetudinarius. Breue imperium fuit 17. menſium. Prolis curâ, de vxore iungenda à proceribus actum. Id quoniam fore fruſtrà credebatur, multi regnum ambire cœperunt: Rex *Philippus* matre Eliſabetha, *Philibertus Sabaudus* Beatrice natus; Emanuelis Regis vtraque filia erat, Eliſabetha maior. *Alexander Farneſius* Parmæ Princeps Mariæ coniugis, liberorumque maſculorum ex ea ius vrgebat, *Ioannes* Dux Brigantinus Catharinæ vxoris: erant Maria & Catharina neptes eiuſdem Emanuelis ex Eduardo filio; Maria maior, Catharina ſuperſtes. *Antonius* Ocrati Prior in idem certamen ingreſſus, filius Ludouici, ex eo Emanuelis nepos, natalium vitium ſublatum excuſabat patris cum matre coniugio. Vanum tamen id plerique exiſtimabant, neque rei tantæ idonei teſtes erant. *Catharina Medicea* Francorum Regina, obſoleto titulo, maternū genus repetebat à Mathilde Bononiæ Comite, quæ vxor fuerat Alfonſi III. Luſitaniæ Regis: atque ex eo prolem relictā affirmabat, ex qua originem ipſa duxiſſet. Vt in ancipiti cauſſa fieri ſolet, multa à Iureconſultis de legitimo iure ſunt diſputata: omnibus riualibus argumenta fautoreſque ſuppetebant. Erat Philippo deſtinatum à ſene auunculo obtinere, vt ipſum potiſſimùm ſucceſſorē deſignaret. Verùm inter has molitiones Henricus Rex obiit Almerini 1580. pridie Kalendas Februarij. Denique eius obitu res ad bellum deducebatur: quoniam Luſitanos quidquam pro ſano facturos conſenſu non ſperabatur. Copiarum dux quærendus erat. Albanus Vzedæ in cuſtodia tenebatur,

 quòd

quòd contra Regis mandatum Frederico filio vxorem dediſſet, reiecta altera, cui fidem iunior dediſſe ferebatur, in Reginæ obſequio verſanti. Eum è cuſtodia liberatum in Luſitaniam mittere, viſum eſt. Rex ipſe Emeritam & Pacem Auguſtam acceſſit, ad fines eius regni. Modicæ copiæ erant, vix duodecim millia pedites, equites mille & quingenti, verùm multis bellis exerciti, Hiſpanæ militiæ flos. His copiis Albanique diligentia (ſemel ad Oliſiponem menſe Auguſto, & paulò pòſt ad Portum vrbem Antonio victo, qui ſe fauore plebis Regem dixerat) prouincia pacata eſt. Sic ferè Mariana. Aprili menſe ineunte, an. 1580. terræ motus ingens Britanniam, Brabantiam, Flandriam, Hollandiam, vicinaſque prouincias concutit. Stephanus Poloniæ Rex menſe Septembri Velicolucam celebre emporium, Neuelam aliaque opida Ioanni Baſilio Moſcouiæ Duci eripit. Emanueli Philiberto Sabaudiæ Duci defuncto filius *Carolus Emanuel* ſuccedit. Hieronymus Oſorius Luſitanus, Epiſcopus Siluenſis, rerum Indicarum ſcriptor elegans moritur, & in baſilica Pharonenſi ſepelitur. Sæuientibus per Belgicam Caluinianis, Martinus Rithouius Ep. Iprenſis Audomaropoli in Arteſia, & Cunerus Petrus Ep. Leouardienſis Coloniæ in Vbiis viuere deſinunt.

1581 Gerardo Grousbequio Leodicenſi Antiſtiti, ſub anni ſuperioris exitum defuncto, Erneſtus Bauarus 30. Ian. ſufficitur. Antonio notho pulſo ac debellato, Philippus II. Rex Catholicus Oliſipone 16. Aprilis Rex Portugaliæ coronatur. Sic Luſitania reliquo Hiſpaniæ corpori eſt adiecta, quingenteſimo circiter anno quàm inde auulſa fuerat. Luſitaniam India orientalis, Braſilia, Guinea, Africæ opida varia, aliæq; regiones velut appendices ſunt ſecutæ. Exinde Heſperides, Materia, Tertiaria, aliæque maris Atlantici inſulæ (quæ ſolæ Antonio notho parebant) pulſis auxiliis Gallicis, 1582. ſunt ſubactæ. Franciſcus Dracus Anglus, qui 1577. die 17. Nou. cum quinque nauibus ex Anglia ſoluerat, poſtquam totum terrarum orbem biennij & decem menſium ſpatio circumnauigaſſet, vnica reſidua naui prætoria Londinum hoc anno rediit. Poſtremum ordinis Equitum Velleris aurei Capitulum ſeu conuentum ſolemnem Gandani anno 1559. habitum fuiſſe, ſuprà diximus. Vacabant tunc loca XV. Equitum defunctorum; quibus implendis Equites iſti X. fuerunt ſuffecti: Franciſcus II. Francorum Rex, Guidobaldus Roboreus Vrbini Dux, M. Antonius Columna Paliani Dux, Philippus Montmorencius dominus de Achicourt, Balduinus Lannoius toparcha de Turcoing, Guilielmus Croyus Marchio de Renty, Florentius Montmorencius dominus de Montigny, Philippus Comes de Ligne, Carolus Lannoius Princeps Sulmonenſis & Antonius Lalainus Comes Hochſtratanus. Reliquos Equites quattuor Philippus II. Rex, in Hiſpaniam cogitans, ſuæ electioni atque arbitrio reſeruauit. Primò itaque *Ioachimum* Neuhauſæ Baronem Bohemiæque Cancellarium, deinde anno 1565. *Carolum IX.* Franciæ Regem, 1571. *Ioannem Auſtriacum* fratrem ſuum naturalem, & 1574. *Ericum* Brunſuicenſem ac Luneburgenſem Ducem collegio Equitum Velleris aurei adſcripſit. Sicque loca illa quattuordecim, anno 1559. vacantia, fuerunt ſuppleta. Ceterùm ab illo tempore vſque ad annum 1581. Philippus Rex neminem ad equeſtre Velleris aurei ſodalitium admiſit. Quo quidem anno, cùm Tomariæ in Luſitaniæ regno nuper acquiſito verſaretur, iuxta diploma ſibi à Gregorio XIII.

Papa

Papa 15. Oct. 1577. conceſſum, *de officiis & locis dicti Ordinis vacantibus extra Capitulum ipſe diſpoſuit ac prouidit.* Facto namque à quattuor Officiariis (vt vocant) initio, pridie Kal. Maias 1581. Ioannem Foncquiũ dignitate *Cancellarij*. Chriſtoph. Aſſonvilliũ *Theſaurarij*, Franciſcũ le Vaſſeur *Graphiarij* & Claudiũ Marion *Regis armorum* titulo donauit. Proximo die ſequenti *Ioannẽ* Bragantiæ Ducẽ, & 16. Maij *Alfonſum Pereſium Guſmanum* Medinæ Sidoniæ Ducẽ ſuis ipſe manibus torque Velleris aurei decorauit. Anno 1583. Kalendis Maij filiũ ſuum PHILIPPVM III. inter Equites eiuſdem ordinis adlegit. Anno 1585. & ſubſequentibus, ſuo vnius arbitrio, plures eidem collegio adſcripſit: vt infrà patebit. Stephanus Poloniæ Rex Rigam Liuoniæ metropolim & alia complura opida de Moſco recipit, partim ſuo, partim *Ioannis Zamoſcij*, magni Poloniæ Cancellarij, ductu. Quocirca Moſcus cùm eodem tempore à Tartaris etiam premeretur, legatum Romam ad Gregorium XIII. deſtinat, omnia pollicitus, ſi per eum pacem à Polono impetraret. Mittitur eò à Pontifice *Antonius Poſſeuinus*, Soc. Ieſu Theologus, & an. 1582. 15. Ian. ad Zapolciam pax concluditur. Qua quidẽ Moſcus vniuerſam Liuoniam Polono ceſſit, Velicolucam verò aliaſque arces idem recepit: vt Poſſeuinus in ſuis de Moſcouia commentariis fusè narrat. Pace conciliata, idẽ Poſſeuinus Moſcum hortari cœpit, vt depoſitis Græcorum erroribus ad Romanæ Eccleſiæ communionem rediret. At ille, qui obſeruantiæ ſimulatione ad pacem obtinendã vſus erat, pace parta obſeruantiam Romani Pontificis ſepoſuit. Ceterùm haut impunè tulit: nam ex ſuperiorum cladiũ mœrore homo furere ac ſæuire in ſuos cœpit; donec ingraueſcente morbo an. 1584. interiit, filio ſuo *Theodoro* ſucceſſore relicto. Hautepennius partim aſtu, partim armis 28. Iulij Bredã Regi vindicat. *Batavi* eorumque ſocij Regem contra ius & fas abdicant, Edicto 26. Iulij Hagæ Comitis publicato. Cameracum (ſoluta obſidione, quam Farneſius inchoarat) 18. Aug. *Alenzonius* ingreditur. Tornacum, vrbs vetus Neruiorum ad Scaldim ſita, poſt 2. menſium obſidionem, à Farneſio menſe Nouembri deſinente ad obſequium Regi debitum compellitur. *Alenzonius* Caleto in Angliam Kal. Non. traiicit, ſpe matrimonij cum Eliſabetha Regina: vbi & hæſit vſque ad menſem Februariũ anni proximi. *Matthias* Archidux cùm ſe contemni videret, & Alenzonium ab Arauſionenſi & aliis euocari intelligeret, 29. Oct. Antuerpia diſceſſit, & in Germaniam ad fratrem ſuum Rudolphum Imp. rediit. Claudius Aquauiua Neapolitanus in Euerardi Mercuriani Leodicenſis, nuper vita functi, locum ſufficitur Præpoſitus generalis V. Societatis Ieſu. Edmundus Campianus Londinenſis, eiuſdem Societatis ſacerdos (cuius inter alia libellus exſtat aureus, in quo Rationibus X. Religionis catholicæ dogmata adſtruit, rerumque pondere aduerſarios obruit) pro eadem Religione Romanique Pontificis ſuprema auctoritate, Londini Kalendis Decembris immaniſſimè mactatur. Vbertus Folieta Genuenſis, elegans ſuæ patriæ hiſtoriæ ſcriptor, Romæ moritur.

Alenzonius 8. Februarij ex Anglia ſoluens, Fliſſingam in Zelandiam 10. eiuſdem menſis, vnà cum Liceſtriæ Comite, appellit, & ab Arauſionenſi ac legatis Ordinum magno applauſu, ſed non diu duraturo, excipitur. Armuda ſoluens, Antuerpiam 19. eiuſdem menſis peruenit. Aldenarda Flandriæ opidum ad Scaldim à Farneſio obſidetur, & ad deditionem 5. Iulij compellitur. Lira Brabantiæ 1582

 vrbs

vrbs 2. Auguſti eidem dedirur. De Iulio Cæſare Suetonius cap. 40. hæc inter alia narrat: *Conuerſus hinc ad ordinandum Reipublicæ ſtatum Faſtos correxit, iampridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, vt neque meſſium feriæ æſtati, neque vindemiarum autumno compe-terent: annumq́; ad curſum Solis accommodauit, vt 365. dierum eſſet, & intercalario menſe ſublato vnus dies quarto quoque anno intercalaretur.* Maiore cum laude atque vtilitate *Gregorius* XIII. Pontifex Kalendarij correctionem, inſignium Mathematicorum induſtria ſuoque iuſſu factam, hoc anno per orbem Chriſtianum publicauit.

Maximilianus de Gandauo dictus *Villain*, Adriani & Margaritæ de Stauele dominæ de Iſenghiem filius, ex Caſtellanis Gandauenſibus ſup. pag. 252. memoratis oriundus, à Philippo II. Rege Comes *Iſegemy* creatur; tabulis Oliſipone 19. Maij datis. Is ex *Philippa de Iauche*, dicta Maſtaın, ſuſtulit Iacobum-Philippum, Amoraldum, Giſlebertum, Philippum, Maximilianum Ep. Tornacenſem, Paulum, Annam Adriano de Noyelle domino de Croix nuptam, Helenam, Ioannam, Iacobam & Adrianam. Idem Maximilianus Ærario Regio ſeu Finantiis præfectus, & Gallo-Flandriæ, hoc eſt, Inſulæ, Duaci & Orchiaci Gubernator, an. 1583. Tornaci viuere deſiit. Eius filius primo-genitus & in Comitatu ſucceſſor *Iacobus-Philippus*, aulæ Alberti & Iſabellæ Belgij Principum Oeconomus fuit. Ex priore coniuge *Odilia de Claerhout* Philippum-Amoraldum, Franciſcum Præpoſitum Inſulenſem, Adrianum-Amoraldum Canonicum ac Cancellarium Tornacenſem, Maximilianum, Mariam PhilippoComiti de Gomiecourt nuptã, Iacobam & Annam; ex altera vxore *Iſabella Bergia* Guilielmũ toparcham de S. Iean Steene prope Hulſtum, Iacobum & Albertam procreauit; & an. 1628. viuere deſiit *Philippus-Amoraldus* tertius Iſegemij Comes, Gallo-Flandriæ Gubernator, ex *Iſabella-Margarita Merodia*, Philippi Middelburgenſis in Flandria Comitis primi filia, dicti Comitatus poſt Philippi fratris obitũ herede, genuit *Maximilianum* Iſegemij Comitem, Baltazarum-Philippum, Ambroſium, Adrianum-Ioſephum-Victorẽ, Ludouicum-Iacobum-Franciſcum Iacobum-Philippũ-Felicẽ, & filias octo. *Quercetanus in Hiſt. Giſnenſi l.* 10.

Adrianus Villain I. dom. de Saint Iean Steene: ſuprà pag. 252	Martinus Villain dominus de Raſſenghiẽ & S. Ieã Steene.	Adrianus II. dom. vt ſuprà. Ioſina. Gertrudis.	Adrianus III. dom. vt ſuprà duxit Margaritam Staueliam dominam Iſegemij.	Maximilianus Comes de Iſenghiẽ 1582. ob 1583. Adolfus. Helena. Margarita.	Iac. Philippus Co. Iſegemij ob 1628. Amoraldus. Giſlebertus dom. de Hem. Philippus. Maximilianus. Paulus.	Ex 1. Ph. Amoraldus Co. Iſegemij ob. 1631. Franciſcus. Adr. Amoraldus. Maximilianus. Ex 2. Iacobus.	Maximilianus Co. Iſegemij. Balt. Philippus. Ambroſius. Adr. Ioſephus. Lud. Iacobus. Iac. Philippus.
	Colardus do. Lidekercæ.	Adrianus do. Lidekercæ. Colardus. Martinus.	Margarita dom. Lidekercæ, vx Io. Hanoart. — (ex Martino:) Colardus. Adrianus.	Carolus do. Lidekercæ & Vicecomes Brux ſup 403. 412.	Maria do. Lidekercæ vxor Iac. Hennini Bar. de Auſſy.	Maximilianus de Hennin Com. de Boſſu.	Albertus Com. de Boſſu. Eugenius. N.NN.

Petrus Dalius, ciuis & Canonicus Antuerpienſis, moritur. Is alendis Theologiæ, Iuriſprudentiæ ac Philoſophiæ ſtudioſis inſigne Louanij collegium, quod *Dalenſe* nuncupant, ſuo ære excitauit; tanto

Anni vulgares Christi.

to quidem ædificiorum ac periſtyliorum apparatu, vt Principibus ſi quando Louanium venerint, hoſpitium præbere ſoleat. *S. Tereſia* virgo nobilis Hiſpana (quæ monialium & monachorum Carmelitarum excalceatorum, iuxta præſcriptum primitiuæ, vt vocant, regulæ, ab Alberto Patriarcha Ieroſolymitano dictatæ, viuentium familiam inſtituit) Albæ in Hiſpania, quod opidum eſt regni Caſtellæ & diœceſis Salmanticenſis, Ducatus titulo nobile, ætatis 68. anno, in Domino obdormit. Eius vitam ac miracula ſermone Hiſpano Franciſcus Ribera, Soc. Ieſu Theologus, & Didacus Iepeſius, ex ordine D. Hieronymi Epiſcopus Turiaſonenſis, pientiſſimæ virgini à ſacris vterque confeſſionibus, ſcripſerunt. *Ferdinandus Aluarus Toletanus* Dux Albanus, Belgicarum olim prouinciarum Gubernator, gloria bellica ſub Carolo V. Imp. eiusque filio Philippo II. dux clariſſimus, Luſitania domita, annos 74. natus, 12. Decembris Oliſipone in palatio Philippi II. Regis, tunc ibi agentis, moritur. Anno proximè ſequenti & *Sanchius Dauila*, calce equina ictus, viuere deſiit; quem vt arte militari inſignem Albanus cùm in Belgio, tum in Luſitania magni ſemper fecerat: vt Coneſtagius in ſua Hiſtoria Portugalenſi lib. 9. & 10. narrat. Embryon in vtero materno petrefactum, Maij 16. die in vrbe Senonenſi, poſt matris obitum, per ſectionem eximitur. Res ſanè ſtupenda, atque inter rara Naturæ miracula meritò commemoranda. Nam fœtus ipſe plenè formatus, & annis viginti octo in vtero geſtatus, in marmoream prorsùs duritiem eſt conuerſus. Cuius quidem ſpectaculi nouitas, quod priſca ætas non vidit, aut ſcriptis ſaltem poſteritati non tradidit, Medicos varios, ad cauſſas eiuſdem inquirendas ac deſcribendas, excitauit. Nos lithopœdion iſtud 1609. Lutetiæ ſumma cum admiratione vidimus. Gregorius XIII. Bononiam patriam ſuam metropolitana dignitate ornat, eique Placentiam, Parmam, Regium, Mutinam, Imolam, Ceruiam & Cremam ſubiicit.

Gebhardus Truchſeſius Elector Colonienſis, turpi Agnetis Manſfeldiæ, Ioannis-Georgij Comitis filiæ, amore captus, eam 4. Ianuarij Bonnæ ſibi copulat, atque ad hæreſim deficit. Gregorius XIII. 1583
Papa ipſum dignitate priuat; & in eius locum *Erneſtus*, Alberti Bauariæ Ducis filius, idemque Epiſcopus Leodicenſis, à collegio metropolitano ſufficitur: qui armata manu Coloniam tuitatus, prouinciam totam paulatim ſubegit. De hoc bello Colonienſi Michaëlis Iſſeltij commentarius exſtat. Alenzonius perfidè ac fraudulenter Antuerpiam opprimere & Gallicæ ditioni ſubdere 17. Ianuarij conatur. At ciues, perfidiâ cognitâ, Gallos vrbem mediam plenis agminibus ingreſſos fortiter repellunt. Ex Gallis mille quingenti partim cæſi, partim ſubmerſi, ac totidem ferè capti: ex ciuibus octoginta circiter ceciderunt. Francorum cæſorum tumulus hodieque in mœnibus Antuerpienſibus ad portam Kipdorpiam monſtratur: quem locum *Buſta Gallorum* non ineptè quis nuncupet. Alenzonius ex Brabantia fugiens, Dunckercam (quod eſt Flandriæ opidum maritimum) ſe recepit, indeque inglorius 28. Iunij diſcedens Caletum petiit, & anno proximè ſequenti 10. Iunij, in Caſtro Theoderici ad Matronam fluuium viuere deſiit. Farneſius, poſt Alenzonij diſceſſum, Dunckercam, Neoportum, Furnas, Dixmudam, Hulſtum, Axellam, Aloſtum, Rupelmondam,

 aliaque

aliaque Flandriæ opida & arces recuperat. Luſitania pacata, Philippus Rex Catholicus Madritum redit, & Albertũ Maximiliani II. Imp. filium (tunc Cardinalem, pòſt Belgij Principem) conſtituit Portugaliæ Proregem. Franciſcus Roſerius librum de Stemmatibus Ducum Lotharingiæ, à ſe publicatum, 26. Aprilis ipſe Pariſiis damnat. Georgius Buchananus Edimburgi in Scotia moritur.

1584 Ianuario menſe Balduinus de Gavre dominus de Inchy, ſub quo ciuitas Cameracenſis diu gemuerat, violenta morte perit. Ioannes Monlucius toparcha de Baligny, natione Francus, vrbẽ illam occupat. Ipras, Brugas, Teneræmondam & Gandauũ Flandriæ opida, Farneſius ſubigit. Guilielmus Naſſouius, Princeps Arauſionenſis, ſclopeto à Balthaſare Gerardo Burgundo traiectus, Delfis Batauorum 10. Iulij moritur. Carolus Borromæus Cardinalis & Archiepiſcopus Mediolanenſis, ſanctimoniæ ſpeculum, ætatis 48. anno, ex hac vita ad æternam tranſit. Res eius geſtas Auguſtinus Valerius Cardinalis & Epiſcopus Veronenſis, Carolus à Baſilica Petri, aliique ſcripſerunt. Franciſcus Turrianus Soc. Ieſu Theologus, Romæ, & Carolus Sigonius Bononiæ, moriuntur.

1585 Legati à Franciſco Rege Bungi, Protaſio Rege Arimæ, & Bartholomæo Principe Omuræ, ex Iaponia per vaſtum Oceanum in Europam miſſi, 23. die Martij Romæ Gregorium XIII. Pontificem ſalutant, eique fidem atque obedientiam pollicentur. Idem Gregorius 10. Aprilis, ætatis 84. anno, moritur, communis omnium nationum parens. Is namque collegia ſeu Seminaria plus minùs 24. exſtruxit; in his Germanicum, Anglicanum, Neophytorum, Græcorum, Romanum, Maronitarum, Illyricorum, Romæ; Viennenſe in Auſtria; Pragenſe in Bohemia, Græcienſe in Stiria, Olomucenſe in Morauia, Braunsbergenſe in Pruſſia, Muſſipontanum in Lotharingia pro Scotis, Vilnenſe in Lituania, Claudiopolitanum in Tranſiluania, Funenſe, Vaſquienſe, Arimenſe & Anzuchixamenſe in Iaponia, Fuldenſe in Haſſia, Dilinganum & Auguſtanum in Germania, Anglorum in vrbe Remenſi olim, nunc Duacenſi ſitum, & Heluetiorum in vrbe Mediolanenſi. De his legi poterit M. Antonius Ciappius in libello quem de rebus à Gregorio XIII. præclarè geſtis ſcripſit. Gregorio *Sixtus V.* Perettus, Picenus, ex ordine Franciſcanorum, ſucceſſit, qui Vrbem mirificè ornauit. Bruxellam, Mechliniam, Antuerpiam, aliaſque Brabantiæ vrbes Farneſius Philippo II. Regi recuperat. Idem Rex multos viros Principes, in his Rudolphum II. Cæſarem, Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem generum ſuum, Carolum, & Erneſtum Archiduces, Guilielmum Bauariæ, Coſmum Florentiæ, Alexandrum Farneſium Parmæ, Franciſcum Mariam Feltrium Vrbini, Duces, collegio Equitum Velleris aurei adſcribit. Iainvillæ 24. Febr. Carolus Borbonius Cardinalis, Henricus Dux Guiſius, & alij Catholici in Gallia proceres occultum inter ſe fœdus de orthodoxa religione conſeruanda, deque hæreticis profligandis ineunt: quod fœdus vulgò *Ligam* Franci appellare conſueuerunt. Sixtus V. Pontifex, anathemate in Henricos Nauarræum & Condæum dicto, vtrumque ſucceſſione regni indignum pronuntiauit; quod ad illos proximè pertinere putabatur, ex quo Franciſcus Dux Alenzonius anno ſuperiore cælebs obierat, cuius frater Henricus III. Rex prolem non habebat. Hinc acerrimum tota Gallia bellum eſt excitatum. Henricus porrò Condæus

dæus an. 1588. die 5. Martij obiit, herede poſtumo relicto eiuſdem nominis filio, qui à Nicolao Fabro Pariſienſi, noſtro olim ea in vrbe amico, inſtitutus, Romanæ Eccleſiæ caſtra ſecutus eſt. De Henrici Nauarræi ad eiuſdem Eccleſiæ communionem reditu infrà dicemus. *Ioannes Molanus*, Doctor Theologus Louanienſis, moritur, & in S. Petri templo ibidem ſepelitur. Is primus *Vſuardi* Martyrologium Notis illuſtrauit, & poſt vetuſtiores Belgij Bibliothecas magno ſtudio excuſſas, *Natales Sanctorum Belgij* conſcripſit, in quibus fidē diligentiamq́ue eius grata omnis poſteritas exoſculabitur. Idē cum Cæſare Baronio pòſt Cardinale, & Laurentio Surio Cartuſiano, ad vaſtum illud de probatis Sanctorum vitis opus amplificandum, plurima communicauit. Baronius ipſe in ſuis ad Martyrologium Romanum Notis ingenuè fatetur, facem ſibi à Molano in primis prælatam fuiſſe, ad Hiſtoriam omnem eccleſiaſticam illuſtrandam. Guilielmus Sirletus Cardinalis Græcè Latineque doctiſſimus, & M. Antonius Muretus, Romæ viuere deſinunt.

Comes Liceſtrius, qui anno ſuperiore 19. Dec. ex Anglia in Zelandiam appulerat, Hagæ Comitis à Gelris, Batauis, Zelandis, Friſiis eorumque ſociis vt Gubernator Kalendis Februarij agnoſcitur; 1586
malo exemplo, vt euentus docuit. Idem hoc ipſo anno, ob cauſſis omnibus inuiſus, ineunte Decembri in Angliam ad ſuos redit. Grauiam, Megam, Batenburgum, Venlonam, opida ad Moſam ſita, & Nonteſium ad Rhenum Princeps Parmenſis expugnat. Marcus de Rye Marchio de Varembon, Maximilianus Comes Oſtfriſiæ, Carolus de Ligne, Florentius Comes de Berlaimont, Philippus Comes Egmondanus, & Emanuel de Lalain Marchio de Renty, menſe Aprili Bruxellæ, ex manibus eiuſdem Principis Parmenſis, torquem Velleris aurei ſinguli accipiunt.

Comites Oſtfriſiæ ſeu Friſiæ orientalis, cuius caput eſt Emda.

- Vlricus Comes I. Oſtfriſiæ 1453. creatus, ſupr. pag. 380.
  - Erſardus Comes Oſtfriſiæ.
    - Enno Comes Oſtfriſiæ.
      - Erſardus d. Catharinam F. Guſtaui Regis Sueciæ 1556.
        - Enno Com. Oſtfriſiæ.
          - Catharina.
          - Vlricus Comes Oſtfriſiæ 1631.
        - Ioannes Co. Rietbergæ Eq. v. a. 1618.
          - Ern. Chriſtophorus.
          - Enno-Philippus.
          - Leopoldus.
          - Ferd. Franciſcus.
          - Ioannes.
        - Guſtauus.
        - Chriſtophorus Eq. v. a. 1618.
        - Carolus.
        - Otho.
      - Ioannes.
    - Ioannes do. Durbuti Eq. v. a. 1556.
      - Maximilianus do. Durbuti Eq. v. a. 1586.

Antonius Perenotus Granuellanus natione Burgundus, ſuprà pag. 408. laudatus, æui ſui Mæcenas (cuius è familia I. Lipſius, Stephanus Vinandus Pighius, Suffridus Petrus, Ioannes Bochius & alij eruditi velut ex equo Troiano prodierunt) primùm Mechlinienſis pòſt Veſontionenſis Archiepiſcopus, & S. R. E. Cardinalis, ſeptuagenario maior, Madriti XI. Kal. Oct. è viuis excedit. *Ioannes Baptiſta Gallinatus*, vexillifer Hiſpanus, relicta militia Belgica, in Hiſpaniam proficiſcitur. Inde ad Philippinas inſulas nauiganit; ductaque Regis Camboiæ & Siani filia herede, ea regna obtinuit, & ſub-

ditos ſuos ſacris Chriſtianis imbuit. Octauio Farneſio Parmæ & Placentiæ Duci, eiusque coniugi Margaritæ Auſtriacæ hoc anno defunctis filius *Alexander* (qui tum Belgas moderabatur) in vtraque ditione ſuccedit. *Stephanus Battorius* Poloniæ Rex 12. Dec. ad plures abit, longiore vita dignus. Mahometes Hodabendes Rex Perſarum, multis bellis aduerſus Turcos proſperè geſtis clarus, menſe item Decembri moritur: *Abas Mirifes* ſufficitur. Duo Iuris Pontificij lumina, *Antonius Auguſtinus* Archiepiſcopus Tarraconenſis in ſuo epiſcopeio; & *Martinus ab Azpilcueta Nauarrus* Romæ, exſpirant.

1587 Stanleius Anglus Dauentriam, Iſalæ adſitam, 29. Ian. Regiis tradit. Batavi ſuper ea re apud Angliæ Reginam & Liceſtriū graues querelas deponunt, & 6. Febr. *Mauritiū* Comitē Naſſouiū, Guilielmi Principis Arauſionenſis filium, militiæ ſuæ præficiunt. Liceſtrius cum ſupplemento militum ex Anglia Fliſſingam 6. Iulij appellit. At Sluſa à Duce Parmenſi 4. Aug. ad deditione compulſa, cùm omnis culpa Liceſtrio à Batauis adſcriberetur, inglorius ipſe menſe Nouembri in Angliam renauigauit. Hautepennius ad Crepacordium, haut procul à Silua-Ducis, lethali vulnere ſauciatur: ex quo paulò pòſt 13. Iulij obiit: *ſuprà pag.* 426. Maria Scotiæ Regina, iuſſu Eliſabethæ Anglorum Reginæ, XII. Kal. Martij ſecuri percutitur: *ſuprà pag.* 418. Poloniæ proceribus inter ſe diſſidentibus, alij *Sigiſmundum* Suecorum Regem, alij *Maximilianum* Rudolphi II. Imp. fratrem, ſibi Regem [illegible]. Auguſti eligunt [illegible] Sigiſmundus præualuit. Franciſcus Medicæus Etruriæ, & Guilielmus Gonzaga Mantuæ, Duces moriuntur: *ſup. pag.* 399. & 397. Iacobus Pamelius Brugenſis, Epiſcopus Audomaropolitanus à Philippo II. Rege nominatus, negotiorum cauſſa Bruxellam cogitans, Montibus Hannoniæ morbo corripitur, & nono pòſt die moritur, in primaria S. Waldetrudis baſilica ibidem conditus. *Cyprianum*, quemque ſuum ille magiſtrum appellabat *Tertullianum* eruditis commentariis illuſtrauit. Idem *Rabani Mauri*, aliorumque veterum ſcriptorum lucubrationes varias, cum blattis ac tineis luctantes, ex antiquis monaſteriorum noſtratium bibliothecis magno fructu eruit.

1588 Sixtus V. Bibliothecam Apoſtolicam, à prioribus Pontificibus in Laterano inſtitutam, à poſterioribus deinde in Vaticanum tranſlatam, ibidemque à Nicolao V. auctam, à Sixto IV. excultam, ex loco obſcuro ac depreſſo in editum ac perlucidum effert; aulâ peramplâ, veſtibulo, ſcalis, porticibus, totoque ædificio longè ampliſſimo à fundamentis excitato, picturiſque illuſtribus vndique ornato. Guilielmus Dordracenus, ex Doctore Th. Louanienſi ſecundus Gandauenſium Epiſcopus, inuictus hæreticorum antagoniſta, viuere deſinit. Claſſis potentiſſima Philippi Hiſp. Regis 28. die Maij Oliſipone verſus Angliam ſoluens, ineunte Auguſto menſe, inter Caletum & Dubrim, non virtute hoſtium, ſed tempeſtate diſſipatur. Henricus III. Fr. Rex Bleſis ad Ligerim totius regni comitia indicit. Illius iuſſu, *Henricus* Dux Guiſius 22. Dec. in palatio Bleſenſi, & poſtridie Henrici frater *Ludouicus* Cardinalis ibidem confoditur. Locum cædis vtriuſque ipſi cum horrore aliquandò vidimus. *Carolus* Cardinalis Borbonius, Archiepiſcopus Lugdunenſis, Dux Nemorenſis, aliique fœderati proceres in cuſtodiam dantur. Quo nuntio conſternati Pariſienſes, Toloſani, Lugdunenſes, & alij populi

puli ab Rege deficiunt. Horum anctoritatem vniuerſa pænè Francia eſt ſecuta. Catharinam Medicæam Regis matrem (quæ 5. Ianuarij ſequentis obiit) Guiſiorum cædis nuntio perculſam exclamaſſe ferunt, *Henricum eadem opera & Guiſiis vitam & ſibi regnum ademiſſe.* Vates fuit: Rex enim proximo menſe Auguſto periit. Guilielmo-Roberto Marcano, Sedani toparcha, ſine prole defuncto, *Henricus de la Tour* Vicecomes de Turenne, qui Carolottam Guilielmi-Roberti ſororem duxerat, Sedanum occupat, excluſo Henrico Marcano Comite de Maulevrier & Braine. *ſup.* 364.

Inter regni Luſitaniæ competitores, Henrico Rege mortuo, *Antonium* nothum & *Catharinam Medicæam* etiam fuiſſe, ſuprà pag. 431. diximus. Antonius itaque Gallicis ac Britannicis fauoribus & copiis ſubnixus, regno, ex quo pulſus fuerat, inſidiabatur, atque in populi, à Caſtellanis vetere odio auerſi, ſtudiis ſpem magnam collocarat. Anno itaque 1589. cum valida 140. nauium claſſe, quam *Eliſabetha* Angliæ Regina inſtruxerat, ad Luſitaniæ littora appellit, & Ioanne Noricio ac Franciſco Draco ducibus, militem in continentem exponit, agros ferro, flammis, populationibus longè lateque vaſtat, Oliſiponem denique regni metropolim terra marique obſidet. *Albertus Auſtrius*, qui vniuerſæ prouinciæ cum imperio tunc præerat, contrà militem expedit; ciues & exteros, qui magno ibi numero mercimoniorum cauſſa verſantur, armis inſtruit; hoſtem fortiter repellit, magnoque metu vniuerſam Hiſpaniam liberat. Antonius porrò claſſe exhauſta ac lacera in Britanniam redit, indeque in Galliam tranſiens, quinquennio pòſt Pariſiis viuere deſiit, in monaſterio Franciſcanorum ibidem depoſitus. *Henricus III.* Fr. Rex, accito in auxilium Henrico Nauarræo, Lutetiam regni caput dum obſidet, venenato cultro per ventrem adacto, Kalendis Auguſti in opido S. Clodoaldi trucidatur. Eius obitu *Valeſiorum* ſtirps regia deſiit, & ad *Borboniorum* familiam, vt agnatione proximam, ius regni eſt deuolutum: cuius origo à Roberto Comite Claro-montano, S. Ludonici Regis filio ſecundò genito, deducitur: *ſuprà pag.* 248. Contra Henricum Nauarræum ad Francorum regimen aſſumptum fœderati proceres, quòd nondum Catholicus eſſet, bellum inſtaurant. Horum dux erat *Carolus Meduanus*, Henrici Guiſij, ab Henrico III. Rege anno ſuperiore interfecti, frater. Totâ Galliâ ingens rerum perturbatio ſecuta eſt, cùm certantibus odio partibus finitimæ inter ſe ciuitates inteſtinis diſſidiis arderent. Obſeruarunt curioſi, exteros ferè homines accuratiùs quàm incolas gentis cuiuſque mores, ritus, antiquitatem & obſeruaſſe & litteris mandaſſe. Ex Græcis Dionyſius Halicarnaſſeus, Plutarchus, Dio Caſſius & Herodianus enucleatiùs quàm Latini Liuius & Paterculus ceterique ſuo in genere res Romanas pertractarunt. Sic *Ludouicus Guicciardinus*, patritia apud Florentinos gente natus, quique patruum habuit *Franciſcum Guicciardinum*, excellentis iudicij Hiſtoricum, primus, in gratiam exterorum, Germaniam noſtram inferiorem, qua patet, Etruſco ſermone deſcripſit. Annos 66. natus, Antuerpiæ 1589. viuere deſiit, conditus ibidem in æde ſumma ante odeium ſeu chorum: cui vt præconi ſuo (cùm annis multis ſine ſepulcrali titulo iacuiſſet) S.P.Q. Antuerpienſis, me inter alios procurante, tumulum poſuit. Hoc ipſo anno & *Chriſtophorus Plantinus* patria Turonenſis, ciuis & incola Antuerpianus, Architypographus Regius, Antuer-

1589

Anni vulgaris Chriſti.

Antuerpiæ è vinis exceſſit: cuius Typographia inter omnes, quotquot in orbe exiſtunt, hodieque principatum tenet.

1590 *Rhenobercam*, opidũm ad Rhenum fl. ſitum, poſt longam obſidionem Carolus Comes Mansfeldius 30. Ian. ad deditionem adigit. *Bredana arx* à 70. militibus (quibus Haraguerius præerat) per fraudem noctu 4. Martij intercipitur, pulſis Italis præſidiariis, qui eam Regis nomine tenebant. Atque ex eo quidem tempore, cùm vires noſtræ, bello Gallico exardeſcente, diſtraherentur, Batani eorumque ſocij, Mauritio Naſſouio duce, caput iterùm attollere, reſque ſuas augere ac firmare cœperunt. Henricus Nauarræus ad Drocenſe opidum in Nortmannia, haut procul à vico Ivtienſi (*Ivry*) cum Carolo Duce Meduano, Philippo Comite Egmondano, aliiſque confœderatis 14. Martij prælio concurrit, & ſuperat. Inter alios Egmondanus, auxiliorum è Belgio miſſorum ductor, cecidit. Hac victoria parta Nauarræus, menſe Aprili fugiente, Lutetiam obſidere cœpit: quam graui fame preſſam, Septembri ineunte, Dux Parmenſis obſidione demum liberauit.

Sixtvs V. Pontifex, exeunte menſe Auguſto, moritur. Is veterum operum Romanorum æmulator ac vindex Vrbem tot ædificiis ac viis ornauit, vt ex lateritia quaſi marmoream reddidiſſe videatur. *Obeliſcos* quattuor, Dominici Fontanæ Nouocomenſis opera, erexit, inſtaurauit, ſumptu incredibili tranſlatos ante baſilicas Vrbis illuſtriores collocauit, & reiectis veterum Diis, velut de gentilitate triumphans, S. Crucis ſignum ſingulis ſuperimpoſuit. Ex his primus, *Tiberij* Cæſaris Obeliſcus, in area S. Petri in Vaticano an. 1586. eſt collocatus. Anno inſequenti Obeliſcus *Augusti* Cæſaris, ex eiuſdem Mauſoleo in Campo Martio ad locum templo S. Mariæ maioris vicinum eſt tranſlatus. Tertius olim Soli ſacer, qui ad S. Ioannis in Laterano ſpectatur, hieroglyphicis ſignis notatus, primùm à *Conſtantino Magno* Imp. ſedibus euulſus ſuis, ex Ægypto per Nilum Alexandriam, indeque Conſtantinopolim eſt delatus. Pòſt Conſtantinus eius filius naui ingenti (quam à trecentis remigibus actam fuiſſe Ammianus narrat) impoſitum per mare Romam tranſuexit, & in Circo maximo collocauit. Sixtus humo effoſſum inſtauratumque auguſto loco ante ædẽ Lateranam S. Ioannis (quæ olim Pontificum ſedes fuit) 1588. poſuit. Quartum (quem *Auguſtus* Cæſar, deuicta Ægypto, inde a
uectum & Soli conſecratum, in Circo conſtituerat) idem Sixtus 1589. è ruinis eruit, & ad portam Flaminiam ante templum S. Mariæ de populo ponendum curauit. Cæterùm plures olim Romæ Obeliſcos, quàm hodie ſpectantur, fuiſſe ex vetuſtis ſcriptoribus conſtat. Multos quidem Plinius qui Veſpaſiani æuo floruit, plures Ammianus Marcellinus qui Iuliani Imp. æqualis fuit, ſed plurimos Publius Victor in Regionibus vrbis Romæ, duos, inquam, & quadraginta tam maiores quàm minores numerat. Ex his duo regnante Auguſto, vt dixi, Romam deuecti ſunt, cùm ipſe Ægyptum, deuicto ad Actium M. Antonio & capta Cleopatra, ſubegiſſet. Idem P. Victor ſeptem memorat Obeliſcos, qui poſteà in Vrbem ſint aduecti. Eorum duo in Circo maximo, vnus in Campo Martio, duo ad Mauſoleum Auguſti, vnus in inſula Tiberina, & vnus in Vaticano, ſtabant. De Obeliſcis porrò deque nauibus inuſitatæ magnitudinis, quibus Romã ij ex Ægypto importati ſunt, Plinius l. 17. c. 40. Suetonius in Claudio c. 20. & alij conſuli poterunt.

Ad

Ad *Columnas Traiani* & *M. Antonini* Impp. tranſeamus: illam S. Petro, hanc S. Paulo, vt veris Eccleſiæ columnis, 1580. idem Sixtus V. dedicauit; ſingulorum ſtatuis æreis in vertice collocatis. Idem Pontifex *Vias* ſex, amplitudine & longitudine ſpectabiles, vt ad primarias Vrbis baſilicas expeditior eſſet aditus, magno ſumptu aperuit ac ſtrauit. Nouis *Aquæductibus* ad multa milliaria exſtructis, in montē Quirinalem magnam aquæ fontanæ copiam, quam veteri ſuo nomine *Felicem* nuncupauit, ex agro Prænestino perduxit. Vaticano S. Petri templo tholum impoſuit: opus hoc mirabilius, quòd artem ſuperare credebatur. Ad ſexageſies centena aureorum millia in theſauris moriens reliquit. Ceterùm Sixto V. in pontificatu die 15. Sept. ſubſectus eſt VRBANVS VII. ex gente Caſtanea, non magis breuitate pontificatus quàm cunctorū deſiderio memorandus. Vndecimo enim die ereptus maximas omnium ſpes ingenti luctu fefellit. Vrbano GREGORIVS XIV. Sfondratus, Cremonenſis, die 5. Decemb. ſubrogitur, vir pius ſed valetudinarius.

PHILIPPVS de Croy, dominus de Sempy & Molembais, à Philippo II. Comes Solræ in Hannonia (vulgò *Solre le Chaſteau*) creatur. Is tres habuit coniuges, *Annam* dominam de Beaufort in Arteſia, *Annam de Croy* Marchioniſſam de Renty ac dominam Ceruiæ, ſuprà pag. 416. memoratam, & *Guilielminam de Coucy*. Ex prima *Ioannem* ſuum in Comitatu Solrano ſucceſſorem, dominū de Sempy, Molembais & Beaufort; ex ſecunda *Carolum Philippum* Marchionem de Renty Ceruiæque toparcham, Ducem primum Havræum à Philippo IV. 1627. creatum, ſuprà pag. 393. & 416. laudatum, & *Annam* Claudio de Oignies Comiti de Coupigny nuptam; ex tertia Claudium dominum de Tourcoin procreauit. Multis legationibus prudenter obitis, demum 1612. Pragæ in Bohemia obiit. Eius primogenitus IOANNES Comes II. Solranus ex Ioanna de Lalain, domina de Condé & Montigny, Emanuelis ſuprà pag. 318. & 416. memorati & Annæ de Croy filia, ſuſtulit *Philippum Ambroſium*, *Guilielminam* 1634. Alberto de Longueval Comiti Buquoio nuptam, & *Annam*.

- Iacobus de Croy, dom. S. Piati duxit 1. Annam Henninam, 2. Annam Hornanam, 3. Iolentam Lannoiam.
  - Ex 1. Antonius dominus de Fontaine l'Eueſque ſine liberis obiit.
  - Ex 2. Anna Comitiſſa Stegre.
  - Ex 3. Philippus Com. Solræ
    - Ex 1. Ioannes Co. Solræ d. Annam Lalainam.
      - Philippus Emanuel Ambroſius.
      - Guilielmina vx. Alberti Co. Buquoy.
        - N. filius.
      - Anna.
    - Ex 2. Car. Philippus Marchio de Renty d. Mar. Claram Havræam.
      - Carolus.
    - Anna.
    - Ex 3. Claudius dominus de Tourcoine.
  - Antonius Marchio de Falces.
    - N. filius.

Batavi Weſterloam in Campania Brabantiæ, Sutfaniam & Dauentriam ad Iſalam, Hulſtum in Waſia, & Nouiomagū ad Vahalim fl. hac æſtate occupant; dum noſtræ copiæ, Francis fœderatis in

auxilium miſſæ, domo longè abſunt, Ordo Miniſtrantium infirmis à Ioanne Luſitano inſtitutus (quem 1550. obiiſſe diximus) à Gregorio XIV. Papa confirmatur. Huic 15. Oct. defuncto INNOCENTIVS IX. Fachinetus, patria Bononienſis, ſucceſsit. *Ioannes Crucius* ordinis Carmelitani, à S. Tereſia reformati, primus aſſertor atque inter viros propagator, ad meliorem vitam abit. Antonius Carafa Neapolitanus, Cardinalis & Bibliothecarius Apoſtolicus, linguæ Græcæ, quam Guilielmo Sirleto præceptore didicerat, peritiſſimus (quo adlaborante *Concilia œcumenica* Græco-latina; & *Epiſtolæ Pontificum Romanorum*, aliaque ſacræ antiquitatis monumenta in lucem prodierunt) in Vrbe pridie Idus Ianuarij viuere deſinit. Romano Maronitarum collegio adiunctam ædem ſuo ære ſtruxit, eidemque ſupellectilem ſuam & alia moriens legauit. Rotomago obſeſſo à Nauarræo, Dux Parmenſis ſub finem huius anni ſecundam expeditionem in Franciam pro Fœderatis ſuſcepit. Medio menſe Decembri cùm in Veromanduos veniſſet, *Feram* opidum in paludibus ſitum Montelimarius, iuxta promiſſum, nomine Fœderatorum ipſi tradidit.

1592 *Innocentio IX.* Papæ 30. Decemb. anno ſuperiore defuncto *Clemens VIII.* Aldobrandinus 30. Ian. ſubrogatur. Februario menſe, cùm ad *Alexandri Farneſij* Ducis Parmenſis exercitum Dux Meduanus aliique Principes fœderati acceſſiſſent, in penitiorem Galliam à noſtris eſt itum: & menſe Maio ineunte, *Rotomago*, inuitis hoſtibus, omnis generis commeatus & annona, aliaque ſubſidia ſunt introducta. At verò dum miles noſter Francis deſudat, totius ferè Friſiæ iacturam fecimus; *Steinvico*, *Otmarſo*, *Covordia* aliiſque opidis hoc anno amiſſis. Sic ferè fit, vt dum aliena curamus, propria aut negligamus aut perdamus. Ioanne de Manderſcheydt Epiſcopo Argentinenſi defuncto, à Canonicis orthodoxæ religionis ſtudioſis *Carolus*, Caroli Lotharingiæ Ducis filius, Cardinalis & Epiſcopus Metenſis, ab aliis Lutheranæ factionis hominibus *Ioannes Georgius*, Ioachimi-Frederici filius, ſubſtituitur. Vnde mox bellum enatum: quod anno ſequenti, legatis Rudolphi II. Imper. intervenientibus, eſt compoſitum. Turcæ menſe Iunio ruptis induciis, ex Boſnia magnis copiis progreſſi, *Wibitzium* munitum Crbatiæ opidum, aliquamdiu obſeſſum, occupant.

Sub autumnonm Philippus II. Hiſp. Rex per litteras vrgebat, vt tertiò in Franciam Dux Parmenſis cum exercitu properaret; hoc vnum in votis habens, vt rebus ibi nonnihil firmatis, Rex aliquis orthodoxus à Fœderatis eligeretur. Vrgenti Regi Dux renitebatur, & moras nectebat; quòd Belgium ſuæ curæ commiſſum iudicaret apertis periculis, diſceſſu militū ſuaque abſentia, exponi non oportere. Ab Aquis porrò Spadanis 11. Octobris Bruxellam reuerſus, adeò tunc afflicta erat valetudine, vt vix pedes incedere, aut equo vehi præ debilitate virium poſſet. Cùm tamen videret Regem iteratis iuſſionibus inſtare, & intelligeret *Petrum Henriquez Azeuedum*, Comitem Fontanum, cum nouis mandatis Regiis breui adfore, delectum militum mox fieri, arma, commeatum, cèteraque omnia expediri iuſſit. Præmiſſum militem ipſe animo quàm viribus maior ſubſecutus, vix ad Arrebates peruenerat, cùm morbo ingrauescente, die 3. Dec. morti ceſſit; Princeps militari gloria clariſſimus, cuius hodieque nomen apud Belgas eſt gratiſſimum, ob comitatem &

affabilitatem, ſicubi gentium, in Belgio certè vtiliſſimam, quam is ceteris virtutibus miſcere prudenter ſolebat.

Sub idem tempus (hoc eſt, 4. Dec.) Comes Fontanus prorſus opportunè Bruxellam peruenit. Ad Atrebates cogitanti, vt Parmenſem conueniret, eidemque Philippi II. Regis mandata & aduentus ſui cauſſas exponeret, nuntius adfuit, referens Ducis obitum: & ſic Bruxellæ ſubſtitit. Ducis vicem tunc obibat *Petrus Erneſtus Comes Mansfeldius*, vir ſtrenuus, ſed decrepitus. Hunc inter & ſupremum Status Concilium, quod Gubernatori adeſſe ſolet, naſcentis diſſidij flamma gliſcebat. Conſiliarij aſſerebant, quando interregnum incideret, nec vllus à Rege Gubernator nominatim deſignatus eſſet, ad ſe prouinciarum Belgicarum regimen, interregni tempore, dum Rex aliud ſtatueret, pertinere. Contrà dicebat Mansfeldius, ſe à Parmenſi, cùm verſus Franciam abiret, Bruxellæ cum imperio relictum fuiſſe; Concilio Status id approbante. Longiùs fortaſſe contentio progreſſa fuiſſet, niſi commodùm ſe Comes Fontanus interpoſuiſſet, & rem ſua auctoritate ac prudentia compoſuiſſet. Mansfeldius itaque pro ſupremo Belgij Gubernatore & Capitaneo, vt vocant, generali ab omnibus agnoſcitur, donec aliud Rex ſtatuiſſet.

Suſcepta Mansfeldius præfectura, feriò mox cœpit agere (vt voto Regis hac in parte ſatisfaceret) de tertia in Franciam pro Fœderatis expeditione, Ducis Parmenſis obitu interrupta. Dilectus ad eam imperator *Carolus Mansfeldius*, ipſius Petri-Erneſti filius; qui poſteà in Hungaria ad Strigonium obiit. Is itaque copiis, quas Farneſius colligere cœperat, in vnum iunctis, iuſſus eſt rectà Lutetiam tendere, vt Ordinibus Franciæ, ad Regem orthodoxum eligendum illic congregatis, auxilio & præſidio eſſet. Sed hoc conſilium non-nemo corrupit, qui auctor fuit, vt in via Nouiodunum oppugnaretur. Quod dum obſidetur, moram illic noſtræ interim copiæ traxerunt, & conuentus Ordinum Lutetiæ congregatorum, per ambitionem ac diſſenſionem procerum, paulatim eſt diſſolutus. Dum hæc Lutetiæ & alibi aguntur, *Henricus Nauarræus* ad meliorem mentem rediit, & hæreſi Caluiniana, 25. Iulij in opido & templo S. Dionyſij ſecundo lapide à Lutetia, publicè eiurata, Catholicam religionem eſt profeſſus. Menſe verò Septembri inſequente, Romam ad Clementem VIII. Pontificem, impetrandæ veniæ cauſſâ, legatum miſit *Carolum Gonzagam* Ducem Niuernenſem. Hoc ipſo anno *Palmam* opidum arcemque munitiſſimam, tertio ferè ab Aquileia lapide, Veneti condere cœperunt. Iunij 22. die memorabilis pugna ad Siſechum Croatiæ opidum inter noſtros & Turcos committitur, in qua 20. ferè Turcarum millia perierunt, vix 50. ex noſtris deſideratis. *Siſechum* tamen, *Veſprinium*, *Palottam* aliaque opida Turci occuparunt. Noſtri viciſſim in Hungaria ſuperiore *Filechum*, *Deuinum*, aliaſque arces Turcis eripuerunt: ad Albam inſuper Regalem 14. ferè barbarorum millia profligarunt. Sic variâ fortunâ bellum apud Hungaros his temporibus geſtum. Tria Coſaccorum Niſouiorum millia *Bialogradum*, opidum in finibus Moldauiæ, Tyræ vel Neſtri in pontum Euxinum profluentis oſtio adſitum, ſpoliarunt, & Turcis Tartariſque incolis occiſis, igne deuaſtarunt. Inde digreſſi, mox *Chilium* (vulgò *Kiliam nouam*) quod eſt celebre emporium, ad Septemtrionale Danubij oſtium in littore Boreali ſitum, incendio deſtruxerunt. 1593

 Muleius

Anni vulgaris Christi.

Muleins Xechus, Muleij Mahumetis Feſæ & Maroci quondam Regis, ab Abdelmelecho, patruo ſuo pulſi, atque in prælio Alcazarenſi 1578. cæſi filius, Sebaſtiano Luſitaniæ Regi obſes datus, pòſt à Philippo II. Rege enutritus, Chriſtique religione imbutus, menſe Nouembri in Scuriaco S. Laurentij monaſterio, vnà cum cognato ſuo & miniſtris aulicis baptizatur. Michael Montanus, Thales Gallicus, Burdigalæ moritur.

1594 Ernestus Archidux, Rudolphi II. Imp. frater, ab auunculo ſuo Philippo II. Hiſp. Rege Belgis præfectus, ſumma cunctorum exſpectatione, menſe Ianuario in Belgiū venit. & die 30. menſis einſdem Buxellam intrat; *Erneſto Bauaro* Electore Colonienſi, *Eduardo Fortunato* Marchione Badenſi, aliiſque proceribus Germanis comitantibus. Sed eum Belgis Deus oſtendit tantùm: vix enim aduenerat, cùm aduerſa valetudine cœpit affligi, obiitque in flore ætatis, anno proximo. Per mare, per mille rerum diſcrimina, pauperiem fugiens currit mercator ad Indos: vt ille neſcio quis olim cecinit. Batauí eorumque ſocij (gens mercatui dedita) Hiſpanis excluſi de India orientali adeunda, deque mercimoniis eò transferendis diu cogitarant. Prima ad Sinas & Moluccas inſulas per Septemtrionalē Oceanum nauigatio 1594. tentata eſt, quattuor nauibus, mercatorum præſertim Amſtelodamenſium ſumptu, inſtructis. Die 5. Iunij ex inſula Texelienſi ſoluentes, Norvegia & Moſcouia præternauigatis, poſt dies 18. *Kildunum*, quod in Lappiæ parte occidua eſt ſitum, appulerunt. Iulio & Auguſto inde menſibus, inter inſularum anguſtias, per multam ac miram glaciem, vltra *Condoram* & *Obdoram* continentis regiones, ad *Nouam Zemblam* progreſſi, atque anguſtias freti *Waigatici* (quod Naſſouium hodie vocant) penetrantes, ad littora Tartariæ & fluuium *Oby* peruenerunt, & repertis ibi fertilibus aliquot inſulis varia illis nomina indiderunt. Per eiuſdem freti Waigatici demùm anguſtias regreſſi, domum menſe Septembri redierunt. Idem poſteà annis ſequentibus non ſemel tentarunt; ſed fruſtrà & nullo hactenus fructu: etſi non deſint qui ad Indos ac Sinas nauigatione per Septemtrionem perveniri poſſe contendant.

Iiſdem ferè temporibus, quibus incerta & dubia illa per viam Septemtrionis nauigatio eſt cœpta, Amſtelodamenſes mercatores de altera, ſed tutiore (itinere Luſitanis vſitato) verſùs Indiam orientalem inſtituenda tractarunt. Quattuor itaque nauibus inſtructis, 1595. die 2. Aprilis è portu Texelienſi 250 plus minùs nautæ ſoluentes, *Bonæ ſpei* promontorium menſe Auguſto ineunte tenuerunt. Inde verſus *S. Laurentij* inſulam nauigantes, relictâ Sumatrâ, in *Iauam* inſulam (cuius emporium eſt *Banta*) menſe Iunio anni ſequentis appulerunt. Ex 250. ſociis naualibus, qui domo abierant, ſuperſtites 90. in Hollandiam vndetriceſimo pòſt menſe, hoc eſt, an. 1597. Idibus Auguſti redierunt. Annis deinde ſubſequentibus variæ Batauorum claſſes, adeoque cincta perpetuis armis commercia ad Indos nauigarunt, & porrò nauigant.

Sigiſmundus Battorius Tranſiluaniæ Princeps, Ordinibus ad Albam Iuliam conuocatis, defectionem à Turcis & ſocietatem cum Rudolpho II. Imp. ineundam, publico decreto ſanxit & promulgauit. Iavrinum (*Raab*) primarium Hungariæ propugnaculum à Turcis expugnatur. Guilielmus Alanus Cardinalis & Franciſcus Bencius Romæ, itemque Gerardus Mercator Rupelmondanus, Coſmographus,

graphus, Duſburgi in Cliuia, moriuntur. Die 27. Febr. *Henricus IV.* Autrici Carnutum ſacro oleo vngitur: quòd Durocottorum Remorum, vbi id ex more peragi conſuerit, in poteſtate Fœderatorum procerum eſſet. Lutetiam deinde 22. Martij cum armato milite clàm intromittitur; Hiſpanis & aliis exteris militibus domum dimiſſis. Lugdunum, Aurelianum, Bituriges, Melodunum, Laudunum, Samarobriua Ambianorum, aliaque opida eidem Henrico IV. ſeſe dedunt. *Sigiſmundus III.* Poloniæ Rex in patris ſui Ioannis III. Sueciæ Regis, an. 1592. defuncti, locum pompa ſolemni ſufficitur, & Vpſaliæ Kalendis Martij coronatur. *Groningani* longa obſidione à Mauritio Naſſouio preſſi, cùm nulla ſubſidij ſpes affulgeret, 22. Iulij cum illo tranſigere, ſeque dedere coguntur. Pius V. Papa cum ex Societate Ieſu Eccleſiaſten ſeu Concionatorem Pontificium, qui coràm in Cardinalium conſeſſu de rebus diuinis ex more diſſereret, deligendum cenſuiſſet, primus hoc munus *Benedictus Palmius* Italus magna laude obiuit. Hunc ſecutus *Alfonſus Salmeronius* Hiſpanus: qui duodecimo pòſt menſe *Emanueli Sa* Luſitano lampada tradidit. Is paulò pòſt *Franciſco Toleto* Cordubenſi ceſſit. Hic apud alios ex ordine Pontifices ſummo cum applauſu vſque ad an. 1594. Eccleſiaſten egit, quo in Cardinalium collegium à Clemente VIII. ob pietatem ac doctrinam eſt adoptatus.

Hollandi *Huium* ditionis Leodicenſis opidum, Moſæ adſitum, violato fœdere (nam Leodicenſes neutri parti adhærebant) menſe Februario aſtu intercipiunt. Paulò pòſt *Erneſtus* Archidux Bruxellæ 21. Febr. moritur: ſuccedit, iuxta litteras Regias, in præfectura Belgica *Petrus Henriquez* Comes Fontanus. Is Valentinum Mottæum magna celeritate Huium mittit; qui anni tempore difficillimo, ſeptimo ab obſidione die, Haraguetium ad deditionem arcis Huienſis 20. Martij compulit. Huio recuperato, de bello contra Francos proſequendo Fontanus cogitare cœpit. Ærario itaque in melius reſtituto, 9. Iunij Bruxellâ egreſſus, *Caſtelleto* & *Dorlano* primùm expugnatis, *Cameracum* (quod Balignius ſup. pag. 436. memoratus tenebat) 13. Aug. obſidere cœpit. In ea obſidione inter alios *Carolus Croyus* tunc Princeps Chimacenſis, pòſt Dux Arſchotanus, cùm Hannoniis (quibus præerat) inſignem operam præſtitit. Ceterùm aſſidua tormentorum diuerberatione fractis demùm mœnibus, cùm miles noſter ad irruptionem ſe pararet, ciues ſibi ſuiſque fortunis metuentes, Heluetiis (qui 300. plus minus ibi erant præſidiarij) ſibi conciliatis, duos legatos ad Fontanum mittunt, de deditione paciſcuntur, & Cantipratenſem portam patefaciunt. Ipſe 1500. militibus partim Hiſpanis, partim Belgis, qui ea nocte ibi excubias egerant, præcipit, vt ſeruatis ordinibus vrbem ingrediantur. Franci omnes ad arcem fugiunt, & ſexto pòſt die (hoc eſt, 9. Oct.) eam Fontano tradunt. Francici agminis hic ordo in egreſſu fuit: Præcedebant currus cum ſarcinis: hos vnus ſandapila nigra contectus ſequebatur, in quo Baligniæ, nuperrimè animi ægritudine extinctæ, cadauer iacebat. Sic fœmina, quæ ab Henrico IV. Fr. Rege, nullo dantis, nullo petentis iure, paucis antè menſibus, Principis Cameraceſij & Ducis Cameracenſis titulos ambitu tanto petitos impetrarat, ne ſeptem quidem pedum foſſam in ſolo Belgico obtinuit. Balignius primi agminis ductor, cadauer armatus in equo comitabatur: omnes humaniter Fontanus ſalutauit, Balignium in- 1595

Kkk 3 ſuper

Anni vulgares Chriſti.

ſuper de vxoris obitu conſolatus. Vltimo agmini præerat Princeps Niuernenſis, cui ſe comitem vſque ad Scaldim fluuium Fontanus cum ſuis addidit.

Dum hæc Cameraci fiunt, Batauí ſolitis artibus, per inſidias Hataguerij illius, qui Huio non ita pridem eiectus fuerat, *Liram* Brabantiæ opidum, Antuerpię & Mechlinię clauẽ, pridie Idus Oct. occupãt. Pręerat opido *Alfonſus Luna*, cũ rariore, quàm oportuit, pręſidio: quo omnibus locis excubias agere nequeũte, vulpeculæ irrepſerant. Luna vbi aduertit hoſtem opido potitũ, celeriter cum Hiſpanis 40. portam vnã vrbis occupat: ibi ſe fortiter tuetur, & Antuerpienſibus, Mechlinienſibus ac Bruxellẽſibus ſignificat, quo in diſcrimine verſaretur. Primi Antuerpienſes, vbi id intellexerunt, poſtulant à *Gaſpare Mondragonio* (is propatrui ſui Chriſtophori Mondragonij, trans Rhenũ tunc agentis nomine, arci præerat) vt cum præſidiariis aliquot ſe ciuibus ducẽ præbeat. Fecit Gaſpar, & 180. circiter Hiſpanos, paucis in arce reliquis, eductos ciuibus adiungit. Hoſtes portarũ cura neglecta huc illuc diſperſi vagabantur, & direptioni vacabant, nec tam promptum auxilium Lunæ adfuturum cenſebant. Hic error ipſis exitio fuit. Gaſpar vt Liram aduenit, cum præſidiariis ac naualibus ſociis (quos ter mille plus minùs ciuium Antuerpienſium agmen ſubſequebatur) per portam à Luna intromiſſus, ferociſſimè in hoſtes adhuc vagantes irruens, maximam ſtragem edidit. Plerique ex iis necati, alij qui per muros ſe dejecerunt, in foſſis ſubmerſi: planè ex nongentis qui venerant, vix centum quinquaginta euaſerunt. Nam Mechlinienſes, qui ſe Antuerpienſibus adiunxerant, quotquot vltrà vrbem nacti ſunt, ſimiliter necarunt. Francicũ bellũ meditante Fontano, ab eodem contra Hollandos tuendi Belgij vices *Mondragonio* fuerant delegatæ. Fontanum procul abeſſe ſcientes Batauí, *Grollam* munitum opidum obſederaut, & tormentis magna ex parte iam ſolo æquarant. Mondragonius itaq; Rheno tranſmiſſo, vt obſeſſis ſubueniat, *Hermannum* Comitem Bergenſem, Friſiæ Gubernatorem, cum mille ſelectis militibus præmittit. Erat tum Vigilia S. Iacobi Apoſtoli: copiæ ergò noſtræ vt patroni Hiſpaniarum memoriam recolerent, tormenta omnia maiora more ſuo explodunt. Inde hoſtis intelligens Hiſpanos (quod non crediderat) adeſſe, animo conſternatus vaſa colligit, & ſoluta obſidione versùs Sanctenſe opidum ſe recipit. Mondragonius altero inde milliari prope Rhenobercam caſtra ponit. Cumque ſenex pugnaciſsimus cum iuuene Mauritio Naſſouio, præcedentibus victoriis præferoce, manum quauis conditione conſerere geſtiret, oportunè nunciant *Philippum* Comitem Naſſouium cum magna equitatus parte aduentare. Quo intellecto, cum omni equitatu & tribus millibus peditũ hoſti obuiàm proficiſcitur. Acriter vtrimque in ſilua Dinſlacenſi, haut procul à Lippa fl. 2. Sept. pugnatur. Batauí demùm fracti, diſſipatis ordinibus, terga vertunt: noſtri victores inſtant, cædunt & ad Lippam vſque perſequuntur. Ex victis 80. ceciderunt: quorum duo turmarum ductores, nobiles permulti: capti *Philippus* Comes (qui paulò pòſt ex vulneribus Rhenobercæ obiit) *Erneſtus* frater eius, & cognatus *Erneſtus* Comes Solmenſis. Alter Philippi frater, graui accepto vulnere, effugit. Pręter hos capti 150. equites, & equi fermè trecenti: multos curſu & armis fatigatos Lippa fl. hauſit. Inter Suecos & Moſcos menſe Ianuario pax conſtituitur.

Aaron

Aaron Moldauiæ, & *Michael* Valachiæ tranſalpinæ Principes, Sigiſmundi Battorij ſuaſu, à partibus Turcorum deficientes, iiſdem bellum inferre incipiunt. Rudolphus Imp. cum Battorio, Moldauis & Valachis, fœdus aduersùs Turcos menſe Februario init. Amurathes III. Turcorum Imperator 18. Ian. moritur: ſuccedit *Mahometes III.* filius eius natu maximus, vt ſup. pag. 354. dixi. *Carolus Mansfeldius*, Petri-Erneſti filius, 24. Aprilis Pragæ à Rudolpho Cæſare S. Imperij Princeps & Matthiæ Archiducis (qui ſupremus Cæſarei aduersùs Turcos exercitus dux erat) Vicarius conſtituitur. Is *Strigonium* vrbem Hungariæ munitiſſimam Kalendis Iulij obſidere incipit. Aarone Moldauiæ Principe, ob proditionis ſuſpicionem, iuſſu Sigiſmundi Battorij capto, & Albam Iuliam 24. Iulij adducto, *Stephanus Reſuanus* Tranſiluanus in Moldauiæ dominatu ſubſtituitur. Quo quidem, hoc ipſo anno, à Polonis expulſo, *Hieremias Mogila* ab iiſdem eſt ſuffectus. Idem Battorius cum *Maria-Chriſtina*, Caroli Archiducis filia, Albæ Iuliæ 6. Auguſti die nuptias celebrat. *Carolus Mansfeldius*; rebus apud Belgas & Hungaros bello geſtis clariſſimus, quinque Turcorum millibus ad Strigonium 4. Auguſti prælio cæſis, 14. eiuſdem menſis die, dyſenteriâ Comaræ extinguitur. *Strigonium* Matthiæ Archiduci Kalendis Septembris à Turcis deditur. Battorius Tergouiſtiam, Valachiæ tranſalpinæ metropolim & Vaiuodæ ſedem, ad Ialonitam fl. ſitam, 18. Octobris expugnat. *S. Philippus Nerius* Florentinus, congregationis Oratorij fundator, qui ſanctimonia & miraculis noſtro ſæculo mirificè claruit, Romæ ad meliorem vitam tranſit. Vitam eius ſcripſit Antonius Gallonius, eiuſdem congregationis presbyter. *Ioannes* item *Leonardus* Geruſus, vulgò *Litteratus*. in Vrbe moritur, cùm in egentibus pueris colligendis, piorumq; opibus alendis diu verſatus fuiſſet, domumq; illis continendis & alteram puellis inopia laborantibus extruxiſſet. Apud Belgas *Leuinus Torrentius* patriâ Gandauenſis, dignitate Epiſcopus Antuerpienſis, & Mechlinienſium Archiepiſcopus deſignatus, collegij Soc. Ieſu Louanij fundator, litteris & legationibus domi foriſque ſpectatus, dum præcipitantem Rempublicam, fractus viribus, animo infracto ac conſiliis ſuſtentat, Bruxellæ VI. Kal. Maias ſeptuagenario maior decedit. Is Lyrici poſt Horatium carminis princeps, poëmate *De partu Virginis* edito, cũ Iacobo Sanazario de palma contendit. Neque enim alienũ à Pontificis dignitate cenſeri debet, in Dei Diuorumque laudibus artem poëticam adhibuiſſe, cùm iam inde à primis Eccleſiæ ſæculis Damaſus Papa, Gregorius Nazianzenus, Paulinus, Sidonius Apollinaris, Alcimus Auitus, Proſper, Fortunatus, aliique Antiſtites id fecerint, hodieque Vrbanus VIII. Romanus Pontifex magna cum laude faciat: vt de Prudentio, Aratore, Iuuenco, Sedulio, Damaſceno & cæteris nihil dicam. Clemens VIII. Papa à Iacobo Perronio, viro longè eruditiſſimo, poſt S. R. E. Cardinale & Epiſcopo Ebroicenſi, tandẽ exoratus, *Henricum IV.* Galliæ Regem, abolita anathematis ſententia, in integrum reſtituit, adiutante in primis Franciſco Toleto Cardinale Hiſpano. Tum verò certatim proceres ac ciuitates Galliæ ad Regis ſui obſequium tranſierunt. Ioannes de A, Gruthuſæ & Steinhuſæ dominus, Ioannis Equitis Velleris aurei & Mariæ Borſelæ filius, ex *Maria* Baroniſſa de Auſſy in Arteſia vnicam filiam *Mariam* dictæ Baroniæ heredem, Iacobo Luxeburgio Ganeræ Comiti nuptam, genuit. Ex al-

tera coniuge *Maria Melunia* Ioannem ſine liberis defunctum, Renatum & Annam procreauit. Renati filia heres an. 1595. Steinhuſam vendidit: & ex Ludouico de la Baume, Comite fani S. Amoris in Burgundia, peperit Ludouicum Gruthuſæ dominum, Claudium S. Amoris Comitem, & Renatum.

1596 Erneſti Archiducis obitu in Hiſpaniam allato, fratrem eius ALBERTVM tunc Cardinalem, Madriti agentem, Belgicæ noſtræ ſummo cum imperio Philippus II. Rex præfecerat. Is Madrito an. 1595. ſub finem menſis Auguſti diſceſſit, & emenſo mari interno Nonis Oct. Genuam appulit. Inde per Auguſtam Taurinorum, Heluetios ac Lotharingos, IV. Kal. Febr. Luxeburgum tenuit. Deo gratiis pro felici itinere actis & Virgine Hallenſi ſalutata, III. Idus Februarias Bruxellam intrauit, vnà cum *Philippo-Guilielmo* Principe Arauſionenſi: cui, poſt honeſtam 25. annorum in Hiſpania cuſtodiam, à Rege libertatem ac reditum in patriam impetrarat. Comes porrò *Fontanus* gloria plenus, paucis poſt Alberti aduentum diebus, ſe in iter versùs Italiam dedit. Menſe Martio, cùm feſſus à via vix quieuiſſet Albertus *Caletum* maritimum regni Franciæ opidum, natura, opere ac milite munitum, modicis copiis aggreſſus, paucos intra dies clauſit atque expugnauit. Inde progreſſus, *Arderam* ſitu ac militari præſidio munitiſſimam, menſe Aprili, ad deditionem compulit. Ex Francia in Flandriam veniens, *Hulſtam* non opidum ſolùm ſed inſulam variis ac magnis propugnaculis inſeſſam, pulſis Batauis ac Mattiacis, inuaſit & occupauit. Mahumetes Turcorum Imperator *Agriam*, vrbem epiſcopali dignitate inſignem, & Hungariæ ſuperioris propugnaculum noſtris 12. Oct. eripit. *Chriſtophorus Mondragonius* Hiſpanus ex gregario milite dux multis victoriis clarus, in arce Antuerpiana, cui præerat, ætatis 89. anno; & *Ioannes Leſleus* Epiſcopus Roſſenſis, hiſtoriæ Scotorum ſcriptor, Bruxellæ, moriuntur. Hic item annus *Franciſco Toleto* Cordubenſi, qui primus in Societatem Ieſu Cardinalitiam dignitatem intulit, & *Emanueli Sa* Luſitano, eiuſdem inſtituti Theologo, fatalis fuit.

1597 Dorlano Comes Fontanus *Hernantellum Portacarerum* Hiſpanum præfecerat. Hic ab Ambianenſi quodam exule de ſtatu illius vrbis plenè edoctus, re cum Alberto Cardinale cõmunicata, die 11. Martij, milites 18. ruſtica veſte indutos manè ad portam vrbis *Ambianenſis* adeſſe iuſſit, quidque ab iis dici & fieri vellet, edocuit. Ipſe cum cohortibus aliquot, inter rudera templi collapſi, non procul à mœnibus in inſidiis latebat. Perſonati illi ruſtici, velut diuerſis itineribus ad vrbem venientes, alij plauſtra ductabant, alij ſaccos nucibus plenos humeris ferebant. Eorum vnus, ſacco ſoluto, cum nuces ſtudio effudiſſet, iamque currus ita portam occupaſſet, vt claudi non poſſet; excubitores nucibus legendis intentos armis, quæ ſub veſtibus occultata gerebant, noſtri inuadunt & confodiunt. Mox ſigno dato Hernantellus & N. Caraſa Marchio Montis-nigri, cum ſuis ex inſidiis prorumpunt, & monitis iis qui longiùs poſiti euentum rei præſtolabantur, munitiora vrbis loca occupant, præſidiiſque firmant. Comes S. Pauli, penes quem tum erat Picardiæ adminiſtratio, fuga elapſus cum ciuibus nonnullis, periculo ſe ſubduxit. Hiſpani porrò metu obſidionis, omnia ad eam tolerandam neceſſaria diligenter mox procurarunt. Nec inanis metus fuit: nam Henricus IV. Rex, altero poſt vrbem captam die, Comitem S. Pauli

cum

cum Bironio ad obſidionem incohandam miſit: quin imò & ipſe poſt Atrebatenſem vrbem 25. Martij fruſtrà à ſe tentatam, ad caſtra venit. Vbi & ſubſtitit vſque ad 25. menſis Septembris diem, S. Firmino Ambianenſiũ Epiſcopo ac patrono ſacrum: quo die vrbs à noſtris ipſi eſt dedita. Atque ea quidem obſidio, Clemente VIII. adnitente, occaſionem noſtris dedit pacis cum Gallo poſteà tractandæ.

Noſtris bello Francico intentis ac diſtractis, Mauritins Comes Naſſouius *Rhenobercam* 21. Auguſti, *Meurſam* 3. Sept. *Grollam* 27. menſis einſdem, *Brenordiam* 12. Oct. *Oldenſaliam* 23. menſis einſdem expugnat. Inde digreſſus, Amiſium fl. 28. Oct. cum exercitu traiicit, & ad *Lingam* caſtra ponit. Eſt autem Linga dynaſtia in extremis noſtris finibus ſita, opidum, arcem & pagos quattuor ſub ſe continens: quam Carolus V. Imp. an. 1546. N. Comiti Tecleburgio, Smalcaldici fœderis ſocio, partim pro mulcta ademit, partim emit. Arcem cum opido Regis noſtri nomine tenebat *Fredericus* Comes Herenbergius, cum fratre ſuo *Adolfo*, & 600. circiter pedibus præſidiariis atq; vna equitũ ala. Hi ſtrenuè ac fortiter ſeſe vſq; ad 12. Nou. dicm defenderunt, quo cum hoſte tranſigere, atque ab omnibus deſerti opidum tradere coacti ſunt. *Petrus Caniſius*, Nouiomagi ad Vahalim fl. in Gelria natus, Soc. Ieſu Theologus præſtantiſſimus & eloquentiſſimus, annos 77. natus, Friburgi Heluetiorum, non ſine opinione ſanctitatis, in Domino obdormit. Variis hæreſibus per Germaniam gliſcentibus, præter alia plurima, Ferdinandi I. Cæſaris iuſſu, ingratiam Catholicæ iuuentutis, *Catechiſmum* verè aureum publicauit, qui per orbem Chriſtianum ferè nunc obtinet. Eodem hoc anno *Petrus Pithœus* Trecenſis, qui multos rei Gallicæ ſcriptores veteres eruit, Lutetiæ, *Benedictus Arias* Montanus Hiſpali, *Aldus Manutius* Romæ, *Suffridus Petrus* Leouardienſis Friſius & *Ioannes Matalius Metellus* Sequanus Coloniæ Agrippinæ, moriuntur.

Alfonso Ferrariæ Duce, menſe Octobri ſuperioris anni, ſine prole legitima defuncto, ea ditio, vt Romanæ Eccleſiæ beneficium ſeu 1598
feudum, ad eamdẽ eſt deuoluta. Hinc bellum inter *Clementem* VIII. Pontificem Maximum & *Cæſarem Eſtenſem* excitari cœptum: quod hoc anno eſt finitum, pace die 13. Ian. concluſa. Pontifici porrò *Ferraria* eſt reddita: Cæſar verò Eſtenſis *Mutinam*, *Regium Lepidi*, *Carpium*, aliaque opida retinuit; fuitque à Rudolpho II. Imp. Dux Mutinæ & Regij creatus. Sigiſmundus Battorius Tranſiluaniæ Princeps Rudolpho II. Cæſari prouinciam illam poſſidendam & contra Turcas defendendam, in conuentu Ordinum Albæ Iuliæ celebrato, 4. Aprilis cedit ac tradit. Idem menſe Iunio fecit Michaël Valachiæ tranſalpinæ Vainoda. Eodem menſe Sigiſmundus duorum in Sileſia Ducatuum *Oppolonienſis* & *Ratiborienſis*, ſibi ab Imperatore viciſſim datorum, poſſeſſionem adiit. Sed vix menſibus duobus in Sileſia exactis ſententiâ mutatâ, ſecretò per Poloniam in Tranſiluaniam contendens, Claudiopolim 21. Auguſti rediit. Hinc bellum poſteà inter Auſtriacos & Battorios geri cœptum: Tranſiluania tamen in horum poteſtate permanſit. Sigiſmundus poſteà, Clementis VIII. interuentu in gratiam cum Rudolpho Imp. rediit; & Pragæ 1613. demùm obiit. At Tranſiluani rurſus, Cæſare ſpreto, *Stephanum Botſcaium* Hungarum ſibi Principem elegerunt.

Externis ac ciuilibus turbis æſtuabat Belgica, & cum triplici hoſte potente, Gallis, Britannis ac Batauis; bella à multis retrò annis gerebat. Mars alibi peregrinari, apud Belgas ſuum ſibi domi-

cilinm proprium ac perpetuum collocaſſe videbatur. Oportunitas ſcilicet locorum faciebat, & ſimnl conſpiratio eorum qui magnitudini Auſtriacæ erant infenſi, vt omnium arma in nos miſeros verterentur, & in noſtra patria velut de Europæ imperio certaretur. Ad mitia itaque conſilia connerſus *Albertus* Cardinalis, cum *Henrica IV.* Galliæ Rege (qui cum Eccleſia & Pontifice Romano in gratiam iam redierat) de pace agitare cœpit. Eò propendebat & *Philippus II.* Rex Catholicus; ne morri proximus filio bellum pro hereditate relinqueret. *Veruini* igitur in *Veromanduis*, poſtridie Kal. Maias huius anni, *pax Gallica* ſancitur, & priſtina cum Francis amicitia velut poſtliminiò reſtituitur. Exinde de Principe Belgis dando idem Philippus Rex ſeriò cogitare cœpit. Is duas ex Iſabella Valeſia filias ſuſtulerat, *Iſabellam* & *Catharinam*. Minorem Carolo Emanueli Sabaudiæ Duci tradiderat: *Iſabella Clara Eugenia*, quam Alberto vxorem deſtinàbat, 6. Maij Belgicas prouincias XVII. cum Burgundiæ Comitatu in dotem dedit. ALBERTVS itaque, ex voluntate Regis auunculi, veſtem mutauit, & purpurâ ad aram Deiparæ Hallis poſitâ, gladio ſe accinxit. Hoc ipſo anno idem PHILIPPVS II. Rex, annos 71. natus, in Scuriaco S. Laurentij cœnobio, 17. Septembris deceſſit; *Prudentis* cognomen apud poſteros adeptus. PHILIPPVS III. eius ex Anna Auſtriaca filius, in Hiſpaniarum Indiarumque regnis ſucceſſit. Sub idem ferè tempus, hoc eſt, die 14. Sept. *Albertus* Archidux, in Hiſpaniam ad ſponſam ſuam cogitans, Bruxella diſceſſit. Namurcenſi, Luxeburgenſi ac Treuerenſi prouinciis peragratis, cùm ad ditionem Wirtembergenſem perveniſſet, triſtem de auunculi ſui ac ſoceri mox futuri obitu nuntium accepit. Pulla itaque veſte ſumpta, tranſitoque Oeniponte, *Margaritæ* Auſtriacæ Caroli Archiducis filiæ (quæ Philippo III. Hiſp. tunc Regi deſponſa erat) gratulabundus occurrit, & cum ea Tridentum 29. Oct. intrauit. Inde per ditionem Venetam ac Mantuanam demùm Ferrariam ſecundo flumine Pado peruenerunt; vbi tunc agebat CLEMENS VIII. Pontifex, illo principatu ad Eccleſiam Romanam recèns reducto. In ea vrbe, celeberrimo apparatu ac cæremoniis extraordinariis, vtrumque coniugium *Margaritæ* & *Alberti* ab ipſo Pontifice 15. Non. eſt celebratum; tametſi duo coniuges Rex eiuſque ſoror aberant. Pontifex cùm in maiore vrbis baſilica, habitu anguſtiore, & tergemino diademate (quod vulgò *Regnum* vocant) fulgens in ſolio conſediſſet, *Regina* veſte candida, gemmis & adamantibus inſignis, duos inter Cardinales, Odcardum Farneſium & Antonium Fachinetum, *Maria Bauara* eiuſdem Reginæ matre cum *Alberto* comitante, frequenti procerum confluxu eò deducta eſt. Poſtquam ſub aureo cum matre conopeo, & ſub altero Albertus è regione conſedit, Sacrum ſolemne Pontifex eſt auſpicatus. Apoſtolico fidei Symbolo decantato, *Margarita* à Cardinalibus ad aram cum matre eſt deducta, *Albertus* item cum ſuo comitatu. Tum mandati tabulis, quæ à Philippo III. datæ Archiduci fuerant, publicè perlectis, Clemens matrimonium inter *Regem*, per Albertum auunculum regias vices implentem, & *Reginam* celebrauit, ratumque eſſe iuſſit. Simili deinde ritu *Iſabella*, per legatum ſuum Seſſæ Ducem, *Alberto* à Pontifice ſpondetur ac traditur. Peractâ re diuinâ, Clemens Margaritæ *Roſam auream*, ipsâ nocte Dominici Natalis ſacrari ſolitã, Alberto autem *Enſem* inauratum ac *Galerum Principalem* dono dedit.

Tota

Tota dehinc ciuitas ad ludos atque hilaritatem ſe conuertit. Paucis pòſt diebus ſponſus & ſponſa, ſalutato Pontifice, Ferraria Mantuam, & inde Cremonam, ac demùm Mediolanum ſunt profecti, atque ibi vſque ad menſem Martium anni proximi ſubſtiterunt.

Ad res Belgicas redeamus. Albertus Archidux è Belgio diſceſſurus *Andream* Cardinalem Auſtriacū, Ferdinandi Archiducis filium, ex Alſatia euocatum, Belgis præfecerat. Is ductu Franciſci Mendozæ, regni Aragoniæ Almirantis (vt vocant) *Rhenobercam* aliaque ad Rhenum opida menſe Octobri, & *Dotechemum* Sutfanienſis Comitatus opidum menſe Nouembri ſubegit. *Abrahamus Ortelius*, qui *Orbis terrarum* tabulis expreſſi *Theatrum* primus publicauit, Antuerpiæ in patria moritur, ſepulcrali elogio ab amico ſuo Iuſto Lipſio honoratus: vir ſanè induſtrius & felix, vt qui primus Geographicas mappas in formam libri redegerit, & ſtudiis litterariis (quod paucis vſu venit) rem familiarem mirè auxerit. Eodem anno *Thomas Stapletonus* Anglus, noſter in Theologicis præceptor, Louanij 12. Sept. viuere deſiit; ibidem ad D. Petri in ambitu chori ſepultus. *Robertus Bellarminus* Politianus, Etruſcus, Cynthiæ Ceruinæ, Marcelli II. Pont. Max. ſororis filius, Soc. Ieſu Theologus ſummus, à Clemente VIII. menſe Martio in Cardinalium collegium cooptatur. Decembris 23. die *Tiberis*, extra alueum elatus, tantam Vrbi ſtragem dedit, vt nullam, poſt hominum memoriam, maiorem: Clemente Pontifice iam triduò Ferraria, quam receperat, reduce. Adeò verum illud; *Extrema gaudij luctus occupat*.

ALBERTVS Archidux cum Regina triremes Genuæ conſcendit, *Maſsiliamq́;* appulſus; à Carolo Duce Guiſio, iuſſu Henrici Fr. Regis, honorificè excipitur. Exſcenſione facta, & ſalutatis ibi Diuorum reliquiis, ad claſſem deductus, 25. Martij *Dertuſæ* littora tenuit. Paulò pòſt *Valentiæ* 18. Aprilis vtræque nuptiæ regio apparatu, ingenti procerum vuiuerſæ Hiſpaniæ concurſu, confectæ ſunt. Peractâ lætitia Albertus, ad matrem & Margaritam ſororem monialem viſendas, citatis equis *Madritum* excurrit: inde reducem, cum coniuge, Barcinonem Rex eſt proſecutus. Dum hæc in Hiſpania aguntur, Andreas Cardinalis ineunte vere in Bomeliam inſulam irrumpit, & *S. Andreæ* munimentum, ad Moſæ & Vahalis aquas confluentes, excitat; magna Batauis incommoda ac damna allaturum, niſi noſtrorum ibi præſidiariorum militum perfidiâ in hoſtium poſteà manus veniſſet. 1599

Ex Hiſpania porrò in Belgicam cogitantes noui Principes noſtri, 7. Iunij Bacinone ſoluerunt, & nauigiis Genuam delati, inde per Mediolanum, Heluetios, Alſatiam & Lotharingiam, tandem *Namurcum* venerunt. Ad Brabantiæ fines, Ordinum legati obuij fuerunt, qui Principibus aduentum gratulati, *Hallas* eos ingenti comitatu deduxerunt: vbi diem vnum atque alterum, pro ſingulari ſuô erga Deiparam affectu, ſubſtiterunt. Sub id tempus *Andreas* Cardinalis, præfecturâ, quam per Alberti abſentiam geſſerat, abdicatâ, in Germaniam rediit; indeque Romam profectus, ibidem anno ſæculari deceſſit. Archiduces Hallis digreſſi, Nonis Septembris, magno ſpectaculorum apparatu, *Bruxellæ* ſunt excepti; vt & poſteà *Louanij, Antuerpiæ, Gandaui, Valentianis* & alibi. De his omnibus Ioannis Bochij, Maximiliani Vriutij & Henrici Doultremanni commentarios, typis Plantinianis editos, qui volet, conſulat.

Quid porrò Louanij (quæ celeberrima eſt Academia) actum ſit, præteriri non debet. Cùm ea in vrbe, ſi antiquitatem ſpectes, Brabantiæ prima, more maiorum, 24. Non. inangurati eſſent Principes, poſtridie auſpicalis diei, Athenæum ſiue ſcholas publicas, cum vniuerſo aulicorum ſexus vtriuſque coetu, viſerunt, & *Iuſtum Lipſium* ex cathedra dicere aliquid voluerunt. Is à ſolita prælectione non recedens, Senecæ librum *De clementia* in manus ſumpſit, & pauca eius verba, à conſeſſu & tempore iſto non aliena, explicauit. Quam quidem Diſſertatiunculam, qualis fuit, totidem verbis poſteà vulgauit. Et verò quid illuſtrius, quàm feminam Principem vltrò ad iſtas exercitationes Academicas veniſſe, ſediſſe, audiſſe? *Horatius Turſellinus* Romanus, eloquentiæ gloria clarus, in patria, & *Ioſephus Acoſta* Hiſpanus, qui Nouum orbem ſeu Indiam occidentalem multis annis perluſtrauit & accuratè deſcripſit, Salmanticæ, vterque ex Societate Ieſu, moriuntur.

1600 Tullo Hoſtilio Romæ regnante, vt tres *Horatij* Romani cum tribus *Curiatiis* Albanis compoſiti, ſic ex noſtris militibus *Brabanti* duo & viginti à totidem *Francis*, in Batauia militantibus, ad certamen prouocati, cum iiſdē pugna equeſtri Nonis Februarij apud Siluam-Ducis Brabantiæ vrbem concurrunt. Ex hoſtibus periere ſeptemdecim, atque inter eos dux *Breautans*, nobili apud Nortmannos familia genitus. Ex noſtratibus quattuor in vniuerſum cecidere, in his ductor *Gerardus Abrahamus*, patria Silui-Ducenſis, vir ſtrenuus, cum Antonio fratre. Batauì ignominiæ ad Siluam-Ducis acceptæ memores, ſiue quòd inde miles noſter in Batauiam & Gelriam excurſiones faceret, vrbem ſequente anno menſe Octobri obſederunt. Sed Deus, glacie ante tempus aquas conſtringente, pro noſtris pugnauit, & hoſtes obſidionem deſerere coëgit. Hoc anno, vt ſunt incerti bellorum euentus, noſtri infeliciter ad *Neoportum* Flandriæ opidum, poſtridie Kal. Iulias, cum Batauis dimicarunt. Henricus IV. Fr. Rex Carolo Sabaudiæ Duci bellum indicit, & *Saluſſia* principatum, ab eo per ſuperiorum annorum in Gallia motus occupatum, armis repetit. Tandem inter ipſos conuenit, & Saluſſiæ tractus ciſalpina Sebuſianorum prouincia eſt repenſus. *S. Caciliæ* virginis & martyris corpus, Romæ 20. Oct. repertū, à Clemente VIII. argenteæ capſæ includitur, & cum SS. Lucij & Vrbani Pontificum, SS. Valeriani, Tiburtij & Maximi martyrum oſſibus, decenter in baſilica eiuſdem ſanctæ virginis reconditur. Romæ moritur *Ioannes Barrerius*, nobili apud Francos genere natus, qui *Fulienſem* reformatorum ord. Ciſtertienſis monachorum Congregationem inſtituit, ibidē apud ſodales ſuos conditus. Hoc ipſo anno Congregatio S. Heliæ Carmelitarum diſcalceatorū, cuius Præfectus generalis in Italia reſidet, 30. Nou. eſt inſtituta: de qua infrà 1607. dicam.

1601 Numquam bello iſto Belgico durante maioribus animis, contentione, ingenio, quàm hoc anno & proximè ſequentibus pugnatum aut repugnatū, nūquam plus ſanguinis effuſum fuit. Vna, ſed toto orbe famoſa, obſidio *Oſtendana*, ad Oceani Flandrici littus, ab Alberto Archiduce hoc anno 5. Iul. incohata, vel me tacente id loquitur. In qua quidem obſidione, quæ annos tres ac menſes totidem tenuit, centum viginti ampliùs mortalium millia vtrimque ceciderunt. Canant poetæ & fabulis attollant *Troiæ* obſidium decennale; *Tyri* expugnationem inter clariſſima Alexandri Magni facinora extollat Græcia;

Græcia; Lacones in obſidenda pertinaciter *Meſſana* annos viginti poſuerint: vna Oſtenda, *commune ſepulcrum Aquilonis & Auſtri, ducum ſimul & militum acerba cinis*, illuſtribus veterum factis tenebras offundit,& luminibus obſtruit. Neque enim ibi *de parua area*, neque de *tumulis aut ſterili tantùm de puluere*, vt quidam cecinit, ſed de ſupremo inter Hiſpanum & æmulos Reges dominatu ac gloria, imò de Europæ quodammodo imperio certatum eſt. Obſidionis huius hiſtoriam *Pompeius Iuſtinianus* Italicè, & *Chriſtophorus Boneurſius* Gallicè, vt actores atque inſpectores,accuratiſſimè deſcripſerunt. Apud Perſas religio Chriſtiana mirificè propagatur per ſodales Auguſtinianos eremitas; quorum familiæ & ipſe Ormuſij Princeps adſcribi voluit: vt Antonius Goueanus in vita Alexij Meneſij Archiepiſcopi Goani narrat. Hoc anno Europæ innotuit impoſtor ille, qui multis præſertim Luſitanis perſuaſit, ſe eſſe Sebaſtianum Regem, de cuius in Africa cæde an.1578. egimus. Is primùm à Venetis detentus, pòſt Neapoli ad triremes damnatus, demùm in Hiſpaniam miſſus,ibidem periit.

Oſtendæ obſidio protrahitur: Mauritius Naſſouius interim *Graniam*,opidum Moſæ adſitum, occupat. Ambroſius Spinola Genuenſis, Frederici frater, duas legiones Italorum ex Italia in Belgium adducit. Pontus Henterus, Burgundicarum ac Belgicarum rerum ſcriptor, Trudonopoli in diœceſi Leodicenſi Canonicus moritur. Amſtelodami ſpatio vndecim menſium 60. ampliùs hominum millia peſte exſtinguuntur. Amoraldus de Ligne, Eques Velleris aurei, Marchio de Roubaix & Seneſcallus Hannoniæ, ex Comite primus *Princeps de Ligne* ab Alberto Belgarum Principe creatur, & à Philippo III. Hiſp. Rege inter Magnates, vulgò Grandes Hiſpaniæ (quibus coram Rege ſeu Principe caput galero tegere conceſſum eſt) adſcribitur. Eius ex Florentio filio nepos *Albertus-Henricus* 1634. duxit Claram-Mariam, Ioannis Naſſouij Comitis & Rotnacenſis in Flandria Principis filiam: *ſup. pag.* 402. Maximilianus de S. Aldegonde, Philippi & Bonæ de Lannoy filius, dominus de Noircarmes & Seneſcallus Oſtrouandiæ, ab eodem Alberto Archiduce (cuius Oeconomus erat) primus *Comes de S. Aldegonde* creatur. Is Arteſiæ Gubernator cùm eſſet, 1635. in vrbe Atrebatenſi deceſſit. Eodem anno idem Albertus, tamquam Dux Luxeburgenſis, Carolum de Gavre primum *Comitem de Freſin* renuntiauit.

- Iacobus de Gavre dominus de Freſin Eq. v. a. 1516. duxit Antoniam heredem de Inchy, ob. 1537. ſep. Montibus Han. apud Scholares, iuxta maiores ſuos.
  - Ludouicus dominus de Freſin dux. N. Rubempræam, ob. 1560. ſepultus Montibus apud ſuos maiores.
    - Carolus Comes I. de Beaurieu, dux. Margar. Marcanâ, 2. Honorinam dominam de l'Eſclatiere & Aiſeaux.
      - Ex 1. Carolus Comes de Freſio 1602. d. Franciſcam de Renty.
        - Petrus-Erneſtus Com. de Freſin dux. Catharinam Marcanam.
          - Dominicus-Franciſcus.
          - Theodora-Maximiliana.
          - Olympia-Tereſia.
          - Franciſca-Coaradina.
        - Georg. Conradus Com. Peræ ſ. lib.
        - Albertus Co. Peræ dux. Mariam Heneſtroſam.
          - Carolus de Gavre.
          - Filiæ aliquot.
        - Filiæ VI.
      - Ex 2. Adrianus Com. de Beaurieu dux. Annâ de Ligne ſup. pag. 402.
        - Raſo Comes de Beaurieu & Marchio I. de Aiſeaux dux. Annam Velaſcam.
        - Conradus.
        - Carolus.
        - Ioan. Adrianus.
        - Ren. Franciſcus.
        - Filiæ 2.
      - Adriana.
      - Margarita.
      - Franciſca.
    - Balduinus
    - Ludouicus.
    - Catharina al. Michaëla.
  - Franciſca.

Carolus Gontaldus Dux Bironius, Henrico IV. Fr. Regi, ob peritiam rei militaris & intrepidum in periculis animum, pergratus hactenus, cùm res maiores appeteret, & in Regem occultè conſpiraret, Pariſiis prid. Kal. Auguſti capite plectitur. Similem ob cauſſam Robertus Eſſexiæ Comes anno ſuperiore Londini in Anglia, iuſſu Eliſabethæ Reginæ, plexus fuit.

1603 Eliſabetha Angliæ Regina, cùm annos 70. vixiſſet, & 44. annis regnaſſet, 4. Aprilis viuere deſinit, atroci Catholicorum inſectatione infamis. Succedit *Iacobus VI.* Scotiæ Rex, iure ſanguinis: quippe Mariæ Stuartæ ſuprà pag. 438. memoratæ filius, & Margaritæ pronepos, quæ Henrici VIII. Anglorum Regis ſoror maior fuit. Is vocabulo veteri in vſum reuocato, *Regem magnæ Britanniæ* ſe dixit, nempe totam eam inſulam, vnà cum Hibernia, ditione complexus. Xa Abas Perſarum Rex eremitas Auguſtinianos ad interiora regni ſui loca admittit, Euangelij liberè prædicandi cauſsâ. Eorumdem operâ & Armenij ad rectam Fidei regulam reuocantur. Ioannes Petrus Maffeius, Indicarum hiſtoriarum ſcriptor elegans, moritur. Anna de Ieſu & Anna de S. Bartholomæo, moniales Carmelitanæ diſcalceatæ, quæ cum S. Tereſia vt ſociæ diu vixerant, ex Hiſpania in Galliam euocatæ, primum illius inſtituti iſto in regno cœnobium Pariſiis excitare incipiunt. *Petrus Erneſtus* Comes *Mansfeldius*, Belgicarum prouinciarum annis ſuperioribus Gubernator, ſenio confectus Luxeburgi moritur. *Fredericus Spinola*, Ambroſij frater, dum non ſolùm cum hoſte, ſed cum bruto quoque Oceani elemento, triremium hîc impatiente, inter Flandriam & Zelandiam conflictando fortiter dimicat, infauſto maioris machinæ globo ſaucius 26. Maij cadit. Societas Ieſu, ante annos 9 Lutetia aliiſque vrbibus diſcedere iuſſa, priſtinas in ſedes, Henrici IV. Regis edicto, anno 1603. exeunte reuocatur. Quod edictum Senatus Pariſienſis menſe Ianuario ſequentis anni ratum habuit. Societas eadem à pleriſque regni Galliæ ciuitatibus expetita paſſim ſcholas aperire cœpit. Quarum optandarum populis exemplum ipſe Rex dedit: qui ſuo ſumptu Fixæ Andegauorum itidem ſcholas conſtituit, aſſignato ad eas Vindocinenſium Ducum palatio, in quo primùm ſatus ferebatur: vbi & cor ſuum poſt mortem condi voluit.

1604 A primis annis Albertus & Iſabella, Belgarū Principes, Deiparæ amorem ac cultū induerant, eamq; ſibi patronam in omni vitæ curſu elegerant. Albertus certè, priſcorum Impp. & Regum exemplo, Chriſti crucifixi eiuſque matris effigiem in labaro ſeu vexillo militari præferre ſolebat, his verbis additis: *Sub tuum præſidium confugimus ſancta Dei Genitrix.* Gratum ſibi hunc affectum fuiſſe, Deus plurimis in *Colle aſpero* (haut procul à Sichemio Brabantiæ opido, loco ſiluis ac dumetis horrido, ſed Virginis-Matris cultu celeberrimo) miraculis ſub initium huius ſæculi patratis comprobauit: quæ mandato Antiſtitum explorata Iuſtus Lipſius & Erycius Puteanus, non exiguo veræ ac veteris noſtræ Religionis bono, litteris conſignarunt. Neque enim poſſumus aliâ re efficaciùs frangere & calcare Hæreſim, quam hoc miraculorum fulmine; vbi non verbis ſed factis diſputamus, & impudentiſſimorum etiam oculos atque animos iſta rerum maieſtate perſtringimus. Ceterùm in *Colle aſpero* (innumerabili hominum multitudine ex prouinciis etiam diſſitis confluente) ſacellum primò exiguum eſt excitatum, quod Matthias

Houius

Houius Ar. Mechlinienſis 1604. die 13. Iunij dicauit ac conſecrauit. Huic poſteà Albertus & Iſabella baſilicam rotundam, ex candido lapide, miro artificio fabricatam ſubſtituerunt: cuius ſtructura trecentis ampliùs aureorum millibus conſtitit, & inter Belgij Miracula meritò numeratur. Eoque in loco Presbyteros Oratorij, ex formula S. Philippi Nerij viuentes, iidem Principes noſtri collocarunt, ampliterque dotarunt.

Guilielmo Bergio, ex Marchionibus Bergizomenſibus oriundo, ad ſedē metropolitanā Cameracenſem euocato, patruus meus *Ioannes Miræus*, Antuerpienſiū Epiſcopus IV. die 30. Maij conſecratur. Dum noſtri ad Oſtendam pertinaciter hærent, Mauritius *Sluſam* Flandriæ opidum vicinum obſidet, & deficiente annona ad deditionē 20. Augusti compellit. Noſtris viciſſim *Oſtenda*, poſt 39. menſium obſidionem, die 22. Sept. deditur. Iacobus magnæ Britanniæ Rex, initio regni ſui Anglicani, edixerat velle ſe cum omnibus Chriſtiani orbis Principibus pacem atque amicitiam colere. Albertus itaque Princeps noſter cùm in Britanniam anno ſuperiore legatos miſiſſet, qui de pace cum illo Rege agerent, tandem 1604. Londini IV. Kal. Septembris fœdus cum Britannis ſancitur; armis vtrimque poſitis. Mahometi III. Imp. Turcico filius *Achmetes*, annos tunc 25. natus, ſuccedit: *ſup. pag.* 354.

Clementi VIII. Papæ 3. Martij defuncto *Leo XI.* Medicæus die 2. 1605
Aprilis ſubrogatur. Cumque is 25. pòſt die in humanis eſſe deſiiſſet, Paulus V. Burgheſius 16. Maij pontificatum iniit. Die 17. menſis eiuſdem, Batavi & alij coniurati aggerem Waſianum perrumpere, & Antuerpiam, duce Mauritio Naſſonio, obſidere tentant. Sed Ambroſius Spinola, nuper ex Hiſpania redux, & torque Velleris aurei donatus, mandante Alberto Auſtrio, cum exercitu mox adfuit, & Scaldim fl. ponte ſublicio ad Walburgianam vrbis noſtræ portam (quod anteà hîc viſum non fuerat) intra triduum ſtrauit, ad copias noſtras commodè vltrò citroque traijciendas. Quo prudenti conſilio Brabantiam ac Flandriam metu liberauit, hoſteſque vela ac tergum vertere coëgit. Exinde magnum illum Scipionem Africanum imitatus, vt ille in Africam, ſic Spinola in Friſiam ac tranſ-rhenanas prouincias totam belli molem traduxit, hoſtemque noſtris à iugulis reiectum ſuo in ſolo cædi vincique poſſe demonſtrauit; *Oldenſalia*, *Linga*, aliiſque opidis expugnatis. Gaſto Spinola patria Siculus, ſed origine Ligur, primùm Limburgi, pòſt Tornaci Gubernator, ab Alberto Archiduce (cuius Stabulo equino præerat) primus *Comes de Bruay* nuncupatur. Is ex Maria de Renty, domina de Bruay (vicus eſt Arteſiæ, haut procul à Betunia opido) Bertinum ſuſtulit. Bertinus ex Anna Arenbergia, Caroli Comitis Arenbergij & Annæ Croyæ filia, Iſabellam, Albertum, Coſmum-Marium, Magdalenam, Philippum-Antonium, & Ambroſium procreauit. Theodorus Beza, Caluini diſcipulus, fax & turbo regni Galliæ, ætatis 86. anno, Geneuæ moritur. Demetrius Ioannis Baſilij filius, Polonorum auxiliis inſtructus, Theodoro fratre mortuo, imperium Moſcorum ſuſcipit, & Annam-Mariam filiam Palatini Sendomirienſis ducit.

Spinola *Lochemium*, *Grollam* & *Rhenobercam* expugnat. Exinde 1606
copiis noſtris hoſtili fraude ac ſeditione militari diſtractis, *Grollam* recèns ſubactam, munitionibus nondum iuſtauratis, Mauritius Naſſonius obſidet. Spinola è contrà mox conſilia expedit, & 3. Non.

motis

motis caſtris, per ſæuas imbrium ventorumque tempeſtates in hoſtem ducit. Batani panico terrore perculſi terga vertunt, caſtriſque exuti turpiter fugiunt.

Iuſtus Lipſius, vir omni lande maior, Louanij (vbi quinquennio docentem audiuimus) X. Kal. Aprileis, nocte media, ætatis 59. anno viuere deſiit. Apud Franciſcanos ante aram Deiparæ condi, ſuoque tumulo hos verſus aureos inſcribi voluit:

Humana cuncta fumus, vmbra, vanitas

Et ſcenæ imago, & verbo vt abſoluam, NIHIL.

Lipſij elogium, non tam meis quàm ipſius ferè verbis concinnatum, iam olim publicauimus. Martij 17. die, feria 2. Paſchæ, plurimæ templorum turres, aliaque ædificia in Belgio, Francia ac Germania, ventorum turbine ſunt euerſa: adeò vt poſt ſuperſtitum memoriam nulla maior aut truculentior ventorũ tempeſtas extiterit. Henricus IV. Borbonius Fr. Rex, tamquam Dux Vindocinenſis, Carolo de Ligne Comiti Arenbergio vendit Angiam (*Enghien*, Hannoniæ opidum in via militari Romana ſitum) cum ditione adiuncta, quæ partim Hannonienſis, partim Brabantini eſt iuris: *ſuprà pag.* 322. 323. & 402.

1607 Poſt Gallos ac Britannos pacatos, bello domeſtico miſera noſtra Belgica adhuc æſtuabat: quod tantis hinc inde animis, totque annis geſtum, niſi difficulter componi non potuit. Anno itaque 1606. à noſtris Hagam-Comitis, ad explorandos Batauorum ac ſociorum animos, *Walrauius Wittenhorſtius*, toparcha Horſtij, miſſus eſt. Sed re infecta dimiſſus, menſe Decembri cum *Ioanne Geuartio* Iurecon-ſulto (Caſpari Graphiarij nunc Antuerpienſis patre) eódem rediit: & indicarunt mandatum ſibi, vt de pace agerent, ad quam *Albertus & Iſabella* Archiduces totis animis inclinarent. Sed cùm litteras ab iis nullas haberent, vlteriùs non progrediendum Batani cenſuerunt. Quam ob rem *Geuartius* Bruxellam profectus litteras petiit, quæ de Archiducum voluntate ad pacem ſiue inducias propenſa fidem facerent. Quibus Hagam-Comitis ineunte anno 1607. allatis, ad conſeſſum Ordinum admiſſi mandata expoſuerunt; adhortantes vt incertam belli aleam conſiderarent, oblatamque pacem aut inducias tandem aliquando amplecterentur, & priſtinam Belgio tranquillitatem felicitatemque reſtituerent. Atque initio quidem inter ipſos Ordines diſſenſus fuit; his pacem, aliis bellum publicè præſtare contendentibus. In populo quoque partes variæ fuerunt, prout ſtudia aut conſilia. Februario menſe deſinente, in Hollandiam opportunè *Ioannes Neius* patria Antuerpienſis, ſummus ordinis Minorum ſodalium per Belgium vicinaſque prouincias Præfectus, excurrit. Is Riſwici (qui vicus Hagâ dimidio milliari diſtat) primùm ſubſtitit; exinde cum Mauritio Comite Naſſouio & vno alteróve priuatim de his rebus collocutus, demùm Hagam accedere iuſſus, Armiſtitiũ octimeſtre propoſuit. Archiducum deinde litteris in rem eamdem acceptis, publicè enuntiatum eſt, Armiſtitium per Oceanum vſque ad Heſperides inſulas ſe porrigere; & initium quidem futurum à 14. die menſis Iunij; poſt id tempus prædas omnes vtrimque reddendas eſſe; claſſem quoque, Hiſpaniæ littora infeſtare iuſſam, mox reuocandam. Porrò vt mari, ſic & terra diſtincti vtrimque limites, quibus miles contineretur. His ita actis, Neius ex Batauia in Brabantiam rediit, magnumque toto Bel-

Belgio gaudium fuit, cum votis ac precibus omnium, daret Deus ſemel tandem bello tam diuturno ac cruento finem.

Multi noſtra ætate magnanimi heroës, in his *Carolus Borromæus, Philippus Nerius* & alij exſtiterunt, qui per ſe ſuoſque rem Chriſtianam mirificè propagarunt. Ex altero ſexu vna ferè occurrit *Tereſia*, mulier verè fortis. Hæc Abulæ in Hiſpania, ſingulari quadam Dei prouidentia, illis temporibus nata eſt, quibus Lutherus apoſtata virus in Eccleſiam cœpit effundere. Ætate grandior monaſticen amplexa, ac demùm auſterioris vitæ cupida, ſupra conditionem ſui ſexus ſe extulit. Plurimis namque monaſteriis per Hiſpaniam excitatis, primæuam ſui ordinis diſciplinam adeò feliciter inſtaurauit, vt non modò virgines innumerabiles, ſed viros quoque doctrina vitæque innocentia eximios ad imitationem pellexerit, atque ad cœnobia arctioris inſtituti condenda permouerit. Fuit autem progreſſus, Deo adiutante, tantus, vt Congregatio iſta à *Sixto V.* in prouincias V. per Hiſpaniam diſtributa, & pòſt à *Clemente VIII.* Proprium nacta fuerit Præfectum generalem. Quæ quidem cùm Hiſpaniam impleniſſet, & palmites ad Indos occidentales porrexiſſet, in Italiam demùm pedem intulit, atque in ipſa vrbe Roma Seminarium inſtituit, ex quo ſodales doctrina, linguarum peritia & aliis dotibus inſignes, pro Chriſto legatione functuri, ad exteras quaſque nationes emitterentur. Itaque ſacræ illius ſigna militiæ inde in *Perſiam, Syriam, Indiam Orientalem, Poloniam, Germaniam, Galliam Celticam, Aquitanicam* ac *Belgicam* ſunt prolata. In noſtrã dico Belgicã, *Alberti* & *Iſabellæ* Principum auſpiciis: quibus non ſat fuit *Annam à Ieſu*, & *Annam à S. Bartholomæo*, Tereſiæ olim in terris ſocias euocaſſe; ſed virorum inſuper religioſorum coloniam, *Thoma à Ieſu* duce & anteſignano, in prouincias haſce noſtras deducere placuit: gnaris nimirum ac præſciis, quantum ſacer hic cœtus ad auitam religionem ac pietatem ſtabiliendam, hæreſeſque confutandas progreſſu temporis eſſet allaturus. Viderant enim iam olim in Hiſpania ac ſenſerant, quàm feruens, quamque potens Carmelitanæ huius ſocietatis ſit ſpiritus: vtque ſuum erga eam adfectum ſingularem, publico ad poſteros monumento, teſtatum redderent, regio planè ſumptu ac magnificentia, virginum huius inſtituti cœnobium ac templum, Bruxellæ haut procul à palatio, iactis 1607. fundamentis, excitarunt. Ex quo plurimæ poſteà ſacræ monialium coloniæ in Germaniam noſtram inferiorem ac ſuperiorem, atque in ipſam quoque Poloniam, *Sigiſmundo* Rege eiuſque coniuge euocantibus, ſunt deductæ ac propagatæ. Henrico IV. Francorum Rege per Cardinalem Ioenſinm adlaborante, Veneti in gratiam cum Paulo V. Pontifice Maximo redeunt; magno totius Italiæ applauſu ac gaudio.

Inter Aloſtum & Teneræmondam Flandriæ opida, in vico *Meſpelaria*, homo ruſticus mille ſexcenta plùs minùs numiſmata aurea fodiendo repperit; inſignem ſanè theſaurum, & qualem ne in media quidem Italia vmquam erutũ legimus. Erant autem ex iis nonnulla *Domitiani & Traiani*, ſed pleraque *Hadriani, Matidiæ, Sabinæ, L. Ælij, Antonini Pij, Fauſtinæ, M. Aurelij, Fauſtinæ minoris, L. Veri* & *Lucillæ*. Tanto in numero vnicũ *Commodi* Cæſaris, vt adoleſcentis, numiſma repertũ fuit, hac inſcriptione: COMMODVS CÆS. AVG. F. Ex quo colligi datur, theſaurum illum, M. Aurelio Philoſopho imperante,

rante, eiuſque filio Commodo Cæſarem agente, ibi defoſſum fuiſſe. Suſpicari porrò liceat, tot nummos aureos à Quæſtore, aut alio homine copioſo (legione aliqua Romana hibernante illo in loco, Scaldim inter ac Teneram fluuios, muniendis caſtris, quorum veſtigia hodieque ibi viſuntur commodo) ibi occultatos, & morte interueniente relictos fuiſſe: atque eo quidem tempore, quo *tanta per totum orbem peſtilentia exſtitit, vt penè vſque ad internecionem Romani exercitus delerentur*: vt Euſebius in Chronico ad annum 173. aut 174. loquitur. *Cæſar Baronius* Cardinalis & Bibliothecarius Apoſtolicus, Annalium eccleſiaſticorũ conditor, Romæ moritur; in templo S. Mariæ in Vallicella conditus, hoc elogio addito: *D.O.M. Franciſco Mariæ Tauruſio Politiano. & Cæſari Baronio Sorano, ex Congregatione Oratorij S.R.E. preſbyteris Cardinalibus, ne corpora diſiungerentur in morte, quorum animi diuinis virtutibus inſignes in vita coniunctiſsimi fuerant, eadem Congregatio vnum vtrique monumentum poſuit. Tauruſius vixit annos* 82. *menſes* 9. *dies* 14. *obiit III. Idus Iunij* 1608. *Baronius vixit annos* 68. *menſes* 8. *obiit pridie Kal. Iulij* 1607. Mechliniæ prouincialis Synodus menſe Iulio habetur: cui interfuerunt Matthias Houius Archiepiſcopus Mechlinienſis, Petrus Damantius Gandauenſis, Gisbertus Maſius Buſcoducenſis, Henricus Cuquius Ruræmondenſis, Carolus-Philippus Rodoanus Brugenſis, Ioannes Miræus Antuerpienſis, & Carolus Maſius Iprenſis, Epiſcopi. Hanc Synodum Paulus V. Papa anno proximè ſequenti confirmauit. Donavertdæ ad Danubium Lutherani in Catholicos ſæuiunt. Bauarus, ex mandato Cæſaris, vrbem obſidet, ad deditionem cogit, & præſidium militare in ea collocat, ciuium ſumptibus alendum.

1608 Totus hic annus apud Belgas tractandis Induciis impenſus fuit; armis interim vtrimque quieſcentibus. Middelburgi in Zelandia nouum genus perſpicillorum, per fiſtulam ſeu tubum, excogitatur. Fauerniaci in Comitatu Burgundiæ illuſtre miraculum Euchariſticum contigit: quod in Faſtis Belgicis 25. Maij deſcripſimus. *Martinus-Antonius Delrius* Antuerpienſis, ex Regio in Brabantia Senatore Soc. Ieſu presbyter, annum 57. agens, Louanij 29. Oct. moritur. Inter ingenij monumenta, quæ ad Theologiam, Iuriſprudentiam, litteraſque humaniores illuſtrandas varia poſteris reliquit, *Diſquiſitiones Magicæ* in primis laudantur ac manibus teruntur. Carolus III. Lotharingiæ & Barri Dux moritur: filius eius *Henricus* II. ſuccedit: *ſup. pag.* 276. Hugo Oneillus Comes Tironius, bello aduerſus Anglos pro catholica Religione in Hibernia geſto clarus, ſibi ab iiſdem metuens, cum vxore ac filio, itemque cum Comite Tirconello ex ea inſula in Belgium tranſit. Inde Romam profectus à Paulo V. Pontifice perbenignè exceptus eſt. Antonius-Emanuel, Vunthi Marchio, à Rege *Congi* (quod potens eſt in Africa regnum) Romam miſſus eidem Paulo V. obedientiam præſtat: vbi & paulò pòſt obiit, in baſilica S. Mariæ maioris conditus. Angelus Ioeuſius Capucinus, Cardinalis Ioeuſij frater, in Riuolienſi prope Auguſtam Taurinorum cœnobio, mortalitatem exuit. Coſmus Etruriæ Princeps Magdalenã, Caroli Archiducis filiam, matrimonio ſibi iungit. Iacobus magnæ Britanniæ Rex nouã coloniã in Virginiam deſtinat.

Mantua ab anno 1328. *Gonzagas* ad noſtram vſque ætatem Principes habuit. Primus ex ea familia *Ludouicus Gonzaga* illo anno vrbis imperiũ ſuſcepit. Huius abnepotem *Ioannem-Franciſcum* Sigiſmundus

dus

dus IV. Cæſar, magnifico tribunali in foro D. Petri excitato, *Marchionem Mantuæ* 1433. ſuo ore pronuntiauit; Aquila nigra candido in campo, cum cruce rubra, pro inſigni attributa. Ioanni-Franciſco 1444. defuncto filius natu maior *Ludouicus* ſucceſſit. Is ſumptuoſiſſimi templi Canonicorum S. Andreæ fundamenta iecit. Ludouici patris principatum *Franciſcus* excepit, vir bellica gloria clariſſimus; eoque nomine à Paulo Iouio, Baptiſta Mantuano & aliis celebratus. Franciſco parenti 1528. mortuo *Fredericus* Mantuæ Marchio V. ſuccenturiatus eſt, militari item ſcientia illuſtris. Hunc Carolus V. Imp. 1530. primum *Mantuæ Ducem* renuntiauit. Cumque ſæculi einſdem 35. anno, Ioanne-Georgio Palæologo Montis-Ferrati Marchione ſine liberis defuncto, inter Fredericum Gonzagam & Carolum III. Sabaudiæ Ducem de ſucceſsione orta lis eſſet, idem Carolus V. opida arceſque illius ditionis, impoſito præſidio, tamquam ſequeſter occupauit; iiſdemque poſteà redditis, ſecundùm Gonzagam pronuntiauit. Fredericus porrò *Teanum* prætorium nobiliſsimum ad vrbem Mantuam ædificauit, obiitque 1540. *Franciſco* filio ſucceſſore relicto. Huius imperiũ filius *Guilielmus III.* Mantuæ Dux excepit: quem Maximilianus II. Imp. ex Marchione primum *Montis-Ferrati Ducem* 1575. creauit. Guilielmi filius *Vincentius Gonzaga*, Mantuæ & Montis-Ferrati Dux, arcem munitiſsimam ad Caſale S. Euaſij 1590. à fundamentis exſtruxit. Idem in filij ſui *Franciſci* nuptiis cum *Margarita*, Caroli-Emanuelis Sabaudiæ Ducis & Catharinæ Auſtriacæ filia, 1508. celebratis, XX. Equitum collegium in honorem *Redemptoris Ieſu Chriſti*, Paulo V. Papa approbante, inſtituit. In honorem, inquam, ſacroſancti Sanguinis Chriſti, cuius guttulæ aliquot, à S. Longino Centurione & martyre collectæ, Mantuæ in S. Andreæ baſilica, cum parte Spongiæ Dominicæ, eiuſdemque Apoſtoli reliquiis, religiosè adſeruantur: *ſup. pag.* 166.

Poſt longas ſuper Induciis Hagæ, Bergis ad Zomam & alibi diſ- 1609
ceptationes habitas, demum 25. Martij 1609. Guilielmus Comes Naſſouius, Walrauius Brederodius, Cornelius Gentius, Ioannes Barneveldius, Iacobus Malderæus, Gerardus Reneſsius, Ioannes Slotus, Gellius Hillema & Abel Conderſius, Ordinum procuratores, Antuerpiam venerunt. Hîc colloquia aliquoties ab iis habita ſunt cum Ambroſio Spinola, Ioanne Richardoto, Ioanne Mancicidoro, Ioanne Neio & Ludouico Verreickio, Philippi III. Hiſp. Regis & Archiducum legatis. Sicque tandem aliquando *Induciæ duodecennales*, Galliæ & Britanniæ Regum legatis intervenientibus, ſunt pactæ, & magno omnium gaudio die 9. Aprilis publicatæ. Atque ita terminatum eſt bellum, quo aliud grauius aut pertinacius apud veteres Hiſtoricos non legitur. Eat nunc, & triplici *Pompeius Magnus* curru laureaque glorietur: maiore certè *Albertus Auſtrius* laude dignus videtur, qui terna grauiſsimorum bellorum, *Gallici*, *Britannici* & *Belgici*, incendia exſtinxit, quibus tota pænè Europa, atquè ipſa etiam India vtraque conflagrabant. Iactet ſui oſtentatrix antiquitas magna illa nomina, deuictarum gentium cædibus cruentata, *Nicatoras*, *Poliorcetas*, *Dominatores*, *Triumphatores*, *Domitores*: omnibus illuſtrior, Deoque & hominibus longè gratior eſt titulus *Pacatoris*. Et verò populi omnes dari ſibi malunt Auguſtos, Traianos, Conſtantinos, Iuſtinianos, Ludouicos Pios, aut Philippos Bonos, quàm Alexandros, Hannibales, Iulios aut Carolos Audaces.

Cùm è Gallia hæreſis Calulniana occultè in Germaniam irrupiſſet, atque in Palatinatu ad Rhenum fauentem ſibi Principem inueniſſet, omnes Imperij Ordines, cuiuſcumq́ue demum profeſſionis eſſent, plenis comitiis anno 1566. deteſtabilem ſectam, ad regna turbanda ac perdenda natam exoſi, Maximiliano II. Cæſare auctore, pellendā decreto publico cenſuerunt. Interceſſere nonnulli è molliore ac manſuetiore Lutheri ſchola (quos poſteà clementiæ pœnituit) concepta nimirum ſpe, fratres infirmos (ſic eos appellabant) tolerantia temporiſq́ue lapſu emendari poſſe. Et verò emendati ſunt vt leonum ac luporum catuli per ætatem è malis deteriores fieri ſolent. Numero igitur aucti, cùm Haſſus, Anhaltinus & alij Principes acceſſiſſent, non ſeſe ampliùs vt hoſpites tulerunt, ſed de exitio veterum inquilinorum cogitare, magna arte lites more ſuo in comitiis ſerere, Auguſtanam Confeſſionem falsò ac ſimulatè profiteri, eiuſdem Confeſſionis aſſeclas Sinonianis dolis in ſocietatem attrahere, in Carholicos varia crimina, quæ ipſi perpetraſſent, confícere, omnia demum miſcere ac vertere cœperunt. Quocirca cùm multis iam annis conſilia & vota in clancularіis coitionibus contuliſſent, anno demum 1609. *Vnio* (vt ipſi nuncupabant) *Euangelica*, ſed vero nomine *Caluiniana*, in apertum erupit; ſufflante in primis Chriſtiano Principe Anhaltino, qui in Gallia ac Batauia militans Caluini ſpiritum profundiſſimè in pectus admiſerat, eiuſq́ue axiomata altiſſimè imbiberat. Primùm itaque clam in nuptiis, natalitiis, haſtiludiis & venationibus, pòſt verò palam *Hala-Sueuorum*, *Hailbrunnæ*, *Rottenburgi*, *Norібergæ* & alibi conſilia ſunt agitata. Triumviri demùm tres conſtituti, *Fredericus* Elector & Comes Palatinus Rheni, *Chriſtianus* Anhaltinus quem dixi, & *Ioachimus Erneſtus* Brandeburgius, cognomento Anſbacenſis. Horum impios conatus fulmen ſeu Bannum Imperiale, in ciuitatem *Donavverdenſem* legitimè nuper contortum, iuuit plurimùm; effecitq́ue vt tres præpotentes Ciuitates Imperiales, *Argentoratum*, *Vlma* & *Norіberga* Vnioni accederent. Quarum exemplum mox aliæ minorum gentium ſunt ſecutæ; in his *Wormatia*, *Spira*, *Weiſſenburgum ad Rhenum*, *Landauia*, *Nordlinga*, *Hala Sueuorum*, *Hailbrunna*, *Memminga*, *Campidona*, *Rottenburgum*, *Sueinfurtum*, *Wintshemium* & *Weiſſenburgum Noricum*. Metuebant nimirum ſibi *Argentoratenſes* ob monialium quoddam monaſterium recenter euerſum; Vlmenſes ob eliminatam Religionem orthodoxam; *Noribergenſes* ob Teutonicorum Equitum domum contra ius & fas occupatam. Tentarunt & *Electorem Saxonem* in ſocietatem pellicere: ſed is abnuit, & nefariam conſpirationem deteſtatus priuatim publiceq́ue in comitiis Imperij non ſemel profeſſus eſt, nihil ſibi cum illis eſſe commune. His ipſis temporibus diſſidio inter *Rudolphum* Imp. & *Matthiam* fratres gliſcente, cùm id apertum in bellum quaſi erupiſſet, coniurati & numero & animo mirum in modum creuerunt. Inter alios itaque *Mauritius* Haſſiæ Lantgrauius, *Ioannes Fredericus* Wirtembergæ Dux, *Georgius-Fredericus* Badenſis ac Durlacenſis Marchio, aliiq́ue proceres acceſſerunt; auaritia, egeſtate, metu iudiciorum aut hæreſi impellente. *Haſſum* certè Caluinianæ ſectæ (cuius & præco in cathedra extitit) ſtudium ſingulare, & genius inquietus in cauſſam traxit. *Wirtembergium* cupido alieni, & ſpes libertatis ad ſocietatem impulit; vt clientelam Auſtriacis dominis ſuis debitam, ſi qua ratione poſſet, de-

ſinum excuteret. *Durlacenſem* vltrices ſpoliatorum pupillorum (fratre ſuo Eduardo Fortunato genitorum) furiæ in rabiem egerunt. *Fredericum* porrò *Palatinum*, vt infrà ſuo loco docebimus, ambitio, *Anhaltinum* fœda cum luxu egeſtas, alios æs alienum ad bellum ſuſcipiendum concitauit. Ex *Ciuitatibus* denique *Imperialibus* nonnullas Senatorum ac Syndicorum aliquot empta proditio, alias turbulentorum procerum artes ſubdolæ fefellerunt.

Iſabella Belgarum Princeps, ſuo in Virginem-matrem affectui teſtando, *Lauretum* dono mittit Chlamydem inauratam, vno & viginti margaritarum millibus, bis mille centum quinquaginta octo adamantibus, mille centum ampliùs gemmis maioribus intextam. Quam Chlamydem quattuor & triginta aureorum millibus (nam taxari eam Paulus V. Papa mandauit) aurifabri Itali æſtimarunt. Id ex libris Rationum, & ore Ioannis Siluæ, qui Lauretum ab Iſabella miſſus donum tulit, fideliter accepi. Quod quidem eximium piæ liberalitatis exemplum & I. Cæſar Bulengerus, homo Gallus, in libris hiſtoriarum noſtri temporis laudauit. Exinde eadem Princeps noſtra ad *Montem-Serratum* ingentem coronam auream, adamantibus, carbunculis & ſmaragdis ornatiſſimam; *Romam* verò, *Guadalupam*, *Aquaſgraui*, *Oetingam* (vt de *Hallenſi*, *Ceruienſi*, *Lacenſi*, *Vilfordienſi*, *Foyenſi*, aliiſque religioſis in Belgica templis nihil dicam) varia id genus donaria longè pretioſiſſima deferri iuſſit. Vt in orbe noſtro vix vllus Deiparæ ſacer locus eſſe videatur, ad quem regia Iſabellæ noſtræ munificentia ac pietas non penetrarit.

Paulus V. Papa mandat *Hebraicæ, Arabicæ, & Græcæ linguarum profeſſores* paſſim in gymnaſiis ac cœnobiis conſtitui, ad Mahumetanorum aliorumque infidelium ſalutem procurandam. Fredericus Borromæus Card. & Archiepiſcopus Mediolanenſis *Bibliothecam Ambroſianam*, & Collegium virorum eruditorum Mediolani inſtituit, magno Eccleſiæ ac Reipublicæ Chriſtianæ bono. Ferdinandus III. magnus Etruriæ Dux moritur: ſuccedit filius eius Coſmus; qui & ipſe 1620. viuere deſiit. *Carolopolis*, ad Moſam vrbs noua, à Carolo Gonzaga, Duce tunc Niuernenſi ac Rethelenſi, pòſt Mantuano, excitatur. Henricus Cuquius Epiſcopus Ruræmondæ, Gerardus Voſſius Leodici, Nicolaus Serarius Moguntiæ, omnes libris editis clari, viuere deſinunt. Ioſephus Scaliger, I. Cæſaris filius, & Iacobus Arminius, Lugduni Batauorum moriuntur. A poſteriore nomen accepit Arminaniorum ſeu Remonſtrantium apud Batauos ſecta: de quibus infrà an. 1617. agemus.

Henricus Borbonius Princeps *Condæus*, Henrici F. Ludouici N. menſe Nouembri ex Francia in Belgium ſe ſubducit, cum vxore ſua *Carolotta-Margarita Montmorencia*, formæ elegantiſſimæ femina. De Condæi fuga, deque rebus eò ſpectantibus, Italicè in ſuis commentariis ſeu Relationibus ex profeſſo ſcripſit *Guido* Cardinalis Bentiuolus: quem Nuntium, illo tempore Apoſtolicum in aula Bruxellenſi familiariter nouimus. Demetrius Moſconiæ Princeps, quòd propenſiore in Germanos ac Polonos eſſe animo, nec à Romano Pontifice abhorrere diceretur, crudeliſſimè à ſuis trucidatur. In Africa inter Xequum & Sidanum fratres, Maroci & Feſæ Reges, bellum inteſtinum ardet. Sidanus ab Anglis adiutus, cum Abdala, Xequi fratris ſui filio, ſigna confert, & clade accepta in Hiſpaniam tranſit. Idem anno proximè ſequenti *Larachiam* arcem muni-

muniтiſſimam Hiſpanis tradidit, & 100.aureorum millibus copiiſque auxiliaribus auctus in Africam ad ſuos rediit.

1610 Ioanne Guilielmo, Guilielmi filio, Cliuenſi, Iuliacenſi ac Montenſi Duce, menſe Martio 1609. ſine liberis (vt ſuprà pag. 364. diximus) defuncto, magna de hereditatis iure controuerſia eſt exorta, quæ vniuerſam pænè Europam in partes traxit. Guilielmus-Wolfangus Comes Palatinus cognomento *Neoburgius*, Philippi-Ludouici filius, matris ſuæ *Annæ*, Guilielmi filiæ ſecundò quidem genitæ, ſed adhuc ſuperſtitis nomine, ſibi tamquam propinquiori, iuxta leges Imperij, ditiones omnes deberi contendebat. Ioannes-Sigiſmundus Elector *Brandeburgius* (cuius vxor matrem habuit *Mariam-Leonoram*, eiuſdem Guilielmi filiam natu maximam) iure primogenituræ hereditatem ſibi vindicabat. Chriſtianus II. Elector *Saxo*, ob defectum heredis maſculi, ad ſupremum dominum, hoc eſt, ad Cæſarem, feuda rediiſſe aſſerebat, & diplomata donationis producebat, ſibi ſuiſque maioribus à varijs Imperatoribus, ſi quando proles maſcula deficeret, conceſſa. Carolus *Gonzaga* Dux Niuernenſis Cliuiam, Comes *Maulevrius* prouinciam Marcanam, progenitorum ſuorum quiſque titulo, repetebant. Bello tot inter competitores exardeſcente, Ordines prouinciarum, de quibus quæſtio, indictis Duſſeldorpij comitiis decernunt, *Neoburgio* & *Brandeburgio* Principibus adminiſtrationem iunctim dandam, donec controuerſia definiretur. Diuerſa parte *Rudolphus II.* Cæſar, vt ſupremus dominus, iudex, ſequeſter & arbiter, operâ *Leopoldi* Archiducis, egregio ſtratagemate Iuliacum opidum cum arce occupat. Saxo per Oratores à Cæſare iuris poſſeſſionem impetrat, & *Winendaliam* in Flandria, aliaque prædia apud Belgas ſita, actione priùs inſtitutâ, ſibi vindicat. *Neoburgius* & *Brandeburgius*, qui vniuerſas ditiones communi manu occuparant, Batauicis, Gallicis, Britannicis ac Germanicis auxiliis vndequaque aduocatis, 1610. *Iuliacum* obſident, & pulſo milite Cæſareo tandem expugnant.

Ioannes III. Dux Cliuenſis, Comes Marcanus, dom. Raueſtenij, duxit Mariam F. heredē Guilielmi Ducis Iuliacenſis & Montenſis, Co. Rauenſbergenſis, obiit 1539. ſup pag. 364.	Guilielmus Dux Cliuenſis, Iuliacenſis, Montenſis, Comes Marcanus & Rauensbergenſis, dom. Raueſtenij, duxit Mariam F. Ferdinandi I. Imp.	Carolus-Fredericus obiit cælebs Romæ 1575.		
		Ioannes-Guilielmus Dux Cl. Iul. Mont. Com. Marc. & Rauensb. dom. Raueſtenij, obiit 1609. ſine liberis.		
		Maria-Leonora vxor Alberti Brandeburgij Ducis Pruſſiæ.	N. vxor Ioannis-Sigiſmundi Electoris Brandeb.	N.
		Anna vxor Philippi-Ludouici Neoburgij	Guilielmus Wolfangus Neoburgius.	Philippus-Guilielmus.
		Magdalena vxor Ioannis Ducis Bipontini.		
		Sibylla vxor Caroli Marchionis de Burgau.		

Electores aliique Antiſtites ac Principes in Germania Catholici, à Caluinianis (quos anno ſuperiore fœderis inter ſe ſocietatem iniiſſe diximus) ſibi metuentes, fœdus ſimiliter inter ſe ſanciunt, ad vim à ceruicibus ſuis arcendam. Saxo & alij Auguſtanæ, vt vocant, Confeſſionis proceres, neutri ſe parti addixerunt, ad annum vſque huius ſæculi viceſimum. Quo quidem anno in comitiis Mulhuſenſibus, Catholicorum ſe partibus adiunxerunt, quòd Caluinianos, aduoca

aduocatis Turcis, eorumque vaſallo *Gabriele Bethleno*, communem
omnium ruinam ac Germaniæ perniciem moliri animaduerterent.
Ioannes Miræus Epiſcopus Antuerpienſis Synodum diœceſanam
menſe Maio celebrat: cuius decreta, Eccleſiæ Belgicæ perutilia,
typis Plantinianis ſunt edita. Carolus Borromæus Card. & Ar. Me-
diolanenſis à Paulo V. in Diuos refertur. Petrus Henriquez *Comes
Fontanus*, quondam Belgij Gubernator, apud Mediolanenſes mori-
tur. Mauricæ ſtirpis homines, ad nouies centena circiter millia, hoc
anno & ſequentibus ex Hiſpania pelluntur. *Henricus IV.* Galliæ
Rex, ætatis 57. anno, à Franciſco Rauaillaco 14. Maij Lutetiæ cul-
tro confoditur; poſtridie quàm incredibili pompa (vt ipſe coràm
vidi) *Mariam Medicæam* coniugem, in vicino S. Dionyſij opido, coro-
nandam curaſſet. LVDOVICVS XIII. filius eius, anno 1601. natus,
ſuccedit: eiuſque tutela, cum regni procuratione, matri commit-
titur. *Carmelitæ* diſcalceati Pariſiis ſedem collocant, fauente Regina
matre. Hos ex vrbe Roma eò adduxit *Thomas à Ieſu*, Bratienſis Hiſ-
panus: qui Pariſiis Bruxellam, euocante Alberto Archiduce, cum
ſociis aliquot poſteà ſe tranſtulit. Petrus Victor Caietanus, & Ge-
rardus Haillantius, Hiſtoriographi, quos Pariſiis vidimus, ibidem
moriuntur. Philippus item Canaius Fraxineus Pariſienſis, qui Or-
ganum Ariſtotelis Gallicè reddidit, relictis Caluinianorum caſtris
Eccleſiæ catholicæ ſigna conſtanter ſecutus, 26. Febr. in vrbe patria
viuere deſiuit. Franciſcus Saleſius Epiſcopus Geneuenſis funda-
menta Congregationis piarum virginum ac matronarum, titulo
Viſitationis B. Mariæ, Aneſſiaci in Sabaudia 10. Iunij iacit: quod inſti-
tutum poſteà Paulus V. ſub regula S. Auguſtini confirmauit. Huius
inſtituti plurima (præter Aneſſiacenſe) per Galliam hodie cœno-
bia numerantur; in his Lugdunenſe, Molinenſe, Gratianopolita-
num, Bituricenſe, Pariſienſe, Montis-Ferrandi, Niuernenſe, Aure-
lianenſe, Maſſilienſe, Valentinum, Diuionenſe, Bellicenſe, S. Ste-
phani Foreſienſe, Riomenſe, Aueniouenſe & Chamberienſe. Co-
gnati tres Regis Mogotum ab Hieronymo Xauerio, Soc. Ieſu ſa-
cerdote, baptizantur. Matthæus Riccius, ex eadem Societate, Sina-
rum Apoſtolus, Pequini (quæ illius regni eſt metropolis) in Domi-
no obdormit. Sagamus ſeu Princeps prouinciæ Canadenſis in Noua
Francia cum ſuis ſacro baptiſmi fonte abluitur.

Ad minuendas & abbreuiandas lites, Albertus Princeps noſter 1611
Edictum publicat, quod *Perpetuum* appellari voluit. Quo quidem
Edicto ambiguas Iuris quæſtiones partim definiuit, partim Ius no-
uum ex vſu publico conſtituit. Vtque Iura municipalia & conſue-
tudinaria, quæ in ſingulis non modò prouinciis Belgicis, ſed vrbi-
bus penè variant, nec ſatis certa habentur, ad ſupremum Senatum
examinanda, ſuaque auctoritate probanda, ſinguli tranſmitterent,
prudenter ſanciuit. Idem Albertus *Senatum XIV. Conſiliariorum Han-
noniæ* in vrbe Montenſi inſtituit: quos inter duos ex ordine Eccle-
ſiaſtico, & totidem ex claſſe Nobilitatis eſſe voluit. *Ioannes Miræus*,
Epiſcopus Antuerpienſis, ætatis 51. anno, die 11. Ianuarij magno
omnium luctu, Bruxellæ moritur, & Antuerpiæ in æde cathedrali
ſepelitur *Ioannes Malderus*, Doctor Theologus Louanienſis, libris
editis clariſſimus, ſuccedit: quem an. 1633. luximus. *Petrus Berullius*
Pariſienſis, pietatis, prudentiæ & eruditionis laude eximius, per
omnia ingenio Angelis quàm hominibus propior, *Presbyterorum Ora-
torij*

torij Domini Ieſu Congregationem Pariſiis inſtituit: quam poſteà Paulus V. Pontifex, Maria Medicæa Francorum Regina & Henrico Gondio Cardinale ac Pariſienſium Epiſcopo procurantibus, diplomate edito 1613. confirmauit. Exinde ab Vrbano VIII. Cardinaliū collegio 1627. adſcriptus Berullius, magnis in Eccleſiā meritis & plurimis per Galliā ſtructis Oratoriis clarus, VI. Nonas Oct. 1629. ætatis 55. anno, ad meliorem vitam tranſiit. *Vrſulinæ* virgines, quæ puellis piè erudiendis dant operam, Pariſiis ſub regula S. Auguſtini cœnobium excitant, eodem Paulo V. approbante: quod inſtitutum poſteà ad alias ciuitates ac prouincias tranſiit. Carolus à Lotharingia Dux Meduanus, Fœderatorum olim in Francia ductor, 3. Oct. moritur. Nicolaus de Montmorency dominus de Vendegies, ſupremus Ærario Regio Præfectus, cognato ſuo Florentio de Stauele, Comiti de Herlies, ſine liberis defuncto, in Stegræ & Haueſ-kercæ dominiis ſucceſſerat. Stegram itaque, Flandriæ occiduæ opidum (vulgò *Eſterre*) an. 1611. titulo Comitatus ab Alberto Auſtrio ornandum curauit. Idem cœnobium monialium S. Birgittæ in vrbe Inſulenſi condidit ac dotauit; vbi & 1617. moriens (non relicta ſobole ex Anna de Croy) ſepeliri voluit. Nicolao frater fuit *Ludonicus* dominus de Beuvry: cuius filius primogenitus *Franciſcus*, tunc Decanus baſilicæ S. Lamberti Leodicenſis, patruo ſuo in Comitatu Stegrano ſucceſſit. Idem Franciſcus, Roberto de S. Omer Comite Mourbecano ſine prole 1617. defuncto, iure matris ſuæ Ioannæ de S. Omer, Comitatum Mourbecanum ac Vicecomitatum Arienſem inſuper obtinuit; & in opido Arienſi collegium Soc. Ieſu fundauit. Societati eidem demum adſcriptus, vtrumque Comitatum & alia prædia fratri ſuo *Ioanni*, pòſt Equiti Velleris aurei, ceſſit: qui Franciſcanis monaſterium Stegræ ædificauit, & ex Magdalena de Lens Nicolaum, Ægidium-Honoratum, Franciſcum-Philippum, Helenam, Mariam-Franciſcam, Mariam-Iſabellam & Mariam-Tereſiam ſuſtulit.

Sigiſmundus Poloniæ Rex *Smolenſcum* Moſcouiæ opidum muniſſimum, poſt biennalem obſidionem, expugnat. Eius filium *Vladiſlaum* Moſci ſibi Ducem eligunt: etſi poſteà, mutato conſilio, alium optarunt; ex quo atrox deinde bellum exſtitit. Carolus, qui Sueciæ regnum, excluſo Sigiſmundo Polono, fratris ſui ſenioris filio, inuaſerat, menſe Nouembri exſtinguitur. Filius eius *Guſtauus-Adolphus* (qui poſteà Germaniæ flagellum fuit) Sueciam occupat. Chriſtiano II. Electori Saxoniæ ſine liberis defuncto ſuccedit Ioannes-Georgius, eius frater. Libri à Conrado Vorſtio (quem in locum Iac. Arminij defuncti, ad profeſſionem Leidenſem, Ordines Bataniæ euocarant) typis editi, iuſſu Iacobi Britanniæ Regis, Londini publicè exuruntur. Petrus Ribadeneira Madriti; Antonius Poſſeuinus Mantuæ; Petrus Pantinus Bruxellæ; Philippus Rubenius, Petri-Pauli Pictorum hodie principis frater, Antuerpiæ; Philippus Bertelius Toloſæ; Papirius Maſſonus Lutetiæ (quorum ſingulorum ſcripta exſtant) moriuntur. Parmæ procerum aliquot in Rainutium Farneſium Ducem coniuratio detegitur, & ſupplicium de iis ſumitur.

1612 Rudolphus II. Imp. menſe Ianuario moritur: *Matthias* frater eius menſe Maio ſufficitur. Antonius Albergatus Vigiliarum Epiſcopus & per Rheni tractum Nuntius Apoſtolicus, pòſt S.R.E. Cardinalis,

Itelius

Itelius Fredericus ex Comite Zollerano itidem poſteà Cardinalis,
& Franciſcus Lauallinus Capucinus Hibernus, noſter olim Louanij
in Philoſophicis præceptor, *Sodalitatem S. Crucis in vrbe Colonienſi* in-
ſtituunt. Cuius quidem Sodalitatis finis eſt, eos qui ex hæreſeon
tenebris ad lumen veræ Fidei catholicæ educti fuerint, beneficen-
tia iuuare, & fauore Principũ aliorumque virorum opibus affluen-
tium, pro cuiuſque ſtatu, de vitæ ſubſidiis congruenter prouidere:
ne quis inopiæ metu (vt fieri quotidie videmus & dolemus) à con-
uerſione retardetur. Collegium iſtud, quod à ſacri & politici ordi-
nis hominibus regitur, Paulus V. anno proximè ſequenti, diplomate
edito, approbauit: vt & ſimile apud Sabaudos in *Thononenſi* oppido 1615
anteà inſtitutum Clemens VIII. confirmarat. Ernesto Bauaro pa-
truo ſuo defuncto Ferdinandus in Colonienſi, Leodicenſi, & aliis
Epiſcopatibus ſufficitur. Albertus Belgarum Princeps *Alberti Leodi-
cenſis Epiſcopi* oſſa ex vrbe Remenſi transferenda, & in auguſto Car-
melitanarum virginum diſcalceatarum cœnobio, à ſe conſtructo,
collocanda curat. Fuit is Godefridi III. Brabantiæ Ducis filius, pro
defenſione Libertatis eccleſiaſticæ, vt anteà Thomas Cantuarienſis,
apud Remos 1192. ab impiis cæſus; vt ſup. pag. 327. dixi. Apud Bel-
gas vetuſta ac nobilis eſt familia de *Ognies* nuncupata; quæ hodie in
Belgio Comitatus quattuor, videlicet de *Willerval, Beaurepair, Eſtrée &
Coupigny* poſſidet. Primus Comes de Willerval ab Alberto Archiduce
1612. Ioannes de Ognies creatus fuit. Huius patrui ſui, ſine liberis
defuncti, Comitatum nunc poſſidet Ioannes Franciſcus de Ognies,
filius Antonij toparchæ de Parency. Comitatus tres reliquos, de
Beaurepair 1622. de *Eſtrée* 1623. & de *Coupigny* 1624. Philippus IV.
Hiſp. Rex inſtituit: vt ſuis infrà locis dicemus.

- Colardus de Ognies, dominus de Ognies, ob. 1414.
  - Robertus al. Aubertus do. de Ognies.
    - Balduinus ob. 1459.
      - Michael.
      - Ioannes.
        - Ioannes d. Margaritam Lanoiam, obiit 1571.
          - Philippus duxit Margaritam de Hames domin. Middelburgi, Vic. Iprenſem.
            - Margarita domina de Ognies, vxor Richardi Merodij, domini de Frenes, 2. Baldoini Montmorencij domini de Hubermont.
          - Gilbertus Ep. Torn.
  - Balduinus do. de Eſtrée & Gruſon, ob. 1459.
    - Ioannes Antonius do. de Bruay & Chaune; obiit 1478.
      - Chriſtophorus al. Ægidius.
        - Philippus domin. de Chaune.
          - Ludouicus Comes 1. de Chaune.
            - Carolus Co. de Chaune.
              - Ludouicus ſ. lib.
              - Ludouica vxor Philiberti Em. de Ailly.
              - Carolotta vxor Honorati de Albert.
      - Franciſcus.
    - Phillippus.
      - Balduinus.
        - Franciſcus.
    - Leo.
    - Carolus dom. de Eſtrée & Gruſon.
      - Carolus dom. de Eſtrée & Gruſon.
        - Iacobus dom. de Eſtrée.
          - Claudius dominus de Eſtrée.
            - Iacobus dom. de Eſtrée.
              - Car. Philippus Co. de Eſtrée 1623.
            - Franciſcus de Coupigny.
              - Claudius Com. de Coupigny 1624.
              - Franciſcus.
        - Franciſcus dominus de Beaurepair & Parency dux. Bonā Lanoiam dom. de Willerval.
          - Adrianus dom. de VVillerval dux. Annā dominā de Roſimbos.
            - Robertus dom. de VVillerv.
              - Ioannes Com. de VVillerval 1612. ob. ſ. lib.
            - Carolus dom. de Roſimbos
              - Philippa.
              - Anna.
            - Antonius dom. de Parency.
              - Io. Franciſcus Com. de VVillerval.
          - Franciſcus dominus de Beaurepair.
            - Maximilianus Co. de Beaurepair, 1622.
              - Io. Franciſcus Com. de Beaurepair, & aliæ proles.
  - Filij 6.
  - Filiæ 8.

Vincentius Gonzaga Mantuæ & Montis-Ferrati Dux (à quo 1608. ordinem Equitum Redemptoris inſtitutum diximus) menſe Martio moritur; relictis tribus filiis, *Franciſco*, *Ferdinando* & *Vincentio*, qui omnes ex ordine Duces fuerunt. Ex his *Franciſcus* primogenitus hoc ipſo anno 1612. Decembris 22. obiit; vnica filia *Maria* relicta ex N. Sabauda. *Ferdinandus* 1626. *Vincentius* 1627. non relictis liberis obierunt. *Nicolaus Faber* Pariſienſis, amicus noſter, Petri Pithœi ſtudiorum olim ſocius (cuius vtriuſque codicibus manuſcriptis, cùm Lutetiæ negotiorum publicorum cauſſa verſaremur, non ſemel vſi fuimus) in patria ſenex decedit. Bataui eorumdque ſocij cũ Achmete Imp. Turcico fœdus Conſtantinopoli mẽſe Iulio ſanciunt.

1613 Fredericus V. Elector & Comes Palatinus Rheni cum Eliſabetha, Iacobi Britanniæ Regis filia, menſe Februario nuptias Londini contrahit. Sigiſmundus Battorius, olim Tranſiluaniæ Princeps ac Turcarum terror, Pragæ moritur. Gabriel Battorius, qui annis aliquot Tranſiluanis vario euentu præfuerat, à Gabore ſeu Gabriele Bethleno, Turcarum auxiliis, profligatur, ac demùm à ſuis occiditur: in cuius locum idem Gabriel, Turcarum ope, eſt ſubſtitutus. In Flandria à Gandauo verſus Brugas, & inde verſus Oſtendam noua Foſſa ducitur. Guilielmus Eſtius, Doctor Theologus & Cancellarius Duacenſis, ſcriptis clarus, in Domino obdormit. Paulus V. Papa confirmat ordinem monialium *Annuntiatarum* cognomento *Cæleſtium* ſeu *Genuenſium*, à Maria-Victoria Fornaria Genuæ in patria inſtitutum. Cuius quidem ordinis non pauca variis in prouinciis monaſteria noſtro æuo ſunt exſtructa; vt Pontarlerienſe, Veſulienſe, Champlitenſe, Nozeretanum, Claudiopolitanum, Amoropolitanum, & Dolanum in Comitatu Burgundiæ; Nanceianum, Michaëlenſe & Ioinvillanum in Lotharingia; Aquiſgranenſe anno 1619. Pariſienſe & Lingonenſe 1622. Lugdunenſe 1624. Dionyſianum prope Lutetiam 1629. *Tornacenſe* 1624. *Inſulenſe* in Gallo-Flandria, & *Montenſe* in Hannonia 1628. Leodicenſe 1627. *Namurcenſe* 1629. & alia alibi. Cæterùm ipſa ordinis fundatrix *Maria Victoria*, annos 55. nata, die 15. Dec. 1617. Genuæ piiſſimè in Domino obdormiuit; vitamdque eius Ferdinandus Meltius, Soc. Ieſu Theologus, Italicè deſcripſit.

Inter Sabaudum & Mantuanum Duces graue bellũ exoritur ſuper Montis-Ferrati principatu; cùm Franciſco Mantuæ Duce, ſub finem anni ſuperioris, ſine virili ſtirpe mortuo, *Ferdinandus* ei frater, anteà Cardinalis, ſuffectus eſſet. Qui Hiſpanorum auxiliis fotus, contra Carolum-Philibertum Sabaudiæ Ducem annis aliquot certauit, compreſſis ac reſumptis idemtidẽ armis. Pace namdque 1615. compoſita, anno inſequente reditum eſt ad bellum. Albertus Princeps noſter ſub vernum tempus ſex millia Belgarum in Inſubriam miſerat: eorum virtute potiſſimùm Vercellæ 1617. die 25. Iunij à Mediolanenſi Gubernatore ſunt expugnatæ. Sed anno ferè vertente, cùm Sabaudus à Francis adiutus eam vrbem 1618. menſe Iunio recuperaſſet, bello tunc finis eſt impoſitus. Angli ex Virginia in Canadam excurrentes, naues Francorum imparatas diripiunt, & ædes inſtructas incendunt.

1614 Neoburgius & Brandeburgius, à Gallis ac Batauis adiuti, communibus copiis Iuliacum ad deditionem 1610. compulerant; vt ſuprà narraui. Sed vt *nec regna nec tedæ ferunt parem*, *omniſque poteſtas conſortis eſt impatiens*, triennio pòſt miles Brandeburgius, inſigni

 perfidia,

perfidia, Neoburgij Principis cohortem Iuliaco expulit, opidumque cum arce Batauis tradidit. Eodem ipſo tempore Batavi pro Brandeburgio ſtantes *Duſſeldorpium* ad Rhenum, vbi tunc Neoburgij coniux agebat, tentarunt, ſed fruſtrà. Cumque tractatu Veſalienſi (vbi de concordia vtrimque agi cœptum) interrupto, alia multa more ſuo ſeditioſa molirentur, *Albertus* noſter, Matthia Cæſare petente, exercitum, paci publicæ aſſerendæ, omnium opinione celeriùs conſcripſit; & Spinolâ ſupremo belli duce conſtituto, *Aquaſ-Grani*, vrbem Imperialem à multis retrò annis rebellem, ad obedientiam 1614. compulit. Exinde *Veſaliam*, veterem illam Caluinianorum ſentinam ac Rhenenſem Geneuam, *Duram* Caroli V. obſidione nobilem, aliaque tractus illius opida, ad opus ius habentis, occupari iuſſit. Edixit autem poſteà, in priſtinum ſe ſtatum omnia reſtituturum, vbi Batavi vt priores offenderant, ita priores militem ſuum ex prouinciis iſtis controuerſis eduxerint, ſeſeque non ampliùs offenſuros nec inuaſuros ſpoponderint ac cauerint. Wolfangus-Guilielmus Princeps *Neoburgius*, eiurata hæreſi Lutherana, orthodoxam Religionem publicè Duſſeldorpij amplectitur. Marcus Velſerus Auguſtæ Vindelicorum, Stephanus Paſchaſius Pariſiis, Hieronymus Gratianus, vnus ex primis S. Tereſiæ in Hiſpania aſſeclis, Bruxellæ, moriuntur. *Philippus Nerius*, fundator Congregationis Oratorij, à Paulo V. in Beatorum claſſem refertur.

Nicolaus Trigautius Duacenſis, Soc. Ieſu presbyter, ex Sinenſi regno Romam & inde in Belgium veniens, nuntiauit Pequini, Nanquini, Scianquini & alibi apud Sinas Chriſtianorum nouas aliquot eccleſias, præter Amacaënſem, conſtitutas eſſe. Idem anno ſequente *Matthæi Riccij* commentarium de Chriſtiana expeditione Sinenſi, deque illius regni legibus ac moribus publicauit: quo omnium, qui anteà de Sinis ſcripſerant, mendacia iugulauit. Philippus-Franciſcus Faxecura vir nobiliſſimus, & Ludouicus Sotelus ord. Minorum, legati Idatis Maſamunis, Regis Voxu in Iaponia, Paulo V. obedientiam Romæ præſtant.

Carolus de Croy, *Dux Croyus* ab Henrico IV. Fr. Rege 1598. creatus, idemque Dux Arſchotanus, Princeps Chimacenſis, Comes Bellomontanus, Auennæ & alibi toparcha, primùm cum Maria de Brimeu Comitiſſa de Meghem, pòſt cum Dorothea Croya matrimonio iunctus, ſed ex neutra prolem relinquens moritur; Heuerleæ prope Louanium apud maiores ſuos conditus. Caroli ſoror & pro maiore parte heres *Anna de Croy*, Carolo de Ligne Comiti Arenbergio 1587. nupſerat, & ex eo inter alios liberos *Philippũ* & *Alexandrum* genuerat. *Philippus* ex auunculi ſui hereditate Arſchotum, Heuerleam, Birbecam, Rotſelariam, *Alexander* Chimacum, Bellummontem, Auennam aliaque prædia obtinuit. Ducatus de Croy *Carolo-Alexandro* Marchioni Havræo (qui eiuſdem Caroli Ducis primi de Croy patruelis fuit) ex teſtamenti tabulis ceſſit. Exinde Carolo-Alexandro 1624. ſine prole maſcula defuncto, dictus Ducatus Croyus ad *Boſiſlaum-Erneſtum*, Erneſti (qui Caroli-Alexandri frater fuit) & Annæ Pomeranæ filium, ſuprà pag. 393. & 402. memoratum, eſt deuolutus.

Si quis alius noſtra ætate, *Albertus* certè Belgarum Princeps maieſtatis tuendæ ac dignitatis augendæ in geſtu cultu, aulæ pompa, nobilium procerum copia, miniſteriorum varietate ac

ſatellitio perſtudioſus fuit; haut ignarus, *ceſſante admiratione opum & potentia, qua plebeiis animis hoc aſpectu inſeritur, vilem & contemni facilem reddi Principatum.* Hoc itaque anno Albertum de Ligne Principem de *Barbanxon*, Carolum de Traſignies Marchionem de *Traſignies*, Philippum de Rubemprè Comitem de *Vertain*, Robertum de S.Omer Comitem de *Mourbeque*, Maximilianum de Bailleul Comitem de *Baillieul*, Hermannum à Burgundia Comitem de *Falais*, Guilielmum de Hamale Comitem de *Gomignies*, & Hugonem de Noyelle Comitem de *Noyelle* creauit. Alberti de Ligne ſtemma ſuprà pag. 402. reperies. Carolus Traſiniaci Marchio, Caroli filius, Ioannis Equitis Velleris aurei nepos, ex Adriana de Gavre, Caroli Comitis primi de Beaurieu filia, quattuor filios Carolum qui cælebs obiit, Ægidium-Ostonem, Ioannem-Gerardum, Albertum, & totidem filias Honorinam, Annam, Robertinam & Iolentam genuit. Ægidius-Osto Marchio ſecundus de Traſignies 1631. duxit Iacobam de Lalain, Caroli Comitis Hochſtratani filiam, Philippi de Merode Middelburgenſis in Flandria Comitis viduam.

Philippus Rubempræus Comes de Vertain abauum habuit Ioannem Rubempræum, Equitem Velleris aurei à Carolo Audace 1473. creatum: qua dignitate & ipſe à Philippo III. Hiſp. Rege auctus fuit. Robertus à S. Audomaro Comes Mourbecanus, ex Caſtellanorum Audomarenſium ſtirpe poſtremus, an. 1617. ſine liberis obiit. Cuius ſtemma apud Quercetanum in hiſtoria Montmorencia l.4.c.4. inuenies. Mourbecam porrò Philippus IV. titulo Marchionatus 1628. decorauit, in gratiam *Ioannis* de Montmorency Comitis de Eſterre. *Maximilianus* Comes de Bailleul moriens tres reliquit filias, quarum primo-genita Alberto Comiti Hochſtratano ſuprà pag. 318. memorato nupſit. Hermannus à Burgundia Comes de Falais ex Iolenta de Longueval, Caroli Comitis de Buqnoy in Hungaria cæſi ſorore, ſuſtulit Philippum & Felicem Societati Ieſu adſcriptos, *Margaritam* Hugoni Comiti primo de Noyelle nuptam, Comitatus de Falais heredem, Iſabellam Caroli-Emanuelis de Gorevod Marchionis de Marnay coniugem, & Iolentam. Guilielmus de Hamale, Guilielmi & Corneliæ Lalainæ filius, Philippi & Margaritæ Culemburgiæ nepos, ex N. Maximiliani Comitis primi de S.Aldegonde filia aliquot ſexus vtriuſque liberos ſuſtulit. Hugo Comes de Noyelle ex priore coniuge inter alias filias genuit Ludouicam, Eugenio de Noyelle Comiti tertio de Marles nuptam. Ex altera vxore Margarita, Comitiſſa de Falais paulò antè nominata, Eugenium-Ignatium, Ioſephum-Bonauenturam, & filias quinque procreauit. Vide infrà an. 1621.

1615 Margarita Valeſia, Henrici III. Fr. Regis ſoror, Pariſiis ſub finem Martij moritur, in qua *Valeſiorum* ſtirps regia penitùs exſtincta eſt: quæ in Philippo Valeſio 1328. regnare cœperat, & 1589. in Henrico III. regnare deſierat. Claudius Aquauiua, Soc. Ieſu Præpoſitus generalis, Romæ viuere deſiit: *Mutius Vitelleſcus* Romanus ſufficitur. Gorcomienſium martyrum, & Liduinæ virginis Schidamenſis oſſa ſecretò ex Hollandia Bruxellam transferuntur. Ludouicus Graugetus, Soc. Ieſu presbyter, apud Georgianos & Mingrelianos Chriſti doctrinam promouet. Veneti, Croatarum excurſionibus offenſi, Ferdinandum Archiducem, nunc illo nomine ſecundum Imperatorem, armis aggrediuntur. Quod bellum per mutua vtrimque

quæ damna triennio geſtum, ineunte anno 1618. eſt depoſitum. Iſabella, Henrici IV. Franciæ Regis filia, Philippo IV. Hiſp. Regi, & huius ſoror Anna Ludouico XIII. Francorum Regi nuptui traditur.

Fliſſinga & Brila, opida ad Oceanum ſita, per Hollandos, Zelandos ac ſocios Anglis oppignorata, perſoluto ære alieno, eiſdem à Iacobo Britanniæ Rege reſtituuntur. Iſaacus le Maire Antuerpienſis fretum nouum verſus regna Peruana detegit. In Villarienſi monachorum Ciſtertienſium apud Gallo-Brabantos Abbatia, multus fit hominum piè peregrinantium concurſus ad ſacellum, in quo adſeruatur imago ſeu ſtatua Deiparæ, ex quercu Aſpticollenſi confecta, & Abbati illius loci annis ſuperioribus dono data à Ioanne Miræo Epiſcopo Antuerpienſi. 1616

Poſt Henrici IV. Regis obitum quietiores in Gallia res fuerunt, quàm ſpes Francorum tulerat, ſub Ludouico Rege puero. Initium tumultuandi 1614. fecerunt Principes aliquot, qui nimiam *Concini Concinij* Florentini, Marchionis Encrenſis, potentiam exoſam habebant. Per hos tumultus Ludouicus Rex nihilominus 1615. in Aquitaniam profectus eſt, vt *Annam* Philippi III. Hiſpaniar. Regis filiam, quam per legatum ſibi antè deſponderat, iuſtum ad matrimonium reciperet, eodemque tempore ſororem ſuam *Eliſabetham*, cum Philippo IV. Rege Catholico coniungendam, traderet. Publicam hilaritatem iſtam ſequente anno auxit domeſtica apud Francos concordia; Henrico Principe *Condæo* ac fœderatis reliquis cum Rege ſuo reconciliatis. Verùm ſubitò nouis exortis ſuſpicionibus, Kalendis Septembris anni eiuſdem 1616. Condæus in cuſtodiam mittitur. Proceres, qui ſuperiore anno cum eo ſocietatem inierant, à comitatu Regio diſcedunt. His bellum auctoritate Regis indicitur; quod anno 1617. terminatum eſt, *Concino* Lutetiæ in aditu arcis Luparæ 24. Aprilis à ſatellitibus regiis cæſo. Cauſſam cædis Gallici ſcriptores hanc addunt, quòd ab Rege certis de cauſſis comprehendi iuſſus, armis ſe defendere tentaſſet. Eius necem publica apud Francos tranquillitas excepit; fœderatis proceribus ad Regem mox reuerſis. Atque ex eo quidem tempore Ludouicus Rex publicam rem ſuis auſpiciis cœpit gerere. Cuius tractandæ vt à Religione duceret initium, lege publica menſe Decembri decreuit, vt in *Benearnenſi prouincia* Catholicus Dei cultus vbique reſtitueretur; tùm vt Caluiniani prædia, ante annos circiter 50. eccleſiis Orthodoxorum erepta, redderent. 1617

In Hollandia inter *Arminianos* & *Gomariſtas* odia pluſquam Vatiniana exardeſcunt. Bellum hoc inteſtinum anno circiter 1604. ſcholam primò Leidenſem turbare cœpit; theſibus contrariis de *Prædeſtinatione, Gratia, Libero arbitrio*, aliiſque Fidei capitibus per *Iacobum Arminium* & *Franciſcum Gomarum*, Caluiniani dogmatis ea in vrbe Profeſſores, vtrimque propoſitis: quæ res poſteà vniuerſum Batauiæ ſtatum mirabiliter turbauit, grauiterque afflixit. Atque initio quidem diu multumque inter partes diſceptatum fuit, an *Catechiſmus Heidelbergenſis* & *Confeſſio Belgica Eccleſiæ* (vt vocant) *reformata*, recenſeri ac corrigi deberent. Quod vt fieret, *Arminiani* Ordinum ſeu Statuum fauore ſubnixi an. 1606. in conuentu Gorcomiano obtinuerunt. *Gomariſtæ* è contrà à Mauritio Comite Naſſouio, qui militiæ præerat, & aliis ſuffulti, frendent, animoſque attollunt. *Harlemenſes* itaque, *Leidenſes*, *Roterodamenſes*, *Goudani*, *Hornani*

& alij in Hollandia factionis Arminianæ populi, fœdus inter ſe ineunt, & militem conſcribunt, ad ſeſe ſuaque opida aduerſus Gomariſtarũ impetus tutanda. Idem poſteà *Vltraiectini* & alij fecerunt.

1616 Iacobus de Noyelle, Adriani & Franciſcæ de Lille filius, Vicecomes de Nielles, toparcha de Lisbourg, ab Alberto Archiduce *Comes de Croix* in Caſtellania Inſulenſi creatur. Idem poſteà à Philippo IV. Rege 1629. *Marchio de Croix* renuntiatus fuit. Duxit Annam de Claerhout, Amoraldi Baronis de Maldeghem, toparchæ de Oſtcamp & Wtkerke, filiam heredem: & ex ea genuit Mariam-Franciſcam, quæ innupta deceſſit. Iacobi porrò ſoror primo-genita *Franciſca de Noyelle* ex Florentio de Noyelle, Comite ſecundo de Marles, numeroſam prolem moriens reliquit, infrà an. 1621. recenſendam. *Quercetanus in Hiſt. Giſnenſi l. 10. c. 5.*

1617 Philippus de Merode, Vicecomes Iprenſis, Baro de Frentz, ab eodem Archiduce Alberto (cuius Oeconomus erat) Middelburgi in Flandria opidi Comes creatur. Is ex Ioanna Montmorencia, Georgij domini de Croiſilles, Chaumont & Glajon & Franciſcæ de Iauche filia, genuit Georgium & Philippum ſine liberis defunctos, Margaritam-Iſabellam Philippo-Amoraldo Comiti Iſegemienſi, Mariam Philippo de Iauche Comiti de Maſtain, Claudiam Euſtathio de la Vieville nuptas, Florentiam & Franciſcam moniales in Carmelo Bruxellenſi, Ludouicam, Claram-Eugeniam & Ioannam-Eleonoram. Merodiorum ſtemma in noſtris Diplomatibus Belgicis l. 10. c. 5. reperies.

- Richardus de Merode dominus de Frẽtz duxit Franciſcã de Bouchout.
  - Richardus d. Margaritam dominam de Ognies & Middelburg. obiit 1577.
    - Philippus Comes Middelburgi duxit Ioannã Montmorenciam dominam de Croiſilles.
      - Georgius obiit puer.
      - Philippus Comes Middelburgi obiit ſine liberis.
      - Margarita-Iſabella, Comitiſſa Middelburgi, vxor Philippi-Amoraldi Comitis Iſegemij, ſup. pag. 434.
      - Filiæ aliæ VI.
    - Filiæ IV.
    - Richardus dominus de Ognies d. Helenam Montmorenciam.
      - Franciſcus.
      - Richardus.
  - Anna.

Ferdinandus Auſtrius, Matthiæ Imp. patruelis, coronatur Rex Bohemiæ. Iulius Echterus, Epiſcopus Herbipolenſis & illius Academiæ fundator, moritur: ſuccedit Ioannes Godefridus Epiſcopus Bambergenſis. Achmetes Turcorum Imperator moritur: cuius filiorum natu maximus Oſmanes annum ætatis 12. tunc agebat. Ob id *Muſtapha*, Achmetis frater, ex cella ſolitaria, in qua degebat, à Prætorianis extractus, ad Imperium euehitur. Sed eo ob ſtoliditatem poſt menſes duos in cuſtodiam retruſo, *Oſmanes*, Achmetis filius, renuntiatur Sultanus: *ſuprà pag. 354.*

1618 Matthia Imp. agente, eiuſque fratre Alberto Belgarum Principe ius omne ſuum cedente, Ordines Bohemiæ *Ferdinandum Auſtrium* Religionis orthodoxæ ſtudioſiſſimum, 1617. ſibi Regem elegerant, & 26. Iunij ſolemni pompa Pragæ coronarant. Pupugit id mirum in modum Caluinianos, qui ſpecioſo ſed falſo Vtraquiſtarum titulo Huſſitis ſeſe adiunxerant. Anno itaque 1618. dum Matthias Imp.

Viennæ

Anni vulga-
res Chriſti.

Viennæ afflictiore valetudine languet, & Poſonij in comitiis diei
auſpicalis indictio (qua eiuſdem Ferdinandi iam tum proclamati
Hnngariæ Regis coronatio celebranda eſſet) omnium exſpectatio-
ne diutiùs extrahitur: *Bohemi* coniurati (quorum princeps erat
Matthias Comes Turrianus) globo armatorum facto, arcem Pragen-
ſem, cnm armamentario ac curia regia, 23. Maij occupant, inque
conclaue, quod Cancellariam vocant, vi irrumpentes *Gulielmum*
Slauatam Cameræ Bohemicæ Præſidem, *Iaroſlaum Borzitam* regni
Mareſcallum, & *Philippum Fabricium* Secretarium de feneſtra detur-
bant, altitudine 40. amplius cubitorum. Omnes tamen ſalui & inco-
lumes, Deo ſuos protegente, magna omnium admiratione euaſe-
runt. Bohemis rebellibus poſteà acceſſere *Morauï, Sileſij, Luſatij, Au-
ſtriaci ſuperiores*, ac demum *Hungari*; Gabriele Bethleno, Tranſilua-
niæ Principe, Turcarum cliente ac vaſallo, ad ſpem regni Hunga-
rici euocato. Sed & *Achmetes* Turcarum Sultanus, Chriſtiani no-
minis hoſtis hereditarius, per legationes ſollicitatus; *Palaſſo, Corlato*,
& aliis Conſtantinopolim miſſis: oblatumque tributum annuum,
modò prouinciarum ſex confœderatarum protectionem aduerſus
Ferdinandum ſuſciperet. Ceterùm Bohemos alioſque rebelles Mat-
thias Cæſar, eiuſque ſucceſſor Ferdinandus, miſſis primùm legatis
ac litteris, ad obſequium reducere ſeriò conati ſunt: quod cùm fru-
ſtrà tentaſſent, ad apertum vtrimque bellum ventum eſt, magno
vniuerſæ Europæ motu.

Mauritius Princeps Arauſionenſis ineunte Auguſto menſe Vltrá-
iectinos (quæ vrbs factionis Arminianæ velut arx erat) in ordinem
redigit, & arma ponere iubet. Inde Hagam Comitis vt rediit, Ioan-
nes *Barneveldius*, Ægidius *Ledenbergius*, Rumoldus *Hogerbetius* &
Hugo *Grotius*, primaria Arminianorum capita, 28. Auguſti capiun-
tur, & ſtrictiſſimæ cuſtodiæ mandantur. Audax facinus, quod-
que Gomariſtis feliciter ceſſit. Paulò enim pòſt Arminiani paſſim
omnes ex magiſtratibus publiciſque functionibus ſunt deturbati.
Ioannes *Vtenbogardus* aulicus apud Hagenſes Prædicans, Iacobus
Taurinus Vltraiectinorum primarius Miniſter, Petrus *Bertius* Pro-
feſſor Leidenſis, & alij Prædicantes Arminiani, ſubita illa rerum
mutatione metuque perculſi, in Brabantiam, Galliam ac Germa-
niam diffugerunt. Ex h[illegible] Taurinus, Bilancis & aliorum libellorum
contra Gomariſtas auc[illegible], altero poſt fugam menſe, in villa ſubur-
bana prope Antuerpiam puſillanimitate periit. Bertius animo for-
tior Pariſios abiit, & an. 1620. ad Catholicorum caſtra tranſiit. Hoc
ipſo anno 1618. die 15. Nouembris *Dordraci*, Hollandiæ opido vetuſ-
tiſſimo, Pſeudo-ſynodus à Caluinianis contra Arminianos eſt inco-
hata: eodemq; tempore *Cometa*, malorũ Reipub. Chriſtianæ immi-
nentium nuntius, in orbe noſtro ſpectari cœpit, omnium ſermoni-
bus, multorũ ſcriptis celebratus. Dordracenis decretis per legatos
ſuos ſubſcripſerunt *Geneuenſes, Heidelbergenſes, Marpurgenſes, Bremen-
ſes, Emdani, Naſſoniani, Tigurini, Bernenſes, Baſilienſes, Schafbuſiani*, &
Georgius *Landauenſis* in Anglia Pſeudo-Epiſcopus: ex quibus tamen
plerique domi collegas habent aliter ſentiẽtes. Decreta iſta ſcriptis
ſuis mirum in modum, præter Catholicos, Arminiani & Lutherani
exagitarunt. De articulis porrò inter Arminianos & Gomariſtas cõ-
trouerſis quid ſentiendũ, eruditè docuit Ioãnes Malderus, Epiſcopus
noſter Antuerpienſis, in ſuis Anti-Synodicis per Plantinianos editis.

Phi-

Philippus-Gnilielmus Princeps Arauſionenſis, ſacris ritu Catholico munitus, Bruxellæ 20. Febr. ſine prole moritur: in Principatu *Mauritius* frater ſuccedit. Nicolaus Trigantius Belga, cùm 44. variarũ nationũ ſociis, Oliſipone verſus Indiam orientalem ſoluit, indeque ad Sinas ſuos rediit. Iacobus Dauius Perronius, Cardinalis & Archiepiſcopus Senonenſis, Caluinianorum in Gallia malleus, Lutetiæ (vbi eum nouimus) ſenex 5. Sept. deceſſit Melchior Cleſelius, Cardinalis & Epiſcopus Viennenſis, qui ſumma apud Matthiam Imp. gratia valebat, ex eiuſdem aula Vienñenſi, 20. Iunij iuſſu quorundam, inſcio Matthia, in Comitatum Tirolenſem abducitur. Ad cauſſam cognoſcendam Veroſpius eò à Paulo V. Papa pòſt mittitur.

1619 MATTHIAS Imp. 20. Martij Viennæ, nulla ſobole relicta, anno ætatis 62. expleto moriens, *Auſtriæ* & prouinciarum vniuerſarum heredem ſcribit vnicum tunc fratrem ſuum ALBERTUM, Belgarum Principem: quarum hic poſſeſſionem per Leopoldum Archiducem, dato mandato, mox cepit. Poſteà tamen ſub initium menſis Auguſti, viuens ac valens (quod vix pater filio præſtet) inaudita liberalitate ditiones vniuerſas, per obitum fratris ad ſe deuolutas, patrueli ſuo *Ferdinando II.* pòſt Imperatori ceſſit; cui ex paterna hereditate non niſi *Stiria*, *Carinthia* & *Carniola* obuenerant. Ceſſit autem pro maiore Eccleſiæ ac Reipub. Chriſtianæ, gentiſque Auſtriacæ bono. Tantum porrò beneficium ne poſteritas ignoraret, iuſſu *Iſabellæ Claræ Eugeniæ*, vidua cùm eſſet, *Currus triumphantis Liberalitatis*, regia magnificentia eſt conſtructus: qui vexillis atque inſignibus prouinciarum, quas Albertus Ferdinando ceſſerat, exornatus, pompam illius funebrem Bruxellæ 1622. mirificè decorauit. Idem currus quotannis in encæniis per vrbem, populo applaudente equis trahitur.

Pſeudo-Synodus Dordracena 6. Maij finitur. Die 13. Maij *Barneueldius* (quem ſuum velut Lycurgum hactenùs Batauí coluerant) publicè in area palatij Hagenſis, infami carnificis manu decollatur: grata Hiſpanis victima, vtpote quibus grauiſſima ſuis conſiliis damna intulerat. Exindè cadauer *Ledenbergij*, qui ſibi ipſi in carcere vim intuliſſe dicebatur, ſale conditum loculoque conditum ex furca ſuſpenditur. *Hogerbetius* & *Grotius* ad perpetuos carceres damnantur, Cornelius *Mulius*, Barneueldij gener, in obſcuri nominis inſulam Zelandicam ablegatur: *Habius* Harlemenſis Syndicus, Adolfus *Walias*, & alij primarij illius factionis viri proſcribuntur. *Vtenbogardus*, *Greuinchouius*, *Vorſtius*, *Epiſcopius*, & alij ampliùs centum Prædicantes exilio mulctantur: proceres denique ac ciues Arminiani omnes publicis muneribus priuantur.

Bohemi rebelles *Ferdinandum*, Regem ſuum 1617. iuratum ac coronatum, abdicant. Cumque à Ioanne-Georgio Electore Saxone & Maximiliano Bauariæ Duce, quibus regni coronam detulerant, reiecti eſſent, *Fredericum V.* Palatinum Rheni Comitem, 27. Auguſti Pragæ congregati, ſibi Regem eligunt, & menſe Nouembri coronant. Proteſtantes Germaniæ Principes ferè omnes (quos inter eminebant Chriſtianus Princeps *Anhaltinus*; Ioachimus-Erneſtus Marchio *Anſbacenſis*; Mauritius Landtgrauius *Haſſus*, Ioannes-Fredericus Dux *Wirtembergius*, & Georgius-Fredericus Marchio *Durlacenſis*) inito fœdere, Palatini partibus, vnà cum Batauis & Ciuitatibus XVII. Imperialibus ſeſe adiunxerunt. Ioannes-Georgius

Saxo

Saxo & Maximilianus *Bavarus* cum *Dermſtadienſi* in fide Cæsari debita perſtiterunt. Albertus Archidux, ne periclitanti iu Germania Religioni noſtræ aut familiæ ſuæ deeſſet, primò Carolum Longuevallium Comitem *Buquoium*, fortiſſimum belli ducem, paulò pòſt bis mille equites & ſex millia peditum Belgarum, itemque legionem vnam Germanicam in Bohemiam miſit. His deinde & aliarum duarum legionum noſtratium milites ex Italia acceſſerunt, qui ſtipendia bello Sabaudico fecerant.

Dum res iu Bohemia turbant, comitia à Septemviris menſe Auguſto Francofurti habentur. Cumque *Albertus* Princeps noſter oblatum ſibi Imperium, raro & laudabili exempl., reſpuiſſet, demum FERDINANDVS, Caroli Archiducis & Annæ Bauaræ filius, Hungariæ Bohemiæque Rex, die 28. Auguſti electus eſt Cæſar. Inter Moſam & Sabim flumina, altero lapide à Namurco, *Marlania ſilua* admodum denſa ac peramœna viſitur. In ea ab Alberto Archiduce eiuſque coniuge Iſabella primi trans Alpes cœnobij eremitici Carmelitarum diſcalceatorum fundamenta 29. Iulij collocari vidimus. Eſtque admodum patens, inſtar opidi ampliſſimi, muris vndique cinctum, ſiluas, prata, agros & ſtagna ſuo ambitu complectens. In medio primarium eſt ædificium, cum 20. plùs minùs cellulis (quales ferè monachi Cartuſiani habent) horto muroque à ſe mutuò diſtinctis. Præter has ſunt & aliæ totidem ferè cellæ ſeu domunculæ laxiores, cum ſuis ſingulæ ſacellis & hortulis, ad iactum teli ab interiore cœnobio diſtantes: in quibus ſinguli monachi, more veterũ in Ægypto & Syria anachoretarum, dies noctesq; Deo vacant.

Februario menſe habita ſunt comitia *Herbipoli* iu Franconia, dein *Mulhuſa* in Thuringia: quibus poſterioribus præter Electores Eccleſiaſticos, & Saxo cum Ludouico Lantgrauio Dermſtadienſi interfuit. Actum in iis de communi contra Caluinianos fœdere, qui vniuerſum Imperij ordinem euertere conabantur. Iulio menſe Bauarus, fœderati exercitus Catholici ductor, in *Auſtriam* ſuperiorem ſecundo Danubio deſcendit, & *Lintzio* aliiſque opidis occupatis, prouinciam totam ad fidem Cæſari præſtandam compulit. Eodem ferè tempore *Saxo* in Luſatiam, & Ambroſius *Spinola* menſe Auguſto iu Palatinatum Rheni, cum exercitu apud Belgas conſcripto, copiiſque Italicis aucto, irrupit; *Crucenaco*, *Oppenhemio*, *Baccheraco*, *Trarbaco*, & aliis locis ad deditionem compulſis. Octobri menſe Bauarus & Buquoius cùm exercitus ſuos vnum in corpus iunxiſſent, *Piſcam* aliaque Bohemiæ opida expugnarunt. Inde Pragam verſus progreſſi, die 8. Nouembris, primo à Praga lapide collatis ſignis, cum hoſtili exercitu feliciſſimè dimicarunt; *P. Dominico* natione Aragonio, ex ordine Carmelitarum diſcalceatorum, Chriſti crucifixi effigiem in hoſtem inferente, certamque à Deo victoriam pollicente. Et manifeſtũ, initâ pugnâ, cæleſte auxilium adfuit. Panico namque metu perculſus exercitus omnis hoſtilis in fugam ſe dedit: & ſic quinque ampliùs millia cæſa, mille circiter Mulda fl. abſorpti, bis mille (quos inter primo-genitus Anhaltini) capti, tormenta decem maiora, cum centum plùs minus vexillis militaribus, adempta; caſtra denique omnis opulentiæ plena à noſtris direpta ſunt; memorabili ſanè ad poſteros victoria. Et quod mireris, ex noſtris vix ducenti cecidere. Palatinus ipſe (qui tum Pragæ agebat) cum vxore, Anhaltino, Turriano, Hohenloio & aliis 1620

proceribus in *Sileſiam* turpiter fugit ; & qui ſpe Imperium Romanum iam deuorarat, vix repperit quò ſe tutò reciperet: Notatum eſt à curioſis, eo ipſo die quo illuſtris illa victoria de hoſte parta eſt, illud ex Matthæi Euangelio ab vniuerſa Eccleſia catholica recitatum fuiſſe, *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.* Sequenti die *Praga* ſeſe dedidit, & quattuor millia militum ea in vrbe præſidiariorum ad caſtra Cæſaris tranſierunt. Reperta ibidem regni corona, maior item Nobilitatis pars deprehenſa, atque inter alios filius & vxor Comitis Turriani. Diebus proximè inſequentibus *Launum*, *Slaunum*, *Raconicium*, *Brandicium*, *Caroloſteinium* & alia vicina opida Cæſariano militi portas aperuerunt. Bohemiâ ſubactâ, Buquoius exercitum victorem in *Moraviam* mouit, & *Olomucio*, *Bruna*, ceteriſque opidis ad deditionem coactis, vniuerſam prouinciam illam, vt & Saxo *Luſatiam*, ad Cæſaris obſequium reduxit. *Hungari* cum ſuo Gabore, pro genio gentis, vltimi in rebellione obſtinatè perſtiterunt.

Per idem tempus quo Palatinus in Bohemia eſt debellatus, in *Telina valle*, quæ Rhætis contribuitur, ciuiles motus exarſerunt: quorum originem ac cauſſas paulò altiùs repetam. Sub fœdere Heluetico Ciuitates, vulgò *Cantones XIII.* continentur: *Vrania*, *Suitia*, *Siluania*, *Lucerna*, *Tigurum*, *Clarona*, *Tugium*, *Berna*, *Friburgum*, *Solodurum*, *Baſilea*, *Schafhuſa* & *Abbatiſ-cella* Ex his quattuor, videlicet *Berna*, *Tigurum*, *Baſilea* & *Schafhuſa*, à Romani Pontificis obedientia receſſerunt. Ciuitates cæteræ Religionem catholicam Romanam publicè profitentur. Claronæ tamen & in aliis aliquot locis Hæretici Catholicis mixti viuunt. Præter XIII. Ciuitates quas dixi, multa apud Heluetios ſunt opida ſuo iure ac legibus vtentia; vt *Bada*, *Bremgartia*, *Damaſia*, *Paterniacum*, *Sempachium*, *Lauſana* & alia. Sunt item *Præfecturæ decem*, quæ communi Cantonũ imperio adminiſtrantur. Sunt denique *Socij Heluetiorũ*: vt *Abbas S. Galli* cum opido, *Rhæti*, *Valeſiani* & *Rotvvilla* vrbs Imperialis. RHÆTI, quos vt vulgò *Griſones* vocant, in tria Fœdera ſeu Ligas ſunt diuiſi, quæ tres populos fœderatos complectuntur. Primum fœdus XIX. Communitates, quas inter prima eſt *Diſertina Abbatia*; ſecundum XX. Communitates, quarum caput eſt *Curia* vrbs Epiſcopalis; tertium X. Communitates, quas Iudicia ſeu Iuriſdictiones nominant, comprehendit. Totus hic tractus Alpinus Romanis olim *Rhætia ſuperior* fuit: quam Auguſtus Cæſar, ductu Tiberij & Druſi (*ſuprà pag. 9.*) primus perdomuit. Romano Imperio collapſo, Rhæti primò Francorum Regibus, pòſt Germaniæ Imperatoribus ſubfuerunt. Republicâ demùm Helueticâ (vt ſuprà pag. 357. narrauimus) conſtitutâ, populi iſti, montium atque interiectarum vallium incolæ, cœperunt magiſtratus ſibi creare, mutuoque inter ſe ac ſociali fœdere vicinis Heluetiis obſtringi. Exinde pacta cum *Blanca-Maria* Duce Mediolanenſi, & cum *Franciſco I.* Galliæ Rege, aliiſque poſteà Regibus & Inſubriæ Ducibus inierunt. Quod quidem vtrumque fœdus Rhætos diu claros potenteſque fecit; ſed Venetum, paucorum amentia atque auaritia procuratum, ipſos in ruinam præcipites dedit; aliis exemplo futuros, ne quid temerè in Religione aut Republica moueant.

Iam inde ab anno 1599. *Alexander Aiardus*, homo Italus, de fœdere inter Venetos ac Rhætos paciſcendo, cum paucis, qui ſe Rhæ-

torum

torum primores tunc ferebant, ſecretò egerat. Senatus itaque Venetus 1603. *Ioannem Bapt. Padauinum*, Reipublicæ Secretarium, in Rhætiam mitit, qui fœdus iſtud vrgeret. Sicq́ue menſe Auguſto Legatio Venetiis eſt decreta, quæ mox in viam ſe dedit; *Merico*, tunc Henrici IV. Fr. Regis legato, fruſtrà monente ne quid innouarent. Sed paucorum, vt dixi, auaritia ac praua conſilia præualuerunt: vt Carolus Paſchalius, Merici ſucceſſor, in libro de Legatione ſua Rhætica narrat. Exinde Petrus Henriquez *Comes Fontanus*, Inſubriæ pro Philippo III. Rege Catholico Gubernator, Rhætis, qui tum cupidè Venetum fœdus amplexi eſſent, iratus edixit, ne eæ merces, quas Germania & Inſubria ſibi mutuò ſuppeditant, deinceps illo itinere, quo itur in Rhætiam, veherentur. Ad lacum inſuper Larium, haut procul ob oſtio Adduæ fluuij, qui Telinam vallem medius interſecat, in confinibus agri Rhætici, *arcem* validam ædificauit, quam inde *Fontanam* hodie nuncupant. Ab eo tempore domi apud Rhætos turbæ & factiones natæ: at *Salici* Venetorum fautores, cum Caluinianis, demùm præualuerunt. *Ioannes* itaque Epiſcopus Curienſis, *Rudolphus Planta*, *Iacobus Robuſtellus*, *Ioannes Maria Parauicinus*, & alij proceres Catholici, quòd ab Inſubrico fœdere diſcedendum non putarent, in exilium abacti; *Nicolaus Ruſca*, Archipresbyter Sondrienſis, diris ſuppliciis è vita ſublatus; alij variis pœnis affecti aut fugati. Et verò de Catholicis vniuersè actum fuiſſet, niſi Robuſtellus, Parauicinus, Guicciardus & alij viri nobiles, ad patriam à ſeruitute ac tyrannide liberandam, arma corripuiſſent, & 1620. die 19. Iulij ſubita irruptione facta, Caluinianos incautos oppreſſiſſent, imperiumq́ue arripuiſſent; ſuppetiis ex Inſubria mox aduocatis, & *Robuſtello* vniuerſæ vallis Telinæ Gubernatore conſtituto.

Actum poſteà de concordia inter partes, deq́ue Republica priſtinum in ſtatum reſtituenda. Dum verò *Lucernæ* in Heluetiis Nuntius Apoſtolicus, Legati Regum Hiſpaniæ ac Galliæ, aliiq́ue conſultant, Rhæti moræ impatientes, Venetorum & Caluinianorum impulſu, copias conflant, & anni proximè ſequentis autumno Mediolanenſem agrum hoſtiliter infeſtant, opidumq́ue in finibus poſitum tentant. Sed octingentis circiter per noſtros cæſis, & reliquis fugatis, domum victi turpiter redierunt. Iniuriam illatam vlturus Gomeſius Figueroa *Dux Feriæ*, Prorex Inſubriæ, cum exercitu mox adfuit, & menſe Nouembri *Clauennam* opidū cum arce occupauit. Paulò pòſt *Leopoldus* Archidux, ex prouincia Tirolenſi in Rhætiam milite immiſſo, *Engadinam* vallem (quam Oenus fl. permeat) & *Curiam* Rhætorum metropolim in poteſtatem redegit. Ad hæc Veneti in primis, aliiq́ue populi grauiſſimè ſunt commoti: quòd iſta Italiæ clauſtra ab Auſtriacis aut Hiſpanis teneri haudquaquam ex re ſua eſſe crederent. *Ludouicus* demùm Galliæ Rex à *Philippo* Hiſp. Rege per legatos obtinuit, vt omnia in integrum ſe reſtituturum promitteret, dum Religioni catholicæ conſuleretur. In qua cautione præſtanda dum hæretur, res ad arma deducitur: eaq́ue Hiſpanos & Francos, amborumq́ue fœderatos annis aliquot vario ſucceſſu exercuerunt.

Henricus de Luxembourg Dux de Piney, Princeps de Tingry, Comes de Brienne & Liney, maſculæ ſtirpis ex familia Luxeburgica poſtremus, an. 1616. duabus filiabus relictis obierat. Harum

altera an. 1620. menſe Iulio N. Alberto, fratri Luinij, nupſit. Primus porrò Dux de Piney fuit Franciſcus de Luxembourg, an. 1581. ab Henrico III. Francorũ Rege iſto titulo donatus. Ludouicus XIII. Franc. Rex *Benearnenſem* contra Caluinianos expeditionem menſe Octobri ſuſcipit, incredibili celeritate conficit, & Catholicis ſacras ædes ac prædia reſtituit. Quem terrarum tractum, Pyrenæis montibus ſubiectum, reliquo Francorum regno (à quo ſeparatum ius habebat) edito diplomate anno 1624. annexuit. Turcarum claſſis menſe Auguſto in mare Adriaticum excurrens, *Manfredoniam* Apuliæ vrbẽ capit, diripit, & multos vtriuſque ſexus captiuos abducit.

1621 Paulus V. 28. Ianuarij ætatis 69. pontificatus 16. anno moritur. Inſequentis menſis 9. die *Gregorius XV.* Ludouiſius, Bononienſis, eligitur. Pauli V. obitum, tertio poſt menſe, conſecuta eſt mors Philippi III. Hiſpaniæ Regis, qui pridie Kal. Aprileis ætatis 43. regni 23. anno deceſſit; Philippo IV. filio ſuccedente. Hoc ipſo anno & Albertus Belgarum Princeps (cui tunc à Sacris Oratorij & Bibliotheca eram) annos 61. menſes 8. natus, III. Idus Iulij, Bruxellæ placidè obdormiuit. Morienti adfuit P. *Dominicus* Carmelita, quem anno ſuperiore Pragenſi prælio interfuiſſe diximus. Conditus eſt, vt teſtamenti tabulis mandarat, ante aram maiorem in odeio V. Sacramenti Miraculoſi, cui fuerat deuotiſſimus, maiorum ſuorum exemplo. Altero poſt mariti ſui obitum die, *Iſabella-Clara-Eugenia* ſua ſponte, nemine hortante aut ſuadente (vt ex Andrea Soto Franciſcano, quo vt conſcientiæ magiſtro atque arbitro vtebatur, ipſemet accepi) comam omnem ornatumque depoſuit; capillitium per vnam, quæ à cubiculi cura erat, ſibi præſcindi iuſſit; Principales quas habebat veſtes, exuit; medioque in luctu de ſua magis ſalute quàm de hominum ſermonibus aut iudicijs ſollicita, cinericiam S. Claræ tunicam induit; more monialium funiculo ſe cinxit, & ex eo Roſarium, vt vocant, ad penſum Deo ac Deiparæ quotidie ſoluendum, velut monile quoddam pretioſum ſuſpendit. Cumque vna ex matronis nobilioribus illam ab incœpto reuocare conaretur, generosè reſpondit; *Multas etiam Reginas in ſimili veſte non modò in publicum, ſed etiam in caſtra prodiiſſe.* Manſitque ea in re conſtans vſque ad extremum vitæ ſpiritum; quin imò & in humili ac paupercula iſta S. Franciſci veſte ſepeliri voluit. Coſmus II. Medicæus, magnus Etruriæ Dux, hoc item anno menſe Aprili moriens, ex Maria-Magdalena, Ferdinandi II. Imp. ſorore, inter alios liberos *Ferdinandum* ſucceſſorem reliquit.

Nihil rerum mortalium tam inſtabile & fluxum eſt, quàm potentia non ſua vi nixa, vt lib. 13. Annal. Tacitus loquitur. Id vetera, media & noſtra ſæcula abunde docuerunt. Inter veteres *Ioab*, vir acer & callidus, ſub Dauide Hebræorũ Rege militiæ præfectus, & arcanorũ eius conſiliorũ arbiter, à Salomone ſucceſſore eſt euerſus ac cæſus. Inter Græcos *Apellem*, Philippo Macedonũ Regi proximum gradu & opibus (ſic vt ab ipſo timeretur) horæ momentum deiecit. Captus enim cum filio mox interfectus eſt: vt Polybius l. 5. memorat. *Ælius Seianus* apud Tiberium Cæſarem gratioſiſſimus, & ad inſtar eius ſtatuis honoribuſque cultus, vna tandem epiſtola ſubuerſus eſt, & *caput* illud *toto orbe ſecundũ*, vt poëta loquitur, laqueo, ſuumque cadauer opprobriis, lacerationi & vnco præbuit. Similis potentiæ atque exitus *Plautiani* ſub Antonino fuit: vt apud Dionem legitur.

tur. Apud Hiſpanos *Aluarus Luna*, ſub Ioanne Caſtellæ Rege, ſluxæ potentiæ documentum ſimile exſtitit. De *Philippa Catanenſi*, regni Neapolitani Seneſcalla, ex humili fortuna ad ſummum euecta, ac demùm publicè in equuleo torta, Bocacius lib. 10. De caſibus virorum illuſtrium; & poſt eum Petrus Matthæus ſcripſerunt: quorum poſterior & Seianum nobis ob oculos velut in ſcena repræſentauit. *Carolus Caraſa* Cardinalis, eiuſq́ue frater *Ioannes* Paliani Dux, quos ob nimiam licentiam patruus Paulus IV. Pontifex Vrbe eiecerat, ſucceſſor Pius IV. morte mulctauit. *Eſſexium* & *Buchinganum* in Anglia; Carolum Gontaldum Ducem *Bironium*, Concinum Concinium Marchionem *Ancræum*, eiuſq́ue coniugem Eleonoram in Gallia; Melchiorem *Cleſelium* Cardinalem & Albertum *Walſteinium* Fridlandiæ Ducem in Germania; & alia alibi Fortunæ ludibria, quæ velut manu tetigimus & oculis vſurpauimus, vel nominaſſe ſuffecerit. Agmen porrò claudat *Rodericus Calderonius*, cuius ſupplicio apud Hiſpanos annus hic notabilis fuit. Is Antuerpiæ patre Hiſpano ordinum ductore natus, primùm apud Franciſcum Sandoualium Lermæ Ducem, qui omnia in aula poterat, pòſt apud ipſum Regem Philippum III. gratia mirificè valuit. In Belgica cùm legatione apud Albertum & Iſabellam Principes fungeretur, abſens ab eodē Rege *Comes Oliua*, exinde in Hiſpaniam reuerſus *Marchio Septem eccleſiarum* creatur; & ne quid deeſſet, cohorti Germanicæ, regij corporis cuſtodi, præficitur. In natura moribuſq́; inerant bona, inerant item mala: ſuperbia & ambitio, vt ſolent, hominem in præceps dederunt. Contemptus aliorum, commune potentium malum, & aditus difficiles, auri argentiq́ue immenſa vis, odium illi apud omnes pepererunt. Quod mirum in modum creuit, cùm Lermæus 1618. aula excedere iuſſus eſſet. Seceſſit itaque Valliſoletum cum eodem Calderonius, & ibi aliquamdiu hæſit; vniuerſa Hiſpania exclamante, vtq́ue fieri amat, multa crimina ex inuidia affingente. Demùm captus, per biennum & ſex menſes in vinculis fuit. Dati iudices viri integerrimi: qui de variis criminibus conuictum capitis damnarunt. Trium itaque menſium pœnitentia ſalutari expiatus, Madriti demùm publico in foro, innumerabili hominum multitudine concurrente, carnifici gulam ſecandam præbuit. O ſæculum plus æquo ferax *Seianorum*, eiſdemq́ue mirè infeſtum! Omnes tamen Seiani eſſe optant & ſtudent, nec mouent exempla, quæ ob oculos verſantur. Adeò mortalium animos obcæcat ambitio. Eodem hoc anno 15. Decemb. *Carolus de Albert Dux Luinius*, vtriuſque militiæ in Gallia Magiſter ſeu Comeſtabilis (quem ad ſummos honores & præfecturas Ludouicus XIII. Rex, ingenti procerum inuidia ac murmure, extulerat) viuere deſiit; vel eo nomine felix, quòd fortuna adhuc blandiente, placidam ſuo in lectulo mortem obierit, non violentam aut infamem, qualis pleriſque noſtro æuo gratioſis apud Principes hominibus obtigit. Filium reliquit vnicum ex N. Herculis Rohanij Ducis Monbazonij filia, & fratres duos opibus ac præfecturis florentes: quorum ſenior Honoratus Ludouicam, Philiberti-Emanuelis de Ailly Vicedomini Ambianenſis vnicam filiam, ſuprà pag. 465. memoratam, alter N. Luxeburgiam, Henrici Principis Tingrienſis filiam natu grandiorem, Luxeburgij nominis inſigniumq́ue gentilitiorum heredem, ſibi matrimonio iunxit.

Benearnica anni ſuperioris expeditio, celeritate ac felicitate ſingulari confecta, *Hugonottos* in Gallia adeò exterruit, vt rebus ſnis quàm maximè timerent. *Robanius* igitur & *Subiſius* fratres, illorum duces præcipui, mox opida munire, copias conſcribere, auxilia euocare cœperunt. Ludouicus Rex, anteqnam legiones perduellium coirent, præmiſſis imperiis ſuauioribus illornm impetum frangere ſtuduit; ſed fruſtrà. Armis itaque menſe Maio ſumptis *Angeliacum S. Ioannis, Neracum, Cleracum*, aliaque plurima *Santonum, Nouempopulonia*, vicinarumque prouinciarum opida, quæ ad 60. numerantur, partim vi, partim terrore paucos intra menſes ſubegit; & ne in poſterum rebellare poſſent, muris ac mœnibus nudauit. Irritus tamen ad *Montem Albanum* conatus fuit: quam vrbem aliena anni tempeſtate Rex aggreſſus, oppugnare poſteà deſiit; multis ex prima Nobilitate amiſſis, atque inter alios Henrico Duce *Meduano*, Aquitaniæ præfecto, glande hoſtili traiecto. Quæ res paſſim in Francia plebem contra Hugonottos mirè concitauit, eorum templis non vno in loco incenſis atque euerſis.

Fredericus *Palatinus* Exrex Bohemiæ, Ioannes-Georgius Brandeburgius cognomento *Iagerdorfius*, Chriſtianus *Anhaltinus* & Georgius-Fredericus Comes *Hohenloius*, publico Cæſaris edicto, 22. Ian. Viennæ dato, proſcribuntur. Exinde *Palatinus*, qui in Marca Brandeburgenſi menſibus aliquot latuerat, ſibi metuens turpiterque fugiens, in Hollandiam ad auunculum & conſiliarium ſuum Mauritium Naſſouium, cum vxore ac liberis, miſer omnibuſque exutus, menſe Aprili, poſt varios errores demùm peruenit: aliis exemplo futurus, ne regna non ſua temerè ambiant, aut alienis conſiliis in præceps abripi ſeſe ſinant. Ioannes-Erneſtus Saxo *Vinarienſis* ſimiliter in Batauiam, *Anhaltinus* in Sueciam, alij aliò ſeſe contulerunt, Ludouicus *Lantgrauius Haſsia*, Ioachimus-Erneſtus Brandeburgius cognomento *Anſpacenſis*, & Ioannes-Fredericus *Dux Wirtembergenſis*, mutatis in melius conſiliis, Moguntiam venientes, cum Ambroſio Spinola & Ioanne Suichardo Electore Moguntino 12. Aprilis tranſegerunt, & cum Cæſare in gratiam redierunt: vt in noſtro commentario De bello Bohemico fuſiùs diſſeruimus. Pragæ 21. Iunij ſupplicium de XXVII. rebellibus ſumitur. Carolus Longuevallius Comes *Buquoius*, Achilles Belgicus, Cæſarei exercitus ductor, à ſuis turpiter deſertus, inopinata equitum Hungarorum ex Caſtello-nouo eruptione obrutus, 10. Iulij 13. vulneribus confoditur. Vnicum reliquit filium *Albertum* ſuprà pag. 430. memoratum.

In ora Africæ, ad Oceani littus & Liſſi (hodie Lucus vocatur) fluminis oſtium, iacet *Larachia*, arx munita & valida: à qua non procul Sebaſtianus Luſitaniæ Rex 1578. cum exercitu periit. Hanc arcem Maurus pecunia corruptus 1610. Hiſpanis 20. Nou. dedidit. Prope eam latebra eſt & æſtuarium maris, receptus piratis Mauris ac Batauis; vnde vicina Hiſpaniæ littora infeſtare, & in prætereuntes naues graſſari ſolebant. Loco & fluuio, qui illac in Oceanum decurrit, *Mamora* nomen. Eum Philippus III. Hiſp. Rex, Ludouico Fagiardo cum claſſe miſſo, 1614. occuparat, arcemque à fundamentis ibidem ædificari, & valido præſidio muniri mandauerat. Batauis porrò inſtigantibus, Rex Maroci 50. ferè millia Maurorum ad arcem expugnandam hac æſtate miſit. Sed Chriſtophori Lechugæ, qui præſidiarium militem regebat, & Alfonſi Contreræ Equitis Meliten-

Melitenſis, qui obſeſſis arma ac commeatum ex Hiſpania aduexit, virtute Mauri fugati ac repulſi ſunt. Perierunt ex hoſtibus in illa obſidione ad 14. millia.

Duodecennales Induciæ hoc an. 9. Aprilis exſpirauerant, & Bataui poſt obitum Alberti Archiducis inſolentiores facti, Rhenum atque accolas ſubigere moliebantur. Vt hoſtium conatibus obſiſteret *Iſabella* Alberti vidua, Ambroſium *Spinolam* menſe Auguſto cum exercitu inſtructiſſimo trans Moſam miſit, & *Iuliacum* obſideri iuſſit: quod poſt aliquot menſium obſidionem, demùm anno ſequenti, Februario menſe ineunte, noſtris eſt deditum; Mauritio Naſſouio fruſtrà obſidionem ſoluere conato. Ceterùm in geſtis anni 1619. ſuprà diximus, ex captiuis Arminianæ in Hollandia factionis fautoribus *Hugonem Grotium*, poſt cædem Barneueldij, arci Lupoſteniæ cum Rumoldo Hogerbetio incluſum fuiſſe. Is miro quodam commento, in arca vectoria (quibus libros, ad otium in carcere fallendum, aduehendos & euehendos ordinariè curabat) ab ipſis cuſtodibus ſuis, ſed ignaris, ex dicta arce elatus hoc anno 22. Martij liber euaſit, ac biduo pòſt Antuerpiam peruenit, indeque Lutetiam ſe contulit; Arminianis paſſim applaudentibus, Gomariſtis verò nequidquam frendentibus atque indignantibus.

Gregorius XV. Papa ordinem *Equitum militiæ Chriſtianæ*, ante biennium Viennæ à Carolo Gonzaga tunc Niuernenſi pòſt Mantuano Duce inſtitutum, confirmat. Ad hæc Conſtitutionem de electione Romani Pontificis publicat, & *Congregationem de propaganda Fide*, magno Eccleſiæ bono, inſtituit: quam & anno proximè ſequenti, edito diplomate, ſtabiliuit. Robertus *Bellarminus* Cardinalis, qui iunior Louanij annis aliquot vixit, Ioannes *Berchmannus* Diſtenſis, vterque ex Societate Ieſu, Romæ; & *Anna de Ieſu* virgo Hiſpana, S. Tereſiæ olim ſocia, Bruxellæ, omnes magnæ integerrimæ vitæ fama in Domino obdormiunt. Guilielmus Barclaius item Romæ, & Henricus Sedulius Franciſcanus Antuerpiæ, viuere deſinunt. Oſmanes Turcorum Imperator in Valachia ad Neſtrum fl. memorabili prælio à Vladiſlao, Sigiſmundi III. Poloniæ Regis filio, nunc Rege, vincitur. Adrianus de Noyelle, dominus de Roſſignol, ab Alberto Belgarum Principe (cuius erat Oeconomus) *Comes de Marles* in Arteſia renuntiatur.

- Philippus de Noyelle dom. de Noyelle prope Lenſiu in Arteſia duxit Annam de Mailly.
  - Giſlenus dom. de Noyelle.
    - Giſlenus vt ſuprà. Filiæ 3.
      - Franciſcus d. Mariam Lanoiam, ob. 1562.
        - Paulus dom. de Noyelle.
          - Hugo Comes de Noyelle 1614. Pontus.
            - Ex 1. Ludouica. Ex 2. Eugenius-Ignatius. Ioſeph-Bonauentura. Filiæ 5. ſuprà pag. 468.
  - Ioannes de Noyelle dom. de Marles & Roſſignol.
    - Adrianus dom. vt ſuprà. Filiæ 4.
      - Adrianus Comes de Marles 1621.
        - Florentius d. Franciſcam de Noyelle F. Adriani dom. de Croix ob. 1525.
          - Eugenius Co. Marlæ d. Ludouicam. Adrianus. Carolus. Balthaſar. Ambroſius. Filiæ 4.
  - Philippus dom. de Maretz.
    - Adrianus dominus de Croix dux. Franciſcam de Lille.
      - Adrianus dom. vt ſuprà. Filiæ 3.
        - Iacobus Comes de Croix 1617. & Marchio 1627. Franciſca vx. Florentij Co. Marlæ.
          - Maria-Franciſca obiit innupta: ſuprà pag. 470.

Erneſtus

Erneſtus de Linden à Ferdinando II. Imp. *Comes de Rechem* (quod eſt municipium cum arce ad Moſam primo lapide ab vrbe Traiectenſi ſitum) 1620. creatur. Ex Anna-Antonia Gouffier, Marchionis de Boniuet filia, Ferdinandum, Erneſtinam, Iſabellam & Mariam ſuſtulit. Genealogiam familiæ de Linden peculiari libro Chriſtophorus Butkens deſcripſit.

1622 Ferdinandus Imp. alteram coniugem ducit *Eleonoram*, Vincentij Mantuæ Ducis filiam. Oſmanes Turcorum Imperator, cùm de Ianitzaris ſeu Prætorianis militibus (quorum ſeditionibus cladem anno ſuperiore à Polonis acceptam imputabat) exauctorandis, deque Imperij ſede ex vrbe Conſtantinopolitana Damaſcum transferenda deliberaret; ab iiſdem Prætorianis capitur, & die 19. Maij carnificis manu ſtrangulatur. Eius loco *Muſtapha* patruus, è cuſtodia retractus, Sultanus ſalutatur. Sed anno ſequente homine ſtolido in cuſtodiam retruſo, *Amurathes*, Oſmanis frater, in Imperio ſubſtituitur: *ſuprà pag.* 354. Polonis bello Turcico diſtractis, Adolphus-Guſtauus, Rex Sueciæ, *Rigam* Liuoniæ metropolim terra marique obſidet, ac demùm expugnat. Georgius-Fredericus Durlacenſis, prope *Wimfenum* opidum, à Ioanne Serclaſio Tillio & Gonſaluo Cordubenſi 6. Maij prælio vincitur. Iunij 10. die Petrus-Erneſtus Mansfeldius (Petri-Erneſti quondam Belgarum Gubernatoris filius nothus) ab iiſdem prope *Dermſtadium* pugna ſuperatur, & cum Frederico Palatino fugatur. In hac pugna à noſtris captus fuit *Philippus* Comes Mansfeldius, qui eiurata pòſt hæreſi Lutherana ad caſtra Eccleſiæ orthodoxæ tranſiens, primùm in Belgio Regi Catholico militauit, deinde in Germania pro Cæſare ac fœderatis Principibus exercitum duxit. Eiuſdem menſis Iunij 20. die Chriſtianus Brunſvicenſis, Pſeudo-Epiſcopus Halberſtadienſis, ab iiſdem Tillio & Cordubenſi prope *Huſtum* opidum Mœno adſitum, primo lapide à Francofurto, funditur atque in fugam agitur. Mansfeldius nothus, poſt Alſatiam aliaſque ſuperioris Germaniæ prouincias latrociniis à ſe vaſtatas, Moſomago in Hannoniam cum Halberſtadienſi veniens, per viam militarem Romanam, quæ à Bauaco Neruiorum Tungros ducit, in Gallo-Brabantiam irrumpit, & 6. Auguſti prope *Flerucam* à Cordubenſi cæſus, omnem ferè peditatum ſuum, tormenta item aliquot maiora & ſigna 15. militaria amittit. In hoc prælio grauiter in brachio læſus fuit *Halberſtadienſis*: quod tertio aut quarto pòſt die, in Beliſienſi apud Tungros nobilium virginum clauſtro, ipſi per chirurgos amputatum fuit. Fredericus Palatinus tot ſuorum cladibus fractus, relicta Heidelberga, ſub autumnum fugit Sedanum, & inde ad veteres ſuas Hollandiæ latebras ſe contulit: nec à genero ſuo Iacobo Britanniæ Rege vnquam impetrare potuit, vt eam in inſulam ipſe, aut vxor, aut liberi admitterentur. Heidelbergam poſteà & Manhemium menſe Septembri Tillius occupauit. Mansfeldius nothus exinde in Germaniam redux, atque à Tillio profligatus, in Tranſiluaniam profugit: indeque per fines Turcicos ad Venetos contendens, magno Catholicarum partium gaudio, demum an. 1626. periit. Dixiſſes in eo *Viriatum* Luſitanum, *Eunum* Syrum, aut Albertum Brandeburgium reuixiſſe.

Marcus-Antonius de Dominis, ex Spalatenſi in Dalmatia Archiepiſcopo apoſtata, facti pœnitentia ductus, menſe Aprili ex Anglia (quò fugerat) in Belgicam appulit. Antuerpiæ exiſtens menſe

Iunio,

Iunio, cùm grauem in morbum incidiſſet, hæreſes atque errores omnes cùm voce tùm ſcripto, antequam ſacris ritu Catholico muniretur, ſua ſponte eiurauit. Schedulæ ad Ioannem Malderum, Epiſcopum Antuerpienſem, ab ipſo miſſæ exemplar hîc libet apponere: *Infraſcriptus per præſentes vltrò profiteor, me ſemper velle viuere & mori in communione Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, cui modò præeſt Gregorius XV. & ex animo deteſtari omnes hæreſes & errores, quos damnat Eccleſia Catholica, & nominatim illas vel illos, quos verbo aut ſcripto propugnaui, tempore erroris ac diſceſſionis meæ. Actum Antuerpiæ 13. Iunij anno 1622. M Antonius Archiep. Spal. ſenior.* Autographum huius ſchedulæ in Epiſcopeio Antuerpienſi adſeruatur. Ceterùm priſtinæ pòſt valetudini M. Antonius reſtitutus, ex Belgio in Italiam rediit, & Romæ 1625. demum obiit.

Viennæ 26. Auguſti ſententiâ coram Ferdinando Imp. latâ, *Marchionatus Badenſis* ſuperior (qui prope Argentoratum ſitus eſt) adiudicatur Guilielmo eiuſque fratribus, Eduardi Fortunati filiis: Erneſto-Frederico & Georgio-Frederico fratribus Durlacenſibus ſecluſis. Ioannem & Iacobum *de T'ſerclaes* fratres, toparchas de *Tilly* in Gallo-Brabantia, optimè de Imperio Romano meritos, Ferdinandus II. Imp. Comites Imperij creat; diplomate 3. Sept. Viennæ dato. Ex his *Ioannes*, fortiſſimus in Germania belli dux, ſuprà non vno loco laudatus, cælebs 1632. obiit. *Iacobus* filios duos reliquit: quorum ſenior Tilliacum aliaque prædia in Belgio poſſidet; iunior opibus ac præfecturis à Bauaro auctus Ingolſtadio præeſt. Iſidorus Madritenſis, Ignatius Loiola Societatis Ieſu conditor, Franciſcus Xauerius Indorum Apoſtolus, Philippus Nerius Congregationis Oratorij inſtitutor, & Tereſia ordinis Carmelitani reformatrix, ſolemni ritu à Gregorio XV. in Diuos referuntur. Ioannis Rusbrochij, Theologiæ myſticæ ſcriptoris, an. 1381. defuncti oſſa, in Vallis-Viridis cœnobio, ſecundo lapide à Bruxella (vbi inter Canonicos regulares Prioris officio functus fuit) à Iacobo Archiepiſcopo Mechlinienſi 8. Non. è terra eleuantur; me inter alios teſtes præſente. Illius loci & aliorum ex Congregatione ſeu Capitulo Windeſimenſi ſodales inſtant apud Romanum Pontificem, vt Beatorum numero adſcribatur. Franciſcus Saleſius laudatiſſimus Epiſcopus Geneuenſis, auctor ordinis monialium Viſitationis B. Mariæ, ſup. pag. 463. laudati, 28. Dec. Lugduni ad Rhodanum piiſſimè in Domino obdormit. Corpus inde Aneſſiacum in Sabaudiam tranſlatum, quieſcit in illius loci cœnobio Viſitationis, quod eſt iſtius ordinis primum. Vitam ipſius ſcripſit Ludouicus Riuerius ex ordine Minimorum. Maximilianus de Ognies, Baro de Sombref in Gallo-Brabantia, à Philippo IV. Hiſp. Rege Comes de *Beaurepair* creatur: *ſuprà pag.* 465. Ioannes Sauaro Aruerniæ Præſes, qui Sidonij Apollinaris opera commentario illuſtrauit, moritur.

Arminianorum in caput Mauritij Principis Arauſionenſis coniu- 1632
ratio menſe Februario detegitur. Multi complices capti ac plexi: inter alios *Rainerus Barneveldius*, Ioannis 1619. decapitati filius. *Guilielmus* alter filius cum ſociis aliquot in Cliuiam, atque inde in Brabantiam effugit, & Bruxellæ ſacris ritu Catholico munitus 1634. obiit. Maximilianus Bauariæ Dux à Ferdinando II. Cæſare 25. Februarij, in comitiis Ratiſponenſibus, dignitate Electorali honoratur. Carolus Archidux collegium Soc. Ieſu Niſſæ fundat. Leo Allatius Græcus Chienſis, vnus ex Curatoribus Bibliothecæ Vaticanæ, de-

centum millia librorum rariorum Heidelbergâ ex Bibliotheca Palatina menſe Martio Monachium in Bauariam,& inde Romam ad Gregorium XV. tranſvehit, atque in Bibliotheca Vaticana collocat. Carolus Walliæ Princeps, nunc magnæ Britanniæ Rex, Kalendis Martiis Londino diſcedit, & tranſmiſſo Oceano incognitus Lutetiam aulamque ibi regiam luſtrat: & inde cum Marchione Buchingamo, ac paucis aliquot comitibus, in Hiſpaniam tranſit; & 13. Martij Madritum intrat. Ex Iberia ad ſuos Britannos menſe Auguſto renauigauit. Batauî fœdus cum Algerienſibus in Africa ineunt.

Telina vallis menſe Iunio, & Clauenna menſe Iulio, ad res omnes pacandas, in poteſtate Gregorij XV. Romani Pontificis, velut in manu ſequeſtri ponuntur. Is eò fratrem ſuum Fiani Ducem cum copiis miſit, vt præeſſet. Gregorius XV. biennio & menſibus circiter quinque in pontificatu tranſactis, 8. Iulij moritur. Vrbanus VIII. Barberinus 6. menſis Auguſti ſufficitur. Eodem ipſo die Chriſtianus Halberſtadienſis (qui ſe *Flagellum ſacerdotum* ſtolidè nuncupabat) prope Brefurtum in Weſtfaliæ confinibus, à Tillio vincitur; toto exercitu fugato, multiſque cæſis & captis. Leonardus Leſſius, Soc. Ieſu Theologus eximius, Louanij 15. Ian. ſeptuagenarius, Philippus Cluuerius Lugduni Batauorum, & Guilielmus Camdenus Londini, moriuntur.

Carolus-Philippus de Ognies à Philippo IV. Hiſp. Rege deſignatur Comes de *Eſtrée* prope Duacum: *ſup. pag.* 465. Henricus de Riuiere, ex illuſtri ac vetuſta Riueria apud Brabantos familia oriundus, à Ferdinando II. Imp. creatur Comes de *Here* prope Trudonopolim in agro Leodicenſi.

1624 Hoc anno ineunte Mansfeldius nothus *Gritzilam*, & alia Friſiæ orientalis opida, à ſe munita, Batauis tradit, & à ſuis deſertus in Hollandiam tranſit: indeque menſe Aprili in Galliam, pòſt in Angliam enauigat. Xa Abas Perſarum Rex 15. Ian. Turcis eripit vrbem præpotentem *Bagadet*; quam vulgus hodie *Babylonem* non rectè vocat. Nam Babylon vetus olim ad Euphratem fl. ſita fuit, vt Strabo lib. 16. & alij teſtantur: & eius ruinæ prope vicum *Felugum*, ſeſquidiei itinere ab vrbe Bagadet, hodieque viſuntur. *Bagadet* autem, aliàs *Bagadat* & *Bagdat*, hodie ad Tigrim fluuium iacet, & in duas vrbes diuiditur: quæ flumine interiacente quidem ſeparantur, ſed ponte ſublicio, ex nauigiis fluuio impoſitis conſtructo, iunguntur. Eſt autem vrbs iſta *Bagadet* eo loco poſita, quo olim Seleucia & Cteſiphon exſtiterunt: vt Ioannes Cotouicus in ſuo Itinerario Ieroſolymitano l. 2. c. 6. narrat. Hoc ipſo anno *Abaſa* Baſſa, Oſmanis Imp. Turcici an. 1622. ſtrangulati cædem vindicare volens, in *Natolia* (quam totam ferè occuparat) ſub ſignis habuit 50. circiter armatorum millia; ſolitus in vrbe *Angora* reſidere. Notatumque fuit à curioſis, infauſta plurima, poſt Oſmanis cædem, Imperio Turcico accidiſſe; adeoque facilè illud euerti poſſe, ſi iunctis armis & animis Chriſtiani Principes communem hoſtem terra marique fortiter aggrederentur. *Exoriare aliquis Bullon! ex oſſibus ultor!*

In *Colle-aſpero*, Deiparæ cultu ac miraculis celebri, primum apud Belgas *Oratorium* ſeu Congregatio presbyterorũ, ex formula S. Philippi Nerij, in communi viuentiũ, ab Iſabella-Clara-Eugenia Hiſp.

Infante

Anni vulga-
res Christi

Infante collocatur ac dotatur; *P. Hyacintho* Caſalenſi Capucino inter alios hortante, quem vt alterum Bernardum aut Capiſtranum Reges, Principes ac populi omnes venerabantur. Ioannes Becanus Brabantus, Soc. Ieſu Theologus libris editis clarus, Ferdinando II. Imp. à ſacris Confeſſionibus, Viennæ in Domino obdormit: Antonius Faber Sabaudiæ Præſes & Iureconſultus egregius, Auguſtæ Taurinorum; Ioannes Mariana elegans rerum Hiſpaniæ ſcriptor, Toleti; Fronto Ducæus Ioan. Chryſoſtomi & aliorum veterum Patrum Græcorum illuſtrator, Pariſiis (vbi eum familiariter, vt & Iacobum Sirmondum, nouimus) moriuntur. Martinus Areſſonius, Btilenſis Hollandus, veterem *Groenlandiam*, glacie velut tectam & à multis retrò annis non aditam, luſtrat. Repperitque ibi vtriuſque ſexus homines craſſis quidem capitibus, ſed exigua ſtatura, ſquamis piſcium tectos, carnibus crudis ac piſcibus veſcentes, ſine vſu granorum.

Breda, Brabantiæ opidum non ignobile, Naſſoniis primùm obuenit 1404. dote Ioannæ Polanæ: quæ cùm Bredæ heres eſſet, Engelberto Comiti Naſſouio nupſit. Heraugerius per fraudem vectoriæ nauis (qua 70. milites tegebantur, vt olim Græci equo Troiano) iubente Mauritio Naſſouio, 1590. arcem occupauit: vt ſuprà diximus. Hoc opidum & manu & natura munitum *Ambroſius Spinola*, iuſſu Iſabellæ-Claræ-Eugeniæ, 27. Auguſti obſidere cœpit. Quam quidem obſidionem res multæ ſupra præteritorum bellorum memoriam illuſtrem ac nobilem reddiderunt. In primis maximarum ſuppetiarum vndequaque auxilia vtrimque euocata; quaſi non de vnius opidi ſalute, ſed de imperij totius ſumma dimicatum fuiſſet. Deinde admiranda atque inaudita circumvallationis inſtitutæ magnitudo, circuitu, valli duplicis aduerſus internum externumque hoſtem; qualem vix vllæ retrò Hiſtoriæ litteris commendatam reliquerunt. Ad hæc multitudo incredibilis turrium, caſtellorũ, aggerũ, aliarumq; id genus munitionũ quæ & ſæuiſſimo anni tempore, & breuiſſimo temporis ſpatio perfectæ fuerunt. Prætereà ſumma commeatus ſupportandi difficultas, longo, hiberno ac terreſtri itinere, decem menſium ſpatio à noſtris ſuperata. Denique peculiare quoddam præſidium Numinis rebus noſtris perpetuò patrocinantis, turbantiſque conatus hoſtiles. Nam hiems, quam obſidio abſumpſit, ſine niuibus ac gelu ferè tranſiit; & tum demum gelare cœpit, cùm hoſtis ſuppetias nauigiis ſubmittere conaretur. Æſtus item maris ſuo more non fluxit, aut venti in contrarium ſunt verſi, cùm auxiliares hoſtium copiæ aut commeatus pro obſeſſis adueherentur. Quæ quidem omnia belli huius famam orbe toto circumtulerunt, & Francos poſteà ad ſimiles munitiones, cùm Rupellam 1628. premerent, ſtruendas excitarunt. Durante porrò obſidione Bredana, cùm in arce Antuerpienſi paucos milites præſidio relictos eſſe Mauritius Princeps Arauſionenſis ab exploratoribus certò accepiſſet, eam menſe Octobri clàm noctu tentari iuſſit. Noctis obſcuræ tenebris tecti hoſtes ſcaphas in foſſam arcis dimiſerant, ſcalas muris admouerant, malleos, vectes, reliquaque inſtrumenta ad clauſtra portaſque frangendas expediuerant: cùm ecce lumen ex alto emiſſum Batauos detexit, & vehemens ventorum turbo effecit, vt neque lintres firmare, neque ſcalas muris affigere valerent. Id genus prodigia ac præſidia diuina & an. 1607. itemq; an. 1622. nos ipſi

Antuerpiæ ſenſimus. Anno certè 1622. poſtridiè Kalendas Decembreis (quo die S. Franciſcus Xauerius anniuerſario ritu colitur) Mauritius Naſſouius numeroſa ac valida claſſe Antuerpiam petens, ingenti tempeſtate ſubitò exorta, prope Bergas ad Zomam tantùm non periit. Claudius de Ognies, Ærario regio ſeu Finantiis Præfectus, à Philippo IV. Hiſp. Rege Comes de Coupigny creatur: *ſuprà pagina* 465.

1625 Mansfeldius nothus, quem Mauritius Naſſouius in Galliam Angliamque, auxiliorum petendorũ cauſſa, miſerat, cum octo millibus partim Anglorum partim Danorũ militũ, ex Anglia in Zelandiam menſe Febr. traiicit. Eos ſubſecuti ſunt mille quingenti equites Galli, & alij. Hi omnes vnum in corpus iuncti ad *Henrici Naſſouij* (nam frater eius *Mauritius*, tædio aduerſarum rerum, æger Hagam Comitis redierat) caſtra tranſeuntes, tribus ferè menſibus, cum aliis copiis Batauicis in agro Bredæ vicino ſubſtiterunt, & obſeſſis ſuccurrere non ſemel tentarunt; ſed irrito ſemper conatu. Mauritius interim Hagæ decumbens, demum 23. Aprilis diem clauſit extremum; vel hoc nomine felix quòd viuus amiſſæ Bredæ ſuæ deditionem non luxerit. Eius nouiſſima verba hæc fuiſſe dicuntur: *An dedita, an liberata eſt Breda?* Vt facilè quiuis intelligat, illius vrbis amittendæ dolore confectum fuiſſe, cuius anno 1588. recuperatæ gloria primã ſibi famam pepererat. In demortui locũ, ad belli adminiſtrationẽ, *Fredericus Henricus*, Mauritij frater & heres, ab Ordinibus adlectus eſt: qui paulò antè *Ameliam* Comitis Solmenſis filiam, hortante eodem Mauritio, duxerat. Ceterùm Breda, poſt difficillimam 9. menſium obſidionem, die 5. Iunij noſtris demum eſt dedita. Victoriæ fama in Galliam, Britanniam, Germaniam Italiamque perlata, fidem vix etiam apud amicos inuenit. ISABELLA Archidux ad vrbem victam militemque victorem viſendum, 12. Iulij Antuerpiâ eò ſe contulit. *Spinola* cùm priuatis tum publicis ædibus, vicis, arce temploque expurgari iuſſis, optimæ Principi ad tertium ab vrbe lapidem obuiàm proceſſit. Equitatus prope omnis aut Antuerpiam ad deducendum præmiſſus, aut itineris medio ad excipiendum inſtructus, aduentantem triplici fiſtularum exploſione excepit. Peditatus variis ordinibus partitus, non minore lætitiæ ſignificatione alluſit. Maiora denique tormenta omnia, cùm extra tum intra vrbem, tertiùm ſunt exploſa. Feſtos tamen ignes, aliaque lætitiæ publicæ ſigna in vrbe fieri priùs *Debbora* noſtra vetuit, quàm Deo victoriæ auctori in ſummo templo eſſet litatum. Poſtridie igitur ſacris ritu ſolemni peractis, templum obiit, vetera Religionis noſtræ monumenta (ſi quæ ſupereſſent) inſpectura. Reperta hinc inde vacua ſepulchralium imaginum loca, Caluinianæ pietatis in maiores vita functos veſtigia. Integrum adhuc *Engelberti II. Naſſouij* quondam Comitis inſigne mauſoleum, ex candido nigroque marmore ab Henrico nepote ædificatum. Alterũ, quod *Engelberti I.* & *Ioannis* Naſſouiorum item Comitum erat, direpta Mariana ſtatua, ab impiis mutilatũ. Breda diſcedens Iſabella *Presbyteris Soc. Ieſu*, ad ſubleuandos Collegij ea in vrbe collocandi ſumptus, millia quinque Florenorum, & *Capucinis* ad fundum Bredæ emendum quattuor millia dono dedit. Plura qui volet, Hiſtoriam obſidionis Bredanæ, ab Hermanno Hugone, ciue & cognato noſtro, non minùs eleganter quàm fideliter, vt ab oculato teſte, conſcriptam legat.

Dum

Dum noſtri Bredam obſident, *Philippus Comes Manſfeldius* ſuprà pag. 480. memoratus, cuſtodiæ militaris Guſtaui Adolphi Suecorum Regis olim Tribunus; & pro eodem, in obſidione Rigana, exercitus ductor, nouum quoddam tormentorum bellicorum genus adinuenit, quæ leuiora ac mobiliora eſſent, longiúſque globos emitterent, minore pulueris copià. Cuius rei cauſſâ ex caſtris Bruxellam profectus, 40. tormenta ænea & 23. mortaria, ad feruefactas pilas iaciendas, conflari iuſſit. Triginta ex iis tormentis minuſcula, librarum non ampliùs 180. ſingula, globos pondo 6. admittebant: decem maiora, librarum 750. ſingula, pilas pondo 25. capiebant. Harum omnium machinarum vſus (etſi pretium pluſquam dimidiato minus) longè maior ac commodior erat, quàm veterũ. Minuſcula quippe tormenta equis duobus, maiora non ampliùs quàm quaternis celerrimè vehebantur, cùm vetera ſingula ſenis-denis, aut denis-octonis indigerent. Globos ferreos, adhibita tantummodò tertia pulueris parte, longiùs iaciebant quàm antiqua. Id compendium ſolerti arte Mansfeldius primus ſaltem apud Belgas fecit: atque inde nomen celebre apud noſtrates & alios *Mansfeldica tormenta* inuenerunt. Nouerat autem liquefactũ metallum ſic igne excoquere, vt minoris æris craſſitudini parem duritiem, atque aliis tormentis maioribus, præſtaret; vnde leuitas tantò maior exiſtebat. Pilæ verò etiamſi minore pulueris copia excuſſæ, ea tamen de cauſſa longiùs volabant, quòd ænearum fiſtularum tubi, fundo non plano, ſed in cuſpidem excauato, ignem extrema fiſtulæ parte (quâ tubi centrum erat) comprehenderent; contra veterum tormentorum morem, quibus ſupernè, inter pilam & fundi planitiem, ignis inferri ſolet. Atque hinc nouorum vis maior, cùm ab extremo centro conceptus ignis in orbem ſimul æquabili flamma perferatur, quæ cauo cuſpidis collecta, tantò vehementiùs celeriuſque pilas expellit. Alterum quoque eiuſdem Comitis Mansfeldij inuentum fuit: pilas videlicet ferreas, puluere nitreo plenas, pondo ampliùs centum, ſeptingentis paſſibus longiùs, quàm alius quiſpiam hactenus fecerit, mortario æneo eiaculari. Quæ quidem machinæ Mansfeldicæ terrorem ingentem damnaque incredibilia Bredanis obſeſſis intulerunt.

Dum hæc in Belgio geruntur, in Italia Franci, duce Ledigueriio equitum Magiſtro, contra Genuenſes pro Sabaudo pugnabant; opidis aliquot in Liguria occupatis. In Britannia de *Carolo* Rege (cuius pater *Iacobus* 6. Aprilis hoc anno obierat) cum Henrica, Henrici IV. Francorum Regis filia coniungendo agebatur: quod matrimonium Pariſiis menſe Maio concluſum fuit. Quo menſe & Franciſcus Cardinalis Barberinus, à patruo ſuo Vrbano VIII. Pontifice ad Ludouicum Regem miſſus, Lutetiam intrauit. Angli & Bataui claſſe ingenti Gaditanam freti Herculei inſulam fruſtrà tentant. Campana in Aragoniæ vico *Villela* ſponte ſua ſonat. Vulgò creditum fuit, illo ſonitu monitos fuiſſe Hiſpanos, vt contra aduentantem hoſtium claſſem aduigilarent. Godefridus de Bergis à Philippo IV. Hiſp. Rege Comes Grimbergæ creatur: *ſuprà pag.* 316. Raſſo de Gavre, Comes de Beaurieu, ab eodem Rege Marchio de Aiſeaux in Gallo-Brabantia renuntiatur: *ſuprà pag.* 453.

Didacus Meſſia, qui poſteà Guſmani cognomen adſumpſit, ab eodem Rege Marchio de *Deinſe* (quod eſt Flandriæ municipium ad

Liſam fluuium) deſignatur. Idem poſteà Leganeſſæ in Hiſpania Marchio nominatus, Deinſam Florentio Merodio, Duffelæ & Lefdaliæ Baroni an. 1632. vendidit.

1626 Oſnaburgum Weſtfaliæ vrbs à milite Chriſtiani Regis Daniæ capitur. Inter Ferdinandum II. Cæſarem & Gaborem Tranſiluaniæ Principem Poſonij in Hungaria, menſe Octobri, pax concluditur. Mansfeldius nothus à Tillio non ſemel victus, moritur ingloriusac profugus: *ſup. pag.* 480. S. NORBERTI Archiepiſcopi Magdeburgenſis (qui ordinem Præmonſtratenſem inſtituit) corpus è terra leuatur, & anno ſequenti in vrbem Pragenſem illuſtri pompa infertur. *Patres Oratorij* Pariſiis in Belgium ab Iſabella Archiduce euocati, *Louanij* domicilium collocant; à Iacobo Boonen Archiepiſcopo Mechlinienſi poſteà dotati. Viuunt ij ad formulam à Petro Cardinale Berullio, ſuprà pag. 463. landato, præſcriptam. Ex Oratorio Louanienſi *Mechlinienſe* (vbi & ſcholas iuuentuti aperiunt) *Bruxellenſe*, *Montenſe* & *Melbodienſe* in Hannonia, *Tamiſienſe* in Waſia, & alia alibi prodierunt. Philippus de Merode, Philippi & Helenæ Merodiæ Vicecomitis Montfortiæ filius, à Philippo IV. Hiſp. Rege Marchio *Weſterloa* in Brabantia renuntiatur. Eodem anno aut ſequenti alter Philippus de Merode, ſuperioris Philippi cognatus, ab eodem Rege Marchio de *Trelon* in Hannonia creatur. Hic ex Albertina Arenbergia, Caroli Comitis Arenbergij ſuprà pag. 402. memorati & Annæ Croyæ filia, ſuſtulit Albertum, Philippum-Antonium & Alexandrum. Anno 1627. N. Merodius ab eodem Rege Comes de Thiant in Hannonia declaratur. Diplomata & Donationes noſtras Belgicas l. 1. c. 142. conſule. Hermannus Ottembergius patriâ Nouiomagenſis, olim Romæ Auditor Rotæ, pòſt Epiſcopus Atrebatenſis, & Oratorij, ad Romanam S. Philippi Nerij formulam, in vrbe Duacenſi fundator ac dotator, 1626. moritur. Eodem anno Antonius de Hainin Antuerpienſis, Epiſcopus Iprenſis deceſſit: qui in eadem vrbe Duacenſi illuſtre Theologorũ collegium 1606. à fundamentis excitauit, & amplis cenſibus annnis locupletauit.

1627 Angli à Rupellanis in Galliam euocati, & cum claſſe 120. nauium roſtratarum ad *Ream* inſulam appulſi, Buchingamo duce, vniuerſam inſulam occupant; præter *arcem Martinianam*, cui Toiraſius vir ſtrenuus præerat. Hic acres & continuos hoſtium impetus ſuſtinuit, donec inopia laborantibus ac feſſis Ludouicus XIII. Rex per Schombergium ſuppetias miſit: qui vnà cum Toiraſio cæſos fugatoſque Anglos tota inſula exturbauit. Nihil tamen tot victoriis contra Hugonottos hactenus obtentis actum videbatur, quamdiu contemptrix illa Regum & dominatus omnis impatiens *Rupella* velut ſignum quoddam ad popularem Rempublicam (pro genio ſectæ Caluinianæ) in medio Francorum regno conſtituendam attolleret. Quæ quidem vrbs ad æſtuaria Oceani in Pictonum Santonumque finibus ſita, cùm loci natura, tum manu & arte munita ſic erat, vt inexpugnabilis vulgò haberetur. Hanc ingenti animo Ludouicus Rex 1627. aggreditur, & Armandi Pleſſij *Cardinalis Richely* conſilio potiſſimùm vſus, munitionibus, molibus, operibus atque intercetera ſtupendo per Oceanum aggere conſtructo, terra marique ita ſeptam toto anno tenuit, vt fruſtrà ter aduentante Anglorum claſſe, fame enecti ciues atque ad extrema compulſi, anno proximè ſequenti 1628. die 30. Oct. Regi ſeſe demum permiſerint. Sic dirutis

in

in planum muris, ferox ciuitas, amiſſâ quam prætendebat libertate, cæteris obſequium ac ſeruitutem impoſuit; eiuſque caſu reliquæ rebellium arces quodammodo corruerunt. Nam breui poſt expeditione Ludouicus Rex, compoſitis cum Sabaudo rebus, *Priuatio* vi capto ac deleto, *Nemauſum* & itinere etiam nuper *Montem-Albanum* recepit; adeoque diuiſa diu perduellium membra in vnum ciuilis ſocietatis corpus redegit. De Rupecula capta & Cracina ſeruata exſtat elegans Philiberti Monetti libellus.

Tillius Albim fl. cum exercitu tranſmittit, & menſe Auguſto Chriſtianum Daniæ Regem prælio ſuperat ac fugat. Sileſiâ ſubactâ, Albertus Walſteinius, Dux Fridlandiæ, ſuas copias cum Tillianis iungit, & *Cimbricam Cherſoneſum* vniuerſam bimeſtris ſpatio occupat; Gelickſtadio, Crimpa & Stada exceptis. Danus ad interiores regni ſui inſulas fugit; Comite Turriano ſeniore & Durlacenſi aliò dilapſis. Tillius tota hieme *Stadam* lenta obſidione premit: quam an. 1628. die 5. Maij deditione demum obtinuit. Grollam Henricus Naſſouius 22. Aug. ſubigit. Noſtri *Sanvlietum*, inter Antuerpiam & Bergas Zomam, in formam oppidi redigunt & muniunt. Baſilica rotunda Deiparæ in *Colle aſpero*, ſuprà pag. 455. laudata, iuſſu Iſabellæ Belgarum Principis, ſolemni ritu, à Iacobo Archiepiſcopo Mechlinienſi menſe Iunio conſecratur. Margarita de Lalain, Comitiſſa de Lalain & Berlaimont, ſuprà pag. 381. memorata, nobilium virginum regularium ſeu Canonicarum cœnobium fundat ac dotat. Ex his primæ hoc anno feria 3. Pentecoſtes, præſente eadem Principe Iſabellâ, ab eodem Archiepiſcopo veſte regulari ſunt indutæ. Iuſtus Riquius Gandenſis, ciuis & patricius Romanus (cui auus maternus fuit Ioannes Stadius, Mathematicus & Philologus ſcriptis clarus) Bononiæ in Italia, vbi publicè Hiſtoriam & Eloquentiam profitebatur, viuere deſiit.

Hoc anno aut ſuperiore Philippus de Iauche, dominus de Maſtain, Herimets & Brugelettes, Ioannis & Annæ de S. Aldegonde filius, à Philippo IV. Hiſp. Rege Comes de Maſtain in Hannonia creatus eſt. Is ex Maria de Merode, Philippi Comitis I. Middelburgenſis & Ioannæ Montmorenciæ dominæ de Croiſilles filia, vtriuſque ſexus liberos aliquot 1635. moriens reliquit.

Leonardus-Franciſcus de Taſſis, ſummus & hereditarius per Germaniam, Belgium ac Lotharingiam præfectus Curſorum, à Ferdinando II. Imp. *Comes de Taſſis* deſignatur. Hic 1628. moriens ex *Alexandrina de Rye & de la Palu*, Chriſtophori Marchionis de Varambon filia, reliquit Amoraldum-Antonium Comitem de Taſſis & Genoueuam. Alexandrinæ ſororem *Annam* duxit Guillelmus Richardotus, *Gameraga* in Hannonia Comes à Philippo IV. Hiſp. Rege 1623. declaratus: & ex ea ſuſtulit Albertum, Ambroſium, Felicem, Claudium & Ioannam-Franciſcam. Carolus à Burgundia, Antonij Wackæ in Flandria Baronis filius, ab eodem Rege primus *Wacka* Comes an. 1627. eſt renuntiatus.

Ianuario ineunte *Ambroſius Spinola* cum filio ſuo, itemque genero Didaco Egganeſſæ Marchione, Bruxella diſcedens in iter verſus Hiſpaniam ſe dedit, non amplius in Belgium rediturus. Hallis exiſtens, Paulo Bernardo de Fontaine Lotharingo, viro militia claro indicauit, ipſum à Philippo Rege titulo Comitis *de Fontaine* auctum eſſe. Lutetiâ digreſſus, rectà ad caſtra Ludouici Fr. Regis, ad Rupel- 1628

lam

poſita, ſuis cum comitibus ſe contulit; & conſilia perutilia, ad fræ- num Oceano imponendum, ſuggeſſit. Hæſitque in aula Madritenſi, donec inde à Rege in Inſubriam ad belli Italici adminiſtrationem eſt miſſus: vbi & 1630. deceſſit. Wolgaſtum & alia opida in tractu Pomeraniæ à Cæſarianis occupantur. Buchingamus Seianus Britaunicus à Feltono trucidatur, Anno 1628. aut ſequenti. Octo Presbyteri, ex Congregatione Theatinorum ſuprà pag. 395. laudata, ab Vrbano VIII. Papa in Aſiam mittuntur, ad *Georgianos* doctrina ac moribus Chriſtianis pleniùs perfectiúſque imbuendos. Habent ij nunc Principem nomine *Temram*, præ aliis potentem. De Georgianis in noſtra Notitia Epiſcopatuum orbis Chriſtiani l. 1. c. 21. plura reperies. Claudius de Lannoy, Iacobi & Suſannæ de Noyelle filius, Ludouici & Michaeliæ de Ognies nepos, à Philippo IV. Hiſp. Rege Comes *de la Motterie* 1628. creatur.

1629 Vincentio II. Gonzaga, Mantuæ & Montis-Ferrati Duce, ſine ſobole 1627. è viuis ſublato, ortum ex controuerſia pro ditionibus iſtis bellum *Reges Hiſpaniæ & Galliæ*, pro fœderatis quemque ſuis, armauit. Acceſſit ad partes & *Ferdinandus II.* Cæſar, pro Imperij iure, quod Inueſtituram vocant. Carolo Gonzagæ *Duci Niuernenſi* vtrumque Principatum deberi, paſſim credebatur. Non deerant tamen, qui Ferdinando Gonzagæ *Duci Guaſtallæ* fauerent.

- Io. Fráciſcus Gonzaga Marchio I. Mantuæ 1432. obiit 1444.
  - Ludouicus Marchio Mantuæ ob. 1478.
    - Fredericus Marchio ob. 1484.
      - Franciſcus Marchio ob. 1519.
        - Fredericus Marchio d. Margaritam Paleologam Montſerratenſem, obiit 1540.
          - Franciſcus Dux Mantuæ ob. ſ. lib. 1550.
          - Guilielmus Dux Mant. & Montfer. ob. 1587.
            - Vincentius Dux Mant. & Monteferrati, ob. 1612.
              - Franciſcus Dux obiit 1612.
                - Maria.
              - Ferdinandus Dux ob. 1626. ſine liberis.
              - Vincentius II. Dux ob. 1627. ſine liberis.
          - Ludouicus Dux Niuern.
            - Carolus Dux Niu.
              - Carolus.
          - Fredericus.
          - Iſabella.
        - Hercules.
        - Ferdinandus.
          - Cæſar.
            - Ferdinandus Dux Guaſtallæ.
      - Sigiſmundus.
      - Ioannes.
    - Io. Fráciſcus.
    - Franciſcus.
    - Rodulfus.
    - Ludouicus.
  - Tres alij filij ſine lib.

Carolus *Sabaudiæ Dux* vetus ſuum de Monte-Ferrato certamen (de quo ſuprà pag. 466. egimus) reſumebat. Et iam nonnullæ vrbes Hiſpanorum armis captæ erant, & *Caſale S. Euaſij*, caput prouinciæ, Gonſaluus Cordubenſis obſederat. Quam vrbem, totius Italiæ munitiſſimam, ſi non armis, ſaltem fame vinci, & aſſidendo in poteſtatem redigi poſſe crediderat. Ludouicus igitur Francorum Rex (fruſtrà monito Sabaudo, vt iuxta fœdus olim initum clauſtra Alpium Francicis legionibus patefaceret) media hieme loca illa ſitu aſpera, præcipitiis horrida, ſaxis ardua, rupibuſque inuia peruaſit, & occupatis anguſtiis Seguſionem (vulgò *Suſam*) ſubalpinam vrbem 1629. Martij 23. deditione cepit. Hiſpani exinde à Caſali digreſſi, liberum commeatibus intra opidum importandis iter Francis reliquerunt. Reuerſo in Galliam Rege, poſt paucorum men-

ſium

ſium quietem, Italia bello eoque grauiore iterum concuſſa eſt. Ambroſius *Spinola*, nouis auctus titulis, ad intermiſſum obſidium rediit, maiore, quàm priùs pugnatum fuerat, apparatu. Eodem tempore Rambaldus Comes *Collaltus*, Cæſarei exercitus dux, Mantuanum agrum perVaſtabat. Caſale opidum *Toiraſius* præſidio tenebat, vir egregia militiæ fama. Franci itaque vt obſeſſis ſuccurrant, *Richelio* Cardinale ſumma cum poteſtate bellum adminiſtrante, denuò trans Alpes ad opem ferendam aduolant. Ibi ſubactis aliquot opidis, dum iter ad Caſale multis obſtrictum difficultatibus explicant, *Mantua*, ciuibus ac defenſoribus per peſtilentiam exhauſta, 1630. Iulio menſe, ſubita irruptione à Germanis inuaditur ac ſpoliatur; Carolo Duce cum ſuis ægrè elapſo. Ea partium calamitate nihil territi Franci, ad agrum vſque ſuburbanum Caſalenſem penetrant. Tum ſub ipſum Caſalis ciuitatis conſpectum poſitis caſtris, cùm iam exercitus vterque in procinctu eſſet ad præliandum, intercurrente *Mazarino* Vrbani VIII. Pontificis legato, res ad pacis conditiones ab armis deducitur. Hic finis belli illius Italici fuit 1630. menſe Nouembri exeunte: cùm *Spinolæ* morbum continuus obſidionis labor, & vitæ exitum morbus hoc ipſo anno die 25. Sept. attuliſſet.

Noſtri, traiecto Iſala fluuio, in Veluam penetrant. Batavi interim ſubita irruptione Veſaliam ad Rhenum 19. Aug. occupant. Exinde Siluam-Ducis, poſt quinque ferè menſium obſidionem, ad deditionem 17. Sept. adigunt. Carolus de Iedeghem, Baro Busbecæ & toparcha de Wieſe in agro Teneræmondano, à Philippo IV. Rege Comes de *Watone* in Caſletenſi Flandriæ occiduæ tractu creatur. Ex Maria de Cortewille Ioannem, & hic Carolum-Franciſcum genuit. Præter *Hermannum Hugonem* Bruxellenſem, qui in caſtris ad Iſalam fl. morbum contraxit, & paulò pòſt obiit, Carolus *Scribanius* Bruxellenſis, origine Genuenſis, Andreas *Schottus* Antuerpienſis, Heribertus *Roſvveidus* Vltraiectinus, omnes ex Societate Ieſu & libris editis clari, Antuerpiæ in Domino obdormiunt. Scribanij induſtriæ in primis debetur baſilica, Antuerpiæ ex candido marmore Liguſtico conſtructa. Schottus, vt olim Pomponius Atticus, ætatis 77. anno (qui eſt climactericus maior) tenaſmo 24. Ianuarij ſublatus eſt. Eodem anno Otho *Vanius* Leidenſis, pictor præſtans & eruditus, Bruxellæ; Franciſcus *Svvertius* Antuerpiæ in patria; Emanuel *Sueyrus* itidem Antuerpienſis, ſed origine Luſitanus, Bruxellæ, moriuntur. Wernerus Comes Salmenſis, dominus de Reifferſcheid (quod in Eifflia ſitum eſt) Electoris Colonienſis Mareſcallus hereditarius, qui ſub Alexandro Farneſio in Belgio militauit, ſenex moritur, in Reifferſcheidenſi S. Crucis templo conditus. Ex Maria, Georgij Limburgenſis in Weſtfalia Comitis filia, Ioannem-Chriſtophorum in prælio ad Neoportum 1600. deſideratum, Hermannum-Adolfum Alſatiæ inferioris Gubernatorem, Guilielmum Salentinum in pugna Nortlingana 1634. cæſum, & Erneſtum-Fredericum ſuſtulit. Horum poſtremus ex Maria-Vrſula, Emichonis Comitis Leiningenſis filia, Ericum-Adolfum, Erneſtum-Salentinum & Ferdinandum-Albertum procreauit.

Regnabat in Suecia *Guſtauus-Adolphus*, Caroli illius filius, qui à Sigiſmundo Poloniæ Rege, fratris filio, ad Sueciæ regimen adſumptus, regnum ipſum inuaſerat; miles & dux ſtrenuus, ſed Lutheri erroribus inuolutus. Militares artes, quas ſub patre didicerat, contra 1630

Polonum hoſtem hereditarium, quique regnum paternum repetebat, potiſſimùm exercuerat; nec infelici rerum ſucceſſu. Pluribus hoc bellum Polonicum annis arſit, graue & cruentum, vtpote in aperto ſemper præliantibus. Sed anno 1629. tandem ad ſexennium Induciæ pactæ ſunt. Guſtauum itaque Inducias paciſcentem, belliquè à natura auidum, aliquot Proteſtantium Germaniæ Principum (in his Georgij-Guilielmi Electoris Brandeburgij, cuius ſororem duxerat) legationes exceperunt. *Stralſundam*, quæ ex Anſeatici fœderis ciuitatibus vna eſt, Cæſaris imperium detrectantem, magna vi militum in agrum ad ſtationes miſſa, *Walſteinius* afflixerat. Ciues militi Cæſareo reſtiterunt; miles vrbem obſedit; Suecus in auxilium aduocatus vrbem obſidione liberauit, & præſidium induxit. *Rugiam* inſulam, è regione vrbis ad milliare Germanicum poſitam, Cæſareani adhuc tenebant. Sueci Stralſundâ, ductore *Tubale*, ſoluentes, machinis bellicis inſtructi, maiorem hanc inſulam cum aliquot minoribus adiacentibus, pulſis Cæſareanis, ſuam in poteſtatem redegerunt.

Cæſar intereà pacis cupidus, vt comitia Imperij haberentur, procurabat: & tandem ſub finem menſis Iunij ipſe cum filio, Electores Eccleſiaſtici & Bauarus Ratiſponæ conuenerunt. Saxo & Brandeburgius per legatos tantummodo adfuerunt; excuſatione in ſpeciem addita, ideò ſe non venire, quòd pecunia non ſuppeteret ad ſumptus in itinere & comitiis pro dignitate faciendos, quódque ditionum prouentus annuos miles à Walſteinio in ſtationes miſſus diſſipaſſet. In his porrò comitiis inſtiterunt Principes, vt Walſteinius à ſuprema præfectura militari remoueretur, atque exercitus dimitteretur. Walſteinius itaque (cui Megapolitanum Ducatum Cæſar anteà donauerat) exauctoratur, & Tillio copiarum Catholici fœderis ductori cura reliqui exercitus datur. Maluit ſcilicet Cæſar ſuum erga pacem ſtudium oſtendere, quàm potentiam & arma in manu retinere; pio ſed pernicioſo conſilio, vt euentus docuit.

Dum hæc Ratiſponæ geruntur, *Torquatus Contius*, exercitus Cæſarei, qui in Pomerania poſt bellum Danicum remanſerat, ductor, ex amiſſa Rugia Suecorum conſilium detexit. Quapropter à Bogiſlao Pomeraniæ Duce petiit, vt *Ghertium* & *Griffenhagam*, opida ad Viadrum fl. ſita, ſibi concederet, vt illis munitis hoſtem eo tranſitu prohiberet. Exinde cum copiis miſſo in Megapolim Frederico Sabello, illius prouinciæ ac citerioris Pomeraniæ curam eidē cōmiſit. Sueci contrà *Stralſundam*, & quæ circa ipſam ſunt loca, ſumma celeritate muniebant. Guſtauus verò quietis impatiens, & nihil ſe abſente rectè fieri exiſtimans, habito *Stocholmiæ* Ordinum regni conuentu, cauſſas explicuit, ob quas bellum contra Cæſarem ſuſciperet, eaſdemque libello complexus, Latinè & Germanicè typis publicandas curauit. Exinde cum exercitu quindecim milliū militum nauem conſcendit, & in *Rugiam* inſulam IV. Nonas Iulias appulit. Ibi, quas adduxerat, cum copiis illa in inſula repertis coniunxit: totuſque exercitus viginti millibus militum tunc conſtabat. Vt ſolum Germanicum attigit, Stralſundæ magno populi applauſu exceptus fuit.

Exinde tam equitatum quàm peditatum omnem ſuum ex Rugia in continentem exſcendere iuſſit. Contius cùm reſiſtendo par non

eſſet,

eſſet, præter *Wiſmariam*, *Roſtochium* & *Colbergam*, omnia ad Oceanum opida deſeruit. Guſtauus occupato primùm Wolgaſto, pactiſque cum Bogiſlao Pomeraniæ Duce initis, Stetinum XIII. Kal. Auguſti ingreditur.

Erat hic rerum in Pomerania ſtatus, cùm Tillius, Walſteinij exauctorati ſucceſſor, in agro *Magdeburgenſi* ſuis cum copiis hæreret, vt vrbe illa potiretur, ciueſque mulctaret, quòd hoſtibus Cæſaris in bello Danico adhæſiſſent. Sed vrbs egregiè munita Tillianum à ſe arcuit exercitum, donec Chriſtianus-Guilielmus ex Marchionibus Brandeburgiis oriundus (qui in Regis Sueciæ clientelā ſe dederat) promiſſum ſubſidium, Hamburgo veniens, attuliſſet & in fidem Sueci ciues adegiſſet. Creuitque adeò intra paucos dies numerus eò confluentium, vt non ſolùm ad defendendam vrbem, ſed ad prodeundum in campum ſufficere viderentur. Quare Chriſtianus cum aliquot militum cohortibus primò *Perneburgum*, poſteà *Halam*, excepta arce, occupauit. De his certior factus Tillius, vt creſcenti malo tempeſtiuè occurreret, in Mansfeldico diſtrictu copias contraxit, quibus in arce Halenſi obſeſſis ſuccurreret. Quo facto ad *Magdeburgum* arctè obſidendum omne ſuum ſtudium contulit.

Appulerunt interim *Stralſundam* XII. naues, cum quattuor militum legionibus, quæ pro Sueco in Friſia orientali conſcriptæ fuerant, & *Stetinum* ex Boruſſia duæ legiones Suenicæ venerant. Cum his Stetino ſoluit Guſtauus Rex, & verſus Megapolim nauigauit, vt Sabello eam prouinciam tenenti bellum inferret; Guſtauo Hornio caſtrorum præfecto, cum ſufficienti præſidio, apud Stetinenſes relicto. In Megapolim cùm veniſſet, Roſtochienſium & aliorum opidanorum animis alliciendis edictum promulgauit, ſuaſitque vt ad ſuorum dominorum, Adolfi-Frederici & Ioannis-Alberti, partes redirent; quos vt priſtinam in ſedem reſtitueret, ipſe ſe veniſſe dicebat. Colligebat hoc tempore circa Hamburgum & Lubecam pro Sueco milites Franciſcus-Carolus *Lauuenburgius*, ex Saxoniæ Ducibus ortus, quibus Cæſareanos ad Albim fl. diſtraheret: atque ideò *Lauuenburgum* & alia aliquot opida ad Albim ſita occupauerat. Et moliebatur maiora, niſi oportunè à *Bapenheimio* occurſum fuiſſet: qui Franciſco-Carolo in poteſtatem redacto, bellum velut in herba, ibi oppreſſit.

Hoc anno exeunte, publico Electoris Brandeburgij acceſſu, Sueco vires mirificè ſunt auctæ. Leuir hic Regis inter ceteros ſtimulatores primarius fuit, vt in Germaniam veniret, & arma contra Cæſarem caperet: ſiue quòd à Cæſareo milite premeretur, ſiue quòd rebatur ſororis ſe fortuna fruiturum. Hæc primo Suenici belli anno (id eſt, 1630.) ſunt geſta: quæ cùm Cæſar, Ratiſponæ adhuc comitiorum cauſſa hærens, intellexiſſet, Tillio mandata dedit de nouo milite colligendo. Et quoniam cum Ludouico Francorum Rege pacem inierat, vt in Suenicum bellum omnes vires intenderet, ſuum ex Italia exercitum reuocauit. Poſt Mantuæ porrò & feracioris Italiæ partis vaſtatione, Germanicus exercitus, qui Rambaldo *Comite Collalto* ductore in Italiam tranſierat, apud Inſubres ſtatiua habebat: vbi peſte, vltimo diuinæ iræ flagello, affligebatur. Rambaldo autem, dum ex Italia in Germaniam reditum cogitat, Curiæ Rhœtorum immatura morte anno 1630. exſtincto, *Aldringerus* Belga (nam in vrbe Luxeburgenſi natus erat) in belli

adminiſtratione ſucceſſerat. Is Cæſarei exercitus reliquias ex Italia in Germaniam reduxit: præter quas & Catholici fœderis Principes Moguntinus, Colonienſis, Treuerenſis, Bauarus, Lotharingus & alij, in ſua quiſque ditione, militem conſcribere cœpit, quem Cæſateano adiungeret, & quo Religionem auitam contra Proteſtantes (qui bellum hoc pro libertate, vt loquuntur, conſcientiæ geri ſpargebant) fortiter tueretur.

P. Dominicus Carmelita diſcalceatus (quem prælio Pragenſi 1620. interfuiſſe dixi) Viennæ in aula, Ferdinando Imp. cum coniuge ac liberis præſente, magnâ ſanctitatis famâ, in Domino obdormit. Eodem anno *Carolus-Emanuel* Sabaudiæ Dux viuere deſiit. Is *Ripalium* Amadei Sabaudiæ Ducis (qui ſe poſteà pro Pontifice geſſit) ſeceſſu nobilem, ad lacum Lemanum amœniſſimo loco ſitam, Carthuſianis incolendam dedit. Idem ex Catharina, Philippi II. Hiſp. Regis filia, inter alios liberos ſuſtulit *Victorem-Amadeum* in Ducatu ſucceſſorem, *Emanuelem-Philibertum* Proregem Siciliæ, *Mauritium* Cardinalem, *Thomam* Carignani Principem, *Margaritam* Franciſco Gonzagæ Mantuæ Duci, *Iſabellam* Alfonſo Eſtenſi Mutinæ Principi, nuptas, *Mariam* & *Franciſcam*. Theodonis-villæ in Ducatu Luxeburgenſi Gubernator N. Wilts à Philippo IV. Hiſp. Rege creatur Comes de *Wilts*; qui vicus eſt eiuſdem agri Luxeburgenſis.

1631 Anni huius ſæua hiems belli progreſſum non impediuit; Germaniæ frigora aſpernantibus Suecis, qui frigidiori cœlo aſſueti intenſiſſimum gelu minimè ſentiebant. Iactabatque Guſtauus, indolis ſuorum gnarus, ſe plus hieme quàm æſtate præſtiturum: atque ideò copias ſuas numquam in hiberna deduxit, ſed ſemper in caſtris habuit. Cumque ſub dio militibus ſubinde pernoctandum foret, vt commodiùs ſua quiſque munia obire poſſet, pelliceas ingenti numero veſtes ex Lappia adferendas curauerat, quibus miles frigus arceret. Ianuario itaque menſe ineunte Stetino digreſſus, *Griffenhagam* obſedit, & diſpoſitis machinis breui temporis ſpatio magnam murorum partem euertit. (Qua viſa Cæſareani, (qui ferè bis mille & quingenti eo in opido erant) ab aduerſa parte exeuntes, vacuum Suecis opidum reliquerunt & Ghertium confugerunt; *Ferdinando Capua* præfecto inter alios capto, & ex vulneribus paulò pòſt Stetini defuncto. Exinde *Ghertium*, cui Hannibalem Comitem Sciamburgium Tillius præfecerat, magno impetu Rex aggreſſus, cùm noſtri locum non ſatis idoneum ad tantas vires ſuſtinendas cognoſcerent, *Francofurtum* ad Viadrum, & *Lanſpergam* ſe receperunt. Atque hoc pacto tota *Boruſſia*, *Pomerania* & *noua Marchia*, vſque ad Viadrum & Bartham fluuios, Suecis ceſſerunt.

Hæc vbi Tillius, qui ad Magdeburgum adhuc hærebat, certis nuntiis accepit, cum vna equitum & tribus peditum legionibus inde Francofurtum, & Lanſpergam contendit, & opidum vtrumque egregiè muniri ac commeatu inſtrui iuſſit. Guſtauus interim ſuas copias in noua Marchia habebat: cumque *Beerbaldæ* ſuis in ſtatiuis ageret, cum *Hercule Charnacæo*, Ludouici XIII. Francorum Regis legato, pactum ad quinquennium iniit, pro communibus ſociis tuendis, atque Imperij Ordinibus in priſtinam (vt loquebantur) libertatem reſtituendis. Ad quæ præſtanda, ipſe triginta peditum & ſex equitum millia ſuis alere ſumptibus teneretur: Francus verò ingentem pecuniæ vim numeraret; hoc cauto (quod minimè ſerua-

ſeruatum fuit) ne Catholicis aliquid detrimenti fieret. Sic Sueco vires in dies accreſcebant: iamque palàm Gallus, Britannus, Bataui, Dux Pomeraniæ & Elector Brandeburgius eius partibus acceſſerant.

Sabellus *Deminum* cum 1500. militibus tenebat; hoc opidum Guſtauus VIII. Kal. Martij oppugnare cœpit; ſuperata palude, quæ tum gelu conſtricta tormentorum pondus ſuſtinebat. Sabellus quarto pòſt die honeſtis conditionibus cum Rege tranſegit, atque in Megapolim ſe contulit. Habebat tum Tillius ſub ſignis 20. militum millia, trahebatque ſecum 26. tormenta: quo cum apparatu *vetus Brandeburgum*, *Rappinum*, *Felsbergam* & *nouum Brandeburgum* expugnauit. Sub idem tempus *Colberga*, ad mare Balticum ſita, in manus Suecorum menſe Martio venit. Tillius poſtquam ſe in Pomeraniam irrumpere non poſſe cognouit (Suecus enim omnem aditum occuparat ac munierat) Magdeburgum ad incohatam obſidionem proſequendam rediit. Inter hæc Guſtauus magnam vim nauium Stetini cogebat, ex quibus pontes duos fabricari iuſſit, vt Viadrũ (nunc *Oderam*) poſſet tranſmittere. His pontibus, cum magna tormentorum ac militarium rerum copia, aduerſo fluuio vectis, *nouam Angermundam* ſe contulit: octauis denique caſtris (V. Idus Aprileis) *Francofurtum* peruenit. Eſt ea vrbs ad Viadrum ſita, mercimonio diues: quam Sueci, parte murorum tormentis maioribus disiecta, vi inuaſerunt ac ſpoliarunt. Eius ciuitatis damnum aliquot auri myriadibus æſtimatum fuit: fueruntque illius participes & vicinæ ciuitates, quæ nundinarum occaſione Francofurti merces habebant. Trucidati ſunt ex Cæſareo milite præſidiario mille circiter quingenti; capti ferè quingenti, inter hos *Sparius* & *Vallius* Tribuni, cum multis Centurionibus. *Sciamburgius*, *Tiffembachius* & *Comes Montis-Cuculi*, cum ſexcentis circiter gregariis, Glogouium maius in Sileſiam euaſerunt. Ex Suecis quadringenti plùs minùs ceciderunt. Francofurtenſium exemplo territi noſtri, qui *Lanſpergam* tenebant, pridie Kal. Maij deditione facta, ſimiliter Glogouium ſe tranſtulerunt.

Sub id tempus Proteſtantes Germaniæ Principes comitia *Lipſiæ* habebant, & de ſoluenda Magdeburgi obſidione inter ſe conſultabant. Ad hos Guſtauus litteras dedit, quibus victorias ſuas extollebat, & ſuadebat vt vires & arma contra Cæſarem coniungerent. Communibus itaque ſuffragiis decretum eſt, arma non ſolùm pro Magdeburgenſibus, ſed pro libertate Germaniæ vniuerſæ capeſſenda, & cum Sueco (cuius litteræ opportunè allatæ pronum ipſius in Proteſtantes animum teſtarentur) tranſigendum eſſe; quod & per legatos præſtitum fuit.

Tillio cum magna exercitus parte in Megapolim profecto, *Magdeburgum* ab obſidione quodammodo liberum nonnihil reſpirauerat. Is ex Megapoli ſub initium Aprilis redux, cùm aduentare Suecum, & Proteſtantes militem, ſoluendæ obſidioni, conſcribere intellexiſſet, feriò rem egit; munimentis omnibus, quæ extra vrbem erant, ſuam in poteſtatem redactis. Scripſitque ad Senatum, itemque ad *Chriſtianum-Guilielmum* & *Falchembergium* litteris, eos monuit, vt quoniam extremum vrbi excidium immineret, æquis ſe conditionibus dederent; addens, à tanta ſanguinis effuſione, quanta eſſet futura, ſi vrbs vi expugnaretur, ſe abhorrere; miſereri ſe tot im-

imbellium mulierum ac puerorum, qui eſſent perituri. Verùm dum iſti in curia inter ſe conſultant & moras nectunt, *Papenheimius* (cui primus aggrediendi locus obuenerat) die 20. Maij diſtricto gladio foſſam ingreditur, & milites pari alacritate ducem ſequuntur, vallum occupant, & ex eo Magdeburgenſes deturbant. Falchembergius, cùm ſuos claſſicum canere ſeoſiſſet, egreſſus curia, quos potuit milites collegit, & contra Papenheimium duxit. Acriter hîc dimicatum eſt, ſed interfecto plumbea glande *Falchembergio*, obſeſſi demum ceſſerunt. Mox omni ex parte Cæſareani irrumpere, reſiſtentes necare, ædes ad terrorem incendere, ac prædari. Apertis deinde portis equites, atque inter alios Croatæ, introducti ſunt, qui per vrbem excurrentes miſerandam ſtragem ediderunt. Incendium denique, quod afflante vento tota iam vrbe vagabatur, ſtragi finem impoſuit. *Chriſtianus* glande ſiniſtrum crus traiectus, cæſimque in capite vulneratus, in Papenheimij poteſtatem venit; inde Viennam ad Cæſarem miſſus, ac demùm dimiſſus, caſtriſque Eccleſiæ catholicæ Romanæ adſcriptus. Pauci milites, qui Marſchianam vrbis regionem tuebantur, vitæ incolumitatem pacti, eamdem obtinuerunt: Paucos item ciues, qui ad metropolitanum templum confugerant, victoris clementia ſeruauit: reliqua plebs militeſque partim ferro ceciderunt, partim igne miſerè perierunt. Præter baſilicam metropolitanam & Marianum cœnobium (quod eſt Canonicorum ord. Præmonſtratenſis, à S. Norberto Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ſuprà pag. 312. 317. & 486. laudato, inſtitutum) 150. plùs minùs piſcatorum caſæ, propè Albim ſitæ, & ab aliis ciuium domiciliis ſeparatæ ignem non ſenſerunt. Ex templis in cinerem ſex redacta: quorum aliqua plumbo, & S. Ioanni dicatum cupro, tecta erant. Putantur ad ſeptem millia ciuium periiſſe. Sic Magdeburgum cecidit, libera Germaniæ ciuitas, ad Albim fl. commodiſſimo loco ſita. Hanc vrbem, à Carolo Magno ſacris Chriſtianis aſſertam, Otho I. Imp. Archiepiſcopali dignitate an. 967. ornandam curauit: vt in Notitia Epiſcopatuum orbis Chriſtiani lib. 4. & 5. docui. Lutherus 1522. ciues à Catholica veritate abduxit: exinde plurimas calamitates & clades variis temporibus paſſi ſunt, atque in ſua demùm perfidia ac pertinacia 1631. perierunt. Ipſe Tillius 22. Maij in vrbem venit, & mox baſilicam metropolitanam purgari iuſſit: in qua poſt centeſimum decimum ferè annum, eiuſdem mandato, Catholico iterum ritu ſacra ſunt celebrata, omniaque tormenta in lætitiæ ſignum exploſa.

Tales erant vtrimque conatus, & hoc modo res inter Cæſareanos & Suecos iſto tempore ſe habebant. *Cæſar* militem vndique aduocabat & colligebat: in Bohemia, item Morauia, Sileſia, Auſtria, Stiria, Carinthia, aliiſque prouinciis hereditariis ad belli ſumptum noua vectigalia imponebat. Pro Sueco *Guſtauus Hornius* in Marchia Brandeburgenſi vnam equitum & duas peditum legiones conſcribebat: pro eodem in Anglia, Boruſſia, Suecia & alibi delectus habebantur. *Saxo*, *Brandeburgius*, *Haſſus*, ceterique Proteſtantes itidem copias parabant; tametſi non apertè contra Cæſarem id ſe facere profiterentur. *Batavi* eorumque ſocij, quòd ſcirent illos Germaniæ ſuperioris motus ſuis rebus non inutiles futuros, 50. Florenorum millia in ſingulos menſes ſe Sueco numeraturos pollicebantur. Ceterùm poſt occupatum anno ſuperiore Deminum, Sueci *Gripſvvaldum*

dum, opidum vniuerſæ Pomeraniæ munitiſſimum, obſederant: illud *Sabellus*, immiſſo numeroſo præſidio, præfectoque *Peruſio* exercitatiſſimo duce, muniuerat. Durauit ea obſidio vſque ad finem Iunij: & longiùs protracta fuiſſet, niſi Peruſius, dum erumperet, dimicans occubuiſſet. Quoquidem mortuo, cùm auxilij ſpem nullam haberent, deditione facta, *Roſtochium* noſtri abierunt. Sicque vniuerſa *Pomerania* in Sueci poteſtatem conceſſit. Inter felices porrò Suecorum progreſſus, *Megapolitani* ſeu *Mechleburgenſes Duces* (qui à Cæſare ob perfidiam ſua ditione pulſi, hactenus Lubecæ priuati vixerant) collectis ſex armatorum millibus, & *Suerino* ſub finem Iunij expugnato, vniuerſam ferè Megapolim, adiutante Guſtauo Rege, ſubegerunt; *Roſtochio*, *Wiſmaria* & *Damitio* exceptis. Ad hæc tria loca obſidenda cùm Rex copias illis ſubmiſiſſet, verſus Albim profectus ipſe *Tangermundam* & *Verbenam*, opida ad id flumen ſita, occupauit, coactiſque in vnum nauibus pontem ad Verbenam conſtruxit, & partem exercitus tranſmiſit. Vtque de ſufficienti commeatu ſuis prouideret, miſſo Bannerio, *Hauelbergam* furtiuo aggreſſu intercepit; inde ſecunda Haueli fl. nauigatione vberem annonam accepturus.

Comes *Fuſtenbergius* in Fuldenſi ditione, cum milite nuper à Catholicis Principibus fœderatis conſcripto, ſtatiua habebat. Erant in eius exercitu 40. peditum cohortes, & 30. equitum turmæ: quas ad caſtra ſua cùm *Tillius*, deſinente Septembri, euocaſſet, iamque ſub ſignis 40. circiter partim equitum partim peditum millia haberet, non ampliùs diſſimulandum ratus, Ioannis-Georgij *Electoris Saxonici* animum explorandum cenſuit. Miſſis itaque legatis ab eo poſtulauit, vt ſi Cæſari amicus eſſet, quas collegerat copias, ad Suecum Imperij hoſtem repellendum, ſibi traderet, & hoſpitium commeatumque Cæſareanis ſua in ditione concederet. Quod cùm Saxo negaſſet, Tillius luſtratum prope Halam exercitum in Electoris prouinciam duxit, & *Merſeburgo*, *Frauberga*, *Michelna*, *Waiſſenfeldia*, aliiſque ad Salam opidis expugnatis, *Lipſiam* poſtridie Idus Septembris obſedit. At ciues Magdeburgenſium exemplo territi, ſecundo obſidionis die, Cæſareanos in vrbem admiſerunt. Dum hęc in *Miſnia* fiunt, Saxo 24. militum millia, quæ Tillio opponeret, propè *Torgauium* collegerat: ſed cùm ſe imparem ad congrediendum agnoſceret, miſſo *Arnhemio*, ſuorum caſtrorum præfecto, Guſtaui Regis auxilium implorauit. Guſtauus porrò negauit, ſe ſuum exercitum diſcrimini obiecturum, niſi Elector filium ſuum priùs obſidem, & *Wittebergam* in pignus dediſſet; pecuniam inſuper ad ſtipendia militi ſoluenda numeraſſet. Quibus acceptis, copias ſuas cum Saxonicis coniunxit, & XVI. Kal. Octobris Lipſiam verſus mouit. Tillius mille peditibus Lipſiæ præſidio relictis, XV. Kal. Octobris exercitum in hoſtem duxit, & prope *Podelbitium* vicum prima hoſtium agmina in conſpectu habuit. Exinde ad manus ventum, & acriter vtrimque eſt dimicatum. Victoria per duas horas anceps ſtetit: donec vergente ad veſperum die pedites Cæſareani, ab equitibus fœdè deſtituti, paulatim retrocedere, & verſus Lipſiam integris ordinibus ſe recipere cœperunt. Prælium quinque horis durauit, & eo in loco 12. millia plùs minùs vtrimque ceciderunt. Inter alios *Adolfus Holſatiæ Dux*, qui contra Regem ſiniſtrũ agmen duxerat, dum ordines reſtituere conatur, ſuos inter pugnans occubuit:

buit: non pauci item ex Cæſareanis ab aſſultantibus ruſticis ſunt interempti. At verò niſi equitatus Cæſareus in fugam ſe dediſſet, victoriam procul dubio Tillius fuiſſet conſecutus. Nam victis Saxonibus, quos iam in fugam verterat, facilè & Regem oppreſſiſſet, qui ſolus Cæſareo exercitui par non fuiſſet. Tillianis erepta ſunt centum plùs minùs vexilla, tormenta item omnia cum impedimentis. Et talis quidem *Lipſienſis clades* fuit; quam grauiſſima mox damna ſunt ſecuta.

Vbi poſtera dies illuxit, Rex hoſtium veſtigia premens *Lipſiam* petiit, eamque à Saxone obſideri iuſſit: quam hic paucos intra dies recepit. Suecus porrò victoriæ curſum proſecuturus, caſtra verſus *Merſeburgum & Halam* mouit. Quibus opidis itemque *Erfurto* ſubactis, in *Franconiam* contendit. Paucis ante prælium diebus *Maria-Eleonora* Suecię Regina, cum 8. militum millibus, Stetinum appulerat: ex iis quattuor millia ad mariti exercitum mox miſit; alia totidem in agrum Megapolitanum (vt illius prouinciæ Ducibus in Roſtochio & Wiſmaria recuperandis opitularentur) ire iuſſit. Sub idem ferè tempus ex Anglia Marchio *Hamiltonius* & *Leſlaus* Tribunus, cum 40. nauigiis & 8. Anglorum millibus, ad Sundanum portum appulerunt. Ceterùm Rex vt in Franconiam venit, *Hennebergenſem* Principatum inuaſit; eoque in poteſtatem redacto *Coninxhouiam*, Herbipolenſis Antiſtitis arcem munitiſſimam, cepit. Exinde *Suainfurtum* & *Herbipolim* ſubegit; huius vrbis Epiſcopo eodemque Franconiæ Duce ægrè elapſo, & *Aldringero* ſtationem illam deſerente, quòd miles Cæſareus, Lipſienſi clade exterritus, manus cum Suecis conſerere detrectaret. Herbipolenſem arcem reſiſtere auſam, defenſoribus omnibus ad vnum cæſis, vi deinde expugnauit & expilauit. Antiſtes *Bambergenſis*, cùm ſuæ ditioni ſimile periculum certò imminere videret, magno auri pondere illud redemit. *Francofurtum*, *Hanouia*, aliaque ad Rhenum & Mœnum opida Regem victorem facilè admiſerunt; Lutheranis incolis vltrò eum inuitantibus & magna alacritate excipientibus. Quod exemplum *Noriberga*, *Argentoratum*, *Spira*, aliæque ciuitates Imperiales non paucæ ſua ſponte ſunt ſecutæ. *Haſſus* Francofurtum ad Regem profectus copias ſuas, quæ ad 10. millia militum aſcendebant, Regiis adiunxit. Palatinatu exinde occupato idem Rex Rhenum 16. Dec. traiecit, & Oppenhemio ſubacto Moguntiam obſedit; præſidiarios demum ad deditionem 23. Dec. compulit. Atque hæc quidem noſtri æui Attila anno Chriſti 1631. belli Sueuici ſecundo geſſit.

Saxo poſt Lipſiam receptam, facto per Miſniam itinere, *Bohemiam* (in qua rara ac tenuia erant Cæſaris præſidia) hoc ipſo autumno ingreſſus, miſſo Arnhemio, *Pragam* regni caput 11. Nou. in deditionem accepit. Balthaſar Maradius, qui paucos tunc milites ſub ſignis habebat, inde pulſus, Budouitium ſe recepit: quod poſteà contra Comitis Turriani aſſultus fortiter defendit ac tenuit. Megapolitani porrò Duces ne ſuis intereà rebus deeſſent, primò *Roſtochium*, poſteà *Wiſmariam*, vltimò *Damitium* aggreſſi, noſtros iis in locis præſidiarios abire in Sileſiam compulerunt.

Aprili menſe, conuenientibus vtrimque legatis, pax inter Ferdinandum Imp. & Carolum Gonzagam Mantuæ Ducem conſtituitur. Imperatorio exinde decreto, *Mantuæ* ac *Montis-Ferrati* Ducatus eidem Carolo die 2. Iulij adtribuuntur. Ita pacatis omnibus, priſtina

ſtina Italiæ tranquillitas eſt reddita. *Marchio S. Crucis*, ex Inſubria veniens, Bruxellam 21. Aprilis intrat; Regio exercitui in Belgio præfuturus. Henricus Naſſouius 30. Maij, cum 30. ampliùs millibus, in Flandriam traiicit, & milite prope Waterſlitum expoſito *Brugas* obſidere tentat: ſed adueniente exercitû noſtro, 6. Iunij turpiter fugit. Claſſis noſtra 10. Sept. Antuerpiâ verſus Zelandiam ſoluit, & triduo pòſt, in æſtuario *Vlack* nuncupato, ab hoſte profligatur; & multi capiuntur. *Maria Medicea*, Ludouici XIII. Fr. Regis mater, ex Picardiæ opido Compēdio 19. Iunij clam euadit, & 13. Aug. Bruxellam veniens ab Iſabella Hiſp. Infante ſummo honore excipitur. Eius filius *Gaſto Aurelianenſium Dux* menſe Martio ex vrbe Aurelianenſi in Burgundiam digreſſus, inde fratrem Regem inſequentem fugiens, primò in Lotharingiam, pòſt in Brabantiam & ipſe ſe tranſtulit: intrauitque Bruxellam anno proximè ſequenti ineunte, die 28. Ianuarij; ab eadem Archiduce Iſabella regio more in palatio exceptus. Armandus Pleſſius Cardinalis in Parlamento Pariſienſi 5. Septembris declaratur Dux de *Richelieu* & Par Franciæ. Idem vt Gubernator Britanniæ minoris 21. Aug. ſolemne iuramentum præſtiterat. Ioannes de Montmorency, Comes de Eſterre, à Philippo IV. Hiſp. Rege anno 1630. Princeps de Robeque, & anno 1628. Marchio de Mourbeque, itemque Eques Velleris aurei ab eodem creatus, ſuprà pag. 464. & 468. laudatus, Mechliniæ menſe Octobri moritur.

Albertus Walſteinius, Pragæ nobili familia natus, in Foro-Iulienſi contra Venetos bello prima ſtipendia meruit; duarum equeſtrium turmarum pro Ferdinando nunc Cæſare ductor, quas 1632
ipſe proprio ære conſcripſerat. Tribunus exinde, in bello Bohemico ac præſertim in Pragenſi prælio adeò ſtrenuè ſe geſſit, vt paucis pòſt annis ad ſupremam militiæ præfecturam euectus fuerit. In bello contra Chriſtianum Daniæ Regem exercitum duxit, & Cimbrica Cherſoneſo ſubacta, ipſum ad pacē à Ferdinando Imp. petendam compulit. His aliiſque de cauſſis non ſolùm *Fridlandiæ Ducatum*, *Iecinum* aliaque apud Bohemos prædia, ſed & *Megapolitanam ditionem*, fiſco addictam, viro bene tunc merito idem Cæſar contulerat. Sed & Philippus IV. Hiſp. Rex ipſum nobiliſſimo Aurei velleris collegio adſcripſerat. Electorum deinde aliorumque Germaniæ Principum operâ, à Cæſare exauctoratus, primò *Pragam*, & eâ à Saxone occupatâ, *Cenaimum* in Morauiam ſeceſſit. Ceterùm pòſt Lipſienſem cladem anno ſuperiore acceptam Dux belli quærebatur, qui (vnà cum Tillio, fortiſſimo quidem viro, at ſenio laboribuſque confecto) Guſtauo Sueciæ Regi, ad Europæ imperium adſpiranti obiiceretur. Ad hanc præfecturam placuit Ferdinando Imp. *Walſteinium* deligere, qui tùm priuatam Cenaimi vitam agebat. Summum itaque militiæ magiſterium ipſi defertur; ſed quod ipſe diu multumque recuſauit, inualetudinis (nam podagræ cruciatibus erat obnoxius) excuſatione imprimis vſus. Nimirum pupugerat ac percolerat militarem animum exauctoratio, quam dixi: & reliquum vitæ ſine ſtrepitu ducere decreuerat. Verùm vrgente Cæſare, præfecturam (ſpecie recuſantis fortaſſe optatā ac deſideratam) demū ſuſcepit; ſed conditionibus plùs æquo inſolentioribus ab eodem Cæſare extortis, quæ exitio ipſi aliquando futuræ eſſent.

Ad Walſteinij porrò priſtinum in gradum reſtituti famam Tribu-

ni veteraniq́ue milites, Catholici pariter ac Lotherani, incredibili numero confluebant: & quoniam non erat in promptu pecunia, Tribuni vltrò ſuam erogabant, quam poſteà ex ſtatiuorum contributionibus eſſent recuperaturi. Statiua autem in ea Bohemiæ parte quæ adhuc Cæſari parebat, itemq́ue in Morauia, Auſtria, Sileſia, Stiria, Carinthia, aliiſq́ue regionibus eidem hereditariis collocata ſunt ac diſtributa. Sicq́ue trimeſtris ſpatio iuſtus exercitus ſua quaſi ſponte coaluit; militibus vndique mira alacritate accurrentibus, ſuaq́ue nomina dantibus. Tantum poteſt in militaribus rebus Ducis fama. Cæſar porrò non ignarus humana auxilia nihil poſſe vbi cæleſte deficiat, edicto publico ſuos omnes ſubditos, ad iram Dei placandam, eiuſq́ue adiutricem manum implorandam, eſt cohortatus. Vtq́ue aliis exemplo præiret, conſcientiâ à noxis expiatâ ſacram Synaxim frequenter ſumpſit; & concionibus, ſupplicationibus aliiſq́ue functionibus Eccleſiaſticis aſſiduè interfuit. Inde ad humana remedia conuerſus, *Viennam* Auſtriæ metropolim ac Germaniæ vniuerſæ propugnaculum egregiè muniri, & debilioribus in locis nouo vallo firmari imperauit. Atque hæc quidem Viennæ agebantur, cùm Bauarus aliique Principes Catholici, conuentu primùm *Landſhuti*, dein *Ingolſtadij* celebrato, de bello aduerſus Suecum gerendo, deq́ue auxiliis Cæſari tempeſtiuè ſubmittendis conſultarent. *Tillius* interim, qui poſt Lipſienſem cladem exercitum in Bauaria inſtaurare cœperat, ne officio ſuo deeſſet, *Milsburgum* expugnauit: dein ſtatiuis *Donaverdæ* ac *Nortlingæ* collocatis vacuas omnes legiones in ver proximum ſupplenit.

Prima autem huius anni arma Guſtauus Rex in *Alſatia* exercuit; *Guſtauo Hornio* ſub finem menſis Ianuarij in eam prouinciam ablegato, vt Lotharingos, Argentoratenſibus graues ac moleſtos, inde pelleret. A Cæſare in Alſatiam *Carolus Lotharingiæ Dux* cum ſuis copiis miſſus fuerat, vt prouinciam illam à Suecorum iniuria tueretur: atque inter alias *Hailbrunnam* vrbem Imperialem præſidio tenebat. Ad hanc expugnandam Hornius primùm mouit: eâq́ue paucos intra dies in deditionem acceptâ, mox ab Argentoratenſibus pecunia & milite auctus *Fridburgum, Diburgum* aliaq́ue ad Rhenum opida in poteſtatem redegit. Sicq́ue tota ferè Alſatia in Suecorum manus deuenit, cùm Francus Lotharingum copias ſuas renocare coëgiſſet. Palatinatum deinde inferiorem Hornius ingreſſus, noſtros *Aiſenſtallo, Landauia, Laiſſemburgo*, ac demùm *Brunsfeldia* eiecit. Auctus deinde Bernardi Vinarienſis Ducis copiis, menſe Februario contra pacta, *Bambergam* præſidio vacuam, aliaq́ue illius diœceſis loca occupauit. Dum hæc ab Hornio agebantur, Guſtauus Rex coniugem ſuam Stetino, & *Fredericum* Palatinum ex Batauia (vbi hactenus latuerat) ad ſe venientes, Francofurti ad Mœnum peramanter excepit. Eodem tempore *Vlricus*, Chriſtiani Daniæ Regis filius, ad Electorem Saxonem ſe contulit, eiuſq́ue in caſtris legionem duxit. Exinde Suecus V. Kalendas Martias Francofurto Moguntiam profectus, copias *Crucenaco* opido (quod Hiſpani in Palatinatu inferiore tenebant) admonit, & ſexto die expugnauit; Hiſpanis in arcem refugientibus, ac demùm cum armis ac ſarcinis Hagenoam dimiſſis.

Tillivs, reſarciendæ Lipſienſis cladis cupidus, VI. Nonas Martij ex Bauaria ac ſuperiore Palatinatu duodeviginti millia militum,

tum, cum 22. tormentis, contra Hornium educit: factoque per Noricum itinere, *Altdorfium*, *Lauffam*, aliaque opida expugnat. Audito Tillij adueutu Hornius, qui ad 12. millia militum penes ſe habebat, *Bamberga* intra mœnia ſe continere decreuit. Tillius Nonis Martiis vrbem aggreſſus, ad duo Suecorum millia trucidauit: totuſque Hornij exercitus eo die deletus fuiſſet, niſi ruptus ab hoſtibus pons Haſtadianus noſtros in eo reficiendo detinuiſſet. Nam interim Hornius cum reliquiis *Hasfurtum* ſe recepit: eoque ſequenti die deſerto, *Geltershemium* vſque pedem retulit. Tillius verò vbi *Bambergam* intrauit, cohibitâ militum licentiâ, qui Suecorum impedimenta iam deprædati erant, ciuium ædes ac fortunæ bona intacta ſeruauit.

At verò *Rex* de ſuorum clade certior factus, Francofurto Moguntiam, ad cogendas copias, ſe contulit: conflatoque 20. millium exercitu, cum *Vinarienſi* & *Bannerio* inde mouens, prope Geltershemium reliquias exercitus Horniani aſſecutus, eas ſuis copiis addidit, & verſus *Suainfurtum* caſtra contra Tillium direxit. Tillius ſoluta Suainfurti obſidione, cùm numero militum longè inferior eſſet, cis Mœnum ſe recepit, tranſitaque *Donaverdâ* inde in Bauariam profectus, cis Lyciam fl. caſtra poſuit. Rex contrà iratus ob acceptam à ſuis cladem, & veritus vt fortuna inclinante Germaniæ Principes ad Cæſaris partes redirent, magnis itineribus verſus *Donaverdam* mouit, vt Tillium aſſèqueretur: eâque occupatâ Lyciam tranſmittere tentauit. Sed à Tillianis, qui pontem deſtruxerant, repulſus, conſilium iſtud ſepoſuit, & quaſi nihil tale ampliùs cogitaret exercitum per circumiacentes vicos diſtribuit. Exinde poſt dies aliquot, ineunte menſe Aprili, Tillianos incurioſiùs agere & negligentiùs ripam cuſtodire conſpicatus, obſcura nocte pluuioque cælo, ad quintum milliare ſupra Tilliana caſtra, ponte nauibus iniecto, exercitus partem, inſciis hoſtibus, ad alteram fluminis ripam tranſvexit. *Tillius* vbi hoſtem cis flumen vidit, periculoſum ratus pedem referre, impetum facere decreuit, antequam reliquus exercitus hoſtilis tranſmitteret. Præmiſſo itaque leuioris armaturæ equitatu, qui facto circuitu tentaret an hoſtium terga aggredi & pontem exſcindere poſſet, ipſe cum grauioris armaturæ equitibus ac peditatu, inſtructâ acie, contra hoſtem mouit. *Rex* contrà, viſo hoſte, ſuos palantes in ordinem mox redegit. Tillianus porrò equitatus Suecos equites vehementi impetu adortus, eos in fugam coniecit: inde pedites aggreſſus ipſorum ordines labefactauit, & ſuccedenti Cæſareano peditatui aditũ aperuit. Iamque inclinabat acies, cùm Rex accurrens ſua præſentia, verbis, manu ignauos increpans, ordines reſtituit. Sicque ancipiti vtrimque ſucceſſu certatum eſt tribus circiter horis: donec totus exercitus Sueuicus Lyciam traieciſſet, & noſtros paulatim cedere compuliſſet. Inter hæc *Tillius* vexilla, lora, manus militum apprehendere, hortari ne aciem deſererent, increpare, demùm fugientes cædere, & nihil prætermittere quod ad officium boni ducis ac militis pertineret. Sed hæc faciens cùm propriùs flumen acceſſiſſet (cuius in ripa oppoſita Suecus tormenta aliquot maiora collocarat) ſeſquilibralis machinæ ictu in femore grauiter læſus, ab aſſeclis ex prælio in caſtra deductus eſt; cùm poſt acceptum vulnus integrâ ferè

 horâ

Anni vulgaræ Christi.

horâ in acie adhuc perſtitiſſet. Haut ſegniùs *Aldringerus* mœnia ſua obiens, grauioris ſclopeti glande percuſſus, è prælio ſimilitèr iniutus receſſit. Exinde Cæſariani apertè cedere, & ab Suecis paſſim trucidari. Sed oportunè ſuis cum copiis *Maximilianus Bauaria Dux*, prælio nondum finito, aduenit, qui reſtituta noſtrorum acie hoſtem fortiter repulit, & ſiſtere coëgit. Deſiderata ſunt eo in prælio ad tria vtrimque militum millia. Bauarus poſtquam diebus aliquot militem in caſtris continuit, cùm ſe viribus imparem cognoſceret, exercitum in munita loca diſtribuit. Ipſe *Ingolſtadium*, quo paucis antè diebus *Tillius* & *Aldringerus*, vt à chirurgis curarentur, deuecti fuerant, ſe contulit. Hîc poſt aſſertam in Germania tot præliis ac victoriis Religionem orthodoxam, poſt partum optimi ducis ac militis nomen, *Ioannes Serclaſius Comes Tillius* ex vulnere deceſſit; vitæ morumque integritate (quod rarum in caſtris) laudatiſſimus. *Aldringerus* porrò, poſt longam ac diuturnam curationem, ex vulnere demum conualuit.

Dum ad Lyciam à Tillio certatur, *Walſteinius* pro Cæſare militem in Morauia colligit: exinde 20. armatorum millia Cenaimo in Bohemiam ineunte Aprili ducit. *Launo*, *Slano*, aliiſque opidis in itinere occupatis, *Pragam* Idibus Aprilis peruenit. Erant ibi in præſidio quinque Saxonum millia; qui ductis foſſis nouam vrbem à veteri ſeparauerant, & vtramque munierant. At Walſteinius facto circuitu & Molda fl. tranſmiſſo, minorem vrbem, vtpote minùs munitam, aggredi ſtatuit. Diſpoſitis itaque in monte S. Laurentij tormentis quattuor, murum ictibus ſterni mandauit: ipſe ante Racinenſem portam conſtitit, eamque perrumpi iuſſit. Triplici demum aditu in vrbem noſtris patefacto, Saxones ad arcem ſe receperunt. Galaſſo verſus pontem miſſo, Walſteinius ad arcem oppugnandam mox contendit. Erat in ea *Hofkirchius*, Pragæ à Saxone præfectus: is aduentante Walſteinio, protinus cum omni equitatu, per portam arci vicinam, verſus Laitmeritium in fugam ſe dedit. Circa arcem ſeſquihora pugnatum fuit: quâ amiſsâ, reliqui in vrbe Saxones arma mox depoſuerunt. Walſteinius victoriæ curſum proſequens, relicto in vrbe præſidio, *Laitmeritium*, *Egram*, & reliqua Bohemiæ opida breui temporis ſpatio expugnauit: ſicque Saxones vniuerſo illo regno eiecit.

A Lutheranis interim in Sueuiam vocatus *Rex Guſtauus*, verſus *Auguſtam Vindelicorum* caſtra mouit; eaque in deditionem acceptâ, exercitum in Bauariam deduxit. *Monachio* (quæ Ducis ſedes eſt) expugnato, ciues incendium vrbis, quod barbarus minabatur, numeratis ter centenis Dalerorũ millibus redemerunt. Vniuersâ ferè Bauariâ miſerè vaſtatâ, demum ad *Ingolſtadium* Suecus caſtra poſuit. Eſt ea vrbs munitiſſima, ad Danubium ſita; cui Bauarus in Palatinatum ſuperiorem, ad colligendum militem, ſecedens, firmiſſimum præſidium impoſuerat. Guſtauus itaque vbi tentatâ expugnatione nihil ſe proficere animaduertit, poſt dies pauculos obſidionem ſoluit: & exercitu in Sueuiam reducto *Vlmam*, *Memmingam* aliaſque illius tractus vrbes, Lutheranâ hæreſi infectas (adeoque nemine ferè reſiſtente) in deditionem accepit. Eadem facilitate & *Ratiſponenſis* Senatus ſuos intra muros Suecum admiſiſſet, niſi Bauarus inſigni ſtratagemate præoccupaſſet, impoſitoque numeroſo præſidio vrbem Cæſari aſſeruiſſet.

Iunio

Iunio menſe *Walſteinius*, cum exercitu 30. millium & magna tormentorum copia, ex Bohemia in Palatinatum ſuperiorem venit. Vtque Suecum è Bauaria ac Sueuia eliceret, agrum Noribergenſem ſtare cœpit, & caſtris verſus *Noribergam* directis, ſecundo ab vrbe milliari ea fixit, vallo itẽ ac foſſâ muniuit. Id vbi reſciuit Suecus, ne amicæ ciuitati deeſſet, & ipſe 20. millibus ex Sueuia traductis, trans Pegneſum fluuiũ (cui Noriberga aſſidet) caſtra poſuit: & ſic vterque exercitus circa Noribergam conſedit. Atqui dum res ita in Norico ſeſe habent, Bauarus recuperato *Monachio*, aliiſque opidis in quibus Sueci hærebant, præſidium militare impoſuit, quo prouinciam etiam abſens tueretur. Ipſe cum *Aldringero*, & 20. millium exercitu, Noribergam ad Walſteinium iter intendit; vt iunctis viribus Regem opprimerent. Ferunt hunc aduentu Bauari valdè perculſum fuiſſe; quem minimè exiſtimarat Walſteinio acceſſurum, cùm inter eos vetus ſimultas eſſe crederetur, diceretúrque Bauarus potiſſima fuiſſe cauſſa, cur in Ratiſponenſibus comitiis ille fuiſſet exauctoratus. Sed poſitis ſimultatibus, ſi quæ erant, vtrumque cùm publici tum priuati boni ſtudium conciliauit. Suecus itaque vt res ſuas firmaret, *Bannerium* ex Brunſvicenſi tractu ad ſe euocauit: poſt cuius aduentum, poſtridie Nonas Septembris inſtructa acie, è caſtris prodiit, & clangentibus tubis Cæſareanos ad conflictum prouocauit. At Cæſareani, acie pro more militiæ in caſtris inſtructa, diſpoſitiſque pro vallo excubitoribus, ne vniuerſam Germaniam alcæ vnius prælij exponerent, prudenti conſilio intra caſtra ſe continuerunt, parte equitatus ſolummodò (hoc eſt, Croatis ac Polonis) ad velitandum emiſſa. At non quieſcebat Guſtauus: qui Cæſareanorum caſtra noctu V. Idus Sept. aggreſſus, noſtris ac præſertim Italis fortiſſimè pugnantibus, ter mille circiter ex ſuis amiſit. Dimiſſo poſteà vtrimque ad hiberna milite, cùm *Bapenheimius* ex Belgio (vbi Traiectenſis ad Moſam vrbis obſidionem ſoluere fruſtrà tentarat) in Germaniam rediiſſet, & prope Merſeburgum copias ſuas cum Walſteinianis iunxiſſet, *Walſteinius* Suecum aggredi & cum eo acie decertare decreuit. Paſſuum millibus 10. ignobile opidum *Lutzen* à Lipſia diſtat, & quinto ferè lapide abeſt ab eo loco vbi ſuperiore anno *Tillius* fuſus fuerat. Haut procul ab hoc opido Walſteinius, inſtructa acie, *Guſtauum* Regem cum exercitu aduentantem præſtolabatur: datumque *Bapenheimio* cornu ſiniſtrum. Seſquihora ante meridiem cœpta eſt à machinis pugna. Sueci noſtræ aciei frontem aggreſſi, facto vehementi impetu, ſex machinis ſunt potiti: quibus in noſtros verſis damnum non exiguum attulerunt. Inclinabatque iam acies, nî ſubſidio accurrens cum valida manu *Walſteinius* hoſtem repuliſſet: qui cùm occupatas machinas tueri non valeret, auectis duabus, reliquas immiſſis in foramen clauis inutiles reddidit. In altera parte, Suecorum equitum agmen *Croatas* & *Polonos* leuis armaturæ equites, qui ante noſtrum cornu ſiniſtrum ſtabant, inuadens, eoſdem in fugam vertit. Atque hi cùm noſtros ordines diſſipaſſent, totum illud ſiniſtrum agmen in fugam ſecum abſtraxerunt. Quod conſpicatus *Guſtauus*, iuſſo *Hornio* hoſtem perſequi, ad frontem noſtræ aciei, à qua Sueci repulſi fuerant, ſe tranſtulit; debiliorem partem ſcrutaturus, atque in eam impetum facturus. Sed cùm explorandi gratiâ propiùs noſtros acceſſiſſet, grauioris ſclopi glande ſiniſtrum brachium traiectus,

ctus, in deliquium cecidit. Cumque ad vulnus curandum à ſuis aulicis extra aciem abduceretur, in quamdam noſtrorum equitum legionem forte incidit: ſicque dilapſis mox aulicis, trucidatus ac veſte ſpoliatus eſt ab ignaris, quem occiderent, militibus. *Bapenheimius* interim cùm noſtros ſiniſtri agminis ordines inſtauraſſet, inter primos fortiter dimicans inſequentem *Hornium* ſtitit ac repulit. Et iam victoria pro noſtris ſtabat, cùm ſemilibrali tormenti pila renes traiectus, ad ſuos commilitones verſus, interrogaret, an Rex obiiſſet, vt fama iam per noſtrum exercitum vulgauerat. Cumque id verum eſſe reſciuiſſet, *Ite*, inquit, *& Megapolitano Duci nuntiate, me ita ſauciatum, vt viuendi ſpem amiſerim: læto tamen animo moriturum, cùm iuratum illum catholicæ Religionis hoſtem ante me obiiſſe ſciam.* Inde cùm ab aſſeclis Lipſiam verſus rheda deueheretur, poſt vnam alteramve ab accepto vulnere horam, conſcientiâ à noxis expiatâ, placidè moriens incredibile ſui deſiderium reliquit. *Bapenheimio* amiſſo, maior pars noſtri equitatus in turpem ſe fugam dare cœpit. Solus ferè *Octauius Piccolominius*, cum ſua legione, medios inter hoſtes intrepidè vſque ad prælij finem ſtetit; factâ ſepties irruptione, & amiſſis quinque ſub ſe equis, denique ſex ipſe ſclopi ictibus ſauciatus. Noſtris porrò equitibus dilapſis, Sueci pedites noſtros intercludere parabant; cùm ecce circumfuſa caligo lucidi anteà Solis radios ſubitò obtenebrauit, & exercitum vtrumque velut texit. Ceterùm vſque ad primam noctis horam ſine intermiſſione vtrimq; pugnatum eſt acriter: & *Walſteinius*, quamuis ſclopi breuioris glande in femore læſus, nihil eo die omiſit, quod ad boni militis aut ducis officium pertineret. Prælium, cùm ſex ampliùs horis duraſſet, nox ipſa diremit. Walſteinius Lipſiam, Sueci verſus Naumburgum ſe receperunt. Ex vtroque exercitu ſeptem circiter militum millia periiſſe creduntur. Ex Cæſareanis, præter *Godefridum Bapenheimium* (qui centum plùs minùs vulnerum in præliis acceptorum cicatrices ſuo in corpore numerabat, & à quo Guſtauum Regem ſibi, neſcio quo inſtinctu, ſemper metuiſſe narrant) cecidit & *Abbas Fuldenſis* idemque Princeps Imperij, dum Crucem manibus geſtans ſingulos ad ſtrenuè pro Religione catholica pugnandum hortaretur. *Bertoldus Walſteinius*, Fridlandij cognatus, legionis vnius ductor, & *Prainerus* tormentorum præfectus, ex vulneribus Pragæ paucis pòſt diebus obierunt. Occiſi porrò Regis gloria ad quem ſpectauerit, non conſtat: Sueci certè eam Holcianæ aut Gettianæ legioni attribuunt. Defuncti cadauer aromatibus conditum, & plumbeæ capſæ incluſum, poſteà in Sueciam eſt deportatum. Agebat ætatis 38. annum, cùm periit, ſeptem vulneribus confoſſus. Ex coniuge vnicam filiam reliquit. Eodem menſe Nouembri alter Cæſaris hoſtis, Fredericus Bohemiæ Exrex, peſtilenti febre correptus interiit. Hìc *Petri Baptiſtæ Burgi* Genuenſis De bello Suenico (cui interfuit) commentarij deſinunt: ex quibus non pauca hauſimus. Ceterùm Rege occiſo, Sueci & Proteſtantes iis confœderati (inſtigantibus & adiuuantibus Auſtriacæ magnitudinis æmulis) bellum in Germania contra Cæſarem proſequi non deſtiterunt. Ac bellicæ quidem rei adminiſtrationem *Bernardo Saxoni Vinarienſi* commiſerunt: qui *Lipſiam, Chemnitium, Fraibergam*, aliaque Miſniæ opida breui pòſt recuperauit, & Cæſareanos ex tota Saxonis ditione pepulit; cùm *Walſteinius*

Anni vulgares Chriſti.

ſteinius in Bohemiam (ad exercitum in proximum ver inſtaurandum) ſe contuliſſet.

Ex Germania ſuperiore in noſtram inferiorem deſcendamus. Auſtriacorum armis alibi occupatis, Batani ineunte menſe Iunio *Venlonam* & *Ruramondam* ſubigunt, & 9. die menſis eiuſdem *Traiectum Moſæ* obſidere incipiunt. Viſum itaque fuit *Bapenheimium*, paulò antè laudatū, ex Germania cnm copiis auxiliaribus euocare. Venit is quidem ad caſtra noſtra, & in obſidentes fortiter cnm ſnis irruit; ſed duplici vallo pridem munitos ſolus ipſe pellere aut vincere non potuit. Obſeſſi itaque 23. menſis Auguſti deditionem facere coacti ſunt. Præfectum vrbis Traiectenſis Guilielmum de Bette, ob ſtrenuam operam toto obſidionis tempore nauatam, Philippus IV. Rex titulo Marchionis de *Lede* in agro Aloſtano donauit. Septembri menſe ſubſequente & *Limburgum* Batauis ſe dedidit. Hac ipſa æſtate *Gaſto Aurelianenſium Dux*, collecto exercitu in Franciam irrumpens, Narbonenſem Galliam, quam *Occitaniam* vocant, petiit. Præerat huic prouinciæ *Montmorencius Dux*: qui ad illum Iulio menſe defecit. Kalendis itaque Septembribus perbreui ſed cruento prælio ad *Caſtelnaudarium* concurritur: quo victus Montmorencius, vulneribus aliquot acceptis, in poteſtatem Ludouici Regis venit: & Toloſam perductus ferro ceruicem III. Kal. Nou. ſubdidit. Gaſto autem cum fratre Rege in gratiam, non diu duraturam, rediit: nam ſupplicio Montmorencij aut alia re offenſus, iternm ſe ſubduxit, & Bruxellam 22. Nou. venit. Equitatus porrò noſter Belgicus, qui eidem Gaſtoni in Occitania militarat, in Hiſpaniam abiit. Hermenſteiniana interim arx, ad Rheni & Moſellæ confluentes ſita, Francis traditur, & Auguſta Treuerorum ab iiſdem 8. Auguſti occupatur. Alfonſus Cardinalis *de la Cueua* 18. Septembris Bruxellâ verſus Italiam, & Marchio S. Crucis 3. Octobris verſus Hiſpaniam, diſcedunt. Franciſcus Haræus Vltraiectinus, qui res Belgicas deſcripſit, & Chryſoſtomus Henriques Hiſpanus, ordinis Ciſterſienſis illuſtrator, vterque Louanij, moriuntur. Bruxellæ in capella palatij (quod à Philippi II. Regis è Belgio in Hiſpaniam diſceſſu viſum non fuerat) Equites Velleris aurei, ſinguli veſte longa holoſerica ordini propria induti, exeunte Nouembri feſtum patroni ſui S. Andreæ Apoſtoli diem celebrant; Philippi IV. Regis permiſſu. Idem Rex Ioannem Comitem Naſſouium *Rotnaci* Principem creat: quod eſt Flandriæ municipium, S. Hermetis martyris aliorumque Diuorum reliquiis, & vetuſto Canonicorum collegio celebre. Ludouicus Cardinalis *Ludouiſius*, fratre Gregorij XV. Pontificis genitus, S.R.E. Vicecancellarius, menſe Nouembri Romæ mortuus, ducenta aureorum millia donauit ad baſilicam S. Ignatio, à patruo ſuo in Diuos relato, exædificandam. Idem fratri ſuo Venoſæ Principi Ducatum *Zagaroli*, quem emerat, teſtamenti tabulis legauit: Hibernorum inſuper collegium, in Vrbe à ſe excitatum, dotauit. Hoc anno aut ſuperiore, altero ferè lapide ab Antuerpia in vico *Wommelgem* eruta ſunt plurima numiſmata argentea; in his *Caracallæ*, *Iuliæ Mamææ*, *Elagabali*, *Alexandri Seueri*, *Gordiani*, *Philippi* patris & filij, *Marciæ Otacillæ*, *Decij* patris & filij *Treboniani Galli*, *Voluſiani*, *Valeriani* & *Gallieni*. Nullum autem *Poſtumi* numiſma ibi repertum fuit: cuius tamen plurima paſſim per Belgium ab agricolis erui, ſuprà pag. 42. docui. Vnde colligi datur, theſaurum hunc argenteum

Wom-

Wommelgemij circa Chriſti 260. annum, hoc eſt, paulò ante Poſtumi in Gallia imperium fuiſſe defoſſum.

1633 Iſabella Hiſp. Infans 1630, Ioannem Montmorencium Comitem Stegranū, ſup. pag. 464. memoratū, in Hiſpaniam miſerat, vt de filio *Balthaſare Carolo* nuper Regi nato gratularetur; rogaretque vt alterutrum ex fratribus ſuis, *Carolum* aut *Ferdinandum*, in Belgium mitteret, qui amitam ſenio ac laboribus fractam exciperet. Anno itaque 1632. Rex fratrem ſuum FERDINANDVM, Belgicæ prouinciæ deſtinatum, Madrito Barcinonem deduxit: qui demùm menſe Aprili 1633. inde ſoluens in Italiam traiecit, & 5. Maij Genuam tenuit. Inde digreſſus, Mediolanum 24. die menſis eiuſdem intrauit; ſummo applauſu vbique à Nobilitate ac populo exceptus. Mediolani agens hoc vnum ante omnia procurauit, vt Dux Feriæ profectionem ſuam cum exercitu ex Inſubria verſus Alſatiam acceleraret. Quâ quidem 22. Auguſti feliciter incohatâ, *Conſtantiam* & *Briſacum*, pulſis Suecis, ſuo aduentu ab obſidione liberauit; *Balſueldiam, Binfeldiam, Friburgum*, aliaque opida eiſdem eripuit; exinde in Bauariam, vt illius prouinciæ Duci ab hoſtibus penè oppreſſo ſuccurreret, ſeſe cum Hiſpanicis, Italicis ac Burgundicis copiis tranſtulit: ac demum Monachij die 11. Ianuarij 1634. obiit.

In patris ſui Sigiſmundi Poloniæ Regis, anno ſuperiore Ian. 14. die mortui locum *Vladiſlaus* Senatorum aliorumq; regni procerum ſuffragiis hoc anno 30. Ianuarij ſufficitur. Vrbanus VIII. Papa Abbatiam Caſtelli Durantenſis (*Caſtel Durante*) in Ducatu Vrbinenſi ſitam, vertit in Canonicorum eccleſiam; & dignitate Epiſcopali eam ornat. Die 5. Aprilis, Franciſcus de Moncada, Marchio Aitonæ, Bruxella verſus Hannoniæ fines diſcedit, & copiis, quas ſecretò diuerſis itineribus præmiſerat, in vnum conflatis, Boccinium (*Bouchain*, opidum ad Scaldim inter Cameracum & Valentianas ſitum) Regi aſſerit: & nouum militare contra Francos præſidium, veteri amoto, immittit. Exinde menſe Iulio munimentum in S. Stephani inſula (*Stevens-Werdt*) altero lapide ſupra Ruræmondam ſtruit, & Moſæ fl. velut frænum iniicit. Nanceium Lotharingiæ metropolis 24. Septembris à Francis occupatur: *Carolus* Lotharingiæ & Barri Dux, ſuis ditionibus ſpoliatus, Veſontionem & inde in Germaniam ſe transfert: vbi Catholici fœderis exercitum fortiter nunc ducit. Ipſius frater *Henricus*, cùm coniuge ſua Claudia, Henrici II. Lotharingiæ Ducis filia iuniore, ſuprà pag. 276. laudata, clàm Nanceio poſteà elapſus, Florentiam ad magnum Etruriæ Ducem abiit. Ludouicus XIII. Francorum Rex nouum *Metis* in Lotharingia Parlamentum inſtituit. Noſtris copiis alibi occupatis, Henricus Naſſouius *Rhenobercam* 13. Maij obſideri cœptam, 4. Iunij ad deditionem cogit. Guilielmus Naſſouius, qui anno ſuperiore capto S. Crucis propugnaculo, ruptiſque aggeribus Oceani aquas in agrum ſuburbanum Antuerpienſem immiſerat, hoc anno menſe Septembri *Philippinam* munitionem in Flandria ad Oceanum expugnat.

ISABELLA-Clara-Eugenia, Philippi II. Hiſp. Regis filia, Alberti Belgarum Principis vidua, totius vitæ ſtadio ſanctiſſimè decurſo, Bruxellæ Kalendis Decembribus, obdormientis inſtar, placidiſſimè exſpirat, 67. ætatis annum agens: felice omnino enthanaſiâ, qualem excelſæ ac cæleſtes illæ in terris animæ communiter habere ſolent. Sacras Diuorum reliquias, quas auro, argento, gemmiſque pretioſiſſimis

ſiſſimis exornatas, in Oratorio ſeu ſacello domeſtico habebat plurimas, in Bruxellenſi S.Gudilæ baſilica collocari & religioſè adſeruari voluit; addita doteannua, in vſum nouem Presbyterorum, qui ſacris ibidem ſunt operaturi. Ceterùm Eliſabethas tres Regum filias, vitæ inſtituto pares & cælitibus adſcriptas, Faſti Eccleſiaſtici memorant; *Eliſabetham* Haſſiæ Lantgrauiam, Andreæ Hungariæ Regis filiam, *Eliſabetham* Luſitaniæ Reginam, Petro Aragoniæ Rege genitam, & *Eliſabetham* Ludouici VIII. Francorum Regis filiam, S.Ludouici Regis IX. ſororem. Ex his Eliſabetham *Hungaricam* Gregorius IX. Pontifex, *Luſitanam* Leo X. & Vrbanus VIII. *Francicam* Leo item X. in cælites retulerunt. Et verò ſi diuinare licet, erit aliquando tempus, cùm *Eliſabetha* noſtra *Auſtriaca* (cuius in aula annis ferè nouem me vixiſſe, eſt quòd gaudeam) ordine quarta inter cælites Iſabellas Regum filias numerabitur. Virtutes eius, ſed longè infrà dignitatem ac merita, breuiter deſcripſi in Laudatione funebri, typis Plantinianis edita Philippus de Gomiecourt, Adriani Equitis ordinis S.Iacobi & Philippæ de Montmorency filius, Betunienſis in Arteſia opidi Gubernator, à Philippo IV. Rege Catholico Comes de *Gomiecourt* in Arteſia creatur. Is ex Maria de Gand-Villain, Iacobi Philippi Comitis Iſengemienſis & Odiliæ Clarhoutanæ filia, ſuſtulit Iacobum-Philippum de Gomiecourt, Iacobam & Mariam-Albertam. Suecì Ratiſponam occupant.

Difficile eſt, cùm nimia eſſe incipit, moderatè fortunam ferre: difficillimum verò, cùm ei te totum permiſeris, non dari in præceps. *Albertus Walſteinius* ex nobili Bohemo, Ferdinandi II. Imp. beneficio, Fridlandiæ, Sagani & alibi Dux, exemplo nuper fuit; æui noſtri Seianis, ſup. pag. 477. recenſitis, meritò annumerandus. Is bello primùm Foro-Iulienſi, pòſt Bohemico & Danico vtilem Ferdinando operam, quantum priuatæ opes ferre poſſent, nauauit. Mox vincente Cæſaris virtute ac cauſſâ, gratiſſimum dominum expertus, ad principatũ & ſupremã militiæ præfecturam euectus, eas opes potentia munitas cõſecutus eſt, quę omnibus admirandæ, multis etiam periculoſæ videbantur. Nec quiſquam minùs illum quàm Cæſar timebat: vt qui paterno hominem affectu complexus, velut filij ab eo fidem exſpectaret. Verùm nihil integrum aut ſanctum, vbi mentem ambitus occupauerit. Nam optimi Principis credulitate, pecunia, armis inſolentior factus, atque ad peſſima conſilia conuerſus *Fridlandus*, primò Germanicum vexauit Imperium, dein vlteriùs progreſſus, auctorem felicitatis ſuæ regno, liberis, vita ſpoliatum vltimo exitio obruere, & per auguſtæ gentis Auſtriacæ cadauera ad Bohemici regni ſolium conſcendere impiè cogitauit. Id vt perficeret, communicatis cum Cæſaris hoſtibus clàm conſiliis, tamquam Germaniæ pacem tractaturus, cum diuerſis diuerſa paciſcitur. Denique ſub initiũ anni 1634. *Pilſnæ* (quod eſt Bohemiæ opidũ) vbi prætorianus miles hibernabat, cum *Lauenburgio* & aliis huius rei conſciis, qui ſpecie tractandæ pacis conuenerant, agens, eò curas omnes conuertit, vt exercitus à fide Cæſaris abſtractos ſibi adiungeret. Quod leuis operæ futurũ ſperabat, ſi primùm Tribunos & per hos militare dein vulgus ſibi conciliaſſet. Pilſnam itaque ſingularũ legionũ capita euocat, tamquã de ratione belli in poſterum adminiſtrandi aut pacis cõcludendæ deliberaturus. Vbi conuenêre, alios donis, alios promiſſis, cùm per ſe tùm per cõſiliorũ participes, implet. 1634

Anni vulgares Chriſti.

Tres erant, in quorũ propenſa voluntate (quòd exercitum penè omnem moderarentur) maximum ineſſe momentum credebat; *Galaſſus, Picolomineus* & *Aldringerus*. Galaſſus in Sileſia, Aldringerus in ſuperiote Auſtria, copias habebant. Picolomineus ſolus Pilſnam, fraudis ignarus, aduenerat: ceteri duo aut ſuſpicione perfidiæ, aut inſidiarum metu, venire tardabant. Picolomineum ab itinere in conclaue ingredientem *Comes Terſchanus, Kinſchius* & *Illous* excipiunt, & ne à ceteris diſſentiat, hortantur. Adduntque, Fridlandum malè à Cæſareo Senatu tractari, neque in Cæſare ſatis patrocinij inueniri; & iam pleroſque Tribunos pro Fridlando ſtare. Picolomineus vt hæc audiuit, rei nouitate perculſus exhorruit: ſed ſpatiũ eludendi (cùm eſſet à Fridlando accerſitus) fraude inuenit. Simulauit nimirũ eo ſe erga ipſũ animo eſſe, quo maior nemo eſſe queat. Fridlandus itaque homini, vt credebat, ſibi addictiſſimo coniurationem aperit, ſpes ingentes oſtendit, promiſſis fidem mercari pergit. Cupidus nimirum & proditor animus nihil moderatum habet. Deo itaque vltore nefaria conſilia in præceps agente, *Picolomineo* omnia ſpecioſè pollicenti dat in mandatis Fridlandus, vt citatis equis ad *Galaſſum* & *Aldringerum* properet; eoſque, quâ viâ poterit, in ſocietatem facinoris attrahat. Is verò Pilſna dimiſſus, vt erat maxima in Cæſarem fide, eumdem per litteras mox edocet, quanto in periculo ſalus Auſtriacæ familiæ verſetur: hortaturque vt confeſtim omnibus modis tam nefario molimini obuiàm eatur. Ipſe deinde ad Galaſſum quàm citiſſimè proficiſcitur, qui ſua iam ſponte conuentum Pilſuenſem improbabat. Communicatis igitur conſiliis, vterque pro Cæſaris ſalute vitam fortunaſque deuouent; de exercitibus item in fide retinendis, de Fridlando aut capiendo aut è viuis tollendo, ſeſe mutuo iureiurando obſttingunt: denique de re tota *Aldringerum* certiorem reddunt, quem eadem ſentire non dubitabant. Cæſar nihil cunctandum ratus, omnia diligentiſſimè ſummoque ſilentio peragit; *Fridlandum* edicto proſcribit, *Galaſſum* (quem patre Italo in Traiectenſi ad Moſam opido natum accepimus) vniuerſi exercitus ſui Vicarium conſtituit, eique ſocios *Picolomineum, Aldringerum, Coloredũ* & *Balthaſarem Maradium* adiungit. Hærebat adhuc in Sileſia Galaſſus, hiſque de rebus cum Picolomineo deliberabat, cùm Cæſareum decretum adfertur, quo & Fridlandi proſcriptio, & eius belli ſumma ipſi Galaſſo ſociiſque iam nominatis commiſſa eſſe ſignificabatur. Additumque erar, vt participes coniurationis aut caperet, aut ſi id minùs procedeté videretur, interficiendos curaret.

Vulgatis exinde per exercitum litteris monitoriis, quas Cæſar his de rebus ad Tribunos eorumque legatos miſerat, multi quotidie militum præfecti iis confirmati, vel clam à Galaſſo ſociiſque inſtructi, vel ſuamet fide egregij, partim ex hibernis, partim Pilſnâ occultè profugi, *Viennam* aduolabant, & quid facto opus eſſet edocti, ad ſuos redibant. Atque ita conciliatis paulatim capitibus, militare vulgus in officio retentum eſt, arcanarum rerum, quæ agebantur, ignarum. Cæſaris porrò rebus *Viennæ, Pragæ* & alibi vtcumque firmatis, Picolomineus iam copias, ad occidendos Pilſnæ coniurationis auctores, clam contrahebat: & Fridlandi proſcriptio Pragæ & alibi nuperrimè publicata, nouumque præſidium in eam vrbem introductum conſciorum animos conſternauerat. Erat ſub id tempus Pragæ *Henricus-Iulius Saxo*

Lauen-

Lauenburgius, Franciſci-Alberti frater, qui ſub Fridlando legionem ducebat. Is igitur Pilſnam inde cogitans, in itinere forte in *Comitem Terſchanum* incidit; eumque certiorem reddit, *Fridlandum* à Cæſare proſcriptum, *Galaſſum* ſubrogatum eſſe, *Pragam* nouo præſidio militari pro Cæſare teneri, & in Fridlandi familiares inquiri. Inopinato nuntio perculſus Terſchanus, Pilſnam celeriter reuertitur, Lauenburgio ſecum ducto; vt is quæ audiſſet & vidiſſet, coram Fridlando exponeret. Quibus auditis, ſibi ſuiſque timens Fridlandus *Egram* (quod eſt opidum in Bohemiæ finibus ſitum) mox migrandum decernit; atque vnà ſecretiores litteras, theſauros, & quæ cariora habebat, auehenda. Confeſtim ergò currus & equi expediuntur, nuntiuſque *Egram* præmittitur. Illo in opido ſummam auctoritatem habebant *Gordonus* & *Leſleus*, vterque natione Scotus, & profeſſione tunc Caluinianus. Hi igitur, vt Fridlandum aduentare vulgatum eſt, ad ſecundum ab opido lapidem obuiàm prodeunt. A *Fridlando* Leſlæus in rhedam accipitur: Gordono *Terſchanus, Kinſchius* & *Neumannus* ſeſe adiungunt. Fridlandus principium ab accuſatione Cæſaris orſus, atque in *Hiſpanos* ac *Ferdinandum* Hungariæ Regem (quem eis adhærere, neque parenti æquum eſſe criminabatur) acriter inuectus, tandē quæ pro communi Germaniæ ſalute conſilia ſuſcepiſſet, fidenter aperit; hortaturque vt ipſe, cuius fidem ſæpè probaſſet, tam neceſſariis auſis egregiam operam adferat. Eadem Terſchanus & alij cum Gordono tractabant. At verò tam fœdum atque inauditum facinus *Leſlæum* & *Gordonum* vehementer attonitos reddidit: diſſimulandum tameñ, & conſilium in liberiora tempora reſeruandum cenſuerunt. Equitatui, qui cum Fridlando aduenerat, *Butlerus* gente Hibernus, vir religione Catholicus, præerat: cum quo iam antè Galaſſus, explicatâ Cæſaris mente, egerat. Eum igitur, vt ad hoſpitia diſceſſum fuit, Leſlæus & Gordonus, nationis propinquitate fidentiores, in concilium ſecretò aduocant: datâ demùm & acceptâ vtrimque fide, quò Fridlandus & cæteri tendant, exponunt. Interrogant deinde, quo ipſe ſit animo; adduntque rem arduam, fœdam atque impiam videri; pleroſque duces exercitus, Fridlando inſcio, pro Cæſare iam ſtare, eorumque iuſſis vulgus militare obtemperaturum. Ergò in eam mox ſententiam communibus ſuffragiis itur, vt fidem, quam Cæſari obſtrinxerant, inuiolatam ſeruent, & coniurationis auctores, quos ipſis Deus in manus tradidiſſet, maximo publicæ tranquillitatis bono, è medio tollant. Id quò firmius eſſet, nixis humi genibus, gladiiſque diſtrictis atque ad pectora inuicem admotis, iureiurando ſanciunt.

Egra arcem habet munitionibus ab opido diuiſam: eam *Leſlæus* vt præfectus inhabitabat. Is collocato hîc 50. fidorum militum Hibernorum præſidio, claues portarum penes ſe detinet; ſuas cohortes in foro collocat; omnia denique ad facinus tutò exequendum prudenter diſponit. *Gordonus* verò & *Butlerus* cum quibuſdā ducibus ſeu Capitaneis rem ſecretò cōmunicant: quæ ſcelera coniurati in Cæſarē moliantur, quid in ipſos Cæſar ſtatuerit, edocent. Vbi operam addixerunt, duos cum delectis 20. Hibernis, ſub cœnā (ad quā *Terſchanus, Illous, Kinſchius* & *Neumannus* venturi erant) in arce cum armis adeſſe iubent; reliquos ad continendum in officio militē dimittunt. Sub extremā menſam cùm bellaria illata eſſent, Capitanei illi duo, cum armata militum manu ante cœnaculū ſtante, *Viuat Auſtria,*

ex condicto clamant: ſignoque accepto à *Leſlæo*, in coniuratos iſtos quattuor impetum repentè faciunt, ipſoſque cum duobus famulis, qui dominos propugnaturi gladios ſtrinxerant, trucidant. Reſtabat in viuis ſolus *Fridlandus*, qui medio in opido domicilium habebat. Huius itaque cædes Capitaneo Hiberno *Ebroxio* committitur. Is adſcito 20. militũ ſatellitio, ad conclaue Fridlandi penetrat, ipſumque lecto deſilientem, & ad feneſtram cubiculi properantem mactat, bipenne per medium pectus adactâ. Februarij dies 25. erat, & hora noctis noua, cùm hæc contigerũt. Poſtera luce, de intercipiendo *Franciſco Alberto Lauenburgio*, paulò antè memorato, eſt agitatum. Is cædis Fridlandianæ ignarus, cùm Egram ad Fridlandum cogitaret, à Butleri militibus comprehenſus, eò adductus, & poſteà ad Cæſarem miſſus, Neoſtadij in Auſtria cuſtodiæ mandatus fuit. Eodem tempore & *Schafgotſcium*, qui res nouas moliebatur, captum idem Cæſar Glatij adſeruari iuſſit. Atque hæc eſt lamentabilis illa *Fridlandi* cataſtrophe: in quo viro magnũ ludentis Fortunæ exemplum licet agnoſcere; quæ numquam magis nocet, quàm cùm à virtute deſeritur.

Iſabellam Hiſp. Infantem, ſub finem anni ſuperioris defunctam, qui in gubernatione Belgica exciperet, Ferdinandvs Regis noſtri frater ex Inſubria exſpectabatur. Ne quid tamen intereà detrimenti Reſpublica caperet, Philippus IV. Rex vtili conſilio *Franciſcum de Moncada*, Aitonæ Marchionem, eumdemque Oſſonæ Comitem atque Aragoniæ magnum Seneſcallum, Belgis præeſſe voluit. Is ſua prudentia, vigilantia ac fortitudine hoſtem præteritorum annorum victoriis inſoleſcentem coërcuit, & res domi militiæque collapſas, quoad fieri potuit, in integrum reſtituit. Ferdinandus porrò rebus ad iter compoſitis, Mediolano die 30. Iunij diſcedens, Telinâ valle tranſitâ, *Oenipontem* 21. Iulij tenuit. Inde cùm in Bauariam veniſſet, reliquias exercitus à Duce Feriæ illo in tractu relictas cum ſuo coniunxit, & *Donauerdam* (quam vrbem, cum *Ratiſpona*, nuper Ferdinandvs Hungariæ Rex Suecis eripuerat) ſub finem menſis Auguſti appulit. Sub hoc tempus idem Rex *Nortlingam* in Sueuia obſidebat: ad hanc vrbem, ineunte menſe *Septembri*, duo fulmina belli, vterque Ferdinandvs Avstriacvs, & dextras & copias ſuas victrices ſociarunt. Obſeſſis porrò ſuppetias ferre, & Cæſareanos aggredi *Bernardus Saxo Vinarienſis*, *Guſtauus Hornius* Suecorum ductor, *Cratzius* aliique fœderati iam parabant. *Ferdinandus noſter* ſuo in exercitu duodecim millia peditũ, & ter mille quingentos equites tunc numerabat. *Rex Hungariæ* ſex millia equitum & ſeptem millia peditum; *Carolus Lotharingiæ Dux*, copiarum Catholici fœderis ductor, tria millia equitum ac totidem peditum ſub ſuis ad Nortlingam ſignis habebant. *Vinarienſi* tamen (nam *Hornius* diſſentiebat) neſcio qua fiducia abrepto viſum fuit, veteranas iſtas Hiſpanorum, Italorum, Germanorum, Belgarum aliarumque nationum copias, vnum in corpus conflatas, aggredi, & belli aleam vni prælio committere; conſilio potiùs temerario quàm forti, vt euentus docuit. In noſtros, qui collem ſitu commodum cum ſiluula vicina occuparant, hoſtis die 5. Septembris, ſub horam quartam pomeridianam, decem tormentis maioribus aduectis, primum fecit impetum. Equitatui hoſtili irruenti tria equitum Cæſareanorum millia ſunt obiecta. Ex his fortiſſimè pugnantes, *Aldobrandinus* Prior militiæ

Meli-

Melitenſis & *Marchio S.Martini*, vterque legionis equeſtris Tribunus, inter alios grauiter læſi fuerunt.

Sequenti die, qui erat 6.Septembris, luce vix ortâ, *Hornius* cum 4.millibus ſelectorum peditum & quinque millibus equitum, *Cratzius* verò cum totidem millibus, ad collem paulò antè nominatum (nam ſiluulam noſtris de nocte eripuerant) ſibi vindicandum, in aciem prodierunt. Mediam *Hornius*, dextram aciem *Cratzius* tenuit: ſiniſtram *Dux Vinarienſis* (qui *Oxenſtiernij* ſupremus in militia Vicarius erat) poſt munitiones terreas noctu conſtructas collocauit. Colli tuendo, noſtri *Hornio* legionem Hiſpanicam Martini de Idiaques, Neapolitanam Gaſparis Toralti, Germanicas Comitis Salmenſis & Wormeſſerij; *Cratzio* Leſlærianã & alias variarũ nationum legiones, præter equitatum, oppoſuerunt. *Gerardus Gambacurtius*, cum Neapolitanis, Burgundis & Cæſareanis equitibus, primos hoſtium inſultus Sole oriente excepit; *Octauio Picolomineo* Cæſareanorum Mareſcallo, & Ioanne Serbellonio tormentorum Hiſpanienſium Præfecto, dimicantium ordines illa in parte dirigentibus. Per vniuerſum verò exercitum quaquaversùm diſcurrebant & mandata dabant *Comes Galaſſus* Cæſareanorum, & *Didacus Guſmanus Marchio Leganeſſius* Hiſpanienſium, Campiductores generales. Primus Gambacurtius cum ſuis equitibus tria vexilla militaria hoſti eripuit, eaq́ue ad Regem Hungariæ & Ferdinandum Principem Cardinalem mox miſit: qui vterque imperterriti obequitabant, & nunc his, nunc illis quà voce, quà vultu conſtanti animos addebant; cùm hoſtis globos maiores ferreamq́ue grandinem, inſtar imbris, continenter in noſtros eiacularetur. Adeoq́ue fortis in primis fuit Princeps Cardinalis, vt cùm ad latus eius *Aiaſſus* Tribunus tormento maiore ictus cecidiſſet, & *Petrus Gironius* grauiſſimè læſus fuiſſet, ille nec locum nec vultum mutauerit; quin imò intrepidus Gironium cruore oblitum manu ſuſtinuerit, ne ex equo in terram decideret.

Fortiſſimè ac pertinaciſſimè pugnatum eſt vtrimque ſex ampliùs horis. Sub horam vndecimam matutinam, noſtris vndique in hoſtẽ irruentibus, *Dux Vinarienſis*, qui hactenus ſe vix mouerat, cum reliquis copiis, vt deficientibus ſuis ſubſidio eſſet, lento gradu acceſſit: ſed à *Carolo* Lotharingæ Duce (qui primarium illius vexillum ſua manu cepit) & *Ioanne Comite Wertio*, itemque à *Philippo Spinola*, Ambroſij filio, equitum Hiſpanienſium Magiſtro, eiuſq́ue Vicario *Paulo Dentico*, fortiter repreſſus, in turpem ſe fugam dedit; adeoq́ue omnibus ſuis exitio fuit. Fugientibus foſſa obuia, plurimis fatalis extitit. Exinde peditatus ferè omnis, cum maiore equitatus parte, cæſus; tormenta maiora 84.capta, vexilla 300.hoſti adempta, currus bellici 80. & reliqua demùm omnia impedimenta à noſtro milite ſunt direpta. Dux Lotharingus, hoſtem inſecutus, *Cratzium* ſua manu, & viri nobiles, quos in ſuo comitatu ac familia Lotharingus habebat, *Hornium* Suecorum ducem comprehenderunt. In loco prælij octo hoſtium millia, & in fuga totidem aut plura (*Ioanne Wertio* & Croatis ad quattuor milliaria inſequentibus) cecidiſſe creduntur. Captiui (præter *Hofkirchium*, *Roſtochium* & alios proceres) fuerè ad 4.millia: quorum plerique ad caſtra Cæſaris poſteà tranſierunt. *Vinarienſis* cum 6.aut 7.comitibus fugiens, equi beneficio Vlmam, & inde Wirtembergam euaſit: cuius quidem

temerario conſilio ipſe Hornius & alij Sueci ac Proteſtantes hanc ſuam cladem adtribuerunt. Ex Cæſareanis eorumque ſociis circiter mille ſex centi perierunt: in his Salmæ & Paniguerolæ Comites, Ripallæ Marchio, Aldobrandinus Prior, Carolus Guaſcus, Siluius Picolominius, Wormeſſerus, Aluarus Quinonius, Tiberius Brancatius, Tribuni; Diomedes Carafa, Alexander Campius, Ferdinandus Heredia, Thomas Aualus, & alij cohortium præfecti. Atque hæc quidem tam illuſtris ad Nortlingam victoria apud omnem poſteritatem memorabitur: de qua plura qui volet, *Itinerarium Ferdinandi Auſtriaci Principis Cardinalis*, à Didaco de Aëdo Hiſpanâ linguâ deſcriptum, & Antuerpiæ 1635. typis vulgatum conſulat.

Audito prælij euentu, *Nortlingani* mox ſeſe Hungariæ Regi dediderunt. Quarto pòſt die idem Rex, cum Lotharingo, verſus Danubium profectus *Laulingam* aliaque opida ſubegit. Princeps Cardinalis, itinere verſus *Wirtembergenſem* ditionem inſtituto, ſuos in ea milites refecit ac recreauit. Dux autem *Wirtembergenſis* Argentoratum, & *Vinarienſis* (qui illo in tractu aliquamdiu latuerat) Francofurtum ad Mœnum, ſeſè ſubduxerunt. Exinde Mœno & Rheno fluminibus tranſitis, FERDINANDVS noſter 19. Oct. *Coloniam Agrippinam*, & triduò pòſt *Iuliacum* intrauit. Moſâ prope inſulam S. Stephani traiecto, vt Deo ac Deiparæ, pro itinere feliciter confecto, gratias ageret, & ſuæ præfecturæ Belgicæ exordia vtrique commendaret, ad *Collem-aſperum* (quod eſt Brabantiæ opidum, Virginis-Matris cultu ac miraculis celebre) ſe contulit. Votis precibuſque ſolutis, *Louanium* Academiâ famoſum, & *Furam* veterum Brabantiæ Ducum palatium in tranſitu luſtrauit, & die 4. Nouembris demum *Bruxellam* intrauit, inſigni apparatu atque incredibili omnium lætitia exceptus.

GASTO Aurelianenſium Dux, intellecto Principem Cardinalem breui adfore, clam Bruxella 9. Oct. cum paucis ſe comitibus ſubduxit, & in Franciam ad fratrem Regem abiit; coniuge ſua *Margarita Lotharinga* apud Reginam matrem Bruxellæ relicta. THOMAS Carignani Princeps, Caroli-Emanuelis Sabaudiæ Ducis filius, cùm Regi Catholico per litteras ſe ſuaq; obtuliſſet, illius mandato ex Sabaudia in Belgiũ tranſiit, & Bruxellã die 25. Aprilis intrauit, regio in palatio magnificè exceptus. Florentius Haræus (*Vander Haer*) patria Louanienſis, origine Vltraiectinus, dignitate Canonicus & Theſaurarius Inſulenſis, ob ſingularem prudentiam & multiplicem eruditionem Principibus aliiſque viris primariis longè gratiſſimus, annos 87. natus, Inſulis Flandrorum menſe Februario moritur. Præter Liturgica ſuppreſſo nomine Duaci edita, ſcripſit De initiis tumultuum Belgicorum, & De Caſtellanis Inſulenſibus. In diſtrictu Inſulenſi *Ioannes le Vaſſeur*, vir potens, Cartuſiam à fundamentis ædificat & dotat. Ludouiſius Venoſæ Princeps *Plumbinum* opidum, ad oram maris Tuſci ex oppoſito Ilvæ inſulæ ſitum, ſexcentis aureorum millibus à Ferdinando Imp. emit. Hoc ipſo anno monachum ac presbyterum Dominicanum, natione Franc-Armenium, ſacris lingua Armenica, in templo Dominicanorum Antuerpiæ, operantem vidimus: qui ex Armenia Aſiæ prouincia à Superioribus Romam miſſus, inde in Belgium venerat. Is inter alia narrabat, *Franc-Armeniorum* (qui vt orthodoxi Romano Pontifici obediunt) Archiepiſcopum in opido *Abbaraner* nunc reſidere; veteri

ſede

ſede (*Naxuano*, quod ab Arazo fl. ſecundo lapide diſtat) à Perſis euerſa. Addebatque, apud Franc-Armenios XI. monaſteria Dominicanorum (qui ſoli apud illam nationem ſacra exercent) hodieque numerari; videlicet in opidis *Abbaraner*, *Abbragonis*, *Carna*, *Saltach*, *Coſcaſſen*, *Mitſciſen*, *Canſac*, *Ghiabuc*, *Chiabonis*, *Caragus*, & *Keſucg*. Ceterùm Franc-Armenij profeſſione, vt dixi, Catholici (vt & Armenij ſchiſmatici) hodie Regi Perſarum ſubſunt. Schiſmaticorum autem Patriarcha in municipio *Etſmiaſin* commoratur; quod medio milliari ab opido *Reuan* diſtat. Hæc ex ore monachi illius Franc-Armenij fideliter deſcripta viſum fuit hîc commemorare; ad ea illuſtranda, quæ de iſta natione in noſtra Notitia Epiſcopatuum orbis Chriſtiani, à Plantinianis edita, l. 1. c. 20. diſſeruimus.

Sub anni huius initium hiems ſuprà modum ſæuiit: ne tamen à Republica domi foriſque curanda FERDINANDVS Princeps Cardinalis ceſſaret, menſe Ianuario *Teneramondam*, *Gandauum*, *Brugas*, *Oſtendam*, *Neoportum*, *Dunkercam*, *Mardicam*, *Graueljngam*, aliaque Flandriæ opida ac munimenta luſtrauit, nouoque præſidio militari aduerſus Batauos & Francos firmauit. Quadrageſimali tempore, ex more Principum Auſtriacorũ, piè peracto, Bruxella diſcedens, Antuerpiam vrbium, quas Europa, Aſia, Africa ſpectat, longè pulcherrimã, de Suecis aliiſq; hoſtibus anno ſuperiore ad Nortlingam ſubactis velut triumphans, 17. Aprilis ingreſſus eſt; incredibili hominũ omnis ordinis, omnis ætatis multitudine, ex locis etiam diſſitis, ad ſpectandum confluente. Et verò Senatus Populuſque Antuerpienſis, pro veteri ſuo erga gentem Auſtriam affectu, Arcus triumphales & Pegmata varia, honori eiuſdem FERDINANDI Principis erigenda curauerat. Pompæ vniuerſæ architectonicen *Petrus-Paulus Rubenius*, Eques, æui noſtri Apelles, deſignauerat; iconeſque ac tabulas artificioſiſſimè pictas expreſſerat. Inſcriptionibus verò pereruditis & verſibus Statianam maieſtatem ſpirantibus *Caſperius Geuartius* I. C. & Archigrammateus Antuerpienſis illuſtrauerat. Quæ omnia in æs inciſa & pleno commentario deſcripta idem typis breui publicabit; vt olim CAROLI V. Imp. anſpicalem in hanc vrbem aduentum *Petrus-Ægidius* itidem Graphiarius, PHILIPPI II. Regis Catholici Cornelius Scribonius Graphæus, ERNESTI & ALBERTI Archiducum *Ioannes Bochius*, vterque S. P. Q. Antuerpienſi à Secretis, libris editis celebrarunt. 1635

FRANCI fœdum cum BATAVIS fœdus, de Belgio noſtro communibus armis inuadendo, menſe Martio ſanciunt: *Charnacao* (impij fœderis Suenici ante quinquennium conditore) & *Baugio* ex parte Francorum; *Cnutio* & *Paunio* ex parte Batauorum, procuratoribus. Tabulas pactorũ, Lutetiæ Pariſiorum die 8. menſis eiuſdẽ ſcriptas, LVDOVICVS Rex ſua manu ſignauit; quibuſdam furioſè Regem inſtigantibus, aliis prudenter diſſuadentibus. Dum hæc in Gallia tractantur, *Nemetacum Atrebatium*, *Heſdinium*, *Bapalma*, *Cameracum*, *Namurcum*, *Theodonis-villa*, aliaque opida, ſtructis per proditores inſidiis, variis temporibus à Francis tentata ſunt; ſed irrito ſemper conatu. Sub id tempus, Deo ſuæ cauſſæ in primis fauente, Cæſareanis feliciores res fuerunt. Vdenhemij, ad Rheni & Mœni confluentes aquas, *Philippus-Chriſtophorus de Zoeteren* tunc Spirenſis tantummodo, pòſt & Treuerenſis Elector, arcem munitiſſimam, ſuæ ditioni aduerſus Palatinum alioſque hoſtes tuendæ, à fundamentis conſtruxerat.

ſtruxerat. Hanc *Philippoburgi* nomine donatam Franci poſt longam obſidionem, anno ſuperiore exeunte, ad deditionem compulerant. At *Bambergerus* Tribunus, qui præſidiariis ibi præfuerat, ad aſtum conuerſus, 60. milites veſte ruſtica tectos, cum plauſtris vino, lignis aliiſque mercibus onuſtis, 23. Ian. in opidum immiſit. Hi nocte ſequente vi ac ferro portam diſruperunt, & Cæſareano equitatui ac peditatui, per paludes glacie conſtrictas irrumpenti, aditum patefecerunt. Porrò vt *Philippoburgum* ad Rhenum & Mœnum, ſic & *Auguſta Treuerorum* ad Moſellam, bimeſtri vix exacto, præfectorum ſocordiâ (Germanis nequidquam frendentibus) in noſtrorum manus deuenit. Vrbs hæc Imperialis, Conſtantini Magni & aliorum in Gallia Cæſarum olim ſedes, *Comites* ac *Duces Luxeburgenſes* à multis retrò ſæculis ſuos *Protectores hereditarios* agnouit. Ea dignitate Rex Catholicus, vt Dux Luxeburgenſis, nunc gaudet; & ſuum in vrbe Treuerenſi palatium, cognomento Luxeburgenſe, etiamnum poſſidet. Atque illo titulo Senatus Populuſque Treuerenſis ipſi trecentos Florenos aureos, ex veteri more, quotannis perſoluit. Hanc vrbem Franci, Cæſareo ac Regio milite præſidiario contra ius pulſo, ſibi vindicarant. Cæſar & Rex, ſuo iure vſi, eam ipſam, *Chriſtophoro Comite Emdano* copiarum ductore, Francis die 26. Martij eripuerunt, & præſidio firmarunt.

His aliiſque cladibus vindicandis, *Lud. Francorum Rex* auxilia, quæ *Batauis* nuper addixerat, quàm celerrimè expediri iuſſit. Itaque medio menſe Maio *Chaſtillonium* & *Brezæum*, vtrumque regni ſui Mareſcallum, cum exercitu triginta millium plùs minùs militum, in prouinciam *Luxeburgenſem* immiſit. Atque hi quidem vſque ad vmbilicum illius prouinciæ, ferro flammaque ſæuiendo, iam penetrarant; cùm noſtri numero longè inferiores, deque tanta hoſtium copia non ſatis edocti, die 20. Maij in eos fortiter quidem irruerunt, ſed multitudine obruti, in ſiluã vicinam, non paucis amiſſis, ſeſe recipere ſunt coacti. Cladis iſtius nuntio accepto, FERDINANDVS Cardinalis (qui pridie infauſti illius diei Bruxella Louanium diſceſſerat) mox ſuum in agro Thenenſi exercitum inſtrauit: vtque Francis ac Batauis in vnum conſpirantibus par eſſe poſſet, auxiliares copias confeſtim ex Germania euocandas cenſuit. Franci interim, per agrum Leodicenſem ac Limburgenſem, nemine obſiſtente, vſque ad *Traiectum Moſæ* peruenerunt: & donec *Henricus Naſſouius* Princeps Arauſionenſis cum exercitu ſuo ex Batauia aduenisset, diebus aliquot in agro vicino ſubſtiterunt. Exinde copiis omnibus vnum in corpus conflatis, *Naſſouius*, *Chaſtillonius* & *Brezæus*, ſub initium menſis Iunij, Moſam ponte ſtratum traiecerunt, & commeatu apud Tungrenſes ac Trudonopolitanos comparato, in Brabantiam noſtram tenuioribus, quà Haſbaniam reſpicit, opidis conſtantem; adeoque minùs munitam, facilè penetrarunt. At verò FERDINANDVS noſter, vt alter Fabius Maximus, cunctandum & hoſtibus numero longè ſuperioribus nonnihil cedendum prudenti conſilio cenſuit. Thenis itaque cum exercitu digreſſus, *Louanium* vrbem amplam & Diliæ fl. adſitam militari manu muniri iuſſit. Hoſtis verò vt noſtros inde digreſſos comperit, *Thenenſe* opidum die 9. Iunij vi cepit: & immanitate pluſquam Turcica (horret animus meminiſſe) tam Batatui quàm Franci matronas, virgines Deo ſacratas & alias ſtuprarunt; in omnis denique ætatis, ſexus atque ordi-

nis

nis homines crudeliſſimè ſæuierunt: exemplo ad omnem poſteritatem ſumma cum infamia memorando. Omitto templa, monaſteria, & ſexcenta ampliùs opidi ædificia, cùm publica tum priuata, vno alteroúe poſt expugnationem die, barbarè exuſta. Taceo incredibilem frumenti copiam ignibus abſumptam, quæ vniuerſo Francorum ac Batauorum exercitui per bimeſtre alendo ſufficere poterat. Sileo ſacroſancta Religionis noſtrę myſteria impijſſimè violata: vt belli iſti homines bellum non viris, ſed pueris imbelliq́; ſexui fœmineo, atque in primis rebus ipſis ſacris, barbarorum inſtar, indixiſſe viderentur. Ite nunc Belgæ, & ſpecioſis ſeu Francorum ſeu Batauorum pollicitationibus (quas non vno libello publicarunt) credite aut fidite.

Et verò nequid ad cumulum deeſſet, Francus in Batauorum gratiam, ruptâ pace, quam cum Hiſpano Veruini 1598. inierat, ſũptoq́ue prætextu neſcio quo, bellum prior nobis menſe Iunio indixit, & Arteſiâ hoſtiliter mox tentatâ noſtros ad arma retorquenda compulit. Scilicet inter Francos ac Batauos, Lutetiæ hoc anno die 8. Februarij per legatos ita conuentum erat (idq́ue Ludouicus Rex die 8. menſis Martij, vt ſuprà dixi, manu ſuâ firmarat) vt vno eodemq́ue tempore hinc Batauí, illinc Franci arma in nos hoſtilia inferrent; adeò certâ victoriæ ſpe, vt prædam in anteceſſum pactione diuiderent. Francus *Arteſiam, Hannoniam, Namurcum, Grauelingam, Dunkercam, Neoportum,* & *Oſtendam* ſibi pro portione elegerat: reliquum Belgiũ (excepto Ducatu Luxeburgenſi, quem Henrico Principi Arauſionenſi promiſſum fuiſſe exiſtimant) Batauí eorumq́ue ſocij, ſpe iam deuorarãt. Sed omnia retrorſum: & vt Claudiani verbis vtar, *caruit euentu nimius Furor: improba nunquam Spes læta diu.*

Thenis expugnatis & tantùm non funditus euerſis, Franci ac Batauí decem ferè diebus (quod commodùm noſtris accidit) *Banterſemij* medio ferè itinere inter Thenas & Louanium ſubſtiterunt, & vallum ibi excitarunt. Parte impedimentorum Banterſemij relictâ, *Diliam* fluuium, altero lapide ſupra Louanium prope Floridam Vallem, monialium ordinis Ciſtercienſis cœnobium, trajecerunt: factâq́ue in Gallo-Brabantiam excurſione, non pauca templa ac monaſteria partim vaſtarunt, partim exuſſerunt. Exinde retrogreſſi, & velut receptui canentes (ſiue quòd annonę anguſtia premerentur, ſiue quòd à Cæſareanis copijs ex Germania aduentantibus ſibi metuerent) Louanium die 24. menſis Iunij obſidere cœperunt; caſtris cis Diliam, ad portas quà Mechliniam & Vilfordiam itur, collocatis. Quo intellecto, Ferdinandvs Princeps (qui Bruxellam cum exercitu prudenter ſe receperat) quadringentos circiter equites, puluere tormentario onuſtos, in vrbem obſeſſam, per portam Thenenſem, quà aditus patebat, ſagaciter immiſit. Louanio tunc præerat *Antonius Baro Grobbendonchius;* & tres legiones, cum aliquot cohortibus, tutandæ vrbi, penes ſe habebat. Miles itaque omnis extra muros eſt collocatus: ciues verò, & iuuentus, quę ſtudijs ibi operam dabat, cum vniuerſo Clero, mœnia tuebantur. Obſidio ipſa dies decem tenuit; & fuêre in vrbem ab hoſtibus immiſſi maiorum tormentorum globi ferrei circiter bis mille. Sed ô inſignes belli duces, qui armatorum quinquaginta ampliùs millibus ſuccincti,

Anni vulgares Chriſti.

Muſarum illam ſedem, non armis ſed togæ adſuetam, expugnare non potuerunt!

Rebus in Belgica noſtra fluctnantibus, PAX in Germania inter Cæſarē & Saxonē concluditur, eaque 30. Maij Viennæ, Pragæ, & alibi publicatur. Conditiones à Saxone pactas amplexi ſunt Brandeburgius, Brunſuicenſis, Haſſus, Pomeranus, & plurimæ Ciuitates Imperiales. Commodum id rebus noſtris accidit: nam Cæſar, pacatâ pro maiore parte Germaniâ, mox *Octauium Comitem Picolomineum* (ex vetuſta apud Senenſes familia, quæ & Pium II. orbi Chriſtiano Pontificem dedit, prognatum) & *Ioannem Ludouicum Comitem Iſolanum*, patriâ Foro-Iulienſem, verſùs Belgium, cum nouem millibus equitum, magnis itineribus proficiſci iuſſit. Hi menſe Iulio ineunte, cùm Bruxellam appuliſſent, hoſtem aduentu ſuo adeò terruerunt, vt conuaſatis omnibus, & ſolutâ obſidione, die 3. Iulij *Arſchotum*, & inde *Diſtemium* inglorij abierint; iuſto nimirum Dei iudicio *Athenis* turpiter victi ac cæſi, qui nuper *Thenis* barbarè ſæuierant.

Ceterùm vt noſtrorum & Croatarum inſequentium agmen Princeps Arauſionenſis ſiſteret ac retardaret, mille ſeptingentos pedites, cum ala equitum & tormentis aliquot maioribus, *Diſtemij* reliquit. Quod opidum FERDINANDVS noſter mox obſedit, & 12. Iulij ad deditionem compulit. Franci verò ac Batavi, animis viribuſque fracti (vtpote multis millibus intra bimeſtre ſpatiū fame enectis atque amiſſis) magnâ feſtinatione Diſtemio verſùs *Ruræmondam* & *Venlonam* ſeſe ſubduxerunt. Hoſtes itaque tuos Franco-Batauos, ô BELGICA Deo Regique fida, elato vertice iam deſpice; & vide, quàm rarum agmen Louanio detruſum ad Moſam deducant, quantumque priori ſint diſſimiles, qui inflati torrentis inſtar ſibi nuper irruentibus cuncta ceſſura pollicebantur.

INSVLA BATAVORVM, ob faciles adpulſus, accipiendis copiis & tranſmittendū ad bellum eſt oportuna. Nam Rhenus vno alueo continuus, aut modicas inſulas circumueniens, apud principium agri Bataui, velut in duos amnes diuiditur, ſeruatque nomen & violentiam curſus, quà Germaniam præuehitur, donec Oceano miſceatur; ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens, verſo cognomento *Vahalem* accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat Moſa flumine, eiuſque immenſo ore eumdem in Oceanum effunditur. Ita Tacitus 2. Annali loquitur. In agri Bataui (nunc *Betua*) principio, vbi Rhenus in duos amnes (Virgilio cornua) ſcinditur, *Martinus Schenckius* Tribunus, natione Gelrus, Batauis militans, iuſſu Roberti Dudlæi, Leiceſtriæ Comitis, an. 1586. munimentum excitauit, quod à conditore nomen (*Schencken ſchans*) induit, & CLAVIS HOLLANDIÆ vulgò cenſetur. Hoc munimentum *Franciſcus Mendoza*, Aragoniæ Almirantius, cùm Alberti Auſtriaci, in Hiſpaniam profecti, nomine rem militarem adminiſtraret, poſt Rhenobercam, Embricam, Reſam, aliaque opida occupata, an. 1599. in vere obſedit; ſed irrito conatu. Feliciùs id noſtri hoc anno tentarunt.

Princeps Arauſionenſis (qui ex Brabantia, vt dixi, profugus ſua cū Francis caſtra ad Moſam, inter Ruræmondam ac Venlonam, habebat) Guilielmum Comitē Naſſouium ex agro Nouiomagēſi cum copiis, quibus præerat, Gennapiam euocarat. Guilielmus itaq; vt in

ite

iter ſe daret, menſe Iulio deſinente, militem variis è locis colligens, ex Schenckiano quoque munimento partem præſidiariorum extrahit; defenſoribus 120. in eodem relictis. Id cùm *Adolfus Einholtius* vir ſtrenuus, nobili apud Gelros genere natus, per fidos nuntios accepiſſet, quingentos plùs minùs milites ex opido Gelrenſi noctu in agrum ac ſiluam Cliuenſem eduxit, & ſcaphis aliquot minoribus (quas inter gramina ac iuncos ad ripam occultari iuſſerat) 28. Iulij nocte intempeſtâ Vahalim cum iiſdem tranſmiſit, ſcaliſque admotis ipſum caſtellum Schenckianum occupauit; præſidiariis ex inopinato partim cæſis, partim captis. Audax certè, maximique momenti facinus, & quale toto belli Belgici tempore non eſt auditum. Perculit id vehementer Arauſionenſem: qui infauſto nūtio accepto, mox currus ſexcentos expediri, & ſingulis milites ſex imponi iuſſit, eoſque cum bis mille equitibus Nouiomagum, & inde in Betuam præmiſit. Ipſe die proximè ſequenti (qui erat 29. Iulij) cum validiore exercitus ſui parte ſubſecutus, nihil intentatū reliquit, vt tanti momēti caſtellū recuperaret; ſed fruſtrà. Et verò quis neſcit, *Betuam* accipiendis copiis & ad bellū tranſmittendū (Taciti verba ſunt, & Bataui ſuo cōmodo hactenus ſenſerunt) quàm maximè oportunā etiamnum eſſe? Quis ignorar, à Batauis ingentem molem (*Rijſhooft*) in ripa Cliuenſi, ad Rheni aquas in dextrum alueum compellendas, ſtructam eſſe, ne totus amnis in ſiniſtrum eumq; decliuiorem Vahalis alueum defluat? Quem latet, mole iſtâ euerſâ (quæ in noſtra nunc eſt manu ac poteſtate) & Rhenum quà Germaniam prævehitur, & Foſſam Druſianam cum Iſala vadum noſtris præbituram? Plura non addo: hoc ſignificaſſe ſuffecerit, bellum nunc geri iis in oris, quibus olim *Druſus*, eiuſque filius *Germanicus Cæſar* & alij duces Romani contra Batauos, Sicambros, Friſios, Cheruſcos, alioſque populos geſſerunt. Perinde ac ſi poſt tot ſæcula eoſdem campos ac fluuios ſibi Mars, ad arma exercenda, deligere geſtiat. At verò noſtrorum veterumque temporum ſimilitudinem quis non admiretur, ſi vtraque tacitè comparauerit? Offerunt ſe non ſolùm populi iidem, loca item ac flumina eadem, ſed & paria ferè rebellandi principia, continuata odia ac bella, petita à Gallis, Germanis ac Britannis ſubſidia: vt priſcis illis Belgarum ſub Tiberio & Veſpaſiano tumultibus, quos Corn. Tacitus & alij deſcripſerunt, intereſſe videamur. Adeò in rebus humanis, etſi ſæcula & perſonæ intereunt, iidem ſæpè caſus atque euenta recurrunt.

Ceterùm FERDINANDVS Princeps, qui Diſtemij cum maiore copiarum, præſertim pedeſtrium, parte ſubſtiterat, vt *Schenckianum caſtellum* à noſtris occupatum intellexit, Moſâ ad S. Stephani inſulam traiecto, magnis itineribus cum vniuerſo exercitu ad agrum Cliuenſem contendit: captiſque in tranſitu opidis ac caſtellis non paucis, in *Betuam* tranſmiſit, & in ea legiones aliquot, ad res noſtras, contra hoſtem extrema tentantem, firmandas, & ad munitiones aliquot excitandas, foſſaſque nouas ducendas, collocauit. Sed vt triſtia lætis plerumque miſceri ſolent, *Franciſcus de Moncada*, Marchio Aitonæ (cuius potiſſimùm conſiliis Ferdinandus vtebatur) cùm ex Betua ad opidum Gochenſe (in quo ſuam tunc aulā idem Princeps habebat) fortè rediiſſet, 10. Auguſti ſub noctē in febrim lethalē incidit; quæ octauo pōſt die virū longiore

Anni vulgares Christi.

vita digniſſimum, magno omnium luctu, abſtulit. Deceſſit annos 49. natus; N. filio Oſſonæ Comite, & filiabus tribus, *Margarita, Maria Magdalena* & *Stephania*, poſt ſe relictis. Nobilitas familiæ pervetuſta: potentia olim maior fuit, cùm Benearniam poſſideret. Geuti cognomen à *Moncada*, opido ſeu municipio apud Catalaunos, in finibus Hiſpaniæ, ſito. Vir fuit heroicis virtutibus præditus, & quod in Nobilitate rarum, Græcè Latineque pereruditus, Hiſtoriæ antiquæ ac nouæ, itemque veterum numiſmatum Romanorum peritus. Exſtat eius commentarius Hiſpanico idiomate conſcriptus, & Barcinone 1623. typis editus, de *Rogerij Flori* aliorumque Catalaunorũ & Aragoniorum procerum expeditione, contra Turcos & Græcos ſub annum 1302. ſuſcepta. Quem quidem commentarium ex Georgio Pachimerio & Nicephoro Gregora, Hiſtoricis Græcis, itemque ex Raimundo Montanero (qui bellis iſtis ſacris interfuit) aptè concinnauit, & politicis dogmatibus, ex Tacito aliiſque vetuſtis prudentiæ magiſtris cum iudicio depromptis, mirificè illuſtrauit. Et ille quidem, quòd adiumenti plurimum ab ingenio ac doctrina haberet, facilè perfectiſſimam agendarum rerum ſolertiam & non mediocrem artis militaris peritiam paucos intra annos eſt adeptus: adeò vt Legatus primùm in Germaniam ad Ferdinandum Imp. à Philippo IV. Rege Catholico miſſus, & poſteà ad rem militarem in Belgio curandam admotus, omnibus ſe probauerit.

Hollandi, Zelandi & Friſij, ex halecum & aſellorum piſcatione in Oceano Septemtrionali, incredibilem quotannis quæſtum faciunt, quem ſuas ipſi opes Indicas vocant. Atque hinc pro parte iis ſunt illæ vires, quibus à 70. ferè annis terrâ marique bellũ gerunt. Ad hunc annuum quæſtum ac prouentum ſi non euertendum, ſaltem minuendum ac turbandum, viſum fuit hac æſtate XXI. nauium claſſem *Dunckerca* adornare, militibus aliiſque rebus abundè inſtruere, & *Ioannem de Gauerelle*, ordinis Chriſti Equitem atque in Senatu ſanctiore Conſiliarium Regium, claſſi præficere. Ea ſoluit Dunckercâ die 14. Auguſti, ſub primam noctis horam: & numerabat roſtratas ſeu bellicas naues quattuordecim, triremes ſeu *fregattas* ſex, & celocem vnam (Francis ereptam) ad mandata vltrò citroque deferenda. Claſſi vniuerſæ nauarchus datus eſt *Iacobus Collartius*, vir ſtrenuus & rei maritimæ peritiſſimus. Curſu in Septemtriones directo, quartâ luce enaſcente, ad vadum illud ingens, quod vulgò *Doggers-ſandt* appellant, quodque Daniæ littora ferè attingit, noſtri peruenerunt. Detecta hic piſcatorum claſſis 147. lemborum; quos *buiſas* vocant, ſub tutela nauis bellicæ, quæ *Draconis viridis* nomen gerebat. Erat ea viris 85. & tormentis ſeu machinis maioribus viginti ſex armata. In turbam hoſtium, quæ ad noſtrorum conſpectum toto mari diſſipabatur, noſtræ naues diuiſim irruunt. Draconem viridem ſibi delegit Collartius, cum ſua naui prætoria, cui à *Matre-Virgine* nomen erat, & quâ Gauerellus vehebatur. Euerberatis vtrimque tormentis, ex noſtra prætoria centũ viginti claſſiarij in hoſtilem mox inſilierunt. Pugnatũ ibi diù haſtis ac gladiis: cæſis demùm hoſtium ſex, vulneratis viginti, DRACO SE PEDIBVS VIRGINIS SVBMISIT. Ex noſtris ceciderunt duo, vulnerati tredecim. Eodem impetu depreſſi exuſtique 65. lembi piſcatorij; capti 629. piſcatores; præ-

ter

ter 160. pueros vel minorennes, qui cum ſanciis & commeatu in Hollandiam ſunt remiſſi, vectore quodam Hamburgenſi.

Triduo pòſt deprehenſa eſt à Regiis alia claſſis piſcatorum copioſior, ſub tutela ſex bellicarum nauium. Maior ibi à noſtris ſtrages fuiſſet edita, niſi venti hoſtem è noſtrorum manibus eripuiſſent. Capti tamen exuſtique tunc lembi viginti. In vniuerſum porrò lembi piſcatorij nonaginta exuſti aut depreſſi; vna nauis bellica, vt dixi, expugnata, & Oſtendam adducta; piſcatores ferè octingenti capti, & Dunckercam aduecti. Batauis itaque toto illo mari pulſis, die 21. Auguſti, retrò iter, vnde venerant, noſtri reflectunt; procella interim toto biduo perdurante. Die 25. menſis eiuſdem, naues hoſtium bellicæ viginti, cum aliquot minoribus, ſub aſpectum noſtris venerunt. Hoſtes licet numero & vento (in quo ſumma eſt momentum) ſuperiores eſſent, noſtros aggredi non ſunt auſi. Igitur prætoria noſtra, cum aliis, in hoſtem incurrit: in conflictu malus prætoriæ hoſtilis deiicitur, & aliæ aliquot partim malis ſuperioribus mutilantur, partim aliis damnis non lenibus afficiuntur. Vnde noſtris animi ſunt aucti ad nouum impetum faciendum. Ad quem cùm ſe inſtruerent, noua hoſtium claſſis 18. nauium bellicarum viſa eſt. Noſtri itaque (quia ne Hercules quidem contra duos) receptui vela dantes, & cum omni præda domum redeuntes, ad Hollandiæ & Zelandiæ littora aliquamdiu velut triumphantes ſubſtiterunt. Vnde multa apud hoſtes animorum turbatio, multique ſparſim in pharis ignes (non triumphales, ſed indices) ſunt excitati. Demum poſtridie Kalendas Septembris omnes naues Regiæ *Mardicam* (quem portum Romanis olim notũ fuiſſe, ſuprà pag. 128. docui) feliciter appulerunt; duobus aut tribus tantũmodo ſociis ex vniuerſa claſſe deſideratis.

Vt in Belgio, ſic & in Germania ac Lotharingia res proſperè Auſtriacis ac fœderatis hac æſtate ceſſerunt. Poſt pacem cum Saxone initam ac publicatam, FERDINANDVS Rex Hungariæ, iuſſu Cæſaris parentis ſui, *Hailbrunna* cum exercitu aliquamdiu ſubſtitit, & venientes ad ſe Principes, variarumque ciuitatum Imperialium legatos in fidem recepit. Exinde Suecis die 21. Auguſti *Saxenhuſa* (quod opidum Mœnus fl. à Francofurto ſeparat) pulſis, Francofurtum ſe contulit, & de Lotharingia, ſuo Principi vindicanda, deque Alſatia ac reliqua Germania recuperanda ſeriò agere cœpit. Faxit Deus, vt GENS AVSTRIACA, cæleſtibus fauoribus ac præſidiis ſubnixa, breui de hoſtibus, deque magnitudinis ſuæ æmulis plenè ac ſolidè triumphet. In quo voto finio, & manum de tabula aufero. Antuerpiæ poſtridie Kalendas Octobris M. DC. XXXV.

Galliæ Belgicæ veteris diuiſio & deſcriptio.

GALLIAM comatam à ſe ſubiugatam (nam togata & braccata iam anteà in prouincias erant redactæ) C. Iulius Cæſar, lib. 1. de bello Gallico, in BELGICAM, CELTICAM & AQVITANICAM diuidit. Gallorum omnium (inquit idem) fortiſſimi ſunt Belgæ, proximique Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuſcum continenter bellum gerunt.

BELGICA fluminibus Matrona & Sequana, Oceano Germanico & Rheno, ab eius oſtiis ad Heluetios vſque concluditur. Octauianus Auguſtus (qui Iul. Cæſari in Imperio ſucceſſit) totum hunc terræ tractum tres in partes diſtinxit, videlicet in GERMANIAM PRIMAM ſeu ſuperiorem, GERMANIAM SECVNDAM ſeu inferiorem, & BELGICAM propriè dictam: vt ex Dione lib. 53. & Tacito lib. 1. Annalium datur intelligi. Conſtantinus demum Magnus Imp. Belgicam propriè dictam in PRIMAM & SECVNDAM diuiſit.

In Belgica Prima (cuius metropolis *Auguſta Treuerorum*) quatuor ciuitates ſeu populi numerantur, *Treueri*, *Mediomatrici*, *Leuci* & *Verodunì*.

In Belgica Secunda (quæ omnium latiſſimè patuit) populi X. commemorantur, *Remi*, *Sueſſiones*, *Catalauni*, *Siluanectes*, *Bellouaci*, *Ambiani*, *Veromandui*, *Atrebates*, *Neruij*, *Morini*, & in his *Bononienſes*. Neruiorum clientes Iul. Cæſar facit *Centrones*, *Grudios*, *Gordunos*, *Pleumoſios* & *Leuacos*. Morini à Moris (noſtrâ linguâ *Moeren*) hoc eſt, paludibus ſic dicti, medias inter paludes habitabant: quæ pro parte nunc occidua eſt Flandriæ regio. Belgicæ porrò ſecundæ metropolis fuit *Durocottorum Remorum*.

Germaniam Primam ſeu ſuperiorē *Vangiones*, *Nemetes* & *Tribocci* incolunt. Sub Vangionibus non ſolùm Wormatienſes, ſed & Moguntini olim continebantur. Sed *Moguntiacum*, ad Rheni & Mœni confluentes poſteà à Romanis ædificatum, metropoliticam in Germania Prima dignitatem demum obtinuit, hodieque obtinet.

In Germania Secunda ſeu inferiore (cuius metropolis *Colonia Agrippina*) populi præcipui duo ſunt, VBII & TVNGRI: nam ad illos duos cæteri ferè reuocari poſſunt. Sub Tungris comprehenduntur ij populi, quos Cæſar vno nomine Germanos appellari dicit; videlicet *Eburones*, *Condruſij*, *Pæmani*, *Segni*, & *Cæreſi*. Qui quidem populi quinque, cum *Aduaticis* & *Betaſiis*, generali Tungrorum nomine, ſubſequentibus ſæculis, comprehenſi fuerunt.

TOXANDRI partim maritimi, partim mediterranei olim fuerunt. Maritimi extera, hoc eſt, Zelandicas inſulas incolebant: mediterranei hodie Campinienſes appellantur. Quæ quidem loca, Iul. Cæſaris æuo, à Menapiis tenebantur: quorum pars veriſimiliter Toxandri ipſi fuerunt.

Nomenclator populorum, opidorum & fluminum Galliæ potiſſimùm Belgicæ.

ABrinca vel Obrinca fl. *Are.*
Aduatici, quorum metropolis Aduatucum ſeu Atuatuca, *Tongre*. *pag.* 2. 72.
Agendicum Senonum, *Sens* Scaligero.
Albiniana caſtra *Alfen*, vicus Hollandiæ.
Albis fl. *Elbe.* Alexia, *Alize.*
Alemanni Germaniæ populi. 67.
Aliſo caſtellum *Elſen*, & fluuius.
Aliſontia fl. in agro Luxeburgenſi.
Alta Ripa, *Altrip*, ad Rheni & Luteri confl.
Ampſiuarij, al. Anſibarij, Weſtfaliæ populi. 76. 85.
Amiſia fl. *Ems*, & opidum, *Emden*. 13.
Ambiani, quorum caput Samarobriua, *Amiens*.
Arar & Araris fluuius. *Saone.*
Arauſio & Arauſica, *Orange.*
Arenatium, *Arnhem* in Gelria.
Ariarica, *Pontarlier* opidum Burgundiæ.
Attiniacum, *Bourg d'Attigny.*
Auenio, *Auignon.*
Auſana, *Palleſcheid.*
Ambiatinus vicus, *Capelle* prope *Coblentz.*
Andemantunnum Lingonum, *Langres* 187.
Andethannalis vicus, *Echternach* opidum in agro Luxeburgenſi 128.
Antennacum, *Andernach* ad Rhenum. 61.
Aquæ-Grani, *Aix*. Aquæ Flauiæ, *Aurach.*
Aquæ Heluetiæ, *Baden*. Aquæ Mattiacæ, *Wyſbaden.*
Argentaria ad Helellum fl. ſupra Argentoratum.
Argentoratum, *Straſbourg*, ad Helellum fl.
Arberoſa, *Arbois* opidum Burgundiæ.
Arduenna ſilua, *le bois d'Ardenne.*
Armorici, nunc Britannia minor in Gal.
Aſciburgum, *Aſburg.*
Atrebates nunc Arteſij, *Arteſiens*, *pag.* 2.

Attuarij,

Attuarij ad Nirſam fl. inter Rhenum & Moſam, 62.
Auaricum Biturigum, *Bourges*.
Auenticum caput Heluetiorum, *Avanches*.
Auguſta Rauracorum, *Augſt*, ſupra Baſileam.
Auguſta Sueſſionum, *Soiſons*.
Auguſta Treuerorum, *Treues*.
Auguſta Veromanduorum, *la ville de S. Quentin*.
Auguſta Vindelicorum, *Auſburg*.
Auguſtodunum Heduorum, *Autun pag*. 60.
Auguſtomagus Siluanectum, *Senlis*.
Auſana, *Palleſcheyd*.
Autiſiodorum Senonum *A,uxerre* 60.
Autricum Carnutum *la ville de Chartres*.
Axona vel Auxenna fl. *Aiſne*.
Baſilia fl. *Veſle*, Bergerio.
Bataui, nunc Hollandi & Gelri pro parte.
Batauorum inſula, *Betuwe*.
Bauacum al. Bagacum, *Bauay*. 42. 57. 128.
Batauodurum, *Wyck te Duerſtede* Cluuerio. 143.
Batauorum opidum, *Batenburg*.
Baudobriga, *Boppart*.
Beda vicus, *Bidburg*, in agro Luxeburgenſi.
Belgium Cæſaris, eſt regio prope Bellouacos, Ambianos & Atrebates.
Belgica vicus, *Balck'uſen*.
Belginum, *Baldenauw*.
Bellouaci, *Beauvoiſin*.
Bingium, *Bingen*, opidum ad Rhenum fl.
Bibracte, *Beuray d'Autun*.
Blariacum, *Blerick*.
Bonna, olim Ara Vbiorum, *Bon*. 61.
Bononia Morinorum, *Bologne ſur mer*.
Bormitomagus Vangionum, ad Rhenum *Worms*.
Bonconica, *Oppenheim* Cluuerio.
Britannia, nunc Angliæ & Scotiæ regna.
Bratuſpantium ſeu Cæſaromagus Bellouacorum, *Beauuais*.
Briua Iſuræ, *Pont-Oyſe*.
Briua ſeu Briga veteribus eſt pons, Anglis *Bridge*, Flandris *Brugge*.
Breucomagus ſeu Brotomagus, *Brumat* in Alſatia.
Bructeri ſeu Boructuarij populi in Weſtfalia, *Broeck* 76. 85.
Bucinomantes, gens Alemanna contra Moguntiam 66.
Burginacium, *Cranenburg*.
Burgus & Burgum veteribus eſt locus ſeptus.
Buruncum, *Burick*.
Cabillonum, *Chalons ſur Chaone*.
Cæſarodunum Turoniorum, *Tours*.
Cæſaromagus Bellouacorum, *Beauuais*.
Caligulæ turris ſeu pharus *Tour, d'Ordre*, 17. prope Boloniam.
Caletes, *le pays de Caulx*.
Calo, *Kalenhuſen* vel *Celleur*.
Camaracum, *Cambray*, ad Scaldim 57. 112.
Caninefates, *Kennemerlanders*.
Cantium Britanniæ inſ. promontorium, *Kent*.
Carbonaria ſilua, nunc Hannonia 224.
Caruo, *Reynecum*, at Cluuerio *Graue*.
Cariſiacum, *Creſſy* ad Iſaram fl. 155.
Caſpingium, *Gieſſemburg* arx Hollandiæ.
Caſtellum Chattorum, *Marpurg* in Haſsia.
Caſtellum Menapiorum, *Keſſel* 60.
Caſtellum Morinorũ, *Caſſel* in Fland. 128.
Caſtra Herculis 61.
Catuſiacum, *Chaous*, inter Verbinum & Nintiacum.
Chamaui, Weſtfaliæ populi, *Caemen*.
Chatti ſeu Catti, nunc Haſsi, *Heſſen*. 76. 85.
Chauci, populi circa Bremam 85.
Cheruſci, populi inter Chaucos & Haſſos. 85.
Colonia Agrippina, *Celen*.
Cimbri, nunc Iutæ *Iutlanders*.
Colonia Traiana, *Kellen*, vicus Cliuiæ 61. 85.
Colonia, *Conleines* prope Vindinum in Conomannis 178.
Concordia, *Cocherſeperg*.
Condate Neruiorum, *Condé*.
Condruſi *Condreux*, *Condrox*, prope Huiũm.
Confluentes Moſellæ & Rheni, *Coblentz*. 60.
Confluẽtes Moſæ & Rheni, prope *Bommel*.
Contraginnum, inter Quintinopolim & Sueſſiones.
Condiuicnum Namnetum, *Nantes*.
Coriovallum *Valckenburg* aut *Dalem*.
Decem pagi, *Dieuze* in Lotharingia.
Deuſo, nunc Tuiuum, *Duyts*.
Dia Vocontiorum, *Die en Daulfiné*.
Diutenſes, Tuitienſes, ex oppoſito Coloniæ Agrippinæ.
Diuodurum Mediomatricorum, *Metz*.
Diuona ſeu Deuona Cadurcorum, *Cahors*.
Drachonus ſiue Drahonus fl. *Traen*.
Dubis fluuius, *Doux* in Burgundia.
Dumniſſus, *Denſe* vicus.
Dumnus, *Daun* ad Nauam fl.
Dunum ſiue *Dun*, id eſt, collis: hinc Dunæ.
Durnomagus, *Dournmagen*.
Durocottorum Remorum, *Reims en Champagne*.
Duroicoregus, *Dourrier* in Picardia.
Duronum, inter Remos & Verbinum.
Durus ſeu Durum, idem ferè quod magus ſeu vadum.

Ebrui

Ebruicani ſeu Neruicani, hodie Nortmanni 75.
Elſatia ſiue Alſatia. Vide Helellus.
Ebura fl. ad quem Eburovices, *Evreux*.
Eburones nunc Leodieenſes, *Liegeis*.
Elusa vrbs Aquitaniæ, patria Rufini 77.
Epamanduodurum, *Mandeurre*, ad Dubim.
Epoiſſus, *Ivois*, in agro Luxeburg.
Erubris fl. *Rober*. cadit in Moſellam.
Epternacum, al. Andethannalis vicus, *Echternach*.
Fanum Martis, *Famars* 140.
Fanum Mineruæ, *Suippe*.
Fines, *Fimes* opidum 212.
Fines, inter Verodunum & Metas.
Fletio Batauorum, *Fleeten*.
Fletio Friſiorum.
Fleuum, *Vlie* ſeu *Flie*.
Fleuum caſtellum in Friſijs.
Fleuus lacus, *Zuyder-zee*.
Fliet, idem quod fluxus maris vel æſtuaria.
Forum Hadriani, *Voorburg* in Holl.
Forum Elucocorum, *Folcarquier* 106.
Foſſa Diuſi 8 Corbulonis. 19.
Franci trans Rhenum olim 85.
Fr.ſij maiores & minores 85.
Garumna fl. *Garonne*.
Gelbis fl. *Kiel*, in Moſellam cadit.
Gelduba, *Gelb*, vicus.
Genabum Cæſari, Cenabum Ptolemæo, *Orleans*. 22.
Geminiacum, *Complines*, alijs *Gemblou*.
Genaua, *Geneve*, ad lacum Lemanum.
Geſſoriacus portus, nũc Bononia. *Bologne*.
Gergouiæ rudera j. lapide à Claromõte.
Grinnes, *Rhenen*.
Gou & *Gow*, idem quod terra.
Helellus fl. *Ill*, à quo Elſaria.
Heluetij, *Switſers*.
Hibernia, Ibernia & Ivernia, *Irlande*.
Ibliodurum inter Metas & Verdunum.
Iccius vel Itius portus, *VVitſant* Camdeno, *Mardyck* Chiffletio, *Bologne* Cluuerio.
Icorigum vel Ecorigium, *Rut*.
Iſala fl. olim Sala, *Iſel*.
Iſura, al. Iſara fl. *Oyſe*.
Iuliacum, *Iuliers*.
Iulius vicus, *Gemershem*, prope Spiram.
Iungus, *palais de Tõnne*, prope Attiniacum.
Iura & Iurasſus mons, *Mont-Ieu*.
Iutæ, *Iutlandt*, in Cimbrica Cherſoneſo.
Lagium caſtellum, prope Tungros, *Lauwen*.
Lauri, *Lerdam*, opidum Hollandiæ.
Lerinus, nunc S. Honorati inſula.
Leſura fl. *Leſer* in Moſellam cadit.
Leuæ fanum, *Leuwen*.
Ligeris & Liger fl. in Celtica, *Loire*.
Lippia flu. *Lippe*, & opidum *Lipſtadt*.
Litanobriga, nunc Pons S. Maxentiæ, ad Iſaram, *Pont S. Maxence*.
Longo-vicus *Longvigh* prope Treueros.
Lullia, *Argeulles*.
Lugdunum Batauorum, ad Rhenum, *Leyden*.
Lugdunum ad Rhodanum, *Lyon*.
Lundonium, *Londen*, Angliæ metropolis 65.
Lupodunum, *Lupf*, Frehero *Ladenburg*.
Lutetia Pariſiorum, *Paris* 61.
Lutomagus, *Monſtreul*, vel *Eſtaples*.
Magetobrigia, *Moite de Bray*. in Burg.
Magus ſeu Magum, id eſt, Vadum, *Furd*.
Manarmanis portus ad Vidrum fl.
Mannariacum, *Maurick*.
Mareis in littore Sax. *Mardyck*, 67. 88.
Marcodurum Tacito, Mareomagus Antonino, *Duren*, opidum.
Marcomanni, hodie Moraui.
Marſana ſiue Marſna *Merſen* 179.
Matilo *Condekercke*.
Matiſco Æduorum ad Ararim, *Maſcon*.
Matrona fl. *Marne*, Celtas à Belgis ſeparat.
Mattium, *Marpurg* in Haſſia 13.
Mederiacum, *Mierle* vel *Swalm*.
Mediolanum, *Moyland*, vicus vj. milliari à Colonia Traiana.
Mediolanum Eburouicum, *Evreux*.
Mediolanum Santonum, *Sainctes*.
Mediomatrico um caput Tullum, *Toul*.
Melodunum Senonum, *Sens*.
Meteglum Meldorum, *Meaux*.
Minariacum, *Pont d'Eſterre*, 128.
Minaticum, *lege* Nintiacum in Itin.
Mœnus fl. *Meyne* cadit in Rhenum.
Moguntiacum, *Mentz* 60.
Mona inſula, *Man*, inter Angliam & Hib.
Mons Briſiacus, *Briſach*, in Alſatia.
Morinorum vrbes Taruenna & Bononia.
Moſa fl. *Meuſe*, oritur in Lingonibus.
Moſella fl. *Moſelle*.
Narbo. Prouinciæ vrbs, *Narbone*.
Naſium, *Naſy*, vicus ſupra Verodunum.
Naua fl. *Nahe* in Rhenum defluit.
Nemetes ad Rhenum 60.
Nemetacum, Hirtio Nemetocenna, *Arras* 2.
Neruij nunc Hannonienſes 2. Neruiorum caput Ptolemæo eſt Bauacũ, *Bauay*. 128.
Neruicani ſeu Ebruicani, Nortmanni 75.
Nintiacum, *Nizy le Comte*, apud Verbinũ.
Nitiobrigum caput Aginnum, *Agen*.
Noueſium, *Nuys*, opidum ad Rhenum 61. 85.

Nouio-

Nouiomagus Batauorum ad Vahalim, *Nimmegen.*
Nouiomagus Nemetum, *Speir*, ad Rhenum.
Nouiomagus Treuerorum, ad Moſellam, *Numagen.*
Nouidunum Æduorum, *Neuers.*
Nouiodunum Aulercorum Diablintarũ.
Nouiodunum Belgarum, al. Nouiomagus, *Noyon.*
Obtricenſe caſtellũ, *Maeſtricht* 62. 72.
Octodurum Veragrorum, *Martinach*, in Alpibus.
Orolaunus, *Arlon*, in agro Luxeburgenſi.
Pagus, id eſt, portio regionis, *Paÿs.*
Pannonij, nunc Hungari.
Pariſij, ad Sequanam populi, *l'Iſle de Frãce.*
Peruiciacũ, *Peruvvez*, in Gallo-Brabãtia.
Phrudis fl. *Somme*, Somona.
Picti, Caledoniæ populi in Britannia 62.
Pictonum caput Auguſtoritum, *Poitiers.*
Pons Scaldis, *Eſcaupont* 128.
Prætorium Agrippinæ, *Roomburg.*
Pontes, *Pontieu*, in diœceſi Bolonienſi.
Prouincia Romanorum, al. Narbonenſis, *Prouence.*
Pyrenæi mõtes Galliam ab Hiſp. ſeparãt.
Pons Sarraui, *Sarbruck*,
Quadriburgum, *Quadraet*, vicus inter Coloniam & Iuliacum 61.
Rigomagus, *Rimagen*, ad Rhenum.
Remi, *Reims en Champagne* 60.
Rigodulum, *Rigol* vicus 60.
Rodium, *Roye*.
Rhedonum caput Cõdate, *Rennes en Bret.*
Rhodanus fl. *Rhoſne.*
Ricciacum, *Ritzing* vicus.
Rigomagus.
Rufiacum, *Rufach*, ad Helellum fl.
Sabis fl. *Sambre*, cadit in Moſam.
Sablones, *im Sand* prope *Straien.*
Saliſo ſeu Saletio ad Rhenum, *Seltz.*
Sala fl. aliàs Iſala, *Iſel.*
Salij populi ad Salam fl. *Sallant.*
Salodurum Heluetiorum, *Soleure.*
Samarobriga & Samarobriua, *Amiens.*
Sambra fluuiolus in Morinis, prope *VVitſande*: vnde claſſis Sambrica.
Salmona fl. *Salm*, defluit in Moſellam.
Saponariæ, villa in ſuburbano Tullenſi 187.
Sarauus fl. *Sar*, cadit in Moſellam.
Saxonicum littus, 67. 88.
Scarpona, *Scarpeigne* 64.
Scoti, Britanniæ populi 62.
Segodunum, *Sigen* opidum Naſſouiæ.
Sedunum, *Sion*, in Valleſia.
Segodunum Rutenorũ, *Rodais*, vrbs Epiſ.
Segus ſeu Sigus fl. *Sige* in Weſtfalia.
Seguſianorum vrbes duæ, Forum Seguſianorum, *Feurs en Fores*, & Rodumna, *Rouäne*, ad Ligerim.
Sequana fl. *Seine.*
Setucis, S. *Marc en Caucye*, prope Samarobrigam.
Sura fl. *Saur* in agro Luxeb.
Sicambri ſeu Sigambri, populi olim ad Sigam fl. trans Rhenum, poſt ad Vahalim, pág. 8.
Tabernæ Alſaticæ, *Elſaz. Zabern.* 60.
Tabernæ ad Rhenum, *Rhein Zabern.*
Tabernæ montanę, *Berg Zabern.*
Tabuda fl. *VVeſter-ſchelde*, al. *Honte.*
Taruanna ſeu Taruenna Morinorum, *Teroane.* 128.
Tecelia, *Texel.*
Tencteri ad Luppiam & Lonam fl. 85.
Teucera, *Tievre*, vicus Arteſiæ ad Alteiam fl.
Teutones populi, *Tuyſchen.*
Teutoburgium Dulgibinorum caput, *Dietmelle* in VVeſtfalia 12.
Teutoburgienſis ſaltus, *Theutsberg* 12.
Theodonis villa, *Thionuille* ad Moſ. 67. 88.
Theudurum, *Tuddert.*
Textritium in Veromanduis 142.
Thoringi, nunc Thuringi, *Duringhen.* 86.
Tiberiacum, *Berchem* opidum agri Iuliacenſis 128.
Tigurinorum caput Auenticum, *Auenches.*
Tolbiacus, *Zullich* opidum diœc. Colonienſis.
Toxiandria, *Teſſenderlo* in Cãpinia 61. 5.
Traiectus Moſæ, *Maeſtricht.* 62. 72.
Traiectus Rheni, *Vtrecht.* 128.
Tribocci & Triboces, ad Helellum fl. in Alſatia.
Tuitium in terra Francorum, *Duyts.*
Tungri, & eorum caput Aduaticum, vrbs ampla. *Tongeren.* 272.
Turnacum ſeu Tornacum, *Tournay.* 128.
Turonum caput Cæſarodunum, *Tours.*
Vada, *VVageninghen.*
Vahalis fl. *VVale*, pars Rheni.
Velatodurum, *Vaillan* pagus Burgundiæ.
Valentianæ, *Valenciennes*, ad Scaldim, 181.
Veneti inter Armoricos, *Vannes.*
Verbinum, *Veruin* opidum, ad Iſaram. 128.
Vermeria, nunc Verberia, palatium Regium 181.
Veromandui, *Vermandois.*

Verona Friſiorum, 72. 354.
Veſontio caput Sequanorum, *Beſanzon*, 62.
Veſuna Petrogoriorum, *Perigueus*.
Vetera caſtra, *Santen* 22.
Vider fl. *Vecht*, apud Friſios maiores.
Vindinum Cenomannorum, *la ville du Mans*.
Vinciacum, in agro Cameracenſi, *la cenſe de Vincy*.
Vindoniſſa in Heluetijs, *VVindiſch*.
Virodunum & Verodunum, *Verdun* ad Moſ.
Virouiacum, *Verwick*, ad Liſam fl. in Fl.
Viſurgis fl. *VVeſer* 13.
Vogdoriacum *VVaudret*, prope Binchium 128. 153.
Voſagus mons & ſilua, *Voiſe*.
Voſauia, *Over-VVeſel*.
Vrba, *Orbe*, opidum Heluetiorum.
Vxellodunum, *le puece d'Vßoldun*, Rodium Vxelloduni.

Belgij hodierni breuis deſcriptio.

HACTENVS de veteris Galliæ potiſſimùm Belgicæ populis, quos I. Cæſar, Tacitus, Ammianus alijq́; Scriptores antiqui memorant, breuiter egimus. Belgium verò hodiernum, quod ad Regem Catholicum iure hereditario pertinet, in Prouincias omnino ſeptemdecim, affinitatibus aut emptionibus vnum in corpus redactas, diuiditur. Sunt autem iſtæ: *Brabantia, Limburgum, Luxeburgum, Gelria, Flandria, Arteſia, Hannonia, Hollandia, Zelandia, Namurcum, Surſania, Marchionatus ſacri Imperij ad Scaldim, Friſia, Mechlinia, Vltraiectum, Tranſiſalana* ditio & *Groninga*.

Primus Imperij Belgici conditor fuit *Philippus Bonus*: nam is vnus Burgundiam, Brabantiam, Limburgum, Luxeburgum, Arteſiam, Hannoniam, Hollandiam, Zelandiam, Namurcũ. Marchionatũ S. Imperij, Friſiam, Groningam, & Mechliniam poſſedit. Ad hæc filius eius CAROLVS AVDAX Gelriã & Sutfaniam adiecit, emptas à Duce Arnoldo Egmõdano, qui Adolfum filium (à quo ſexennium carcere fuerat detentus) exheredauerat. Cùm verò rurſum ad Carolum Adolfi filium *Gelri* ac *Surſanij* abijſſent, Vltraiectenſem aliaſq́ue prouincias vicinas infeſtis armis impetentes; Carolus V. Cæſar, veteris actionis pactorumq́ue iure ſubnixus, eos iterũ ſibi ſuiſq́ue acquiſiuit: Guilielmo Cliuiæ Duce, qui diuiones illas ſibi deberi contendebat, ſuperato ac victo.

Quin & ob expenſas, bellorum contra Gelros geſtorum oceaſione factas, *Vltraiectenſem* & *Tranſiſalanam* prouincias ſuo Belgio Cæſar annexuit; Henrico Bauaro, Vltraiectenſi Antiſtite ac Principe, eas cedente. Idem *Groningam* ſibi aſſeruit; *Tornacum* eiuſq́ue territorium Franco ademit; & *Cameraci* contra Gallorum incurſus arcem à fundamentis ædificauit.

Belgium porrò etſi Europæ exigua eſt portio, (quippe quæ non multùm excedat quintam Italiæ partem) neſcio tamen an vlla toto terrarum orbe ſit regio populoſior aut opulentior. Ludouicus Guicciardinus in Deſcriptione Belgij narrat, ſuo æuo, hoc eſt, ſæculo ſuperiore *Vrbes* mœnibus clauſas ducentas & decem, *Municipia* clauſis opidis magnitudine propemodum paria centum quinquaginta, *Pagos* verò maiores vltra ſex millia ac trecentos fuiſſe numeratos; idq́ue præter *Vicos* minores & *Arces*, quibus ſupra omnem numerum conſitus eſt ager Belgicus. Opidis noſtra ætate acceſſerunt Guilielmopolis, Clunderia, Aſpricollis, Santflitum in Brabantia; Oſtenda in Flandria, & alia alibi.

Tria flumina Belgij primaria, Rhenus, Moſa & Scaldis.

RHENVS, fluuiorum Europæ poſt Danubium maximus, in Rhæticis Alpibus ortus, vno alueo vſque ad caſtellum Schenckianum defertur. Hic in duo cornua ſiue amnes ſcinditur: quorum dexter nomen retinet, ſiniſter *Vabalis* dicitur. Inde Virgilio & alijs *Rhenus bicornis*. Fluxit autem bicornis vſque ad Druſi Germanici æuum, qui ſub vitrico ſuo Cæſare Auguſto tricornem fecit. Is namque, foſſâ inter Rhenum & Iſalam amnem egeſtâ, Rheni dextri partem per Iſalam, lacum & oſtium Flevum in Oceanum effudit.

Amnes Germaniæ ciſrhenanæ, in Rhenum defluentes, à vetuſtis Scriptoribus memorati, ſunt iſti: Helellus, *Ill*, Naua, *Nahe*, Moſella, *Moſelle*, Abrinca, *Are*.

In læuam MOSELLAE ripam hi amnes defluunt, Sura *Saur*, Pronęa *Pruin*, Nemeſa *Niems*, Aliſontia *Alſitz*, Gerbis *Kiel*, Leſura *Leſer*, Salmona *Salm*. A dextra ripa iſti defluunt; Drochonus ſiue Drahonus *Tran*, Erubrus ſiue Erubris *Rober*, Saravus ſeu Sara *Sare*.

MOSA nunc in Gelria, medio ferè ſitu inter Bomeliam & Megam opida, partem ſui duobus alueis, quibus caſtellum

ſeu

ſeu munimẽtum S. Andreæ circumdatur, in Vahalem trãſmittit. Suo tamen nomini latum ſeruans alueum, vſque ad vicum *Bochouen* defertur; hinc verò vſque ad arcem Loveſteniam: vbi Vahali nunc iungitur, & infra Flaredingam Hollandiæ opidum Oceano miſcetur.

In dextram Moſæ ripã *Vrta, Rura, Nirſa*, in ſiniſtram *Sabis & Iecora* defluunt.

Scaldis ſub Monte S. Martini (quod eſt monaſterium ord. Præmõſtratenſis) in Veromanduis oritur, & per Cameracum, Buccinium, & Valentianas lapſus, Hainæ Condati, & *Scarpo* ad Mortaniam augetur. Aldenardam tranſgreſſus, Gandaui *Liſam* fluuium, Teneræmondæ *Teneram*, Ruplæmondæ *Rupelam*, Netha, Dilia, Demera, Senna alijſque amnibus tumidum, abſorbet. Demum ad Antuerpiam latiſſimum & profundiſſimum alueum oſtentat: adeò vt maxima nauis ad ſcalas ſtare, & ex ripa in eam commodè quiuis tranſire poſſit. Quod vt admirandum de portu ad maiorem Ægypti pharum Strabo prædicat.

Ceterùm tertio ferè milliari infra Antuerpiam, haut procul à Saftinga, Scaldis (antequam Oceano ſe immergat) in duo cornua ſiue amnes diuiditur. Horum ſiniſter à Ptolemæo *Tabuda*, nunc *Honte & Vvester-Schelde* nuncupatur, Flandriamque à Zelandicis inſulis ſeparat, & ex his vnã, videlicet *Scaldiam*, nomine ſuo nobilitat: dexter verò Bergas, ad Zomam riuulum ſitas, præterlabitur, & vulgò *Crom-Vliet & Ooſter-Schelde* dicitur. Horũ duorum amnium aluei ſub aquis pro magna parte hodie latent; ſuntque nunc æſtuaria ſeu mare vadoſum, vbi olim *Borſele, Bath*, & alij pagi ac vici plurimi inhabitabantur. Quos omnes Oceanus præter modum intumeſcẽs, & aggeres alicubi ſupergreſſus, alicubi demolitus, prodigioſa exundatione an. 1532. contexit atque abſorpſit.

Haina fl. (à quo Hainauia ſiue Hannonia, incolis *Hainau*, nomẽ accepit) prouinciam illam interſecat, & infra Montes Hannoniæ auctus Trouliâ amne, Condati Neruiorum (*Condé*) ſe Scaldi immergit.

Scarpus in agro Atrebatenſi natus, inde Duacum petit, & Lalainum, Marchianas; Haſnonium, Amandopolim permeat. Hic riuulo Elnone (à quo Elnonenſe S. Amandi cœnobium, & monachi Elnonẽſes Milo & Hucbaldus, ſcriptis clari, cognomentum induerunt) auctus, haut procul à Mortania Scaldim intrat.

Lisa, Arteſijs *Lis*, Flandris *Leye*, in Arteſia & Comitatu S. Pauli, iuxta templum Lisburgi pagi, Marchionatus titulo nunc clari, ortus, portam vrbis Taruennæ (quæ fuit) prægreditur; Ariam, Minariacum ſeu Stegram, Armenteriam, Cominium, Virouiacum nunc *Verwick*, Halevvinum, Curteriacum, Harlebecam, Deinſam, aliaque Flandriæ municipia ſuo piſculento affluxu beat. Nomen autem ſuum Gandaui in Scaldi deponit.

A Liſa multùm differt *Liuia*: nam Liuiam, vulgò *Lieve*, anno 1210. aut 1339. Gandenſes, terrâ egeſtâ, foderunt: vt ea nauigatione Dãmum, Brugas, Sluſam, & inde in Oceanum traijcerent.

Tenera in Hannonia ortus, Atho, Leſsinis, Gerardi-monte, Ninouia & Aloſto luſtratis, Teneræmondæ opido dat nomen, ibidemque in Scaldim deuoluitur.

Rupela ſeu Rupla prope Rumeſtã, *Rumſt* (vbi Dilia, Demeræ ac Sennæ aquis inflatus, & Netha confluunt) ſuum ſibi nomẽ ſumit, & tertio inde lapide ad Ruplæmondam, Flandriæ municipiũ, Scaldi immergitur.

Ceterùm deducto ad finem Chronico, haut abs re fuerit, illius quaſi Compendium, ſeu Anacephalæoſim breuibus Indicibus comprehenſam, in gratiam Lectoris, rerum noſtratium fortaſſe minùs periti, coronidis loco ſubnectere.

FINIS.

ALLO-

ALLOCVTIO AD LECTOREM.

NON merum tibi Chronicon, erudite Lector, nec anguſtis hodierni Belgij finibus arctatum dedimus. Medij eſt generis noſter hic qualiſcumque labor. Præcipua namque rerum in Belgica, amplè, hoc eſt, more Iuliano ſumpta, geſtarum capita ex profeſſo tractauimus: & vbi res noſtrates deficiunt aut in obſcuro latent, ne ieiuni aut exiles eſſemus, Celticas, Aquitanicas, Germanicas, Britannicas, aliaſque res exteras, grata nec inutili vt ſpero, mixtura attexuimus. Breuitati autem, quò ad fieri potuit, ſtuduimus: ſic tamen vt notabiliora quædam, noſtrâ præſertim ætate geſta, diffuſiùs expoſuerimus. Cuiuſque porrò rei nobilioris præcipuos Scriptores fonteſque indicauimus, cùm ad fidem apud omnes faciendam, tum vt inde eadem illa vberiùs haurire poſſint qui volent. Claſsicis autem cuiuſque ſæculi Hiſtoricis hæc noſtra, quantum licuit, adſtruximus ac firmauimus. Vbi Scriptores deſunt, vetera Antiſtitum ac Principum diplomata, vtpote fida ſacræ ac politicæ Antiquitatis documenta, ex publicis templorum tabularijs ſtudiosè eruimus: veteres denique ſchedas ab amicis priuatim acceptas diligenter excuſsimus. Populares atque aniles de Tungrorum Regibus, Brabone, Alberone, Meluſina, Foreſtarijs fabellas, & id genus alias prorſus reiecimus. Quæ prima lex eſt Annalium & Chronicorum, vt & Hiſtoriæ, in primis curam veritatis habuimus. Inſuper, quæ lux eſt maxima, in annis ac temporibus deſignandis anxiè ſudauimus: & illuſtriora pleraque, ad Eccleſiam aut Rempublicam ſpectantia, non populari trutinâ, ſed aurificis ſtatera, vt dicitur, expendimus. Annos Vrbis conditę, Faſtos item Conſulares, (quibus Epochis olim ad tempora deſignanda Iulius Cæſar, Tacitus, Ammianus Marcellinus, Idatius, Marcellinus Comes, Caſsiodorus & alij veteres vſi ſunt) cum annis noſtris, exacta ratione, comparare atque exęquare ſtuduimus. Eò magis, quòd Epocha ſeu Æra Chriſti Dionyſiana, quę iam paſsim obtinet, vix ante ſeptimum ſæculum in vſu fuiſſe videatur. Locis, opidis, fluuijs, montibus vetera nomina reddidimus. Denique ne priſcam Belgis Nobilitatem deeſſe exteri putarent, Principalium aliarumque illuſtriorum familiarum ſtemmata produximus, & vetuſtis Donationum piarum tabulis ex occaſione ſtabiliuimus. Et verò, niſi fallimur, felicioribus noſtratium ingenijs campum patefecimus, vbi eruditionem explicent, & ſingularum Belgij prouinciarum res maiore copiâ atque elegantiâ illuſtrent. Vtinam tam gratum quàm pium ac debitum Patrię hoc noſtrum ſit officium. Vale, mi Lector.

INDICES
RERVM MEMORABILIVM.

Imperatores Romani, qui & Belgis imperarunt.

IVlius Cæſar *pagina* 1. & 3. Auguſtus *pag.* 4.12. Tiberius 13. Caius Caligula 16. Claudius 17. Nero 20. Galba 22. Otho 22. Vitellius 22. Veſpaſianus 22. Titus 23. Domitianus 24. Nerua 25. Traianus 26. Hadrianus 27. Lucius Ælius 29. M. Antoninus Pius 29.

Marcus Aurelius Philoſophus 31. Lucius Verus 31. Commodus 33. Helius Pertinax 34. Didius Iulianus 34. Septimius Seuerus 34. & 36. Clodius Albinus 34. Antoninus Caracalla 35. Geta 35. Macrinus 36. Elagabalus 37. Alexander Seuerus 37. Maximinus 38. Maximus 38 Gordianus 38. Pupienus 38. Balbinus 38. Gordianus 39. Philippus pater & filius 39. Decius pater & filius 39. Gallus Hoſtilius 40. Voluſianus 40. Æmilianus 40. Valerianus 41. Gallienuś 41. Saloninus 42.

Poſtumus cum filio 42. Lollianus 43. Victorinus cum filio 43. Marius 43. Tetrici pater & filius 43-45. (omnes tyranni in Gallia.)

Claudius II 44. Aurelianus 44. Tacitus 45. Florianus 45. Probus 45. Carus 46. Carinus 46 Numerianus 46. Diocletianus 46. 52. Maximianus 47. Conſtantius Chlorus 49. Galerius Maximianus Armentarius 49.

Conſtantinus Magnus 50.55. Maxentius 50. Licinius 51.53. Criſpus 52. Licinianus 52.53. Delmatius 54 55. Conſtantinus iunior 52. Conſtantius 54. Conſtans 57. Iulianus Apoſtata 59.61.63. Magnentius 58 59. Decentius in Gallia 59. Iouianus 63. Valentininus 61. 68. Valens 63. Gratianus 66. Valentinianus II. 67. Theodoſius 68. 70. Maximus tyrannus, eiuſque filius Victor 74. Arcadius 79. Honorius 73. Theodoſius II. 79. (Iouinus tyrannus in Gallia 81.) Valentinianus III. in Occidente 87. Martianus in Oriente 91. Petronius Maximus 93. Auitus in Gallia 93. Maiorianus in Occidente 94. Leo Thrax in Oriente 94. Seuerus 95. Anthemius 96. Olybrius 96. Glicerius 96. Iulius Nepos 97. Auguſtus *al.* Momyllus Romanorum Impp. in Occidente poſtremus 97.

Francorum Reges Merouingi.

PHaramundus *pag* 86. Clodius 87.90. Merouеus 91. Childericus 94. Clodoueus Magnus Rex I. Chriſtianus 98.99. Pariſiis ſedem regni conſtituit & an. 511. obiit: *pag.* 103. vbi & reliquos ex Merouei ſtirpe Reges Francorum reperies.

Auſtraſiæ Reges.

THeodericus Clodouei Magni F. naturalis 124. Theodebertus 124. Theodebaldus 124. Clotarius eiuſdem Clodouei Magni F. legitimus 124. Sigebertus Brunechildæ maritus. 124. 126. Theodebertus 124.127. Theodericus 124. Clotarius II. 124 127. Dagobertus 130. S. Sigebertus 124. 133.135. Childericus 124. Theodericus 124. 139.143. Clodoueus III. 125. Childebertus 144. Dagobertus II. 147. Theodericus II. 148.150. Childericus III. ex Merouei ſtirpe poſtremus 152.159.

Maiores domus regiæ in Auſtraſia.

VVlfoaldus 140.141. Martinus Dux 141. Pipinus Herſtallius 141.144.147. Theodoaldus 147. Raginfredus 147. Carolus Martellus 148.151. Eius filij Pipinus Breuis & Carlomannus 151.154. Ex his Pipinus an. 752. fit Rex Francorum 155.158.

Imperatores Occidentis ex familia Caroli Magni.

CArolus Magnus, Pipini Fr. Regis filius & ſucceſſor *pag.* 158. fit Imperator 165. Ludouicus Pius 168. 176. Lotharius 176. 184. Ludouicus Germanicus 184. Carolus Caluus 194. 194. 195. Ludouicus Balbus fuit Rex Francorum, non Imperator 195. Ludouicus, Lud. Germanici filius 199. Carolus Craſſus 99. 202. Arnulfus 204. Ludouicus ex Caroli Magni ſtirpe poſtremus 206.208. Reliquos Imperatores ſuis locis reperies.

Imperatores ex familia Auſtriaca.

RVdolphus 345. Albertus I. 349.356. 378. Fredericus Pulcher 358.359.378. Albertus II. 378. Fredericus III. 378. Maximilianus I. 386. Carolus V. 392. Ferdinandus I. 414. Maximilianus II. 398.420. Rudolphus II. 427. Matthias 464. Ferdinandus II. 470.

Reges Lotharingiæ, quæ olim Auſtraſia fuit dicta.

LOtharius, Lotharij Imp. filius, *pag.* 184. 188.190. Ludouicus Germanicus 185. Carolus Caluus 185. Ludouicus, Lud. Germanici filius, 196.199. Carolus Craſſus 199. Arnulfus 199 204. Suendeboldus 206. Ludouicus, Arnulfi Imp. filius, 206.208 Conradus 208. Carolus Simplex Fr. Rex 208. Henricus Auceps Imp. 210.

Lotharingiæ vniuerſæ Duces beneficiarij.

GIſlebertus, Ragineri I. Hannoniæ Comitis filius, *pag.* 215. Henricus, Othonis I. Jmp. frater, 216. 218. Otho 218. 219. Conradus, Othonis I gener, 219. 224. Bruno, eiuſdem Othonis I. frater, 224.

Duces beneficiarij Lotharingiæ Moſellanæ ſeu ſuperioris.

FRedericus Comes I. Barrenſis 223. 227. Theodericus 227. Fredericus II. 265. Gothilo Magnus 228. 269. Godefridus Magnus 272. 282. Adalbertus 272.

Lotharingiæ Moſellanæ Duces hereditarij.

GErardus Alſatius 273. Theodericus Strenuus 288. Simon I. 273. Matthęus I. 274. Simon II. 274. Fredericus I. 274. Theobaldus I. 274 Matthæus II. 274. Fredericus II. 274. Theobaldus II. 274. Fredericus III. 275. Radulfus 275. Ioannes I 275. Carolus I. 275 Iſabella vxor Renati Andegauenſis 275. Ioannes II. 383. Nicolaus 383. Iolenta vxor Renati Vaudemontani 275. Antonius 275. Franciſcus 275. Carolus III. 275. Henricus II. 275. Carolus IV. 275.

Duces beneficiarij Lotharingiæ Ripuariæ ſeu inferioris.

CArolus, Lud. Tranſmarini Francorum Regis filius, 224. 236. 244. Otho 237. Godefridus Jmprolis, God. Captiui Comitis Virdunenſis F. 237. 256. 258. Gothilo Magnus 237. 265 269. Gothilo Ignauus. 237. 269. Fredericus, Frederici Comitis Luxeburgenſis filius, 237. Godefridus Magnus 282. 288. Godefridus Gibboſus 288. 294. Conradus, poſteà Rex Italiæ, 294 God. Bullonius, poſteà Rex Ieroſolymitanus 138. 300. 301. 306. Henricus Comes Limburgenſis 310. God. Barbatus Comes Louanienſis 238. Valeramus Comes Limburgenſis 239. Iterùm God. Barbatus Comes Louanienſis 317.

Louanienſes Comites, qui & Bruxellam poſſederunt.

LAmbertus, Ragineri I. Hannoniæ Comitis filius, *pag.* 209. 221. Ansfridus 221. Lambertus II. 222. Henricus I. 222. 266. Otho 266. Baldricus, *al.* Lambertus Barbatus 273. Henricus II. 287. Henricus III. 287. 300. Godefridus Barbatus 300.

Duces hereditarij Lotharingiæ inferioris ac Brabantiæ.

GOd. Barbatus, ex Comite Louanienſi Dux Lotharingiæ inferioris & Brabantiæ 307. Godefridus II. 307. Godefridus III. 307. Henricus I. 370. Henricus II. 308. Henricus III. 343. Ioannes I. Lotharingiæ inferioris, Brabantiæ & Limburgi Dux, 309. 347. Ioannes II. 349. Ioannes III. 359. Joanna, vxor Wenceſlai Ducis Luxeburgenſis 309.

Antonius, Philippi Audacis Burg. Ducis Flandriæque Comitis filius ſecundo-genitus 372. Ioannes IV. 309. Philippus, Ioannis IV. frater 309. Philippus Bonus Burg. Dux Flandriæque Comes, Ioannis & Philippi Ducum fratruelis 309. Carolus Audax 381. 383. 385. Maria Burgunda, Maximiliano I. Auſtrio pòſt Imp. nupta 383. Philippus Pulcher Hiſp. Rex 389. Carolus V. Imp. 389. Philippus II. Rex Catholicus 408. Iſabella & Albertus Archiduces, 450. Philippus IV. Rex Catholicus 476.

Limburgi Comites & Duces.

HEnricus I. Comes Limburgenſis 289. Henricus II. ex Comite Limburgenſi Dux Lotharingiæ inferioris 289. Waleramus Paganus Lotharingiæ inferioris ac Limburgi Dux, & Comes de Arlon 289. Henricus III. 289. Henricus IV. ibidem. VValeramus II. 289. Henricus V. 289. VValeramus III. Dux Limburgenſis ex illa ſtirpe poſtremus 290. Joannes I. Brabantiæ & Limburgi Dux 290. Reliquos Limburgi Duces ſuprà in ſerie Ducum Brabantiæ reperies.

Luxeburgenſes Comites & Duces.

SIgefridus 231. Fredericus 232. Giſlebertus 232. Conradus I. 232. Guilielmus 232. Conradus II. 232. Henricus Cæcus Comes Namurcenſis 232. Ermenſinda vxor VValerami II. Ducis Limburgenſis 232.

Henricus Blondus, Ermenſindæ & VValerami II. filius 232. 332. Henricus II. 332. Henricus III. 333. Joannes Cæcus 333. Wenceſlaus Dux I. Luxeburgenſis 368. VVenceſlaus II. Jmp. Bohemiæque Rex 369. Sigiſmundus Jmp. 370. Eliſabetha Sigiſmundi filia vnica, Alberti Auſtrij Jmp. vidua, ius omne ſuum Philippo Bono Burg. Duci an. 1451. ceſsit: *pag.* 333.

Comites de Chiny.

ARnulfus 290. Otho 290. Albertus 290. Ludouic. 291. Ludouicus II. 291.

Ioanna vxor Arnulfi Comitis Loſſenſis 292. Ludouicus III. 291. Arnulfus Comes Chiniacenſis & Loſſenſis 292. Ludouicus 292. Margarita ſine liberis an. 1372. obiit, & Wenceſlaus Dux Luxeburgenſis Comitatum de Chiny obtinuit 292.

Gelriæ Comites & Duces, itemq; Sutfaniæ Comites.

OTho *pag.* 302. Gerardus 302. Henricus 302. Gerardus 302. Otho II. 312. Gerardus III. 302. Otho III. 338. Rainaldus I. 347. Rainaldus II 302 Rainaldus III. Pinguis 302. Eduardus 302. Guilielmus 304. Arnoldus Egmondanus 304. Adolfus 304. Carolus ſine liberis an. 1538. obiit 305. Carolus V. Imp. veteris actionis iure fœderumque pactis ſucceſſit 305. 401.

Flandriæ Comites pag. 197. 350.

BAlduinus Ferreus 197. Balduinus Caluus 287. Arnulfus Magnus 217. 229. Balduinus III. 233. Arnulfus II. 197. Balduinus IV. Barbatus 197. 287. Balduinus V. Inſulanus 287. 287. Balduinus VI. Haſnonius 262. Arnulfus Infelix 286. Robertus Friſius 286. 299. Robertus II. Ieroſolymitanus 299. Balduinus VII. Securis 198. Carolus Bonus 313. Guilielmus Nortmannus 198.

Theodericus Alſatius, Theoderici Strenui Loth. Moſellanæ Ducis filius, 273. 324. Philippus Alſatius 324. 326. Margarita Alſatia, Balduino Magnanimo Hannoniæ Comiti nupta, 210. 326. Balduinus VIII. Flandriæ Hannoniæque Comes, pòſt Imp. Conſtantinopolitanus 329. Joanna Conſtantinopolitana 341. 350. non Maria, vt *pag.* 198. 210 per errorem dicitur. Margarita Conſtantinopolitana 350. Guido Dampetræus 350. Robertus Betunius 350. Ludouicus Niuernenſis *al.* Creſſius 351. Lud. Maleanus 351. 368. Margarita Philippo Audaci Burg. Duci nupta 365. 371. Ioannes Intrepidus 368. 371. 374. Philippus Bonus 374. 376.

Arteſiæ Domini & Comites.

PHilippus Auguſtus Fr. Rex & Arteſiæ Dominus, iure vxorio 327. 338. Ludouicus VIII. Fr. Rex 339. Robertus Comes I. Arteſiæ, S. Ludouici Fr. Regis frater 339 Robertus II. 339. Mathildis Othoni Burgundiæ Comiti nupta 339. Joanna Mathildæ filia, Arteſiæ & Burg. Comitiſſa, Philippi Longi Francorum Regis vxor 339. Joanna II. Odoni IV. Burg. Duci nupta 249.

Philippus, Odonis & Joannæ II. ex Philippo filio nepos, Dux & Comes Burgundiæ, Comes Arteſiæ, Aruerniæ & Boloniæ, cælebs obiit, 340. Margarita Philippi Longi & Joannæ I. filia 340. Lud. Maleanus Arteſiæ & Burgundiæ Comitatum cum Flandrenſi coniunxit, 340. Margarita Maleana, Philippo Audaci Burg. Duci nupta 340. 365. Joannes Intrepidus 250. Philippus Bonus 374.

Hannoniæ Comites, pag. 208. 351.

RAginerus I. *pag* 208. Raginerus II. Longicollus 209. Raginerus III. 209. Raginerus IV. 209. 262. Richildis Balduino VI. Flandriæ Comiti nupta 262 Balduinus Ieroſolymitanus 209. Balduinus II. poſt Richildem Hannoniæ Comes 209. Balduinus III. Ædificator 209. Balduinus IV. Magnanimus Flandriæ, Han. & Namurci Comes 210. 326. Balduinus Imp. Conſtantinopolitanus 327. Ioanna (nō Maria) Conſtantinopolitana 330. 350. 354. Margarita Conſtantinopolitana 350.

Ioannes Aueſnius Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ Comes 251. Guilielmus Bonus ibid. Guilielmus II. 352 Margarita Lud. Bauari vxor 361. Guilielmus III. Furioſus 361. Albertus Bauarus 361. Guilielmus IV. 361. Iacoba Bauara 378. Philippus Bonus Burgundiæ Dux 378.

Hollandiæ & Zelandiæ Comites, pag. 242. 351.

THeodericus I. *pag.* 242. Theodericus II. 242 Arnulfus Gandauenſis 242. Theodericus III. 258. Theodericus IV. 272 276. Florentius I. 242. Theodericus V. 242. Florentius II. Craſſus 243. Theodericus VI. 243. Florentius III. 243. Theodericus VII. 329. Guilielmus I. 329. Florentius IV. 243. Guilielmus II. Rom. Rex 343. Florentius V. 244. Ioannes I. ſine liberis 344.

Joannes Aueſnius Hannoniæ, Hollandiæ Zelandiæq; Comes 351. 361. Margarita Lud. Bauari vxor, 361. Reliquos ſuprà in ſerie Comitum Hannoniæ recenſui.

Namurcenſes Comites pag. 245. 375.

ALbertus I. *pag.* 245. Albertus II 245. Albertus III. 345. Godefridus 312, Henricus Cæcus Comes Nam. & Luxeburgenſis 246. Bald. Magnanimus, Flandriæ, Hannoniæ & Namurci Comes 210. 326. Philippus Nobilis 246. Iolenta, vxor Petri Curteniaci Imp. Conſtantinopolitani 330. Philippus II. 246. Margarita vxor Henrici Comitis Viandæ 246.

Balduinus Imp. II. Conſtantinopolitanus 326. Guido Flandriæ & Namurci Comes 247. 350. Ioannes Namurci Comes & Sluſæ in Flandria Dominus 375. Ioannes II. 375. Guido 375. Philippus 375. Guilielmus I. 375. Guilielmus II. 375. Philippus II. liberis carens an. 1421. Philippo Bono Burg. Duci Namurcum vendidit, 375.

Ieroſolymitani Reges Latini.

GOd. Bullonius 306. Balduinus eius frater 306.331. Balduinus de Burgo 311. Fulco 319. Balduinus III. 319.

Conſtantinopolitani Impp. Latini.

BAlduinus Fl. Comes 329. Henricus 330. Petrus de Courtenay 246. Robertus 330. Balduinus II. 330.

Minoris apud Belgas ordinis Dynaſtæ, & varij Principes alibi.

ALemanniæ ſeu Sueuiæ Duces 263.285. Aloſtani in Flandria Comites 266. Alſatiæ veteres Comites 276. Ambianorum Comitatus 325. Angiæ in Hannonia Domini 322. Aquitaniæ Duces 318. 320. Ardeæ Domini 260. Arenbergæ Domini & Comites 364.402. Arauſionenſis Principatus 348. Arkelenſis familia 363. Arlunenſes Comites 289. Arſchotani Duces 393. Aruerniæ Comites 265. Aſcæ in Brabantia Domini 314. Atrebatenſes Aduocati 268. Auctenenſis familia 351.389. Auſtriæ Ducatus origo 328. Auſtriaca familia 345.346.386.

Battenſes Comites & Duces 269. Barthoria familia 422.444. Bauariæ Duces 333.335. 336.351. Bauterſemia familia 369. Benthemij Comites 296. Bergizomenſes in Brabantia Domini & Marchiones 316.347.369. 398. Berlaimontij Comites in Hannonia 426. Bertoldi Mechliniæ Domini 324. Betuniæ in Arteſia Domini 342.368. Blainontis ſeu Albimontis Comites 297. Bleſenſes Comites ad Ligerim 257. Bolonienſes ad mare Comites 263. 249. Borburgenſes in Flandria Caſtellani 280. Bolluti in Hannonia Comites 412. Bornhemij toparchæ 252. 281. Bredæ Domini 347. Brederodæ in Hollandia Domini 414. Briæ in Gallia Comites 256. Britanniæ minoris Ducatus 487. Brunſuicenſium Ducum origo 334. Bruxellenſes ac Louanienſes Comites 221. Bruxellenſes Vicecomites 403. Burgrauij per Belgium 403. Burgundionum in Gallia Reges 100. Duces ex familia Capetica 248. Comites 274.

Cameracenſes Caſtellani 345.387. Duces 391. Campaniæ Comites 256. Carentaniæ Duces 265.272. Caſtellani, Vicecomites ſeu Burgrauij per Belgium 403. Ceruiæ Domini 393.416. Chimacenſes in Hannonia Principes 386.393. Cliuiæ Duces 225. 262.364. Clotingæ in Hollandia Domini 414. Comites, Marchiones & Duces non erant hereditarij, æuo Caroli Magni 182. Comites feudatarij per Belgium 387. Comnena familia 283. Conſtantinopolitani Impp. Græci 329. Latini 329. Couciaca familia 260.345. Crequya familia 410. Croyæ familiæ ſtemma genealogicum 393.416. 441. Culenburgi in Gelria toparchæ & Comites 413. Cyprij regni origo 327.

Dampetræa familia 350.362.375. Danorum Reges Chriſtiani 169. Dieſtenſes Domini 404. Duces feudatarij per Belgium 387. Ducatus VII. veruſti in Germania 320. Duraſſi Comites 293. Duffelæ Domini 316.

Eboracenſis familia apud Anglos 380. Egmondanæ familiæ ſtemma & Comites 304.386. Eindouiæ in Brab. Domini 370. Electores VII. Imperij & eorum origo 306. Emdæ Comites 380. Eſpinoy Comites & Principes 400. Eſtenſis familia 334.449. 359. Etruriæ Magni Duces 392.422.

Farneſiorum familia 400. Ferrariæ Ducatus ad Rom. Eccleſiam deuoluitur 449. Ferrettæ Comites 269. Feudatarij Duces, Principes, Marchiones & Comites in Belgio 387. Florentiæ Ducum origo 397.399. Florinarum Domini 274. Francorum origo & tranſitus ex Germania in Galliã 85. Friſiorũ veteres Comites 242. Friſiæ orientalis Comitũ origo & ſtẽma 380.437. Friſiæ Gubernatores perpetui ex familia Saxonica 389.

Gandenſes Comites 230. Caſtellani 252. Gandauia ſeu Villana familia 260.434. Gaſbecæ Domini 308. Gauera familia 453. Gelriæ Comites & Duces 391. Giſnenſes Comites 259. Glimeſia familia 316. 369. 379. Gonzaga familia 387.397.488.359. Gothorũ origo & diuiſio in Oſtrogothos & Wiſegothos 94. Græcorum ſeu Orientis Imperatores 290. 282. Grimbergæ Domini & Comites 314. Gruthuſæ Domini 316.

Habſburgi Comites 345. Hannoniæ Comites 208. 351. Halewini toparchæ 384. Haſſiæ Lantgrauij ex familia Ducum Brab. 340. Heluetiorum Reipublicæ origo 357. Henninæ familiæ ſtemma 412. Hiſp. Reges ex familia Auſtriaca 386. Hochſtratani Comites in Brabantia 381.401. Hornanæ familiæ ſtemma & Comites 380. Hunnorum irruptio prima in orbem Rom. 68.84.

Inſulenſes Caſtellani in Flandria 279. Iſegemij Comites in Flandria 260. Iſtriæ Duces 265. Iuliaci Comites & Duces 346. 363.

Lalainæ familiæ ſtemma & Comites 381. Lancaſtria familia 380. Laſcarica familia apud Græcos 330. Lenſenſes Comites in Arteſia 263. Lignæ in Hannonia familiæ ſtemma 402. Limburgi ad Lenam Comites 290. Longobardorum regni finis 159. Loſſenſes Comites 291. Luneburgenſium Ducum origo 334.

Mantuæ Marchiones 387. Duces 397. 488. Marcana familia & Comites 363

Marchio.

c

Marchionatus S.R I.adScaldim 239. 294. Mechliniæ Domini 314.359.Medicææ familiæ ſtemma 397. 399. Mediolani Comites & Duces 378. 379. 440. Melunia familia 399. Merodia familia 419. 470. Monſbeliardi Comites 269. Montenſes ad Rhenum Comites & Duces 363. Montis Ferrati Marchiones & Duces 327. 397. 488. Morianiæ Domini in agro Tornacenſi 322. 355. Monſonienſes Comites 269. Mutinenſis Ducatus origo 449.

Naſſouiæ Comites 348. Nauarræ regnum ad Albretos deuoluitur 386. 391. Niniouiæ in Flandria Domini 314. 315. Niuernenſes Comites & Duces 254. Noyelle familia 479 Normannorum in Belgicam irruptio 171. 180. 201.

Oppiacenſis familia ; Ognies 465. Oſtfriſiæ ſeu Emdæ Comites 380. Oſtrogothorum origo & Reges 84. Othomanica familia 352.

Palatini Comites ad Rhenum 333. 334. 316. Palæologa familia 330. 381. 397. Parmæ Duces 430. S. Pauli Comites in Arteſia 264. 278. Perſici regni origo 387. Perueſij in Gallo-Brabantia toparchæ 307. Pipini Francorum Regis ſtemma 158. Pontiui Comites 264. Portugalliæ regni origo 249. eiuſdem vnio cum regno Caſtellæ 429. 430.

Rauennæ Exarchatus origo 118. Rauestenienſes toparchæ 364. Rentiaci in Arteſia Marchiones 381. Reuxij in Hannonia Comites 393 397. Riuekenſes Comites 296. Ruminiaci toparchæ 274.

Sabaudiæ Comites 344. Duces 430. 370. Salinarum Domini in Burgundia 254. Salmenſes Comites 294. 489. Saxoniæ Duces ex Anhaltina familia 335. ex Miſnienſi familia 275. 408. Siciliæ regni origo 316. Sluſæ in Flandria Domini 375. Sottegemij toparchæ 323. Soltani Comites 393. 441. Sueuiæ ſeu Almanniæ Duces 263. 285. Surfaniæ Comites 301.

Teneræmondæ in Flandria Domini 342. 362. Titulati proceres in Belgio 387. Thuringiæ Lantgrauij 308. Tornacenſes Caſtellani & Aduocati 322. 355. Trapezuntini Imperatores 330. Treuerorum Comites 287. Turcici Imperij origo, & illius gentis Imperatores 552.

Valentianenſes ad Scaldim Comites 236. 251. 298. Vaudemontani Comites 276. Veromanduorum Comitatus 325. Viandæ Comites in agro Luxeburgenſi 314. Vianæ Domini in Hollandia 414. Viennæ Delphinatus 361. Villana ſeu Gaudauia familia 260. 434. Vindocinenſis Ducatus origo 281. Virdunenſes Comites 231.

Waſiæ Domini 266. Waſſenaria familia in Hollandia 305. Welforum familia 334. VVeſtfalia & Angria datur Eccleſiæ Colonienſi 336. VViſegothorum origo & Reges 84.

Duces feudatarij in Belgio.

ARſchot 398. 392. Bournonuille 430. Croy 393. 367. 467. Havrech 393. 416. 426.

Principes feudatarij.

BArbanzon 388. Chimay 388. 393. Eſpinoy 400. 410. Gavre 388. 392. Ligne 402. Renay 388. Robecque 388. 497.

Marchiones feudatarij.

AIſeaux 453. Berges en Brab. 398. 470. 479. Deinſe 485. Lede 387. Liſbourg 387. Morbeque 464. 468. 497. Renty 398. 393. 416. Roubaix 429. Traſignies 468. Trelon 388. Vere 412. VVeſterlo 388.

Comites feudatarij.

S. ALdegonde 453. S. Amour 448. Anappes 388. Anholt 388. Arenberges 402.

Beaurieu 453. Beaurepair 465. 481. Bailleul 468. Beaumont 388. Berges au pays de Zutphen 388. Berlaimont 426. Boſſu 412. Bruay 455. Buren 387. Buquoy 429.

Cantectoy 408. Chaune 465. Coupigny 465. 484. Croix 388. Culembourg 412. 413.

Egmond 468. 486. Eſterres 464. Eſtrée 465. 482.

Falais 388. Faucquenberges 402. Fontaine 387. Freſin 453.

Gamerage 426. 487. Gennep 414. Giblou 388. Gomiecourt 388. Gomignies 468. Grimberges 388. Gronsfelt 388. Grouſbeque 388. 432.

Henuin 429. 412. 413. Here 388. Herlies 388. Hochſtrate 392. 398. Houtkercke 388.

Iſenghien 434. Lalain 388. Lerdam 388.

Marles 388. Maſtain 487. Meghem 388. Meurs 388. Middelburg en Flandres 465. 485. 470. Motterie 488. Mouſcron 388.

Noyelle 468. 470. 479. Oëlem 388. Pere 453. S. Pol 388.

Rechem 480. Renneburg 388. Reux 388. 393. 397.

Salme 296. 489. Senegé 402. Solre 441.

Taſſis 487. Thiant 388. Tilly 481. Verrain 388. Vianden 388.

VVacke 388. VValhain 398. VVarfuſé 388. VVillerval 465. VVatoüe 388. VVilcz 492.

Illuſtres ac nobiles in Belgio familia.

AA 314. 447. Abcoude 370. S. Aldegonde 453. Antoin. 399. 338. Artois 327. 338. Aremberge 405. 364. Arkel 380. Audenarde al. Pamele 355. Aueſnes 351.

Baden 481. Berlaimont 426. Beaumez 405. Batenburg. 344. Barbanzon 402. Beauſart 399. Berges S. Winox 404. Berchem 366. Berges en Brabant 398. au pays de Surphen 385. Bettout 314. Betune 342. Borſele 414. Boſſu 412. Blondel 410. Bologne 263. Bonchout 405. Bourgoigne 468. Bournonuille 430. Boutersſem 369. Brederode 414. Brimeu 415.

Candauene 264. Chaſtillon 278. Cleues 363. Cliteal. Comines 384. 404. Cranendonck 357. Crequy 409. 410. Croy 393. 416. 441. Culenbourg 412 401. Cuyck 357. Coucy 345. 348. 355. 405.

Dampierte 350. Dieſt 404. Duraz 391. Duuenvoirde 360. 361. 359.

Egmond 304. Enghien 322.

Fiennes 304. Floion 426. Fontaine 487.

Gand. 434. Gavre 388. 453. Giſtelles 288. Glimes 314. 369. 379. Gomignies 329. Grimberges 314. Groeſbeque 432.

Hamale 468. Hennin 412. Halevvin 384. Heerenberg 388. Hollande 242. 251. Honſcote 335. Hornes 380.

Iauche al. Iaſſe 434. 341. Immerſele al. Lire 360. 405. 366.

Lancaſtre 380. Landas 355. Lalain 381. Leck 366. 483. 405. Lichtervelde 360. Lens 263. Lidekercke 434. Ligne 402. Lezignem 365. Linden 480. Limbourg 289. Lille 279 Los 291. Lire 405. Louain 209. Longueual 429. Luxembourg 475.

Maldegem 470. Marck 462. Meghem 415. 393. Melun 399. Merode 419. 485. Meruvve 405. Montfort 485. Montmirel 405. Montmorency 482. Mortaigne 355.

Naldevvijck. 402. Namur. 315. 245. Naſſou 348. Neſle 329. Neuele... Noyelle 468. 479.

Ognies 465. S. Omer 405. 464. Oiſy 405. Oiſelay 409. Oſtfriſe 380. 436.

Pallant 413. Pamele 355. Perrenot 408. Peruez. 419. S. Pol. 264. Polanen 483. 366. Pipenpoy. Piqneny 344.

Raſſegem 394. Renty 381. 394. 416. 398. Roubaix 429. Reux 393. Riuiere 360. Roſſem 411. Rubemprè 468. 410. Roucy. 207. Rumigny 274. Rye 487.

Salme 296. 489. Sheerenberghe 388. Silly 468. Spinola 455. Sottegem. 304.

Tenremonde 329. 342. Tollinx 405. Tournay 335. Traſignies 338. 468. Trelon. 388. Trir 326. Tſerclaes 481.

Vianen 414. Viande 314. 356. Villain 434. Vorne...

Walcourt... Walaincourt 329. Waſſenate 405. Werchin... Weſemale 357. 382. 369. Walhain 398. Wavrin....

Canonicorum collegia Belgica, quorum hic fit mentio.

Alcurienſe in Gallo-Brabantia 133. 266. Aloſtanum 272. Anderlechtenſe 255. Antuerpienſe 301. 313. Aquiſgranenſe B. Mariæ 157. S. Adelberti 258. Amersfurtenſe 343. Arnhemienſe 303. 262. Arienſe 197. Arſchotanum 393. Attrebatenſe 136. Audomarenſe 131. 138. 415. 421.

Betunienſe 268. Binchienſe 244. Bonnenſe 53. Bergizomenſe 379. 316. Bredanum.. Brugenſe S. Donatiani 229. S. Mariæ 299. 142. Bolonienſe 421.

Bruxellenſe maius 266. 273. minus 336.

Cameracenſe B. Mariæ 263. S. Gaugerici 130. Caſſletenſe S. Petri 293. Condatenſe... Colonienſe S. Cuniberti 144. Colchenſe 383.

Dauentrienſe 282. 415. Duacenſe S. Amati 140. Diſtenſe 343. Duretienſe 410. Eichenſe 150. Egmondanum 380. Eindouienſe 370.

Florinenſe S. Joannis 255. Foſſenſe 136.

Gandenſe S. Bauonis 400. 415. Gelenſe 419. Gorcomienſe 366. Groningenſe 415. Gertrudibergenſe 133.

Halrerenſe 272. Harlebecanū 286 Harlemenſe 415. Hochſtratanum 381. Huienſe 287. Hugardienſe 147.

Inſulenſe 287. Iprenſe 305. 415. Iſelſtenienſe 370. Ivodienſe 265. 421.

Lenſenſe 262. 289. 307. Leodicenſe S. Lamberti 136. S. Martini 230. S. Pauli 234. S. Petri 147. 217. S. Crucis 240. S. Ioannis 240. 248. S. Bartholomæi 256. Laubienſe 244. Lilerienſe 269. Lineyenſe 270. Leonardienſe 415. Liranum.... Louanienſe S. Petri 222. S. Iacobi 133.

S. Martini in aggere apud Zelandos 370. Maſeikenſe 150. Mechlinienſe 159. 250. Melbodienſe 136. Meſſinenſe 197. 284. Middelburgenſe 415. Montenſe in Hannonia 136.

Nal-

Naldeuicenſe 356. Namurcenſe S. Albani 245. Naneeianum 135. Niuellenſe 134. 247.

Oldeſalienſe 225. Oſnaburgenſe 153.

S. Pauli in Arteſia 278. Peronenſe 136.

Rotnacenſe 133. 147. 187. Remenſe 82. Ruræmondenſe 186. 415. Rodanum S. Odæ, in Campinia 306. Roſſemienſe 411.

Sanctenſe 53. Siluiducenſe 415. Sonegienſe 140. Sulatenſe 133.

Taruanenſe 421. Tilenſe 262. Teneræmondanum 310. Thenenſe. 308. Thorenſe 221. Torholtanum 293. 175. Tornacenſe 119. 171. Traiectenſe S. Seruatij. 71. Turnhoutanum 370.

Valentinianenſe. 327. Veſontinum 54. Vizeliacũ 192. Viſetenſe 359. Vilicenſe 301. Vltraiectinum S. Martini 186. 261. S. Saluatoris 156. 176. 282 S. Mariæ 306. S. Petri 282. S. Ioannis Bapt. 282. 244. Werdenſe 146.

Canonicarum nobilium virginum collegia.

ANdennenſe 140. 145. 306. Beliſienſe 199. Melbodienſe 39. Montenſe 140. Munſterienſe 133. Niuellenſe 133. 134. 137. 285. Suſterenſe 147. Thorenſe in diœc. Leodicenſi 221. 247.

Benedictinorum monachorum cœnobia.

AGaunum 101. Affligemium 297. 89. Alciacum 135 293. Aldeburgum 298. Altus-Mons 140. 142. S. Amandi Aquicinctum 295. S. Arnulfi Metenſe 277. Andrenſe 298. Attiniacum 191 Augia 256.

Baſſionenſe in Burg.... Bella-Vallis in Loth. ... S. Bauonis olim S. Bertini 135. 145. Blandinienſe 223. Blangiacum 141. Bornhemium 225. Bronium 226. 210. Brittania 155. Bullonium 300. 238. 288. Brugenſe S. Andreæ 306. 326.

Cameracenſe S. Sepulchri 286. 294. Cameraceſienſe S. Andreæ 265. 294. Caroſenſe 298. Capellenſis Cella in vrbe Bruxellenſi... S. Claudij 145. Cluniacum... Colonienſe S. Pantaleonis 233. Corbeia Gallica 159. 171. Saxonica 172.

S. Dionyſij in Francia 174. S. Dionyſij prope Montes Hannoniæ 209. 296.

Egmonda 242. Einhamum 265. 286. Epternacum 145. 146. 151. 251.

Fliderbeca 222. Fulda 153. Florinenſe S. Gingulfi 235.

Gemblacum 212. S. Giſleni 259. 265. Gerardi-montenſe mon. 287. 296. Gorzienſe,.....

Hamenſe 298. Haſnonium 288. 298 Haſpra 169. S Huberti in Arduenna 149. Indenſe S. Cornelij 187. S. Joannis in monte prope Taruanam 143.

Lacenſe 99. Laubium 144. 145. Latiniacum olim 136. Laurishamum olim. 157. 163. Leodicenſe S. Laurentij.... S. Iacobi 258.

Marchianæ 134. 145. 195. 6 . Malmundarium 135. Maricolæ 140. 265. Metenſe S. Arnulfi 219. Metenſe S. Martini 135. S. Vincentij 135. S Petri 238. Moſomenſe mon. 241. S. Michaëlis in d. Virdunenſi 141. Munſterienſe in vrbe Luxeburgenſi 232. 297.

Oſt-brouca 312.

Pariſienſe S. Martini 285. Prumiẽſe 164.

Ribodimontenſe mon. 298. 300.

Saleſeldia 263. S. Salucij 166. Sarhanacũ 301. Sigeberga 294 Solemniacum Staurienſe 174. Selingeſtadium 169. Stabuletum 135.

Tornacenſe S. Martini 299. Trudonenſe 142. 144. Treuerenſe S. Maximini 57. S. Matthæi 208.

Valentinianenſe S. Mariæ maioris 288. S. Vedaſti 143. Vltraiectinum S. Pauli 221. 282.

Walciodorum 234. Werda Cæſaris 146. S. Willibrordi Epternacenſe 231. Winnocibergenſe 144. 148. 262.

Abbatiæ monialium Benedictinarum.

AVeſna 306.

Bigardia maior 222. minor 337. Bambergenſe monaſterium 231. 251. Borburgum 284. Cortenberga 222. Foreſtum 298. 267.

Giſtellenſe S. Godeleuæ mon. in Flandria 288. Guiſlengemium .. Horreum Treueris 145. Merckem 305. Meſſinenſe monaſterium 284. 295. Strumenſe 298.

Abbatiæ monachorum Ordinis Ciſtertienſis.

AVrea-Vallis 290. S. Bernardi prope Antuerpiam 307. 337.

Bellum Pratum in Lotharingia 273. Bodeloa 328.

Campus Vetus prope Rhenobercam 312. Ceruicampus 278. Ciſtertium 248. 305. 311. Clara-Vallis 311. Claromariſcus 319. Clarus locus in Loth. 274. Dunæ 310

Fir

Firmitas 311. Frigidus Mons 331. Furſtenveldia 344.
Grande Pratum 246.
Laus prope Inſulam....
Mons vetus *al.* Aldenberga 364. Morimundus 311.
Pontiniacum 311.
Sultzbruna. 274.
Thoſa in Flandria 324.
Vallis S Lamberti, ad Moſam 329. Vallis Dei, in agro Limburgenſi 333.

Abbatiæ monialium ordinis Ciſtertienſis.

ANetum ſeu Braëlla in Arteſia 328. Argentonum 337. Aula Dei, in Friſia 337.
Bellum Pratum ad Teneram fl. prope Geraldi-montem 336. Bellum Pratum in Lotharingia 273.
Camera prope Bruxellam 308. Clarus-locus prope Nanceium 274. Clarus-fons 332.
Fons B.Mariæ 337. Flinæ 337.
Herkenroda 291.
Lilium 355. Loſdunum 344.
Marquetta 338.
Poreetum 261.
Refugium B.Mariæ, Athi 337 Roberti-Mons 290. Rotthem 337. Ruræmondenſe cœnobium 303.335.
Stulzbrunenſe mon 274. Suiueca. 335.
Tifferdinga 337.
Vallis Comitis prope Goeh 303.343. Vallis Ducis. 308. Vallis Roſarum 336.

Canonicorum regularium cœnobia.

S. ÆGidij extra Leodicum 222.312. Aquæ curræ 306. Aroaſia 305. S. Auberti Cameracenſe monaſterium 287.294.
Bellingemium 322. Bornhemium olim 252.306. Bruxellenſe S. Iacobi monaſterium 328.
Cantipratum 322.335. Carnurenſe S. Ioannis in Valle 294. Ciſonium 175. Choquenſe mon. 106.
Euerſamum 249.
Falempinum 268.280. Flona 295. Formileſenſe 288.
Gronendalia 355.
Henniacum 312.368. Huienſe S.Sepulcri mon. 311.
Loenſe cœnobium in diœceſi Iprenſi 300.305. Louanienſe S.Gertrudis 330.
Mons S Eligij 305.294.
S.Nicolai de Pratis in vrbe Tornacenſi 313.
Quercetum in vrbe Brugenſi 143.
Riuouilla... Roda Ducis 290.
Valentianenſe mon. S.Ioannis 310. Vallis Viridis 355.
Warneſtonenſe mon. 313. Watenæ 198.

Præmonſtratenſis ordinis cœnobia.

AVerbodium 291. S. Auguſtini prope Taruanam....
Bellus Reditus 312. Berna 243.307.
Capenberga 312.
Floreffia. 245.312. S. Foillani in Hannonia 313. Furnenſe S. Nicolai 312.
Grimberga 163.
Herlaimont 338. Hortus B. Mariæ in Friſia 321.
Ilmſtadium 313. Inſula B. Mariæ 243.
Lauriſhamum.
S. Michaelis Antuerpiæ 313. Middelburgenſe cœnobium 243. Mortanienſe mon. 215.319.355.
Niniuenſe mon. 314.
Parcum 222. Præmonſtratum 312.
Truncinium 133.267.
Viconia 313. Vorlaria 313.

Dominicanorum monaſteria Belgica.

BRugenſe 337.
Inſulenſe 280.
Louanienſe 343.
Nanceianum 274.
Tullenſe 274.
Valentianenſe 335.

Dominicanarum virginum monaſteria.

AVdergemium 343.
Bellomontanum in vrbe Valentianenſi 332.

Franciſcanorum monaſteria.

DAuentrienſe 303.
Hardervicenſe 203.
Nanceianum 275.

Clariſſarum monaſteria.

BRuxellenſe 361.
Muſſipontanum 275. De reliquis horum & aliorum monaſteriis Origines noſtras Monaſticas conſule.

Augu-

Auguſtinianorum eremitarum monaſteria in Belgio.

BRugenſe in Flandria 346. Haſletenſe 291. 349.

Carmelitarum monaſteria.

ALoſtanum 453. Gelrenſe 303. Harlemenſe in Hollandia 341.

Cartuſianorum monaſteria.

AMſtelodamenſe 370. Arnhemienſe 303. Herinenſe prope Angiam 322. Ruræmondenſe in Gelria 303. Vltraiectinum 370.

Trinitariorum monaſterium

Honſchotanum 336.

Cæleſtinorum

Herverleenſe prope Louanium 393.

Beguinagia Belgica 324. 359.

BRedanum in Brabantia 341. Brugenſe in Flandria 341. Diſtenſe in Brabantia 343. Loſſenſe in ditione Leodicenſi 291.

Ordines monaſtici & aliæ Congregationes religioſæ.

ANnuntiatarum virginum ordo à Ioanna Franciæ Regina inſtitutus 489. Annuntiatarum cæleſtium ſeu Genuenſium 466. S. Antonij 61. S. Auguſtini 59. Aroaſienſis Canonicorum regularium Congregatio 305.

Barnabitarum 398. S. Baſilij 63. 65. 69. S. Benedicti 111. Begginarum ſeu Beguinarum 324. 356. S. Birgittæ 364.

Cæleſtinorum ordo 349. Carmelitarum 435. Carruſianorum 298. Ciſtertienſium 305. Clariſſarum 542. Cluniacenſium 207. B. Coletæ Congregatio 207.

S. Dominici ſeu Prædicatorum ordo 333. 335.

S. Franciſci ſeu Minorum 335. 336. S. Franciſci de Paula ſeu Minimorum 390. Fratrum vitæ communis 368. Fulienſis Congregatio 452.

Guilielmitarum 318. 320.

S Hieronymi 376. Humiliarorum 324.

Iacobinorum ſeu Dominicanorum 333. 335.

Minimorum 390. Miniſtrantium infirmis 409. 442.

Oratorij Congregatio preſbyterorum in Italia 447. in Gallia 463. in Belgio 482. 486.

S. Pauli clericorum regularium 398. S. Pauli primi eremitæ 57. Prædicatorum ordo 333. Præmonſtratenſis ordo 312.

Societatis Ieſu 387.

Theatinorum 395. 411. Tereſianarum ſeu Carmelitanarum diſcalceatarum monialium 475.

Vallis Vmbroſæ ordo 293. Viſitationis B. Mariæ 463. Vrſulinarum virginum 464. Windeſimenſis Congregatio Canonicorum regularium in Germania inferiore & ſuperiore 369.

Sanctitatis opinione vitaq; integritate clari in Belgio, viciniſq; prouinciis.

ABel Epiſcopus Remenſis quieſcit Binchij in Hannonia *pag.* 145. 152. Adalardus ſeu Adelhardus Abbas Corbeienſis 159. 171. Adalgiſus preſbyter Hibernus 137. Adriani martyris reliquiæ in Geraldi-monte 310. Adrianus Internuntius S. Landoaldi 240. Ægidius Abbas 104. Agritius ſeu Agrœtius Ep. Treuerenſis 51. Aia vxor S. Hildulfi, Montibus Hannoniæ 145.

Albertus Ep. Leodicenſis 327. Albertus Patriarcha Jeroſolymitanus 330. Albertus Magnus Ep. Ratiſponenſis 343. 346. Aldegundis Abbatiſſa Melbodienſis 139. Aldetrudis Abbatiſſa Melbodienſis 136. 139. Amandus Ep. Tungrenſis ſeu Traiectenſis 132. 133. 134. 138. Amantius diaconus S. Landoaldi 240. Amatus Ep. Senonenſis, Duaci 136. 140. 141. 142. Ambroſius Ep. Mediolanenſis agit Treueris 72. 73. Amelberga virgo 159. Amelberga vidua, S. Gudilæ mater 145. Amoluinus Abbas Laubienſis 145. Anna de Ieſu 457. 479. Anna de S. Bartholomæo 457. S. Anno Ep. Colonienſis 283. 294. Anſbertus Ep. Rotomagenſis exul in Hannonia 141. 142. Anſcharius Epiſc. Hamburgenſis & Bremenſis 175.

Arnulfus Ep. Sueſſionenſis 245. 298. Arnulfus Ep. Metenſis 130. 131. 158. Athanaſius Ep. Alexandrinus, exul Treueris 57. 66. Autbodus confeſſor 137. Audoënus Ep. Rotomagenſis 134. Audomarus Ep. Taruanenſis 131. 134. 136. 137. 138. Aubertus Ep. Cameracenſis & Atrebatenſis 136. 137.

Badilo Abbas, Lutoſæ 192. Bainus Ep.

Morinenſis 144. 145. Bauo Gandenſium patronus 133 Begga Abbatiſſa & fundatrix Audennenſis 145.158. Bernardus Abbas 135.137.138.144.145. Bertuinus fundator Malonienſis 137. Birgitta Sueca 364. Bonifacius Ep. Mogunt. & Vltraiect. 146. 148.152.153. moritur 156. Bruno Ep. Colonienſis 216. 24. Bruno fundator Cartuſianorum 298.

Cæleſtini Papæ reliquiæ Rotnaci 187. Carolus Magnus Imp 138.168.321. Caſſius & Florentius martyres, apud Veronam Friſiæ aut Bonnam 47. Chryſolius Ep. & martyr, Tornaei 49. Claudius Ep. Veſontinus 145. Clodulfus Ep Metenſis 158.

Coleta virgo & monlalis Gandaui 379. Columbanus Abbas Hibernus 116. 127. Cornelij Papæ reliquiæ, Rotnaci 187. Crotildis Regina Francorum 101. Cunegundis Imperatrix, Sigefridi I. Comitis Luxeburgenſis filia 231. 251. Cunibertus Epiſc. Colonienſis 131. Cypriani Epiſcopi Carthaginienſis reliquiæ, Rotnaci 187. Dentlinus, Reſæ in Cliuia patronus 136. Dionyſius Ep. Pariſienſis 40. Domitianus Ep. Tungrenſis ſeu Traiectenſis 110. Donatianus Ep. Remenſis, Brugenſium patronus 197.

Eduardus Angliæ Rex 286. Eleutherius Ep. Tornacenſis 100. Eligius Ep. Nuuiom. & Tornacenſis 134. 135. 137. Eliſabetha filia Regis Hungariæ 505. Eloquius Abbas 137. Engelbertus Ep. Colonienſis. Erminus Ep. & Abbas Laubienſis 145.150. Erquenbodo ſeu Erkembodus Ep. Taruanenſis 146.159 Eucherius Ep. Aurelianenſis 148. 154. Eucherius Ep. Lugdunenſis 90. 150. Euerardus Comes fundator Ciſonij 175. Euergiſlus Ep. Colonienſis, patria Tungrenſis 75. 78. 88 eſt alius ab Ebregiſo Ep. Tungrenſi, de quo pag. 129.131. 226. Euphronius Ep. Turonenſis 118. Euſebia Abbatiſſa 137. Evvaldi martyres, Coloniæ 144.

Floribertus Ep. Leodicenſis 154. Foillanus Ep. & martyr 136. Folquinus ſeu Fulcuinus Ep. Morinorum 179.183.252. Franciſcus Tirelmannus 411. Fredericus martyr & Ep. Vltraiectinus 174. Zelandorum Apoſtolus 176. Furſeus Abbas 136. Fuſcianus Apoſtolus Morinorum 49.

Gangulphus ſeu Gengulfus martyr 156. Gaugericus Ep. Camer. & Atrebatenſis 121.130. Genoueſa virgo 101.130. Gerardus Ep. Tullenſis 177. Gerardus Ab. & fundator Bioninſis 225.226. Gereon & ſocij martyres apud Coloniam Agrippinam 47. Germanus Ep. Autiſiodorenſis 90. Germanus Ep. Pariſienſis 110. 119. Gertrudis Abbatiſſa Niuellenſis 134. 137. Giſlenus Abbas & fundator Cellæ 136. Godeliua martyr, Giſtellæ in Flandria 288. Gondulfus Ep. Traiectenſis 125. 126. Gregorius Ep. Turonenſis 118. Gregorius II. Papa 147. Grimbaldus Abbas Wintonienſis 206. Gudila virgo Bruxellenſium patrona 146. Guibertus ſeu Gilbertus Comes & fundator Gemblaci 310. Guido confeſſor, Anderlaci propè Bruxellam 255. Guilielmus Dux Aquitaniæ 318. 320. Guntramnus Rex Burgundiæ 103.

Helena Imperatrix 53. Henricus Imp. 250. 251.255. moritur 261. Heribertus Ep. Colonienſis 256. moritur 261. Hermetis martyris reliquiæ, Rotnaci 187. Hilarius Ep. Pictauienſis 60. 62. Hildulfus Dux Laubienſis 145. Hilduardus Ep. Teneræmondæ 155 Hubertus Ep. Leodicenſis 144. 146.153.171. Hugo Ep. Rotomagenſis 168. Humbertus Epiſcopus 140. Hunfridus Ep. Taruanenſis 183. 188.

Ioannes Berchmannus Soc. Ieſu 479. Ioſcio Rolens monachus Bertinianus 321. Ireneus Epiſcopus Lugdunenſis 33. 35. Irmina virgo, Dagoberti Fr. Regis filia 145.

Lambertus Ep. Leodicenſis 136. 144. Landelinus Abbas Criſpinenſis 136. Landoaldus Archipreſbyter 240. Landrada virgo Beliſienſis 199. 240. Landricus Ep. Meldenſis quieſcit Sonegijs in Hannonia 136. Leo IX. Papa 273. 276. moritur 282. Leodegarius Ep. Auguſtodunenſis, martyr in Arteſia 140. 142. 143. Liduina Schidamenſis virgo 378. Liuinus martyr, Gandenſium patronus 132. ex vico Holtem transfertur Gandauum 251. Ludgerus Ep. Monaſterienſis 171. Ludouicus Rex Galliæ 342. Lupicinus Abbas Iurenſis 100. Lupus Ep. Tricaſſinus 91.

Macarius Ep. Antiochenus, Gandaui 313. Magorum trium corpora, Coloniæ 321. Madelberta Abbatiſſa Melbodienſis 136. Mamertus Ep. Viennenſis 120. Marcellini & Petri martyrum reliquiæ in Haſnonio 173. Mariæ Magdalenæ reliquiæ Lutolæ in Hannonia 192. Martinus Ep. Turonenſis 67. 78. Mauritius & ſocij martyres 49. Mauroncus patronus vrbis Duacenſis 140. Maximinus Ep. Treuerenſis 57. Megengoſus Comes 302. Mommolenus ſeu Mummolennus Epiſcopus Nouiomenſis ac Tornacenſis 138.

Monul.

Monulfus Ep. Traiectenſis 72. 125.

Nicaſius Ep. Remenſis 80. Nicetius Ep. Treuerenſis 112. 113. Nicetius Ep. Veſontinus 127. Norbertus fundator ord. Præmonſtratenſis 312.

Oda virgo Rodæ in Campinia 306. Oda vidua, Ammanij ad Moſam 146. Odulfus preſbyter Vltraiectenſis 174.

Palmatius, Tyrſus & alij SS. Treueris 292. Pantaleon martyr... Patritius Ep. & Apoſtolus Hibernorum 99. Paulinus Ep. Treuerenſis 292. Perpetuus Ep. Traiectenſis 1 6. 127. Petrus de Luxemburgo patronus vrbis Auenionenſis 332. 368. Philibertus Abbas Gemeticenſis 141. Piatnus martyr Tornaci 49. Poppo Abbas Stabulenſis 153.

Quintinus & ſocij martyres 49.

Radbodus Ep. Vltraiectenſis 210. Ragenufla ſeu Reginulfa virgo, in Gallo-Brabantia 133. Raineldis virgo & martyr, ſoror S Gudilæ 139. Remaclus Ep. Traiectenſis ad Moſá 138. Rembertus Ep. Bremenſis & Hamburgenſis, Danorum Apoſtolus 175. 202. Remigius Ep. Remenſis 99. 106. 110. Remedius Ep. Rotomagenſis Car. Martelli F. 151. Richardus Rex Angliæ 149. Rigobertus Ep. Remenſis 148. Rictrudis Marchianenſis 133. 134. 137. 145. Robertus fundator ord. Ciſtertienſis 305. Romanus Abbas Jurenſis 100. Rumoldus patronus Mechliniæ 159.

Saluius Martyr prope Valentinianas 166. Seruatius Ep. Tungrenſis 57. 71. 72. Seuerinus Ep. Colonienſis viſitat Tungros 75. 78. Sigebertus Rex Auſtraſiæ 124. 135. Sigiſmundus Rex Burgundiæ 105. Simeon monachus Treueris 285. Superius martyr prope Valentinianas 166. Suitbertus Epiſcopus S. Willibrordi ſocius 143. 146. 147. in Diuos refertur. 165.

Theodardus martyr & Ep. Traiectenſis 136. Theodulfus Ep. Laubiis 145. 151. Thomas Aquinas 345. Thomas Ep. Cantuarienſis 321. 324. Trudo confeſſor 142.

Vedaſtus Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis 99. 110. 136. 143.

Veronus confeſſor, Lembecæ prope Hallas in Hannonia 236. Victor & ſocij martyres apud Coloniam Traianam & Vetera caſtra 47. Victoricus martyr cum Fuſciano apud Ambianos 49. Victricius Ep. Rotomagenſis Apoſtolus Morinorum & Neruicanorum 75. Vincentius Comes in Hannonia 136. Vindicianus Ep. Cameracẽſis 138. 140. 144. Vlgiſus Ep. & Abbas Laublenſis 145. Vltanus Abbas Foſſenſis 136. Vrſmarus Ep. & Abbas Laubienſis 147. 172. Vrſula cum ſodalibus 72. Vulframnus Ep. Senonenſis, Friſiorum Apoſtolus 14?. 145.

Walburgis virgo 149. Waldetrudis Abbatiſſa Montenſis in Hannonia 136. 140. Wandregiſilus Abbas Fontanellenſis 139. Wernerus martyr, à Iudæis occiſus 347. Wigbertus confeſſor Fritiſlariæ 174. Wiho Friſius Ep. Oſnaburgenſis 166. Willibaldus Ep. Eiſtadienſis 149. 152. VVilfridus Friſiorum Apoſtolus 146. VVilleicus preſbyter VVerdenſis 149. VVillibrordus Ep. Vltraiectinus, Friſiorum Apoſtolus 134. 144. 145. 146. 149. 150. VVinocus confeſſor 144. 348. VVinibaldus preſbyter 149. VViro Epiſcopus 186. Wiuina fundatrix Bigardiæ maioris 222.

Scriptores Eccleſiaſtici.

ADrianus VI. Papa 391. 394. Albertus Pighius 401. Alb. Magnus 343. 346. Alcimus Auitus Ep. Viennenſis 99. Alcuinus 149. Alfonſus Salmeronius 445. Amalarius Ep. Treuerenſis 168. 169. Ambroſius Ep. Mediolanenſis 65. moritur 77. Anaſtaſius Bibliothecarius 195. Anatolius Ep. Leodicenus 45. Anſegiſus Abbas Laubienſis 173. Antonius Auguſtinus 438. Anſelmus Cantuarienſis 310. Anſelmus Epiſc. Apollonius Lucenſis .., Senator Romanus 33. Aquila Ponticus 28. Arnobius Afer 54. S. Athanaſius 56. 66. Athenagoras 32. S. Auguſtinus Ep. Hipponenſis 59. 73. 75. 76. 77. moritur 87.

Baſilius Magnus 63. 65. 69. Benedictus Arias Montanus 449. S. Bernardus 299. Boëtius Seuerinus 103. S. Bonauentura 346. Bonifacius Ep. Moguntinus 146. 156.

S. Cæſarius Ep. Arelatenſis ſcripſit Regulam monaſticam 117. Claudianus Mamertus 90. Codex Canonum 162. Cornelius Ianſenius 420. 427. S. Cyprianus Ep. Carthaginienſis 39. 40. 41. S. Cyrillus Alexandrinus 87.

Damaſus Papa 447. Didymus Alexandrinus 76. Dionyſius Cartuſianus 383. Durandus Ep. Leodicenſis 259. 281.

Edmundus Cantuarienſis... Emanuel Sa 445. Epiphanius 67. 76. 95. Eucherius Ep. Lugdunenſis 94.

Facundus Ep. Herminianenſis 115. Franciſcus Titelmanaus 411. Franciſcus Sonnius 420. 427. Franc. Toletus 445. Fulgentius Ep. Ruſpenſis 100. 108.

S. Gregorios Nazianzenus 70. S. Gregorius Niſſeous 64. Greg. Thaumaturgus 42. Guilielmus Lindanus 418.

Halirgarins Ep. Cameracenſis 573. Henricus Sedulius 479. S. Hieronymus 75. 76. S. Hilarius Pictauienſis 61. 62. Hincmarus Ep. Remenſis 178. moritur 200. Hucbaldus Elnooenſis 197. moritur 216.

Iacobus Pamelius 438. S. Ignatius Ep. Antiochenus 25. 27. Ioannes Becanus 483. Io. Caſſianus 88. Io. Chryſoſtomus 74. S. Joannes Euangeliſta 25. Io. Eckius 401. Io. Heſſelius 420. Io. Malderus 463. Io. Roffenſis 399. Io. Ruſbrochius 368. Ireneus Ep. Lugdunenſis 32. 33. 35. Iſidorus Ep. Hiſpalenſis 131. Iuliaous Pomerius 170. Iulianus Toletanus 170. Ivo Carnorenſis 299. Iuſtinus martyr 29. 31. Iuvencus poëta 54.

Lactantius 54. Læuinus Torrentius 427. 447. Lanfrancus Ep. Cantuarienſis 300. Leonardus Leſſius 482. Mamertus Ep. Viennenſis 90. Marculphus 321. Mart. Nauarrus 438 Meliro Ep. Sardenſis 32. Milo Elnonenſis 196. Minutius Felix 35.

Nicolaus Cuſanus 382.

Odo Abbas Tornacenſis 299. Origenes 35. 37. 41.

Pantænus 33. S. Paulinus Nolanus 76. 88. 447. Petrus Alliacus Ep. Cameracenſis 373. Petrus Chryſologus 88. Petrus Caniſius 420. Petrus Damiani 293. Petrus Lumbardos Ep. Pariſienſis 321. Proſper Aquitanus 88. Prudentios 79.

Rabanus Maurus 172. Radulfus Riuius 369. Ratherius Ep. Leodicenſis 226. Ropertus Tuitienſis Abbas 310. Rob. Bellarminus 479.

Saloianus Maſſilienſis 88. 89 Sid. Apollinaris 97. Siluester II. Papa 236.

Tertullianus 34. 36. Theodulfus Ep. Aurelianenſis 164. Theophilus Alexandrinus 71. Theoduinus Ep. Leodicenſis 281. Thomas Kempenſis 378. 383. Thom. Morus 399.

Viocentius Lerinenſis 88.

Hiſtorici & Chronographi.

ADo Viennenſis 177. Æneas Siluius 382. Albertus Crantzius 390. Alb. Stadenſis 407. Albericus monachus 200. Alexandrinum Chronicon 59. Amm. Marcellious 59. 69. Anaſtaſius Bibliothecarius 193. Annales à Pithæo editi 151. Anſelmus Gemblacenſis 310. 318. Antonius de Lalain 390. Ant. Poſſevinus 433. 464. Atheoæus 31. Auſooius 88.

Balduinus de Aueſnis 348. Baldericus Chronographus Camer. 294. 311. Barth. Platina 383. 385. Beda 150. Barth. Facius 382. Bertoldus Conſtantienſis 256. 306.

Cenſorinos 38. Caſſiodorus 104. 115. Cæſar Baronius 11. 41. 45. 416. 458. Chriſt. Maſſæus 400. Claudianus 77. 78. Conradus Vrſpergeoſis 333. 337. Coro. Tacitus 15. 16. 21. 22. 23. 26. 45. Curtius 18. Curopalates 295. Diooyſius Exiguus 10. 106. Dio Caſſius Nicæus 20. Ditmarus Ep. Merſeburgenſis 259. Dodechinus 320. 328 Domnizo 294.

Ed. Dinterus 380. Egiohartus 169. Eunapius 77. Euſebius Cæſarienſis 55.

Flauius Blondus 379. 382. Franciſcus Guicciardinus 389. Florentius Haræus 520. Franciſcus Haræus 503. Fr. Petrarcha 355. Frodoardus vel Flodoardus 210. 218. 223. Fulcuinus Laubienſis 244.

Georgius Caſtellanus 371. 381. Gildas Sapiens 91. Glaber Rodolfus 272. Geofridus de Villa Harduini 329 Godefridus Viterbieoſis 326. 407. Greg. Turonenſis 118. 123. Guil. Armoricus 331. Guilielmus Bibliothecarius 194. Guil. Nangiacus 348. Guil. Andrenſis Abbas 336. Guil. Heda 396. Guil. Tyrius 325. 326. Guntherus 329. Helinandus 331. Herm. Contractus 256. 259. 281. Henr. Gandauenſis 76. S. Hieronymus 69. 76 Hier. Coneſtagius 431. Hildefonſus Toletanos 76. Hier. Oſorius 431. S. Hippolytus Ep. Portuenſis 37. Honorius Auguſtodunenſis 76.

Jacobus Gulſius 370. Iac. Meierus 409. Iac Philippus Bergomas 392. 490. Iac. Vitriacus 335. Idatius 59. 69. 70. 87. 96. Ioan. Brando Dunenſis 373. Io. Curopalates 283. 295. Io. Cochlæus 419. Io. Xiphilinus 20. Io. Fayus 385. Io. Froiſſardus 371. Io. Hocſemios 361. Io. Iperius 354. Io. Mandevillios 365. Io. Iooianus Pontanus 382. Io. Molinetus 371. Io. Molanus 437. Io. Monſtreletus 371. Io. Leſlæus 448 Io. Naudeclerus 389. Io. Pariſius 335. 358. Io. Trithemius 386. Io. Stabulanus 380. Io. Zonaras 312. 330. Io. Villaneus 361. Ioſephus Iudæus 716. 21. 25. Iſidorus Hiſpalenſis 76. 131. Itioerarium Antonini 69. Itineraria tabola Peutingeriana 69. 406. Iulius Africanus 37. Iul. Cæſar 1. & ſeqq.

Lambertus Parvus 372. Lamb. Scafnabur-

naburgenſis.284. 294. Lamb. Watrelo-ſius 318. Laonicus Chalcondylas 382. Laur. Surius 389. Leo Oſtienſis 310. Leuoldus Northovius 364. Luitprandus Ticinenſis 226. 229. Lupoldus Bebenburgius 407. Lud. Guicciardinus 439.

Manilius poëta 78. Marcellinus Cômes 69. 70.110.116. M. Antonius Sabellicus 390. Marianus Scottus 285.296. Marinus Barlerius 383. Mart. Polonus 407. Mart. Antonius Delrius 428. 458. Matſilius Patauinus 307. Matth. Palmerius 486. Matth. Pariſius 342. Matth. Villaneus 361.

Nicephorus Gregoras 330.360. Nicetas Choniates 312. 330. Notitia Imperij vtriuſque 89. Notitia Prouinciarum & Ciuitatum Galliæ 83.

Olympiodorus 80. 85. Onuphrius Panvinius 11. 45. 383. 422. Otho Friſingenſis 321. Pap. Maſſonus 464.

M. Paulus Venetus 345 Paul. Æmilius 387. Petrus Satnenſis 335. Paul. Diaconus 168. Philoſtratus 24. 26. Paul. Iouius 389. Platina 383. Plinius ſenior 23. iunior .26 Paul. Oroſius 82. Plutarchus 26. 27. Pontus Heuterus 420. 359. Præfectorum Vrbis Catalogus 40. 59. Ptolemeus 29. Ph. Cominæus 371. 383. 391. Procopius 105. Proſper Aquitanus 59. 70. 93. 95. Prudentius 79.

Rad. Friſingenſis 321. Rhegino Prumienſis 270. Rigordus 335. Robertus Abbas montis S Michaëlis 331.311. 324. Rob. Gaguinus 389. Rob. Autiſiodorenſis 331. Rodericus Toletanus 333. 341. Rogerius Houedenus 328. Rutilius Numatianus 82.

Saxo Grammatieus 328 Seuerus Sulpitius 78. Sex. Aurelius Victor 62. 65. 77. Sigebertus Gemblacenſis 69. 70. 109. 310. Siffridus preſbyter 331. Suffridus Petrus 449.

Theodoretus 87.

Vbertus Folieta 433. Velleius Paterculus 15. Venant. Fortunatus 115 Victorius 59. 94. Victor Tununenſis 116. Vinc. Bellouacenſis 341. Vſuardus 169.

Wernerus Roleuincus 387.

Zoſimus 77.

Index miſcellaneus.

ACademia Dilingana 470. Duacenſis 419 Louanienſis 309. 376. Baſileenſis 382. Colonienſis 369. Heidelbergenſia 631. Tubingenſis 389. Viennenſis in Auſtria 370. Adolphus Naſſouius Rex Rom. 348. 349. Aëtius Comes partem Galliæ, Rheno propinquam. Francis eripit 87. Ægyptus à Turcis occupatur 392. Ægyptij ſeu Bohemi errones 776. Agrippina Colonia conditur 15. 19. Alani Tungros vaſtant 72. Albertus Magnus 343. 346 S. Albertus Ep. Leodicenſis 372. Albertus Belgarum Princeps 450. moritur 476. Albertus Durerus pictor 396. Albertus Walſteinius Dux Fridlandię 497. exauctoratur 400. coniurat 505. occiditur 508. Alcantaræ Equitum origo 331. Albigenſes hæretici 334 336. Aldenardæ Domini 355. Alexander Farneſius Parmæ Dux 428. moritur 442. Amandus Ep. Argentinenſis 57. Amandus Ep. Tungrenſis 138. S. Ambroſius venit Treueros 72 73. Amb. Spinola 455. Bredam obſidet 483. moritur 489.

Anabaptiſtæ 395. 398. Angli Saxones, Iutæ & Friſij in Britanniā traiiciunt 88. Angliæ Reges 380. quando cœperint titulum regni Gallici ſibi ſumere 358. Annus à Iul. Cæſare emendatur 3. 4 à Gregorio XIII. 434. Anni initium apud Leodicenſes 539. apud Francos 420. apud Belgas 427. M. Antonius de Dominis hæreſim omnem eiurat Antuerpiæ 480. Ant. Perenottus Card. Granvellanus 408. moritur 437. Antuerpia à Nortmannis vaſtatur 175. mercatu floret 390. Mariana turris Antuerpiæ 392. Apoll. Tyaneus 24. 26. Arauſionenſis Principatus accedit Naſſouiis 348. 358. Arius hæreſiarcha 52. 56. Arminianorum ſecta & factio in Hollandia 469. conſpiratio in caput Mauritij Naſſouij 481. S. Athanaſius exulat Treueris 66. Atrebatenſis lana (hodie manna) pluuiæ mixta, de cælo defluit 65. Attila Hunnorum Rex in Galliam irrumpit 91. 92. Auguſtana Confeſſio 397. Auenio emitur per Clementem VI. Papam 361. 366. Aurei Velleris Equitum ordo 376. Aurelianenſis puella 376. exuritur ab Anglis 377.

Badenſis Marchionatus adiudicatur Ed. Fortunati filiis 481. Babylon an hodie Bagadet 482. Baldericus Ep. Vltraiectinus obiit 225. Baleares inſulæ Mauris eripiuntur 337. Bapenheimius Comes moritur 502. Batavi à Romanis deficiunt 22. Beguinarum origo 324. quænam damnatæ in Viennenſi conc. 356. Belgici belli origo 421. Berengarius Rex Italiæ 202. Berengarius II. 213. 234. Berengarius Co. Namurcenſis 213. Berengarius hæreticus 290. Bergenſes Marchiones in Brab. 316. 367. 398. Bergenſes Comites in prouincia Sutfanienſi 385. 206. 215. Bohemicum bellum 472. Bombardarum origo 368.

Borbonia familla 157. 493. Dux primus 360. Brabanti XXII. cum totidem Francis pugnant 452 Britannia à Romanis deficit 81. Brunechildis Auſtraſiæ Regina 127. Bruxellæ Concilium Priuatum conſtituitur, & illius Præſides enumerantur 391. Buquoius Comes moritur 478. Burgundiones baptizantur 87.

S Cæcilia 38. Caluinus moritur 420. Caluiniani Franciam 412. Belgium & Scotiam 418. Germaniam 460. turbant. Canonicorum & Canoniſſarum Regula 169. Carauſius Menapius Britanniam occupat 47. occiditur 48. Chriſti Equites in Portugalia 358. Q. Cicero, Marci frater in Neruijs 2. Claudius Ciuilis Batauorum dux 22. S. Claudius Ep. Veſontionenſis 145. Collis aſper Deiparæ cultu & miraculis in Brab. clarus 454. 487. Columna Traiani, Romæ 441. M. Aurelij Antonini 441. Congregatio de propaganda fide inſtituitur Romæ 479. Conſularis æra ſiue epocha deſinit 116. Creta pelluntur Saraceni 229. Cyprus à Venetis 365 à Turcis 421. occupatur.

Dalemenſes & Hoſtadienſes Comites 334. 327. Damiata obſidetur 334. capitur 335. Delphinus Franciæ 361. Donatiſtæ in Africa 56. Dordracenſis pſeudoſynodus 471. Druidæ Tungris 44. Diuſi ſtemma 9.

Electorum Imperij origo 4 6. Epiſcopatus Belgici 415. Erneſtus Auſtriacus moritur 445. Eſcuriale in Hiſp. exſtruitur 414. Exarchatus Rauennæ origo 117.

Feliciana hæreſis 265. Ferdinandus Auſtriacus Hiſp. Infans 504 Suecos & Proteſtantes vincit ad Nortlingam 508. Bruxellam 510. Antuerpiam ingreditur 511. Treuerenſem vrbem 512. Schenckianum munimentum 514. occupat. Francos & Batauos cunctando vincit 512. Ferdinandus Toletanus Dux Albanus in Belgium venit 422. in Hiſp. abit 424. moritur. 435. Foſſa Bruxellenſis 409. Druſiana 9. Corbulonis 29. Othoniana ſeu Hontana 223. Franciſcus de Moncada Marchio Aitonę 508. moritur 515. Franc. Armeniorũ in Aſia religio 510. Fratres vitæ communis in Belgio 368. Friſia t73 220. Friſiæ Comes Henricus Craſſus 306 Fulda 153.

Galenus Medicus 29 Gatterſorum Equitum ordo in Anglia 362. Gaſto Dux Aurelianenſis 497. 510. Gemblacenſe prælium 428. Georgiani Aſiæ populi à Theatinis plenius inſtituuntur 488. Germania fit Chriſtiana 32. illius Epiſcopatus 155. 166. Germanicum collegium Romæ 409. Germanicus Cæſar Viſurgim tranſit 13. moritur 14. Gerardus Roſſilonius 192. Geuſiorum origo in Belgio 421. Briſam capiunt 423. Giſtellæ Domini in Flandria 346. Godefridus Rex Nortmannorum occiditur in Batauia 200. Gomariſtarum ſecta apud Batauos 469. Gothi Græciam 77. Italiam 79. Galliam vaſtant 81. Grilonum ſeu Rhætorum factiones & bella 4 4. Groenlandia à Batauis luſtratur 483 Guelfi & Gibellini 336. Guinegatenſe prælium 385. Guſtauus Adolphus Sueciæ Rex Germaniam vaſtat 496. 500. in prælio Lutzenſi perit. 502.

Hallis, Vilfordiæ & alibi quãdo cœperit cultus Deiparæ eximius 341. Hannoniæ Concilium ab Alberto Pio inſtituitur 463. Hattonis Ep. Moguntini à muribus comeſi fabula reiicitur 234. S. Helena Conſtantini M. Imp. mater 52. Heluetiorum Reſpublica 157. 474 Herodum Iudææ Regum ſtemma 18. Heſdinienſes in Arteſia Comites 300. Hieroſolyma capitur 6. à Tito Imp. euertitur 22 ab Ælio Hadriano inſtauratur 28. à God. Bullonio capitur 305. Hiſpaniæ Reges 162. 164. 2 8. 385. Hollandia vnde ſic dicta 175. illius Comitatus origo 200. Hollandorum nauigationes variæ 444. Hondeſchotani in Flandria toparchæ 335. Hugonotti in Francia 415. 417. Humiliatorum ordo 324. Hungari Pannoniam occupant 402. Lotharingiam & Belgium vaſtant 210. eorum ſedes ad Rabam fl. 163 Hunnorum prima irruptio in orbem Rom. 68. Tungros 72. Italiam vaſtant 79.

S. Iacobi Equitum ordo in Hiſp. 324. Iacobi Aueſnenſis res geſtæ in Italia 326. in Syria 3 7. Ignis ardentis lues 220. 315. India Occidentalis detegitur 394. Indictio triplex 51. Indictionum quod exordium 123. Induciæ duodecennales in Belgio 456. 459 S Ioannes Euang. 25. Io. Auſtriacus Turcos vincit 423. Belgij Gubernator 427. moritur 482. Iſabella Clara Eug. Alberto Auſtriaco nubit 450. moritur 504 Italiæ Reges 202. 213. 234. Duces antiqui & noui 3 1. Iubilei inſtitutio 349. Iudæ Machabæi, aliorumque Pontificum, Ducum & Regum Iudæorum ſtemma 5. Iuliaci obſidio 462. 479. Iulij Cæſaris ſtemma 4 in Galliam venit 1 Pompeium vincit & Imp. vocatur 3. occiditur 4. Iul. Agricola, cuius vitam Tacitus ſcripſit 22. Ius ciuile Rom Lotharius III. Imp in vſum deducit 318. Iuſtiniani Imp. ſtemma 107. mores 108. Iuſtus Lipſius moritur 456.

Landaſtenſis 355. Lannoia 380. Lezigneoſis familia 365. Larachia Hiſpanis deditur 478. S. Lazari ordo militaris 421. Le-

Legionenſis regni origo 208. Liceſtrius Comes præeſt Hollandis 437. Liga in Francia 456. Lipſienſe prælium 459. Liptinenſe in Hannonia concilium 1,2.

Longobardorum Rex primus 75. in Italia 117. poſtremus 159. Lotharienſis regni diuiſio 191. 211. Louanium à Roſſemio 401. à Francis ac Batauis 512. obſidetur. Lud. Balbus non fuit Imp. 395. S. Lud. Fr. Rex 342. Lud. Requeſenſius Belgij Gubernator 424. 427. Lutherus hæreſiarcha 392. Lutzenſe prælium 501.

Magiſter ſententiarum 321. Magdeburgum à Tillio expugnatur 494. Mahometes moritur 131. Malecontenti in Belgio 429. Mamaluci Reges Ægypti 392. Mamorra 428. Manilius Aſtronomus quando vixerit 78. Mansſeldius nothus 480. Mansfeldica tormenta 485. Mantuæ Sanguis Chriſti 166. Mantuanum bellum 488. pax 496. Margarita Auſtriaca 370. Maria Hungarica Belgij Gubernatrix 386. 397. Maria Medicæa Franc. Regina 457. Margarita Parmenſis 4·6 S. Martinus Ep. Turonenſis 52 54. 58 60. 73. moritur 78. Mart Roſſemius 401 411 Mathildis dotat Eccleſiam Rom. 294 Matthæus Laonoius 418. S. Mauritij ordo Equeſtris 421. annulus apud Sabaudos 344. Mauritius Naſſouius P. Arauſionenſis 438 moritur 484. Mechlinia venditur Flandro 359. Parlamentum Mechl. 385. Concilium & Præſides 390. Meletianorum ſchiſma 56. Melita datur Eqq. Rhodiis 396. Meremannæ 371. S. Michaelis Equites in Francia 383. Middelburgi in Flandria Comites 385. Miniſteriales hereditarij in Imperio Germ. 406. Miſſi & Miſſatici 182. Moguntia fit metropolis 155. Monachi in Occidente ante S. Benedictum 83. Mona inſula à Romanis occupatur 2˙.

Nanpactenſis victoria contra Turcos 423 Nauticæ bolidis inuentio 350. Neap. regni origo 316 319. Normanni Flandriam 171. Antuerpiam & Zelandiam 175. Hannoniam 169. Camaracum, Tungros, Metas vaſtant 199. prope Louanium cæduntur 205. pars Galliæ, nunc Normannia, ipſis conceditur 201. Normanniæ Duces 287. Neſlæ Domini 362. Neſtorij hæreſis 87.

Oliſipo Saracenis eripitur 164. 320. Oratorij Congregatio Romæ 447. in Francia 463. in Belgio 482. 486. Oſnaburgi ſcholæ Græcæ ac Latinæ à Carolo M. inſtitutæ 166. Oſtendæ obſidio 452. 455. Oſtrogothi 84. 85. in Italia regnant 99. Ouidius poeta 4. moritur 14.

Pagani qui 54. Palatinæ bibliothecæ pars Romam tranſvehitur 482. Pantheon 7. Papiſſæ Ioannæ fabula iugulatur 183. Pariſienſis Parlamenti origo 359. Paulus Apoſt. 16. moritur 22 Pelagij hæreſis 83. Perſecutiones in Chriſtianos 11. 25. 26. 32 38. 40. 41 45. 48. Palæologi 330. Petrua detegitur 395. 469. S Petrus Apoſt. 16. 17. moritur 22. Per Cunerius 359. Pet. Erneſtus Mansfeldius 417. 443. Philippoburgum 445 à Cæſarianis capitur 512. Philippus I. Hiſpaniarum Rex 386. 383. Philippus II. Prudens Bruxellam ingreditur 408. moritur 450. Philippus III. moritur 475. Philippus IV. regnare incipit 476. Phillippi Cominæi vita & ſtemma 383. Picturæ colores oleo quis primus miſcuerit 372. Plumbinum venditur Ludouiſio 510. Polonorum Dux I. Chriſtianus 233. Pompeius 2. occiditur 3. Præfectorum Vrbis origo & progeſſus 15. Priſcillianus hæreticus 73. Pragenſe prælium 473. Pragmatica ſanctio in Francia 377 Pruſſiæ Ducatus origo 395. Puritani in Anglia 418. 421.

Quinctilij Vari cædes in Weſtfalia 12.

Radbodus Rex Friſiorum 210 S. Radbodus Ep. Vltraiectinus 210. Raueſtenij toparchæ 364. Regum trium corpora Coloniam adferuntur 351. Rhodus à Ioannitis 356. à Turcis occupatur 395. Ripalia Cartuſianis traditur 378. 492. Rolandus ſub Carolo M. belli dux 160 Rollo Normannorum dux in Zelandiam irrumpit, & Ragnerū Han. Comitem capit Condari 196. fit Chriſtianus 208. Roma ab Alarico & Athaulfo Gothorum Regibus 80. à Totila 112. à Lamberto & Adelberto Comitibus 195. à Borbonio 396. capitur. Romana Sedes Auenione Romam refertur 366. Romanorum numiſmata reperta Bauaci 128. Meſpelariæ 457. VVommelgemij 503. Rufinus in Oriente occiditur 77. Rupellæ obſidio 486.

Sabaodia olim Sapandia 100. Saloninus Gallieni F. cæſus Coloniæ 42 Salutiarum Principatus Sabaudo attribuitur 452. Scaligeri Veronæ Principatu ſpoliantur 371 Scanderbegus Epirotarum Princeps 383. Schenckianum munimentum à noſtris capitur 515. Sedanenſes toparchæ 364. 439. Seiani miſer exitus 15. noſtræ & ſuperiorum ætatum Seiani 476. Senarum Ducatus origo 414. 419. Serici conficien-

di

di ratio ex India Conſtantinopolim adfertur 113. Sfortia familia Ducatum Mediolanenſem obtinet 379. Sibyllarum libri 16. 42. Sicilia 316. 319. à Saracenis 173. à Francis capta amittitur 347. Simon magus à S. Petro coërcetur 22. Sinas adit & illuſtrat Nic. Trigautius 467. 472. Sixtus V. Papa Vrbem exornat 440. Societas Ieſu Belgium ingreditur 401. Sophia Brab. Ducisſa, S. Eliſabethæ filia, Haſſiæ heres 340. Soractes mons Etruriæ deſcribitur 154. Sorbonæ initiũ, Pariſiis 343. Spinola 454. & ſeqq. moritur 489. Sradingi hæretici in d. Bremenſi à Belgis ſubiguntur 337. Standonici collegij origo Louanij 390. Stellæ Equitum ordo in Francia 362. S. Stephanus protomartyr 15. S. Stephani inſula munitur in Moſa fl. 405. Stilico Gothos delet 77. occiditur 80. Sudoris Anglici lues Antuerpiæ & alibi ſæuit 396. Suecici belli origo 489. progreſſus 491. finis 501. Sueciæ Rex Guſtauus Adolphus moritur 501. Sueuorũ in Hiſpania regnum 80. deſinit, 94.

Tamberlanes Rex Scytharum 353. 370. Tanchelinus hæreticus in Belgio 310. & ſeqq. Taruenna funditùs euertitur 410. Taſſilo Dux Baioariæ 157. 160. in monaſterium detruditur, varia monaſteria fundat, & Lauriſſæ ſepelitur 163. Templariorum ordo 1118. inſtitutus Regulam à S. Bernardo accipit 314. deletur 356. S. Tereſia 437. Terra ſancta ab Europæis occupatur 305. & ſeqq. ex ea vniuerſa pelluntur 348. Teutonicorum Equitũ origo 326. Thenenſis ſtrages in Brab. 512. Theod. Beza hæreticus 418. S. Thomas Aquinas 345. Cantuarienſis 321. 324. Tiberij Imp. ſtemma 9. Tillius creatur Comes 481. 366. moritur 500. Toloſa Franco accedit 336. 345. Tornacum Franco Anglus eripit 391. reddit 391. Totilas Italiam vaſtat 112. occiditur 113. Traianus fit Imp. Coloniæ 26. Traiectus Moſæ ab Hiſpanis 429. à Batauis expugnatur 503. Traſigniacenſis familia 338. Treuerorum vrbs à noſtris capitur 512. Tridentinum concilium incohatur 402. finitur 420. qui Belgæ interfuerint 420. Tſerclaſia familia 366. Tuitium olim Deuſo 67. Tunetum à Carolo V. 358. à Ioanne Auſtriaco expugnatur 425. Typographia quando & vbi reperta 378. Valentianenſis vrbis origo 67. Valeſia ſtirps regnare deſinit 463. Vallis Telinæ bella 474. & ſeqq. Vandali Rhenum tranſeunt 79. in Hiſpaniam penetrant 80. Velleris aurei Equitum ordo 376. 385. illius comitia omittuntur 432. Venetis Epiſcopus datur 159. Veſontio à Iul. Cæſare occupatur 1. Veſperæ Siculæ 346. Vicecomites per Belgium 403. Viæ militares Romanorum per Belgium 127. Victorini duo tyranni Coloniæ 43. Vilfordiæ antiquitas 161. Villelæ campana ſponte ſonat 485. Virgilius moritur 8.

Walſteinius 497. 550. occiditur 508. Waſia datur Hollando 190. 208. Flandro 299. S. VVenceſlaus 218. Weſtfalia datur Ep. Colonienſi 336. VVeſemalia familia 347. 369. deſinit 382. S. VVillibrordus 143. moritur 151. VVindechindus Saxonum Dux vaſtat Dauentriam 160. VViſegothi 84. Reges in Hiſp. & Gallia, eorumque ſtemma 102.

Zelandia vnde dicta 175. fit Chriſtiana 137. 143. Zelandiæ Comites 241. 286. 288. Zuingliana hæreſis 396.

Addenda, delenda vel mutanda.

PAgina 38. linea vltima *ſic lege*: cum Gordiano (Gordiani illius, quem.. iuxta Eutropium) annum. Pag. 83. lin. 13. *lege*: ante ætatem S. Benedicti. Pag. 110. lin. 26. Ex his S. Donatianus, *lege*: S. Domitianus. Pag. 134. lin. 32. Synodo confirmentur: *lege*, acceptentur. Pag. 169. numerus anni 816. collocetur ad lineam 33. & ad iſta verba *Leo III. Papa*. Pag. 209. lin. 43. Iolentam ex Comitibus Pontiui ortiundam, *adde*, Iacobo Guiſio Geltreoſem. lin. 48. *dele*, heredem. Pag. 210. lin. 15. genuit Mariam, *lege*, Ioannam. Pag. 230. lin. 18. *dele*, anno 998. Pag. 259. lin. 20. *lege*: Siſridus. Pag. 267. lin. 15. *dele*, Gerardo Caſtellano Inſulenſi. Pag. 276. lin. 13. Claudia Henrico, *lege*, Franciſco. Pag. 297. lin. 21. *dele*, niſi fallor.. ſepultam. Pag. 303. *dele lineas* 4. 5. 6. & 7. Pag. 302. lin. vlt. *lege*, Margarita coniuge ſua, Henrici I. Brab. Ducis filia. Pag. 308. lin. 8. & Sophiam, *lege*, Margaritam. Pag. 312. lin. 14. S. Auguſtini, *lege*, S. Nicolai. Pag. 316 lin. 17. & ex Magdalena, *lege*, Margarita. Pag. 350. lin. 34. *dele*, qui puer obiit. lin. 40. *lege*, Guidonem Peregemij toparcham. lin. 41. *lege*, Ioannam monialem Flinenſem. Pag. 358. numerus anni 1328. ponatur ſub finem paginæ, ad hæc verba, Lud. Bauarus Romam intrat. Pag. 360. lin. 8. patruus Guilielmus, *lege* Ioannes. Pag. 369. lin. 36. *dele* Idem VVeſterloam... poſſedit. lin. 39 *lege*, vnam reliquit filiam Machtildem, & *dele*, & Margaritam Richardo Merodio nuptam. Pag. 400. lin. 10. Comes de Melun *lege*, Eſpinoy. Pag. 402. in principio ſtemmatis familiæ de Ligne *dele*, duxit Leonoram de Coucy. Pag. 465. in ſtemmate familiæ de Ognies, *dele ſemel* Carolua dom. de Eſtree & Gruſon. Pag. 307. lin. 14. *dele* & profeſſione tunc Caluinianus. Pag. 375. lin. 31. Idem VValcuriam. *lege*, Maria Atteſienſis VValcuriam.. lin. 38. VIII. Philippus II. *lege* Ioannes.

FINIS.

APPROBATIO CENSORIS.

RErum noſtro & ſuperioribus ſæculis geſtarum ſcriptio eſt perdifficilis, & pauci ad eam nati; vt quæ prudentiæ plurimum depoſcat, ab eaque elimiuanda ſit adulatio, amor & odium. Neſcit enim calamus vera ſcribere, cuius animus talibus nebulis obuoluitur. Laudandam itaque iudico ſcriptionem Reuerendi admodum & Clariſſimi Viri, Domini AVBERTI MIRÆI, Decani Antuerpienſis: qui Chronicon Belgicum pro dignitate & ex vero hîc proponit: vbi nec mixtæ veris fabulæ, nec partium affectus reperiuntur, ſed veritati ſua ſtat integritas, ſua laus, ſua pijs ac fortibus præmia, ſua impijs damnatio. Quare vtiliter lucem Chronicon iſtud videbit. Actum Antuerpiæ 31. Octob. 1635.

GASPAR ESTRIX, *Canonicus & Plebanus, ac librorum Cenſor.*

Summa Priuilegij Regij.

PHILIPPVS IV. Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus, ac Potentiſſimus Belgarum & Burgundionum Princeps, diplomate ſuo ſanxit, ne quis *Auberti Miræi Bruxellenſis, Decani Antuerpienſis, Rerum Belgicarum Chronicon, ab Iulij Cæſaris in Galliam aduentu, vſque ad 1636. vulgarem Chriſti annum*, præter Guilielmi Leſteens, Typographi Antuerpienſis, voluntatem, vllo modo intra ſexennium imprimat, aut alibi terrarum impreſſum in Germaniæ inferioris ditiones importet, venaléve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione librorum & aliâ graui pœnâ mulctabitur: vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ die 9. Nouembris, anno M. DC. XXXV.

Signat.

Steenhuyſe.

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
[illegible]
1974

